

130 - 5

1655940

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18

R. 118

# GOTHO-

RVM SVEONVM'QVE  
HISTORIA, EX PROBATAIS AN-  
TIQVORVM MONVMENTIS COL-

lecta, & in xxiiij. libros  
redacta,

AVTORE IO. MAGNO GO-  
tho, Archiepiscopo Vpfa-  
lensi.

Cum Indice rerum ac gestorum memorabilium  
locupletissimo.



BASILEAE EX OFFICINA  
Isingriniana, anno à Christo nato  
M. D. LVIII.

*Tiempo fue, que' Tiempo no fue.  
Ambr. de Morats Cordub.*

# GOTHO

RVM SVEONVM'QVE  
HISTORIA, EX PROBATA AN-  
TIQVORVM MONVMENTIS COL-

*lecta, & in xxiiij. libros  
redacta,*

AVTORE IO. MAGNO GO-  
tho, Archiepiscopo Vpfa-  
lensi.

*Cum Indice rerum ac gestorum memorabilium  
locupletissimo.*



BASILEAE EX OFFICINA  
Isingriniana, anno à Christo nato  
M. D. LVIII.

*Tiempo fue, que Tiempo no fue.  
Ambr. de Morats Cordub.*

# SERENISSIMO AC

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. ERICO ELECTO REGI

Suetiæ & Gothiæ,

NEC NON IOANNI, MAGNO, ET CAROLO, eorundem Regnorum ducibus excellentissimis,

OLAVS MAGNVS GOTHVS ARCHIEPISCOPUS Vpsalensis, felicitatem optat.

\*



Quilonariū regnorū Duces, Reges, ac Principes, qui ab initio exitus filiorum Noæ ab arca haberi potuere, eorumq; vitas, ac gesta vsq; ad tempora Caroli Magni Imperatoris, & filij eius Ludovici Pij, qui Summorum Pontificum Leonis II. ac Stephani III. circiter annū salutis DCCCXVI. exhortationibus inclinati, primū ab erroribus, & demonum cultura gentem Saxoniam, atq; Septentrionales populos ad Veram Dei Opt. Max. cognitionem cœlesti, ac diuino beneficio deduxerunt: necnon vsq; ad hanc ætatem nostram, qua Serenissimus ac Illustrissimus patres uester Rex Gostauus dominandi tenet habenas: Ioānes Magnus Gothus, quondā Archiepiscopus eiusdem Ecclesiæ Vpsalensis, Suetiæ primas, frater & præcessor meus, summa fide, & magna diligentia perscrip sit, historiam sanè eximijs refertam muneribus: cui vsq;

## EPISTOLA

Viro Vera pietatis pleno, ad superos demigranti, assidua sollicitudo inerat bene merendi de patria sua, ut erroribus & discordijs, quæ nuper sanctæ religioni inuectæ sunt, penitus sublatis, eandem ad salutarem concordiam, & pristinam dignitatem reduceret. Sed cum hunc ardentissimum animum suum mortis præuentus adimplere non potuerit, dexteræ Dei excelsi (in qua corda Regum sunt) mutationi, ut celerius fieret incessanter orando, reliquit. Ne autem huius viri pijsimi, ob vitæ sancti moniam meliora nunc tenentis, lucubrationes deperirent, quod fraterna charitas potui, in testimonium, ac documentum virtutis, laboriosissimorumque studiorum illius, & fidei, ac amoris in patriam meam, sinceri que affectus, quem ego erga Serenitatē & Celsitudines V. gero, eisdem dedicandas volui: quarum laudes, atque heroicæ virtutes mihi aliàs de anno Domini Seruatoris nostri M. D. LII. dum in generali concilio Tridentino agerem, clarissima Illustri D. Ioannis Comitis de Hoya Cels. V. consobrini, viri non minus claritate generis, quam eruditione conspicui testificatione cognita, atque probatae fuerunt: ut cum V. C. post inclytum dominatum sui charissimi parentis, ex fraterna sorte, atque concordia prouinciarum partitione, tam grandia, & amplissima regna (Deo propitio) moderanda susceperint, visis tot, & tam præclaris in hac historia

maiorum

## DEDICATORIA.

maiorum gestis, atque exemplis, maiori dexteritate, prudentioribusque consilijs, necnon clementiori ingenio (quod Principum decus, & ornamentum peculiaris est) gubernare possint: maxime cum ea loca, in quibus potentissimi Gothi, ac Sueones inuictissima manu, ac præstantissimis triumphis (testimonio ferè omnium historicorum) dominati sunt, aliarumque nationum vrbes & mores, per atatem & inuitabilia pericula, Cels. V. tutò videre datum non sit, saltem hac historia una cum vniuersali totius orbis, atque priuata mea Septentrionalium terrarum Geographia, quam Venetijs anno M. D. XXXIX. edidi, quasi certo & infallibili indicis inspecta, animo & cogitatione ad res præclarissimas peragendas eadem Cel. V. incitari, indeque sapientiam haurire queant. Quicquid enim admiratione dignum, quicquid nouum, aut inauditum vsquam gentium, prouinciarum, locorumue existit, ab huiusmodi exemplis ita feliciter capietis, ac si vobis ob oculos coram posita essent. Illius ergo fidelissimi auctoris Serenissimo parenti vestro bene noti, vigilias, & lucubrationes loco æterni pignoris bonæ mentis illius, atque sinceri affectus mei, præsertim cum patria nostra nusquam suorum heroum, aut rerum præclare gestarum historiã habuerit clariorem, suscipere ne dedignemini. In hac enim varietates non modò temporum haud difficile deprehendi poterunt. Verum etiam regna, gesta, ac bella Regum la-

tē per vniuersum orbem dominantium, etatumq;  
 vicissitudines amplissimæ Suetiæ, bellicosæ Euro-  
 pæ& Scythiæ, atque vtriusq; potentissimæ Gothiæ,  
 quæ bona terra interpretatur: & quo tempore so-  
 bolem, ob nimiam multiplicationem, nouas sedes  
 quæsituram emiserint, aut quando Mæotidis palu-  
 dēs, & Asiæ terras, ac litora occuparint, aut fami-  
 geratissimo Troiano bello acerrimè pugnantes, ac  
 gloriosè triumphantes interfuerint: quod nulli for-  
 tasse veterum (quod ego compertum habeam) me-  
 minisse videntur. Fuere tamen cogniti eo tempore,  
 quo Romani imperium per Illyridem ad Danubiū  
 vsq; promouerunt, bellisq; maximis claruere super  
 Danubio, imperij limitē. Atq; quomodo ijdem Re-  
 ges Gothorum pluries Saracenos victorioso Mar-  
 te superatos, Hispaniarum regionibus subiecerint,  
 Hispanosq; & Gallos à Romanorum infinitis exa-  
 Etionibus, ac tributis perpetuò liberauerint, & in  
 omnibus bellando, triumphandoq; clementem mo-  
 derationem tenuerint, atq; à rebus Deo dicatis (pu-  
 dicitiam nullius violantes) abstinerint, vt nedum  
 sacra vasa, aurea & argentea, magnitudinē &  
 ponderē, ac pulchritudinē præstantissima, bellico  
 furore sublata in sacris ædes (teste Orosio) referrē  
 præceperint, sed etiam fugientibus ad templa (ho-  
 stili grassante gladio) pepercerint, ac multis sacris  
 Toletanis, aliarumq; vrbium Concilijs, ob augmen-  
 tum Catholicæ fidei, & publicæ pacis suadenda,  
 vna

vna cū suis Reginis religioni Christianæ fauentibus,  
 reuerenter interfuerint. Itaque Serenissimē electe  
 Rex, & Illustrissimi Duces, quia ad ea loca, ob iti-  
 neris longinquitatē, & grauissima vitæ discrimina,  
 intuenta accedere, vel gesta eiusdem nostræ Go-  
 thicæ gentis magna fide, & veritatē clarissimorum  
 autorum conscripta hæctenus habere nequiveritis,  
 hæc historia V. Illustrissimis Cels. ad imitandas stre-  
 nuorum Ducum, & magnorum Regum, ac Prin-  
 cipum honestas actiones, & euitanda crudelium  
 tyrannorum, iusto ac grauissimo Dei iudicio subie-  
 ctorum, immania facinora, proponitur: vt conside-  
 rata maiestate, vsu, ac fructu eiusdem historiæ, ex  
 aliorum erratis, atq; periculis sapientius vitam insti-  
 tuere possitis, & diuinæ religionis, clementiæ, hu-  
 manitatis, atq; iustitiæ memores, quasi gentium de-  
 licia, clari nominis, & excelsæ virtutis pleni, secun-  
 dum Deum, & verum eius cultū in iucunda fra-  
 terna charitatē feliciter, & diu pro vestra securita-  
 te, ac subditarum gentium, & prouinciarum conti-  
 nuo incremento viuere valeatis. Id autem facilli-  
 mē assequemini, si Dei cultum in vera fide & bo-  
 nis operibus, Catholicam Ecclesiam in sancta ac ca-  
 stâ religionē, clerum in libertatē & sanctimonia,  
 nobiles in concordia, regnicolas in pacē, famulos in  
 amore, negociatores in æquitatē, oppreßos in iusti-  
 tia, desolatos in subuentione, errantes in monitione,

EPISTOLA

afflictos in compassione, discordes in unitate, alienigenas in humanitate, & denique omnes in optima morum honestate conseruari curaueritis, eoque totum regimen direxeritis, ut a subiectis incolis magis amari studeatis, quam timeri: & tandem ex ea frigida & frigida regione spiritus sancti igne accensi, virtutibusque repleti, Deo Max. annuentes, ad eternum regnum, & gaudium cum charissimo parente vestro commigrare valeatis. Ex alma Vrbe anno

a Christo nato M. D. LIIII. die

xxx. Ianuarij.

DE

DE ELECTIONE REGVM GOTHIAE AC SVETIAE, EX HISTORIA gentium Septentrionalium, eodem

Olao Magno auctore.

GLoriosa maiorum constitutio, nomine municipium successiuis seculis & generationibus tradita, in sui exordio praecipit, ut incolae Regem electuri in Suecia, senatores ac proceres, nuntijque omnium prouinciarum communitatum, ciuitatumque regni praedicti conuenire tenerentur in Archiepiscopali ciuitate Upsalensi: unde non procul est lapis campestris amplus, ab incolis perpetuo tempore Morasteen appellatus, in circuiu duodecim continens lapides paulo minori forma humi firmatos: in quo loco praedicti senatores, seu regni consiliarij, ac nuntij confluere solent. Ibidem ex senatu praecipuus oratione circumspecta proponit, quam necessarium sit pro regni, omniumque incolarum libertate, in unum Regem ac Principem consentire, prout a maioribus supra talem lapidem, qui firmitatem signat, prouidentius fuerat obseruatum: omnes exhortans, ut libero, quem uelint, uoto quantocumque ex nomine prosequantur. Nec mora proluxa interuenit. Qui bonum publicum, regnique gloriam, pacem & concordiam semper tueri uisus est: qui priuato regimine nihil laeserat: qui uictor in bellis frequentior fuerat: qui totius populi iuste uiuendo fauores sortitus est: qui legis & religionis amantior est: is omnium nuntiorum prouinciarum unanimi consensu Rex appellandus eleuatur: eo tamen respectu, ut si filius Regis, frater, aut consanguineus, praedictas uirtutes habuerit, non hereditatis, sed electionis iure caeteris omnibus anteferatur. Sed nec negari uideatur, quin tales omni diligentia, cura, autoritate, gratia

precibus, pollicitationibus sibi procurent populares fauores. Nonnulli comminatione externorum Principum, pariter & armato auxilio uiolenter sibi Regium titulum ascribi festinant. Sed nulli infeliciores illis, quia uiolentum eorum Imperium, populi cōtradiciente uoto, non erit diuturnum, etiamsi inter munitissimas arces, uel sydera posuerint folium suum. Vt cūque euenierit, ille semper securius intrat, durat & exit, qui uoce populi satis prouidi, uocatur ad regnum, quasi animo uirtuteq; siue inter suos, siue inter hostes clarissimus, ac strenuissimus reputatus: quia nil prius aut antiquius illi uidetur agēdum, quā prospicere proceribus ac populis suis, ut iustum Imperium, firmum presidium, & perpetuam pacem habeant. Et cum hæc fecerit, populus non tolerat aliquem alium sibi Regios honores uendicare.

### GOTHO-

## GOTHORVM SVEONVM QVE REGVM TAM EXTERNORVM quā internorum Catalogus.

Interni, qui domi & in patria regnarunt.	Vffo, 22.
<b>M</b> Agogus, Noë ex filio Iapheto nepos, primus Gothorū rex internus.	Hunnigus, siue Hundingus, 23.
Suenno, 2.	Regnerus, 24.
Gethar, siue Gogus, 3.	Hothebrotus, 25.
Vbbo, 4.	Attilus, 26.
Siggo, 5.	Hotherus, 27.
Ericus, 6.	Rodericus, 28.
Vddo, 7.	Attilus, 29.
Alo, 8.	Botuildus, 30.
Othen, 9.	Carolus, 31.
Carolus, 10.	Grimmerus, 32.
Biorno, 11.	Tordo, 33.
Gethar, 12.	Gotharus, 34.
Siggo, 13.	Adulphus, 35.
Berico, 14. internus, & ab egressu primus.	Algothus, 36.
Humulphus, 15.	Ericus, 37.
Humelus, 16.	Lindormus, siue Lidorus, 38.
Gothilas, 17.	Gestillus, siue Gestiblandus, 39.
Sighumius, siue Sigtrugus, 18.	Ericus Difertus, 40.
Scarinus, 19.	Getricus, 41.
Sibdagerus, 20.	Haldanus, 42.
Afmundus, 21.	Vilmerus, 43.
	Nordianus, 44.
	Siuardus, 45.
	Carolus, 46.

CATALOGVS

*Ericus*, 47.  
*Haldanus*, 48.  
*Euginus*, siue *Vginus*, 49.  
*Ragnaldus*, 50.  
*Amundus*, 51.  
*Hacho*, 52.  
*Siuardus*, 53.  
*Ingo*, 54.  
*Nearchus*, 55.  
*Frotho*, siue *Froë*, 56.  
*Vrbarus*, 57.  
*Ostenus*, 58.  
*Eliolmus*, siue *Stolmus*, 59.  
*Suercherus*, 60.  
*Valander*, 61.  
*Visbur*, 62.  
*Domalder*, 63.  
*Domarus*, 64.  
*Attilus*, 65.  
*Dignerus*, 66.  
*Dagerus*, 67.  
*Alaricus*, siue *Aluerus*, 68.  
*Ingemar*us, siue *Ingo*, 69.  
*Ingellus*, 70.  
*Germundus*, 71.  
*Haquinus Ringo*, 72.  
*Egillus Vendilkraaca*, 73.  
*Gotharus*, 74.  
*Fasto*, 75.  
*Gudmundus*, 76.  
*Adelus*, 77.  
*Ostanus*, 78.  
*Ingemar*us, 79.  
*Holstanus*, 80.  
*Biorno*, 81.  
*Raualdus*, 82.  
*Suarmannus*, 83.  
*Tordo*, 84.  
*Rodulphus*, 85.  
*Hathinus*, 86.  
*Attilus*, 87.  
*Tordo*, 88.  
*Algothus*, 89.  
*Gostagus*, siue *Ostanus*, 90.  
*Arthus*, 91.  
*Haquinus*, 92.  
*Carolus*, 93.  
*Carolus*, 94.  
*Birgerus*, 95.  
*Ericus*, 96.  
*Torillus*, siue *Totillus*, 97.  
*Biornus*, 98.  
*Alaricus*, 99.  
*Biornus*, siue *Bero*, 100.  
*Bratemundus Fró*, 101.  
*Siuardus Fró*, 102.  
*Herotus*, 103.  
*Carolus*, siue *Sorlus*, 104.  
*Biornus*, 105.  
*Ingeuallus*, siue *Ingellus*,  
 106.  
*Olaus Tretelia*, 107.  
*Ingo*, 108.  
*Ericus à uentoso pilco cogno-*  
*gnomi-*

REGVM.

*gnominatus*, 109.  
*Ericus Segerfel*, cognomen-  
 to *Victoriosus*, 110.  
*Ericus Aorsel*, siue *Stenchil*  
*lus*, 111.  
*Olaus Schotkonung*, 112.  
*Amundus annofus*, siue *Car*  
*bonarius*, 113.  
*Amundus*, 114.  
*Haquinus Rode*, siue *Ru-*  
*fus*, 115.  
*Stenchillus*, 116.  
*Ingo*, 117.  
*Halstanus*, 118.  
*Philippus*, 119.  
*Ingo*, 120.  
*Razualdus Knaphofde*, 121.  
*Magnus*, 122.  
*Suercherus*, 123.  
*S. Ericus*, 124.  
*Carolus*, 125.  
*Canutus*, 126.  
*Suercherus*, 127.  
*Ericus*, 128.  
*Ioannes cognomento Iuue-*  
*nis*, siue *Pius*, 129.  
*Ericus cognomento Blesus*,  
 siue *Balbus*, 130.  
*Valdemarus*, 131.  
*Magnus Ladalaos*, 132.  
*Birgerus*, 133.  
*Magnus Smeech*, 134.  
*Albertus*, 135.  
*Margareta Regina*, 136.  
*Ericus Pomeranus*, 137.  
*Christophorus Bauarus*,  
 138.  
*Carolus Canuti*, 139.  
*Steno Sture senior*, 140.  
*Suanto*, 141.  
*Steno Sture iunior*, 142.  
*Gostaus modernus Rex*,  
 143.  
 Externi qui foris & ex-  
 tra patriam reg-  
 narunt.  
**B** *Erico primus Gotho-*  
*thorum Rex exte-*  
*rus*.  
*Gaptus*, 2.  
*Augis*, 3.  
*Amalus*, 4.  
*Baltus*, 5.  
*Gadaricus dictus Magnus*,  
 6.  
*Philmerus*, 7.  
*Tanausius*, 8.  
*Zentes Philosophus*, 9.  
*Sagillus*, 10.  
*Penaxagoras*, 11.  
*Telephus*, 12.  
*Euriphilus*, 13.  
*Thamyris Regina*, 14.  
*Anihinus*, 15.



CATALOGVS

*Anthas*, 16.  
*Gothilas*, 17.  
*Sitalchus*, 18.  
*Dromgethes*, 19.  
*Tanabonta*, 20.  
*Boroista*, 21.  
*Commositus*, 22.  
*Corillus*, 23.  
*Dorpaneus*, 24.  
*Decibalus*, 25.  
*Ostrogothi*, 26.  
*Cinna*, quem alij *Echinam*,  
 alij *Ombram* uocant, 27.  
*Cannabas*, siue *Cannaban-*  
*des*, 28.  
*Hildericus*, 29.  
*Gebericus*, 30.  
*Armanaricus*, 31.  
*Vinnitarius*, 32.  
*Hunimundus*, 33.  
*Torismundus*, 34.  
*Valamirus*, 35.  
*Theodemirus*, 36.  
*Vindemirus senior*, 37.  
*Vindemirus iunior*, 38.  
*Theodericus*, 39.  
*Amalafuenta Regina*, 40.  
*Atalaricus*, 41.  
*Theodatus*, siue *Theodea-*  
*tus*, 42.  
*Vitiges*, 43.  
*Ildouadus*, siue *Ildibaldus*,

44.  
*Ataricus*, 45.  
*Totilas*, 46.  
*Teias*, 47.  
*Fridigernus*, 48.  
*Alatheus*, 49.  
*Safra*, 50.  
*Atanaricus*, 51.  
*Radagafius*, 52.  
*Alaricus*, 53.  
*Athaulphus*, 54.  
*Sigericus*, 55.  
*Vallia*, 56.  
*Theodericus*, 57.  
*Thorismundus*, 58.  
*Theodericus*, 59.  
*Euricus*, 60.  
*Alaricus*, 61.  
*Amalricus*, 62.  
*Gesalaricus*, 63.  
*Teudes*, siue *Teuda*, 64.  
*Teudisclus*, siue *Teudegif-*  
*lus*, 65.  
*Agilauus*, 66.  
*Athanasildus*, 67.  
*Luiba*, 68.  
*Leonegildus*, 69.  
*Recaredus*, 70.  
*Luiba*, 71.  
*Vitericus*, 72.  
*Gundemarus*, siue *Gunnar-*  
*us*, 73.

*Sife-*

REGVM.

*Sifebutus*, 74.  
*Ricardus*, 75.  
*Cintila*, 76.  
*Sifenandus*, 77.  
*Cintila*, 78.  
*Tulgas*, 79.  
*Cindasuindus*, 80.  
*Recinsuindus*, 81.  
*Bamba*, 82.  
*Eurigiuss*, 83.  
*Egita*, 84.  
*Vitisa*, 85.  
*Acosta*, 86.  
*Rodericus*, 87.

AVTORES QVORVM TESTIMO-  
 NIIS IN HAC HISTORIA VSVS  
 est Ioan. Magnus.

*Ablabius Gothus.*  
*Agathius.*  
*Albertus Crantzius.*  
*Bernardus Iustinianus.*  
*Berosus Chaldeus.*  
*Blondus.*  
*Cassiodorus.*  
*Diodorus Siculus.*  
*Dion Græcus.*  
*Ericus Vpsalensis.*  
*Herodotus.*  
*Iordanes Rauēnas Gothus.*  
*Iosephus.*  
*Iustinianus Venetus.*  
*Leonardus Aretinus.*  
*Methodius.*  
*Paulus Diaconus.*  
*Paulus Orosius.*  
*Philo Hebræus.*  
*Procopius.*  
*Raphaël Volaterranus.*  
*Rodericus Toletanus.*  
*Sabellicus.*  
*Saxo Danicus.*  
*Solinus.*  
*Trogus Pompeius.*

IN HISTORIAM GOTHICAM, GVI-  
lielmi Xyländri Augustani Epi-  
gramma.

Laudatur sapiens Ithacæ qui tot loca terræ,  
Atque hominum mores uiderit omnige nūm.  
Quid non ille mali passus præsentia uidit  
Solidum, nec potuit cernere præterita.  
Hæc quoque in historijs traduntur. plenior ergo  
Hæc laus, non tantum tutior hinc pctitur.  
Quis non GOTHORVM primo res noscere ab ortu,  
Factaq; tam latè cognita scire uelit?  
Scandia Teuthonicis pontus quem Balthicus oris  
Diuidit, Arctoo non procul axe iacet.  
Hinc effusa omnes peragrauit Gothica terras  
Viribus, & numero gens, animisq; ferox:  
Armaq; per totum uilatrix circumtulit orbem,  
Omniaq; ingenti robore uasta dedit:  
Regna sibi, sedes populis posuitq; subactis,  
Impleuitq; suis climata cuncta uiris.  
Testis Sarmatiæ duplicis latissima tellus,  
Atque omnis Scythico terra propinqua solo:  
Quidquid ad Eoas gelido regionis ab axe  
Inclinat, latè porrigiturq; plagas:  
Immensæ fines Asiæq; & quidquid ad æquor  
Euxinum pontus Caspius usque uidet:  
Europæq; omnes populi, Thrax, Dalmata, Dacus,  
Hispanus, trino Gallia diues agro:  
Ipsa, caput mundi quondam, tunc diruta, Roma  
Denuctam fassa est flebilis Italiam.  
Cuncta leget gentis repetita ab origine facta,  
Iuncta uoluptati quem iuuat utilitas.

IOANNIS

IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-  
PSALENSIS IN GOTHORVM  
Sueonumq; historiam,

P R A E F A T I O.



SCRIPTVRVS Gothicarum regionū  
loca, mores, Regesq; , quotquot extitere,  
corumq; gesta & historias, quāquam dif-  
ficile, arduumq; ualde opus sumpsisse me  
intelligam, cum omnium nationum Sep-  
tentrionalium ea gens sit antiquissima, utpote cuius præ-  
clara facinora alius, & quasi à capite, cōtinuata longa re-  
rum serie, recensere oporteat: tamē mihimet ipsi supra ui-  
res meas conanti, uim inferre uolui, operæpretium me fa-  
cturum ratus, si ueterum autorum monumēta, librorum  
temeritate omnino deprauata, tēporumq; iniuria ferè col-  
lapsa, ex corrosis annalibus patrijs, hisce libris ab obliuio-  
ne, & interitu uindicarem, generososq; , ac illustres patriæ  
meæ proceres ( quorum plerosque sub id tempus ferè, dum  
Romæ Septentrionalium Gothorum, & Sueonum regno-  
rum legatione apud Leonem X. Pont. Max. fungebar, exi-  
miæ probitatis antiquorum Gothorum penitus oblitos,  
paulatim ab auita uirtute ad res minus honestas, atq; ad a-  
perta etiam uitia decidisse didicerā) ad pristinae uirtutis stu-  
dium, tot luculentis pulcherrimarum rerum, tam præclare  
à maioribus eorum gestarum, exemplis inflammarem: ut  
& ignota regnorum illorum posteris pandantur, quæ iam  
prorsum delitentia habebantur, & ad uitæ rectè sapien-  
terq; instituendæ rationem, plurimum lucis afferatur. Ha-  
bet enim hæc institutio historiariū autoritatis, laudis, digni-  
tatis multum, miramq; sapientiam, & quasi maiestatem

Historia quid.

cum eximio modestæ decore coniunctam. Ut cum apud Homerum legimus, quid egerint, dixerintq; Reges, heroes, atque summi proceres, multo magis ad uirtutem incendimur, quam ullis Philosophorum præceptis: siquidem historia est (ut inquit Cicero) testis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magistra uitæ, nuntia uetustatis. Cuius utilitatem cum tam multiplicem esse, seq; latissime diffundentem animaduertem, nullum equidem laborem detractaui, nullamq; diligentiae partem prætermisi, modo ut ciuibus meis, atque adeo clarissimis patriæ alumnis prodessem, eorumq; commodis, famæ, & gloriæ, excussa omni laboris inertia, consulerem. Cogitaui nanque eos in ueris uirtutum officijs arctius contineri posse, si oculos habeant, quo diligentius contemplantur, & in peccata animosq; demittant amplissimas suorum progenitorum laudes, insigni gloria partas, & per historiam sempiternæ totius orbis terrarum memoriæ commendatas, ut uitare se apud omnes gentes non posse summam infamiam existiment, si paululum uitijs inhæreant, & ab antiqua probitate, atque honestate patrum suorum degenerent, atque ita pudore uicti, & uerecundia retrahantur ad maiorum suorum felicem imitationem. Interea uerò, dum ad hæc conscribenda animum appellerem, accidit Hadrianum Papam VI. mortuo Leoni surrogari, qui, dum Christi fidem in eisdem Septentrionalibus regnis collapsam, restituere uellet, mihi suo in sacris literis alumno à conscribendis historijs, ad abolendas perniciosas hæreses reuocato, negotium dedit, ut primum omnium conarer, patriam meam ab errore & perfidia, ad sanam fidem reducere, deinde ut ipsam honestis studijs illustrarē, admonere curauit. Itaque imposta humeris meis tam ardua sedis Apostolicæ legatione, uno eodemq; tempore, ac conatu, & periclitanti

sanctissime

sanctissimæ fidei (quantum temporis angustia permisit) consului, & omnes patriæ angulos, in quibus ueterum monumenta recondita putabantur, lustrari, atque ut cæteri, qui sincero patriæ amore tenebantur, diligenter inquirerent, effeci. Verum cum persecutio in me, & totam Christi Ecclesiam, à reprobis excitata, non permitteret me intra patriæ terminos patriæ historias conscribere, quicquid mea, uel amicorum opera, ex ueterum monumentis conquisitum erat, subito in sinum corripui, & more eorum, quos undique flamma inuadit, confestim exilire curauit, patriamque (cuius amorem nunquam relinquere possum) relinquere coactus sum, ipsamq; nimis magna optimorum ciuium caterua sociatus, exilio commutaui. Proinde si qua Gothicarum rerum particula hic forsitan omissa fuerit, non meæ uoluntati, sed rerum magnitudini, aut temporum, siue hominum malignitati iustius attribuitur, ueniamq; à quouis iusto rerum æstimatore mereor, si inter tot rerum mearū difficultates, opus minus fortasse absolutum præstitero. Ipsam uerò historiā aptiore ordine me profecturū existimaui, si à Gothiæ, & Suetiæ geographia, siue descriptione, iuxta antiquorū exempla initium sumpsero. Recte siquidem tum ueteres, tum iuniores historici, locorum positionem rebus, quæ in eis gestæ fuerant, præmittere consueuerunt. Ita enim Trogius Pompeius Scythica bella scripturus, Scythiæ situm prius ostendit. Appianus Alexandrinus Romanorum historias scribere adorsus, necessarium sibi in primis existimauit, terminos nationum ponere, quibus Romani imperabant. C. Iulius Cæsar in suis Commentarijs de bello Gallico, à trium Galliarum situ exordium sumpsit: idemq; nec Britanniæ, nec Hyberniæ, nec aliarum terrarum bella, nisi præmissa earum descriptione, tradere curauit. A C. Crispo Salustio in Iugur-

Historia geographia præmittenda est.

thino bello Africa descripta est, urbisq; Romæ situs in Cætilinæ coniuratione. Sed & M. Tullius Cicero in Verres ac cusatione, quò diligentius ex poneret, atq; apertius portento sa illius sacrilegia commonstraret, positionem, ac situm declarauit complurium locorum Siciliæ insulæ. Iordanes Rauennas, Ablabiusq; Senator urbis Romæ, ambo Gothi, dum suorum Gothorum bella, & eius gentis originem tradere pollicentur, Scandianam insulam Hyperboream breuiter descriptam, operi præposuerunt. Idemq; studium Paulus Diaconus præstitit, dum suos Longobardos eadem insula egressos commemorauit. Præterea Procopius Herulorum gesta scripturus, eam ipsam insulam Scandianam sub nomine insulæ Tyle describens, affirmauit eam esse decuplo maiorem, quàm totam Britanniam, & affluentissimam quandam mortalium multitudinem continere, ut infra lib. VIII. in uita Hathini Regis latius dicemus: quam etiam nonnulli Balthiam, nonnulli Vergion appellare uoluerunt. Nos igitur Gothicæ gentis historiam conscripturi, quia ea gens incolit partem illius magnæ peninsulæ Scandianæ, commodum iudicauimus, ut totius operis initium ab ipsius terræ Scandiæ faceremus descriptione.

SITVS SCANDIAE, IN QVA EST  
Gothicæ, & Suctiæ, siue Sueoniæ descriptio.

## CAPVT I.

Scandia descriptio.

**E**st igitur Scandia, siue Scadinauia, iuxta nominis interpretationem, amœna, siue pulchra insula, ultra mare Germanicū, siue Gothicum sinū sita: cuius solum nomen Ptolemæus cognouisse uidetur. C. uerò Solinus maximam omnium insularū Germaniæ affirmat. A Plinio autem lib. IIII. cap. XIII. clarissima, & amplissima dicitur: quicq; tradit ipsam, ob incomptam eius magnitudinē, alterum orbem existimari. Iordanes Gothus (cuius meminimus) eandē

non

non solum Gothorum, sed multarum etiam gentium genericem appellat. Circundatur ferè tota uastissimo mari, quod Mediterraneum illud pelagus, quo Africa ab Europa separatur, amplitudine, & situ referre uidetur. Siquidem ab Oceano Occidentali per angustas fauces ingrediens, Cinbricam chersonesum (quæ hodie regnum Daciæ, siue Daciæ dicitur) à Scandia separatam Saxonie coniungit: deinde Australem Gothiæ plagam sinu laxiore cõtingens, duo ex se brachia porrigit: quorum unum per Orientalia litora Suctiæ fertur in Septentrionem, usq; ad emporium Thorne, hoc est, turritæ insulæ, longiore quidem tractu, quàm sit à Numidiæ extremis litoribus usque ad ultimum maris Adriatici sinum. Alterum uerò brachium usque in sinum Venedicum uersus Aquilonem extenditur, ea ferè longitudine, quæ est ab ipsa Punica Carthagine usque ad mare Euxinum. Inter hæc duo brachia clauditur amplissima peninsula, quæ apud Plinium Finningia dicitur, à nostris Finlandia, hoc est, pulchra terra: ab imperitis autem, qui primam literam mutauerunt, Eimingia appellatur. Meridianam Scandiæ partem tenent Australes Gothi, qui Guthæ à Ptolemæo dicuntur: quibus præcipua urbs est Calmarnia: cuius polus ad 57. gradus eleuatur, longitudo uerò 37. continet. Septentrionalia habitantur à Biarmis: quibus polus 90. gradibus eleuatur. Occidentalia Scandiæ occupat oppidū Bergense, præcipuum regni Noruegiæ emporiū: quod in latitudine habet gradus circiter 63. in longitudine 24. Orientalia non solum Scandiæ, uerum etiã Finningiæ, siue Finlandiæ, & totius Sueonici principatus, tenet castrum & oppidum Viburgense in limitibus Moscouitarū: ubi longitudo est 63. latitudo uerò 67. grad.

Cinbrica chersonesus.

Thorne.

Finningia, aliàs Eimingia.  
Gothi à Ptolemæo Guthæ dicitur.

Biarmia suppolaris.  
Bergense oppidū Noruegiæ.

Viburgum Finlandiæ.



Scandia in se cō-  
tinet tria re-  
gna, Gothiā,  
Suetiā, et Nor-  
uegiam.

**C**ontinet hæc amplissima insula tria maxima regna, Gothiam, Sueoniam, siue Suetiam, & Noruegiam, quæ in plures regiones siue principatus diuiduntur. Proprius autē tradit, tredecim numero nationes in ea contineri, Regesq; singulis nationibus præsidere. Gothia (ut diximus) Australiora tenet, quæ à Meridie, Ortusq; & Occasu, Gothico sinu alluitur. Cæterum ab eius Aquilonari latitudine Noruegia, & Suetia, uelut duo rami ex unius arboris stipite procedentes, usque ad septentrionalem Oceanum (qui Glacialis dicitur) pariter excurrunt, Noruegia Occidentalia, & montosa litora tenente, dum Suetia magno naturæ beneficio ampliores & commodiores terras sortita, tam numero populorum, quàm diuitiarum copia, Gothiam & Noruegiam simul coniunctas, longè excellit: quamuis etiam ipsa Gothia amplitudine terræ, atque incolarum multitudine, multas præclaras regiones superet, aut æquet: utpote quæ non solum animosis hominibus abundet, uerum etiam æstiosa maria, & densissima nemora promuris habeat. Hæc quoque Gothia, cum à principio medium locum inter duas potentes, & nunquam satis cōcordes gentes, uidelicet Sueones & Danos, sortita fuisset, ne hostibus obsessa utrunq; latus tueri continenter cogeretur, perpetuam societatem cum Suconibus, siue quòd potentia & opibus præstarent, siue quòd eorum mores mitiores essent, inire curauit. Et ita à regnorum initio Gothi & Sueti, quasi in unam Rempub. coaluerunt, quemadmodum ipsa natura in una munitissima insula, ne unquam dissentirent, collocauit, perinde ac si eos præmonere uoluisset, quòd seruata inuicem unitatē & concordia, non solum ipsi inuicti, sed cæterarum nationum uictores essent futuri. Fuit igitur

Suetia omnium  
Aquilonariū  
regionum præ-  
cipua.

Gothiæ regni de-  
scriptio.

Gothi & Sueti  
ab initio rerū  
coaluerunt in  
unam Rēpub.

ea felicissima Respub. quandiu ipsam non minus prudentes, quàm potentes Reges ex Gothiis & Suetis alternis electi, gubernabant: quod quidem non paucis, sed multis seculis obseruatum fuisse monstrabimus: quamuis aliquoties, ob emulationem uirtutis, Reges sibi separatim præfessissent. Sed non erat diuturna hæc controuersia, quin ad pristinam concordiam conuersi, communibus armis communes hostes arcerent. Quæ autem bella contra Danos, & eorum socios, pariter gesserant, Saxo Danicarū rerū scriptor satis ostendit. Is enim inter alia multa ait, Ringonē Gothorū & Sueonum Regem, classe in qua nauium duo millia quingentæ repertæ sunt, præter terrestrem exercitum, qui innumerabilis penè fuerat, superasse Haraldum Danorum Regem, ingentibus etiam copijs stipatum, in campis Brauellinis, qui non longè ab urbe Calmarnensi (de qua dictum est) absunt: idq; eodem ferè tempore, quo Attila & Romani, ac Gothi illam memorabilem pugnam in campis Cathalanicis commiserunt. Neque illa sola Brauellina pugna, de qua inferius\* dicere constitui, sed pleraque alia Aquilonarium hominum prælia, multo illustriorem memoriam in historijs, quàm bellum Cathalanicum, obtinissent, si scriptorum diligentia posteritati commendata fuissent.

## CAPVT III.

**M**ulta quidem, & grandia historiarū uolumina sub paucissimorū uerborū contextu illi scriptores attingunt, qui affirmat plusquam triginta populos, siue nationes non exiguas, olim distinctis temporibus ex Hyperborea insula Scandia, siue Scadinauia, in orbem terrarum potenter erupisse, uiribusq; & armis nouas sedes in Asia, Africa, & Europa quæsiisse: quarum nouissima erat in clyta

Gothi sepe sepe  
raui reges ha-  
buerunt.

Gothi perpetua  
hostilitate Da-  
nos persequen-  
tur.

Ringoni Suetici  
Regis classis  
numerosa cō-  
tra Haraldū  
Danorū Regē  
Calmarnia.

Brauellini cam-  
pi, de quibus in-  
frā lib. 8. c. 8.

Cathalanici cam-  
pi, de quibus  
infra libro 24.  
c. 10.

\* Lib. 8. c. 8.

Nationes 30. ex  
Scandiana in  
sula olim eru-  
perunt.

Longobardi ex Scandia prodierunt.

Gothi & Sueci ad Christum conuersi.

Gothia in multos principatus diuiditur.

Gotlandia insula.

Lincopia sedes Episcopalis Ostrogothorum.

Scara sedes Episcopalis Vestrogothorum.

Vener lacus.

Dalia.

Vermelandia.

Kindia.  
Marchia.  
Faloniam.

gens Longobardorum. Post cuius egressum Gothi, & Suedones ad Christianam ciuitatem paulatim adducti, non alienas terras ui, & armis deinceps occupare, sed caelestia, & aeterna regna innocenti uitae institutis promereri didicerunt: tamq; constantes in suscepta fide Christi, & Christianis moribus, usq; ad haec nostra infelicia tempora, in quibus sub specioso titulo diuini uerbi horrenda peccata committuntur, permanserunt, quantum uix alia natio in tota Europa. Sed haec suo loco referuentur, & ad Gothiam me conuerto: quae ob sui amplitudinem in multos & amplos principatus diuiditur: & hi demum in regiones: quae rursus in praefecturas distinguuntur. In quibus prima est Ostrogothia, Orientalium Gothorum patria, qui uulgo Ostergethe dicuntur: complectiturq; in se Tiusthiam, Brauichiam, Kindhiam insulam Gotlandiae, & complures alias regiones, tam ciuium numero, quam terrarum spatio nobilissimas, pluraq; oppida & urbes, quibus nostri maiores Lincopiam, ob sedis episcopalis eminentiam, optimo iure semper praetulerunt. Occidentalis autem Gothia, Vestrogetharum patria, quam ab Orientali uastus lacus Vether separat, Scarensem ciuitatem Episcopali sede decoratam, ueneratur: continetq; in se regiones non minore incolarum multitudine excultas, quam diffuso terrarum situ porrectas. Interiecto siquidem uastissimo lacu Vener, Daliam, Vermelandiamq; ad Septentrionem complectitur. Quae cum olim coniunctae titulum regni habuissent, satis ostendunt quata tunc Vestrogothia, immo tota Gothia extimaretur, cum eius decima pars regnum non inepte putaretur. Sunt praeterea ad Australem Vestrogothiae partem Kindia, Marchia, Falonia, Vastogia, Riduegia, Frochinnia, Gudhemia, Cachinnia, Vartophia, pluresq; aliae longae lataeq; praefecturae, oppidis, arcibus, templis munitae & ornatae. Deinde ab Occi-

Occidentali Gothia in meridiem progredientibus, Hallandia, Schoningia, Blechingia, non paruae regiones occurrunt, Metropolitano Lundensi subiectae: ob quas assidua est inter Gothos & Danos cotrouersia, ingensq; bellorum materia. Dani enim transmissis brachio maris (quo Scandiam ab ipsis separari diximus) eas regiones ob malitiam, uel negligentiam Regis Magni Smeech (quemadmodum suo loco dicemus) occupauerunt. His ad occidentem solem relictis, Smalandiae ab Oriente exurgunt: quas nonnulli Meridianam Gothiam appellant. Haec rursus in multa territoria distinguuntur, uidelicet Verentiam: quae in quinque latas praefecturas diuisa, dicecesim constituit Vexionensem: cuius primus Pontifex fuit S. Sigfridus, antea Archiepiscopus Eboracensis: de quo suo loco mentionem faciemus. Ab Orientali latere Verendiae, occurrit ampla terra Moringiae: ex cuius litore egressa est classis Longobardorum, ut habet Paulus Diaconus, & Saxo Danicus. Adiacetq; litoribus Moringiae, paruo maris sinu interiecto, insula quaedam Elandia: cuius longitudo habet miliaria Gothica XX. (quae constituunt Italica centum) latitudine uero uix septem excedente. Sunt praeterea per terras Smalandiarum multae regiones, quae rursus in territoria diuiduntur. Haec summam de Gothiae regno.

## CAPVT IIII.

Nunc ad Suetiam, siue Sueoniam, quae non modo Gothiam & Noruegiam, ut dicere coepimus, sed omnia Septentrionalia regna populorum multitudine, ac fortitudine, diuitiarumq; ac prouentuum abundantia longe superat, accedemus. Huius amplitudinem saltem attigisse uidetur Plinius libro superius commemorato, ubi Scandianae insulae mentionem faciens, ait: Clarissima insularum

Hallandia.  
Schoningia.  
Blechingia.

Dani sui regni fines transgressi.

Magnus Smeech infra lib. 21. cap. 6.

Gothia Meridionalis.

Vexio ciuitas Episcopalis in Gothia meridionali.

S. Sigfridus Angliae Archiepiscopus.

Moringia.

Elandia.

Suecia siue Sueoniae regni descriptio.

Pli. de amplitudine Sueciae.

Germaniæ est Scandinavia, incomptæ magnitudinis cuius portio tantum ab Illeuionum gente quingentis pagis incolitur. Vbi nimirum portentose corruptus est Plinius, qui sine dubio à principio scripsit, Sueuionum, non Illeuionum gentem, quæ utique plusquam ad quingentos pagos, hoc est, territoria, dilatatur. Neque hic Plinius pagum pro uico, sed pro aliqua numerosa populi congregatione scripsit: quemadmodum dicimus, inelytam Heluetiorum gentem in tredecim, uel secundum C. Iulium Cæsarem, in quatuor pagos, siue territoria, diuisam. Destinit enim extensio Gothiæ circa 64. grad. latitud. apud Vermelandos: deinde porrigitur Suetia, siue Sueconia (ut antea diximus) usque ad grad. 90. in quo latissimo terrarum tractu, maior est hominum numerus, quam hactenus Latini & Græci Philosophi crediderunt, qui de illis terris scribentes, easq; audacius de solitudine & frigoris rigore damnantes, cum iniuria naturæ philosophati fuerunt. Si enim natura non esset magis prouida in conseruandis animantibus & hominibus, quam tales Philosophi in exquirenda rerum naturalium ueritate, profectò citò totius uniuersi moles periclitaretur. Habet Sueconia à Septentrione (ut diximus) Biarmiam suppolarem regionem: quæ in Vltiorem & Citeriorem diuiditur: habuitq; olim (ut Saxo testatur) regni titulum. Ad cuius Orientale latus est uastissima Scricfinnia, de qua Procopius multa fabulatur, ut infra lib. 8. c. 33. in uita Hathini dicemus. Deinde uersus Austrum utraque Lappia coniungitur. Post quas duæ Bothniæ, Occidentalis & Orientalis, longo terrarum tractu diffuse, populorumq; multitudine cultæ, succedunt. Quarum Australiores limites terræ Angermanniæ, in Borealem & Australem diuisa, contingit, diffunditurq; per multos populos, & latissimas regiones.

Huius

Sueuiones, non Illeuiones Plinius scripsit.

Gothiæ extensio circa grad. 64. Suetia usq; ad gra. 90. porrigitur.

Natura prouida in animantibus conseruandis.

Biarmia duplex, Vltior & Citerior.

Scricfinnia.

Lappiæ duæ.

Bothniæ duplex.

Angermanniæ.

Hius Occidentalia tenet Iemphria: quæ cum Noruegiæ & Suetiæ cõfinis existat, ab hac & illa parte plerunq; molestat. Cui Medelpadia uersus Meridiè cõnectitur. Deinde per lata terrarum spatia principatus Helsingiæ, in Borealem & Australem diuisus, porrigitur: qui etiã pro sui amplitudine olim regni titulo decoratus erat. Australia uerò eius cõtingit Gestritia. Post quã sequuntur tres Folchorum landiæ, id est, terræ: quæ uulgò Tyundia, Otthundia, Ferungia, uocantur. In quorum medio locum habet nobilissima metropolis Upsalensis, cum pluribus alijs oppidis & urbibus: quarum præcipua est Stocholmia Sueonum regia, natura, arte, ciuibus munitissima: quæ ad Orientem mare Sueonicum, ad Occidentem uerò habet uastum lacum Meler, ab eiusdem nominis pisce, qui ibi frequentior est, sic appellatum: cuius Aquilonaria litora terris Uplandiarum terminantur. Deinde in Septentrionem procedentibus occurrunt multæ terræ Dalacarlorum: quæ in Ostrodalias, Vestrodalias, & Sotdalias distinguuntur. Asperi sunt illic homines, et motani, exercitati in armis: qui gladium & aratrum, bellum & pacem, mortem & uitam in equo ponunt, ut ille Mantuani uersus eis iuste adscribi possit: Gens durata gelu, gens insuperabilis armis. Sunt quoq; in eorum terris inexhaustæ argenti, cupri, plumbi, ferri fodinæ, unde Sueonum Regi maximi, & perpetui prouentus accrescunt. Habent hæc terræ Episcopum Arosiensem, cui in fide Christiana obedire consueuerunt. Eunt ab Arosia, quæ est in Septentrionali litore, lacus Meler, ad Occidentem occurrit regio Westermanniæ: post quam in eodem tractu est Neritiæ principatus, à Diua Brigitta uidua, & prophetissa (quæ eum possedit) plurimum illustratus: cuius sacra ossa, curante D. Catharina filia eius, ex urbe Roma translata, non procul inde in celeberrimo monasterio Vastensensi ab ipsa D. Birgitte

Iemphria.

Medelpadia. Helsingia olim regnum.

Gestritia.

Folandia tres.

Upsalia metropolis. Stocholmia Sueonum regia.

Dalacarlorum terra.

Metallorum inexhaustæ fodinæ.

Arosia sedes Episcopalis.

Westermanniæ. Neritia.

Vastensense monasterio.

monasteriū S. Brigittæ.

Sudermannia, in qua Episcopus Strengensis.

ta erecto (cuius eadem D. Catharina postmodū prima Abbatissa fuit) apud Ostrogothos requiescunt. Superest in hac parte extensior Sudermanniæ regio: cuius longitudo ab Occidente fertur ad Orientem, itinere quinque dierum: habetq; Episcopum Strengensensem: in cuius dicecesi multa monasteria uirorum, ac uirginum magnificè erecta, & liberaliter dotata conspiciuntur: quamuis etiam in cæteris dicecesibus multorum ordinum conuentus inueniantur.

## CAPVT V.

Finlândia, aliàs regnum. Alandia.

Gothica & Italica milliaria differunt.

Abo ciuitas Episcopalis in Finlândia. Nilandia.

Venedicus sinus.

Carelia media inter Latinos, Græcos, &c.

**H**actenus de Gothis, & Sueconibus: nūc trāsmissio ma-  
tri Suetico, ad Orientem in Finningiam, siue Finlandiam calamus conuertatur, in sulis Alandianis relicto, quæ magno numero in medio itinere amplo mari nauigantibus occurrunt. Igitur Finningia triquetra forma apparet: cuius unumquodq; latus cōtinet centum quinquaginta milliaria Gothica: quæ ter multiplicata, bis mille, & centum Italica consituunt: continet enim milliare Gothicum sex Italica, immò aliquando octo. Est in Occidua parte Finningiæ duplex Finlandia, Aquilonaris & Australis: illa latè in Septentrionem circa litora maris Suetici excurrit: hæc autem dicecesim, & ciuitatem episcopalem Aboensem complectens, in Meridiana Finlandiæ litora extenditur, à cuius Orientali latere prouincia Neolandia, hoc est, nouæ terræ, principium sumens, circa litora Venedici sinus usq; ad Occidentales limites Moscouitarum uersus Orientem porrigitur, pariterq; cum sinu Venedico (qui sic à Venenis, hoc est, à Vādalis dicitur) terminatur. Deinde occurrit Carelia, quæ est confinis regio duorum maximorū principatuum, uidelicet Sueconū & Moscouitarum, Latinorū & Græcorum, Scandianorū & Scytharum Asianorū. Hæc siquidem Carelia à Meridie (ut dictum est) habet sinum Venedicum,

nedicum, à quo per multa terrarū spatia, utpote plusquàm centum milliaria Gothica, extenditur in Aquilonem, usque ad Sericinniam, & Oceanum Scythicum terminatur, relicta Moscouia ad Orientem, & Suetico principatu (cui pareret) ad Occidentem. Hæc summam dixisse uolui de amplitudine Finningiæ, siue Finlandiæ: quæ in suis mediterraneis latissimas habet regiones, Tauuestiam, Satacundiam, pluresq; alias præfecturas, quas magis attingere, quàm describere curauī, superuacaneum ratus, illas terras describere, quarum geographiam diligentissimo studio Olai Magni Gothi Lincopensis, fratris nostri, absolutum habemus, quam quicumque considerauerit, nihil minus ex ea assequetur, quàm si easdem terras quoquo uersus peragrasset. Quas tamen subscriptus index aperte demonstrat, quo facile corrigi possint omnes illi errores, in quos ueteres, uel iuniores scriptores ex insulæ Scadianæ ignorantia incidisse notantur. Sed operæ pretium fore puto, quòd ante Scandianæ insulæ indicem, dierum noctiumq; longitudinem ex secūdo libro Almagesti Ptolemæi capite sexto præmittam, principio ab eius Hyperboreis partibus assumpto.

Oceanus Scythicus. Moscouia.

Finlandia in plures principatus diuiditur.

Olaus Magnus Gothus Scandianam insulam descripsit.

Gradus elevationis poli est Ptolemæo.

GRADVS ELEVATIONIS  
POLI ARCTICI.

## CAPVT VI.

Punctus poli, seu parallelus 90.	ubi maximus dies est mensum sex, atq; ex uno die naturali totus conficitur annus.	Parallelorum assignatio.
89.		
88.		
87.		
86.		
85.		



## 14 GRA. ELEVAT. PO. ARCT.

Hinc usque dioc. Vpsalen. à 63.	Paral. 38.	84.	ubi maximus dies ferme 5. mensium
		83.	(est.
		82.	
		81.	
		80.	
	Paral. 37.	79.	ubi maximus dies constat ex 4. men-
		78.	(sibus.
		77.	
		76.	
		75.	
	Paral. 36.	74.	ubi maximus dies trium mensium
		73.	(est.
		72.	
		71.	(sum.
	Paral. 35.	70.	ubi maximus dies duorum ferme men-
	Paral. 34. pe-	69.	ubi maximus dies unius mensis est.
	riscij uel circūbratiles.		
		68.	
	Paral. 33.	67.	ubi dies maximus 24. horarū æqui-
			noctialium.
	Paral. 32.	66.	ubi dies maximus 23. horarum.
	Paral. 31.	65.	ubi dies maximus 22. horarum.
	Paral. 30.	64.	ubi dies maximus 21. horarum.
Vpsalia metro- polis.	Paral. 29.	63.	ubi longior dies 20. horarum.
	Paral. 28.	62.	ubi longior dies 19. horarū cum di-
			midia.
	Paral. 27.	61.	ubi longior dies 19. horarum.
	Paral. 26.	60.	ubi longior dies 17. hor. min. 30.
		59.	
	Paral. 25.	58.	ubi maior dies 18. horarum.
	Paral. 24.	57.	ubi maximus dies 18. hor. min. 45.

Hactenus Scandiana insula latitudo, & dierum differentia.

Paral.

## GRA. ELEVAT. PO. ARCT. 15

Paral. 23.	56.	ubi longior dies hor. 17. min. 30.	
Paral. 22.	55.	ubi prolixior dies hor. 17. min. 15.	
Paral. 21.	54.	ubi longior dies horarum 17.	
Paral. 20.	53.	ubi longior dies hor. 16. min. 45.	
Paral. 19.	52.	ubi longior dies hor. 16. min. 30.	
	51.		
Paral. 18.	50.	ubi longior dies hor. 16. min. 15.	
Paral. 17.	49.	ubi prolixior dies hor. 16.	
	48.		
Paral. 16.	47.	ubi longior dies hor. 15. min. 45.	
	46.		
Paral. 15.	45.	ubi extenditur dies ad hor. 15. m. 30.	
Paral. 14.	44.	ubi longior dies hor. 15. min. 15.	
	43.		
	42.		
Paral. 13.	41.	ubi longior dies horarum	15.
	40.		
Paral. 12.	39.	ubi extensor dies hora. 14.	45.
	38.		
	37.		
Paral. 11.	36.	ubi maior dies hor. 14.	50.
	35.		
Paral. 10.	34.	ubi extenditur dies ad hor. 14.	15.
	33.		
	32.		
Paral. 9.	31.	ubi longior dies horarum 14.	9.
	30.		
	29.		
Paral. 8.	28.	ubi longior dies hor. 13.	45.
	27.		
	26.		
	25.		

Paral. 7.	24.	ubi longior dies hor. 13.	30.
	23.		
	22.		
Paral. 6.	21.	ubi longior dies hor. 13.	15.
	20.		
	19.		
	18.		
Paral. 5.	17.	ubi longior dies hor. 13.	0.
	16.		
	15.		
	14.		
Paral. 4.	13.	ubi longior dies hor. 12.	45.
	12.		
	11.		
	10.		
Paral. 3.	9.	ubi extensor dies hor. 12.	30.
	8.		
	7.		
	6.		
Paral. 2.	5.	ubi longior dies hor. 12.	15.
	4.		
	3.		
	2.		
	1.		
Paral. 1. dupli-	0.	ubi semper æqualis nocti dies 12. hor.	
cis umbræ sub Æ-			(est.
quinoctiali circulo.			

Parallelorum à Ptolemao diuersa assignatio.

Sed hic considerandū puto, ipsum Ptolemæū lōgè aliter parallelos in 1. lib. suæ Geographiæ, q̄ in Almagesto tradidisse: hic enim 63. gradui polaris elevationis parallelum 29. & in Geographia 21. assignauit. Proinde cuiusvis docti lectoris

lectoris arbitrio eam cōtrouersiam concordandam relinquo: atque intereā me in uera graduum positione publico rectè philosophantium studio satisfecisse confido.



**S**I hunc indicem Volaterranus considerasset, nequaquam Ablabio Gothicarum rerum scriptori impu-  
tasset, ea dixisse, quæ nunquam dixit, uidelicet, quòd Gothorum originem parue insule Gothlandiæ, quæ Ostrogothiæ litoribus adiacet, attribuisset. Præterea Sabellicus Blondus, & complures alij, cum didicissent, quosdam ex ueteribus originem Gothorum Scythis, quosdam uerò Septentrionalibus Germanis tribuisse, multa diuinantes, nunc Scythiæ, nunc alijs nescio quibus terris, eius gentis originem obtruserunt. Tandem prudentiores rerum Hispanicarum scriptores, præsertim Rodericus Archiepiscopus Toletanus, & Rodericus Sancius Episcopus Placentinus, quibus utique debetur magna fides, ex Ptolomæo, & P. Mela Scandiæ descriptionem colligentes, in sententiam Iordanis, & Ablabij (qui inde Gothorum originem tradunt) consenserunt. Præterea ex Galliarum scriptoribus Sigebertus, & ex Anglis Bartholomæus, qui libros de rerum proprietatibus scripsit, Albertus quoque Crantzius Hamburgensis, qui ædidi de Gothis historiam, eandem eorum originem ex Scandia magno consensu affirmant. Nec quenquam inter illustriores Germanicarum rerum, uel aliarum terrarum scriptores inueni, qui secus de Gothorum origine sentiret, præter unum non satis clarum scriptorem Mathiam Miecho-  
uitam Polonum, qui nullo probato autore citato, sed Germanorum gloriæ apertè inuidens, Gothorum originem ad Scythas Asianos usque detrusit, falsoq; nonnullos Gothos sub Rege Daciæ commentus est, qui non Gothis, sed Iuthis (teste historia Danica) imperat. Similem temeritatem suam in proœmio Poloniæ historiæ aperit, dicens, nullam ueram, aut uerisimilem historiam de rebus

Polo-

*Autores diuersa de Gothorum origine sentientes.*

*Hispani ueram Gothicæ gentis originem tradiderunt.*

*Mathiæ Miecho- uita Poloni temeritas.*

Polonicis ante ipsum scriptam fuisse: ob quam assertionem nec ille ueram ex non uera tradere potuisset. Neque leuipendendi negocij occasionem præstitit, quando Regem Poloniæ Boleslaum immensum regni Daciæ thesaurum unà cum Petro Schrin abstulisse commemorat, scurriliter in suum Regem iocatus, quasi aureum uellus Danis abstulisset. Sed de his Daci uiderint, & Poloni: quorum bona, & sanior pars agrè tulisse uidetur illius impudentis hominis scripta: eorumq; doctissimus Erasmus Vitellius Plocensis Antistes me Romæ agètem adhortatus est, ut ueritatem contra illius errores, ne cæteri per eos deciperètur, aliquando defendere curarè: præfatus, malè meriti esse hominem, qui odia inter regna, & nationes ferere nõ uereretur. Interea à silenda non est illa exquisita diligentia AEnæ Syluij Senensis, qui magnam suæ ætatis partem ante summum Pontificatum apud Germanos egit. Is ab amicissimis suis Hispanis, præsertim à Ioanne Caruaialo Cardinali S. Angeli rogatus, maximam adhibuit diligentiã, ut primam Gothicæ gentis patriam inueniret: quam tandè post multam inquisitionem in monasterio Cutrucensi apud Alpes Germaniæ ex Iordane Gothorum historico inuenit. Deinde in libro, quem de gestis suorum temporum Cardinali Illerdensi inscripsit, satis apertè Gothos ex Scandiana insula prodijisse demonstrat. Cui etiam ueritati satis efficax argumentum præstant plurima Scandianorum Gothorũ uocabula, quæ hodie uulgari Italarum sermone immixta audiuntur: suntq; in Italiam per Gothos procul dubio translata. Quòd autem à plerisq; Scythiæ dicuntur, nihil repugnat, cum Scandia eorum patria media sit inter Schytas, & Germanos. Proinde à scriptoribus nunc Scythiæ, nunc Germani appellatur, quæadmodũ nostro æuo Gothorũ principatus à Viburgo Finlandiæ oppido ad paludes Mæotides (quæ utiq;

*AEnæ Syluij diligentia de origine Gothorũ.*

*Scandia inter Scythas et Germanos media. Viburgum non longe à paludibus Mæotidibus.*

Gothorum di-  
uersa nomina.

Gothi, Gethæ,  
Guthi, eadem  
est gens.

Daniis, uel Da-  
cis falso Gotho-  
rum nomē at-  
tribuitur.

Scythiæ sunt) uix ultra quàm sex dierum itinere distat. Im-  
mò si rem ipsam diligentius intueamur, nullos Scythas in  
Europa inueniemus, præter Gothos, quorū Rex hodie ferè  
ad Septentrionalia Tanais imperat. Præterea quòd Gothi  
nunc Cimerij, nunc Thraces, nunc Pontici, nunc Daci, nūc  
Mysij, siue alio quouis nomine appellati fuerint, illa est ra-  
tio satis manifesta, quòd eas illi gētes deuictas bello subege-  
runt, earumq; terras ipsi incoluerunt, illic dominātes: mix-  
tiq; subditis gentibus, illarum postea sunt nominibus ap-  
pellati: qui in Gothia, & lingua patria Gethæ, Guthi, Go-  
thini, Getones passim appellantur: quos posteriores Go-  
thos dicere consueuerūt, quemadmodum infra sæpius scri-  
bere cōstitui. Præterea minimè uera est ea opinio, quæ Da-  
nis, uel Dacis Cimbriam incolentibus, Gothorum nomen  
imponit. Saxo enim Danicus in toto Danicæ: siue Cimbri-  
cæ historiæ contextu, Gothos à Danis separat, bellaq; plu-  
rima inter eos gesta cōmemorat, ut à nobis in suscepti ope-  
ris progressu monstrandum erit.

## CAPVT VIII.

Autores, quos  
Io. Gothus se-  
quitur.  
Gothi maiorū  
gesta carmini-  
bus adiderūt.

Vpsalen. sacer-  
dotes uetustis-  
simi rerum ge-  
starum trac-  
tores.

**S**ed necessariò prius ostendam, quibus autoribus sus-  
sultus patriæ in historiam conferre decreui: Fuerat  
enim ab origine regni Gothorū magnus in eius incolis glo-  
riæ & laudis appetitus. Proinde præclara maiorum gesta  
in carmina & uersus quodam poetico more, sed patrio ser-  
mone, redigere curauerunt: eaq; in conuiujs, ut iuuentu-  
tem ad uirtutem excitarent, frequenter concinebant: quæ  
tandem, ne æui longæua uetustate aboleri possent, rupibus  
& saxis insculpsit, à quibus ego non paruam scriben-  
dæ historiæ materiam mutuare curauī. Deinde non pau-  
ca antiquissima uolumina, quæ publica sacerdotum Vpsa-  
lensium fide, & Gothico sermone ac caractere cōscripta,  
atque

atque hinc illinc dispersa inueni, ad mei instituti negocium  
accōmodaui. Nec dedignatus sum etiam Ericum Vpsalen-  
sem, & Saxonem Danicum, quem Irenicus Ioannem Saxo-  
nem uocat, in eorum historijs imitari: ut demum ex multo-  
rum ueterum, & fide dignorum testimonijs ea historia con-  
furgere possit, quæ ueritatem potius quàm eloquentiam  
exhibebit. Præterea in illis Gothicis rebus, quæ extra pa-  
triam describendæ occurrunt, Ablabium & Iordanē Go-  
thos, quorum memini, deinde Dionem Græcum, & Hispa-  
norum historiam imitari constitui. Nec Procopium, aut e-  
ius interpretem Leonardum Aretinum, immò neq; Blon-  
dum, uel Agathium, aut Sabellicum, siue Bernardum Iusti-  
nianum, uel Albertum Crantzium omisurus sum: ut demū  
omnibus persuasum euadat, me nullum laborem prætermi-  
sisse, nullos graues autores neglexisse, aut ullam occasiōe  
reliquisse, unde Gothica gesta, quæ hæctenus sine ordine di-  
spersa fuerāt, absoluta historia tradi potuissent. De me autē  
& mea fide in conscribendis historijs, illud attendendum  
existimo, quod Cl. Ptolemæus & C. Plinius in Geographia  
tradēda se fecisse fatētur: uidelicet quòd eis primam fidē tri-  
buerint, qui in illis terris fuisset educati, uel plurimū cōuer-  
sati. Mirsilius quoq; Lesbicus historicus ait, quòd de alicuius  
gētis antiquitate et origine, magis credendū sit ipsi gēti  
atq; uicinjs, quàm remotis & externis. Idem sentit Iosephus  
libro primo contra Appionem, affirmās eos omnino deri-  
dendos esse, qui procul ab aliqua gēte positi, ipsam de eius  
antiquitate & moribus docere præsumunt. Quocirca  
mihi homini Gotho, de Gothica gente scripturo, plus fidei  
tribuendum esse puto, quàm Chaldeo, uel Græco res Go-  
thicas enarrare conanti: quamuis non ignorem, ipsis scri-  
ptoribus ex uetustarum rerum cōmemoratione contin-  
gere, ut in multis labātur. Nam & antiquiora illa paulūm

Historici, quibus maior fides adhibenda est.

*Historia scribē-  
da difficultas.*

subobscuram ambiguitatem præbent scribentibus, & tem-  
porum descriptio haud facilis cognitu, quandoque detra-  
hit legentibus fidem. Heroum præterea, Regumq; ac cæ-  
terorum uirorum multiplex ac uarium genus, non satis  
exquisite explicari potest. Accedit insuper, quod omnium  
est difficillimum, ut de antiquorum gestis scriptores inter  
se admodum dissentiant: qua moti re nobiliores, qui post-  
modum secuti sunt, historici, omisiss priorum narrationi-  
bus, ad recentiores se historias ( ut ait Diodorus in princi-  
pio sui quinti libri ) contulere. Ephorus quippe Cymæus  
Socratis discipulus historiam scripturus, ueteribus præ-  
termisiss rebus, ab Heraclidum tempore narrandi exor-  
dium cœpit. Callisthenes ac Theopompus, quos eadem tu-  
lit ætas, prisca illa minimè attigerunt. Ego autem ipsius  
Diodori exemplo secus arbitratus, onus sumpsi, non solum  
præsentis, sed prisca res literis mandandi. Maxima enim  
plurimaq; uetustissimorum heroum ac Regum, tum alio-  
rum excellentium uirorum merita & egregia faci-  
nora extiterunt, ob quæ à posteris peren-  
nes honores, & in historia lau-  
dem meruere sempi-  
ternam.

*Historia nõ in-  
utiliter res pri-  
scas tradidit.*

IOAN.

# IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; li-  
ber I.

DE ORIGINE GOTHORVM.

CAPVT I.



RIGINEM igitur Gothicae gentis ex  
abditis priscorum temporum latebris e-  
ducturus, antiquissimos, eosdemq; proba-  
tissimos autores, Mosen & Philonē He-  
bræos, Berosumq; Chaldaeū imitari con-  
stitui, tam in numero annorū ab Adam usq; ad diluuium  
Noë, & natiuitatem Abraham, quam in constitutione co-  
loniarū, quæ per uniuersum orbem post illam uniuersalē  
inundationem disseminatæ fuerunt, omisiss illis autoribus,  
qui à sacra Genesis historia discedentes, apertè, & nimium  
circa alterū, uel utrunq; errauerūt. Illi enim contra publi-  
cam fidē loquētes, & à se inuicē disidētes, à creatione Adæ  
usq; ad Christi natiuitatē longè plures annos, quam sacra-  
rum literarum autoritas admittit, assignant: hi uerò ex Ge-  
nesis cap. V. mille sexcentos quinquaginta sex annos ab A-  
dam usq; ad diluuiū Noë, deinde transactō diluuiō ad A-  
brāham, ducentos nonaginta duos, magno consensu affeue-  
rant. Quocirca examinatis omnibus eiusdem publicæ fidei  
assertoribus, inuenio ab Adam & mundi creatione, usque  
ad Christi natiuitatē, annos ter mille nongentos sexaginta.  
Hæc itaq; de uera annorum supputatione sufficiant: nunc  
diuisionem totius orbis, quæ Noë tribus filijs suis partitus

*Gothica gentis  
origo.*

*Annorum mū-  
di uera suppu-  
tatio.*

*Anni à creatio-  
ne mundi ad  
Christū 3960.  
Noë tribus filijs  
totū orbem di-  
uisit.*

est, breuiter annectam. Prius tamen considerandum est, totam uetustissimorum historicorum turbam in hoc conuenire, quod Noë (quem alij Ianum, siue Ogygen cognominant) perditō aquis diluuij humano genere, ad Scythicas terras in montes Armeniæ, siue Cassios, non procul ab Araxi fluuio, arca seruatus euasit. Quippe locus primus, quo cœpit humanum genus post diluuium, fuit Scythia Araxea, ut Berofus Chaldæus, & Hieronymus Aegyptius, & Maseas Damascenus, atq; Moses consentiunt. De quibus Archilochus Græcus in Epitheto temporum ita dicit: Maseas Phoenix Damascenus libro XC VII. historiarum asferit, ante Ninū ferme CCL. annis fuisse inundationem terrarum, & quendam, cui Moses antiquissimus historicus testimonium perhibet, liberatum circa fluuium Araxem ad montes Cassios, tumq; recente cœlo, & rudi humano genere, uixisse auream uitam: in qua, nullo ferente leges, natura ipsa uiuebatur, quousq; Ninus & Semiramis armagenticibus intulerunt, & auream uitam uitare cœperunt. Idem testantur Latini scriptores, Trogus Pompeius, & eius abbreviator Iustinus lib. I. Epitomarum de aurea uita ante Ninum. Deinde in secundo libro affirmant, Scythas semper fuisse superiores de principatu humanæ originis. Neq; id silet Cato, qui in secundo fragmento cum illis conuenit, ante Ninum circiter ducentis quinquaginta annis, quibus durauit aureum seculum, terras fuisse inundatas, & in Scythia renouatū auctumq; mortale genus. Quod quo pacto factum fuerit, Berofus lib. III. ostendens dicit:

## CAPVT II.

**E**Xiccata humo, & torrefacta terra, Noë cum familia de monte Gordieo (ut par erat) descendit in subiectam planitiem, plenam cadauerum: quam usq; ad hanc etatem

etatem appellant Miri adam, id est, euisceratorum hominum: & inscripsit in lapideum monumentum rem gestam: & uocant incolæ Locum egressorium Noë. Congressu uerò coniugibus, perpetuò geminos ædebant, marem & fœminā: qui adulti, & coniuges effecti, & ipsi binos partu liberos ædebant. Neq; enim unquam Deus uel natura defuit necessitati, quæ ad uniuersū orbis spectat opulentiam. Eo pacto breui in immensum adaucto humano genere, opus erat nouas sibi conquirere sedes. Hactenus uerba sunt Berofsi: ex quibus apertè colligitur, breue admodum tempus intercessisse inter ipsum uniuersale diluuium, & multiplicationem humani generis per uniuersam Scythiā, & omnia regna Aquilonis, præsertim Suetiam, Gothiā, Finningiam, Mosconiā, Lituaniā, Armeniā, Tartariā: quæ utranq; Scythiam, Asiaticam & Europæam complectuntur, respiciuntq; hinc illinc flumen illud Tanaim, à cuius ostio ipse Noë tandem post centum annos (ut mox ex Berofso probabimus) egressus, colonias in totum orbem extendit. Sed interim operæpretium fuerit ostendere nonnulla, quæ in eisdem Scythicis terris medio seculo egerit. Scribit autem Moses, eundem Noë arca egressum, mox sacra Deo, cum pro liberatione & expiatione, tum ne amodo unquā terra simili inundatione periclitaretur, fecisse. Immo Iosephus, ipsum sacrificia & orationes pro sue posteritatis salute facientem, exauditum fuisse commemorat, talia uidelicet pro filijs orantem: Vt eius hostias propitijs Deus suscipere dignaretur, & nullam iracundiam similem ulterius terra susciperet: ut eius opibus impinguati, & ciuitates cōstituentes, uitam habere possent feliciorē, & nullis bonis, quibus ante imbrem abundauerant, fraudarentur, ad longam utiq; senectutem peruenturi. Enimuerò (teste Mose) Dominus, exaudita oratione eius, ait ad eum: Nequaquā ul-

Arca Noë in montibus Armeniæ quiescit.

Aurea etas. Ninus auream etatem uitauit.

Scythia omnia hominum primis.

Berofus de aucto humano genere.

Mons Gordieus in Scythia.

Aquilonaria regna, multiplicato in se primū humano genere, habitantur. Tanais diuidit duas Scythias. Noë 100. annis moratus in Scythia. Noë orabat dominum.

Noë pro posteris suis orabat.

Noë à Domino  
benedictus.

Multiplicatio  
humani gene-  
ris immensa.

scilicet post  
diluuium  
regna sunt  
creata  
in Asia  
in Africa  
in Europa  
in Asia  
in Africa  
in Europa

trà maledicam terræ propter homines. Benedixitq; Deus Noë & filijs eius, dicens: Crescite & multiplicamini. Quæ quidem benedictione mandatum de generis humani multiplicatione accepit: tantumq; breui (ut dicere cœpimus) multiplicati sunt homines, ut ea benedictio similis illi benedictioni uideretur, qua Christus duos pisces & quinque panes benedicens, in cibum quinq; millium hominum multiplicauit. Probat hanc subitam & ingentem hominum multiplicationem Diodorus Siculus, qui libro tertio, exercitum Nini, adhuc uiuente Noë, ex Ethesia scriptore, immensum fuisse asseuerat, quippe qui in se habebat pedites ad decies septies centena millia, equitum millia ducenta, currus uerò falcatos paulò minus decem millibus & sexcentis. Quocirca Berofus in III. & IIII. Chaldaicarum historiarum libris affirmat, humanum genus adeo in immensum multiplicatum fuisse in illis primis centum annis post diluuium, ut illa latissima Aquilonaria & Gothica regna, plures incolas capere non possent, necessitasq; ipsam Noë ad comparandas nouas sedes compelleret.

## CAPVT III.

Noë colonias in  
uniuersum or-  
bem deducit.

Sem in Asia.

Cham in AEGY-  
pto & Africa.

Iaphet in Euro-  
pa.

Noë totius mun-  
di rex.

Pitio de multis  
plicatione hu-  
mani generis.

**I**gitur Noë centesimo anno post diluuiū, quo natus est Iudex Phalech (ut Moses Genesis X. & XI. scribens asseuerat: supputat enim à Sem post diluuium usq; ad Phalech, annos centū: & ut aiunt Hebræi & Catholici autores) Sem præfecit Asia, Chā AEGYPTO & Africa: cuius metropolis fuit Chammin. Iaphetū uerò (qui & Atlas Maurus dictus est, quod obierit in Mauritania, ut Diodorus in quarto insinuat) præfecit Europæ. Ipse toti orbi, maxime ad Occidentem, atque ad Septentrionem (ut idem Diodorus in quarto habet) præfuit. Quod etiam Philo Hebræus de multiplicato humano genere scribens, dicit, quod ipse Noë

cum tribus filijs, & multis colonijs in Pontum uenit, & ratibus perlustrauit omne mare Mediterraneum, ostendens primò Sem omne litus Asiaticū à Tanai per Bosphorum, usq; ad Nilum AEGYPTI: & Chamefi à Nilo litus Africae, usque in angustias Oceani & Gadium. Iapheto autem omne litus Europæ à Gadibus usq; ad Tanaim, & singulis prouincijs circa litus diuisit colonias. Decenio, postquam à Tanai discesserat, in eundem locum redijt. Reuersusq; in Scythiam, Nimbrotum (qui & Saturnus dicitur) anno à diluuiio (ut Berofus ait) centesimo trigessimoprimo, primum Babyloniae Regem creauit: deinde complures alias colonias (quarum etiam Berofus meminit) in uniuersum orbem emisit. Tandem postquam maiorem suæ ætatis partem apud Scythas à tempore diluuii exegerat, multaque (teste eodem Beroso) pro optimè instituenda posteritate disposuerat, magna coloniarum multitudine sociatus in Asiam, deinde in Africam, & postremo ac secundo transitu in Italiam (in qua fati concessit) peruenit. Igitur ex præmissis plura colligi possunt: quorum primum est, quod omnia Scythica & Septentrionalia regna principatum humanæ originis sibi post uniuersalè inundationem, testimonio probatissimorum autorum, iure uendicare possint: deinde quod Sueonia, Gothia, & Finningia, quarum historias scribere institui, prius affluentissima mortalium multitudine incolebatur, quam reliquæ totius orbis partes, præsertim Australes, ullum colonum haberent: præterea quod centum & octo annis (si fragmentis Catonis credendum est) illæ ipsæ regiones ante Italiam habitæ fuerunt. Chaldaica quoq; Babylon, quam Berofus regnum regnorum, & primum in orbe terrarum populorum nominat, fermè uigintiquatuor annis post primum Italiae incolatum, principe Nimbrote, incepit. Hactenus de

Noë 10. annū  
occupatus e-  
rat in consti-  
tuedis colonijs  
per uniuersum  
orbem.

Tanais flumen.  
Noë Nimbrotū  
primū Regem  
Babyloniae  
creat.

Noë magnā suæ  
ætatis partem  
post diluuium  
apud Scythas  
egit.

Noë Romæ mor-  
tuus in Ianiculo  
monte.

Septentrionalia  
regna princi-  
patum huma-  
ni generis sibi  
uendicant.

Septentrionalia  
regna 108.  
annis ante I-  
taliam habita-  
ta fuerunt.  
Italia antiquior  
regno Baby-  
lonia.

prima sortitione coloniarum, quantum ad meum propo-  
sitū satis esse putavi. Nunc ad Scythica, & Aquilonaria re-  
gna, ut eorum Reges & heroēs describam, me conuertam.

## CAPVT IIII.

Magogus pri-  
mus Gothorū  
Rex internus.



**M**Agogus igitur Noë  
ex filio Iapheto ne-  
pos (teste Iosepho primo sus-  
rum antiquitatum libro, cap.  
XI.) Scythiæ gētis pater, &  
cōditor erat: primumq; in ea  
Europæa Scythiæ parte, que  
nunc Finlandia uocatur, &  
Gothorum Regi Orientē siue  
Tanaim uersus hodie paret,  
imperabat: deinde, ut publica  
patriæ historiæ fides habet,

transmisso Venedici maris sinu in Gothiam, Scandiana  
peninsulæ partem, nauibus uectus, magnaq; populi multi-  
tudine sociatus, peruenit, & eas gentes ex suo nomine (ut  
autor est idem Iosephus) Magogas nominauit: quibus pos-  
tea Græci Scytharum nomen imposuerunt. Complures  
quoq; Latinorum totam Scandiam, uti diximus, Scythico  
nomini attribuere: at patria lingua à gentis origine usq; in  
præsens, semper (ut paulò antè dictum est) Gethæ fuerant  
nuncupati. Demum Latini, postquam cum eis de imperio  
contendere cœperunt, ipsos frequentius Gothos uocare  
uoluerunt: quanquam non raro promiscuo nomine nunc  
Gothi, nunc Gethæ, in Latinorum historijs appellentur, ut  
in contextu historiæ deducemus. Sed hoc loco consideran-  
dum puto, hūc Magogū alium fuisse ab eo Magogo, quem  
Berosus asseuerat à Nimbrotō Babyloniorum Rege, siue  
Saturno,

Magogus gentes  
Scythicas esse.

Scandia Scythi-  
ca.

Gothi, & Ge-  
thæ eadē gens.  
Magogus duo.

Saturno, missum fuisse cum colonijs in Cœlosyriam, ibiq;  
regnum, & urbem Magogibi, id est, patriam Magog con-  
stituisse, circa annum à Noëtico diluuiō centesimū septua-  
gesimum quintum. Hic autem Gethicas terras, circa annos  
ab eodem diluuiō octoginta octo, administrandas ingressus  
est: nisi forsan, postquam ipse intra eas pluribus annis re-  
gnasset, regnaq; & Respub. pro illorum temporum ratio-  
ne constituisset, tandem ad Nimbrotum & Cœlosyriam  
commigrasset, iuxta exemplum Noë & filiorum eius, qui  
(teste Beroso) nunc in Armenia, nūc ad ostia Tanais, po-  
stremò in Asia, Africa, & Italia confederunt. Necessarium  
quippe erat, ut illi humani generis Principes tantam po-  
puli multitudinem, que sub Septètrione in immensum (ut  
modò ex Beroso colligebamus) creuerat, in uniuersam ter-  
ram sepius educere curarent.

Cœlosyria.

Transmigratio-  
nes multæ pri-  
scorum homi-  
num.

## CAPVT V.

**F**Verūt huic Magogo quinq; filij: quorū primus Suen-  
no, Sueonica gentis propagator fuit & rector: secū-  
dus uerò Gethar, quem alij Gogum dixere, nomen suū Ge-  
this, quibus præerat, adaptandum curauit: reliqui tres,  
Thor, German, Vbbo, fideli promptoq; obsequio frater-  
num illorum imperium coluere. Quocirca non multò mi-  
nor eorum autoritas in subiectis populis erat, quam si Re-  
ges designati fuissent. Neq; eo tempore formidandum erat,  
fraternæ gratiæ uinculum, aut iusturandum, ob Principū  
pluralitatē, uel regnandi ambitionem, uiolatū iri: currebat  
enim tunc illa aurea innocētis uitæ ætas, quam uetustissimi  
historici & poetæ, tot miris, summisq; laudibus extollunt.

Suenno 2. Go-  
thorum Rex  
internus.

Gethar, siue Go-  
gus 3. Gethariū  
Rex internus.

Thor.  
German.  
Vbbo.

Aurea ætas.

## CAPVT VI.

**V**Bbo deinde, postquam præterierant à diluuiō uni-  
uersali anni circiter ducēti quadragesimæ sex, Suen-

Vbbo 4. Gotho-  
rum Rex in-  
ternus.



*Vpsalia metro-  
poli antiquis-  
sima.*

none fratre satis absumpto, principatum super Sueones adeptus est. Ab hoc Vbbone ante tempora Abrahæ edificata est urbs Vpsalia: sic dicta à principio, quasi Vbbonis aula, siue quòd circa litora Salæ fluij situm obtineat: à qua etiã diuturno temporũ cursu Sueonũ Principes dici uoluerunt Reges Vpsalenses. Est ea urbs in amœno loco posita, nõ hominibus tantum, & Principibus ac Regibus, sed summis Gothorũ Pontificibus, & ipsi Dijs à principio dedicata,

## CAPVT VII.

*Siggo 5. Gotho-  
rum Rex in-  
ternus.*

*Sigtuna oppidũ  
edificatur.*

*Estones.  
Finni.*

*Scythæ gentes  
fortissima nul-  
lus in re mili-  
tari cedunt.*

*Carmenta La-  
tinarum lite-  
rarum inuen-  
trix.*

*Romani olim  
gens ru. is.*

**V**bbone apud Vpsaliam defuncto, aliquot anni præterierunt, antequam illi in regno Sueonum succederet Siggo: qui opportuno loco ex suo nomine Sigtunam oppidum prope lacum Meler erigendum curauit, ut esset idoneum præsidium, quo barbari Estones, aut Finnones, siue aliæ Orientales gentes à uastando agro Suecico arcerentur. Illo enim tempore, quemadmodum Assyriorum regnum sub Nino & Semiramide in omnem ferè Asiam extendebatur, ita Hyperborci, siue Scythici homines suam potètiã longè lateq; propagare conabantur. Qui si pares cum alijs regnis scriptores assecuti fuissent, nec Assyrijs, nec alijs potentissimis regnis, in rerum gestarum magnitudine inferiores haberentur. Nam cum illis magna scriptorum ingenia obuenerint, per terrarum orbem facta ipsorum pro maximis celebrantur, & aliorum uirtus, qui maxima fecere, tanta (ut ait Sallustius) habetur, quantum eam uerbis potuere extollere præclara ingenia. Credendum tamen non est, ipsos Aquilonares omnino caruisse scriptoribus rerum à se magnificè gestarum, cum longè ante inuentas literas Latinas, & antè quàm Carmenta ex Græcia ad ostia Tyberis & Romanum solum cum Euandro peruenisset, expulsisq; Aboriginibus gentem illam rudem mores & literas docuisset,

set, Gothi suas literas habuerint. Cuius rei indicium præstant eximie magnitudinis saxa, ueterum bustis ac specubus apud Gothos affixa: quæ literarum formis insculpta persuadere possint, quòd ante uniuersale diluuium, uel paulò post, gigantea uirtute ibi crecta fuissent. Literæ uerò hæ sunt:

*Gothicæ literæ  
antiquissimæ.*

## ALPHABETVM GOTHICVM.



**H**is apicibus res gestas in lapidibus exprimentes semipiternæ hominum memoriæ tradiderunt. Quibus etsi Romani sermonis notitia, quæ tunc ante Romam conditam nulla erat, abesset, attamen tanta ad eloquentiæ studium, & ad scribendum patrias pœses diligentia eos inflammauit, ut non solum pueri modesti (quod Romanos longo post tempore fecisse scribit Cato) cantaturi carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, passim instituerentur, uerum etiam graues uiri in tibias de clarorum

*Res heronum ma-  
gnificè gesta,  
obliuioni tra-  
di minime do-  
bent.*

uirorum uirtutibus ( ut etiam hodie fit ) canerent: tantusq; erat doctrinæ honor & premium, ut sapientibus non modò sceptræ & regna, uerumetiam diuinos honores pleriq; impenderent. Sed de his postea suis locis nonnihil afferemus. Nunc ad Siggonem reuertamur. Qui postquam subiectos sibi populos prudenter in bello & pace ad multos annos, utpote sexagintaquinq; gubernasset, armisq; & legibus præcipuam operam impendisset, tãdem longo senio apud Upsalensem metropolim consumptus defecit, circa annum à diluuiio quadringentesimum duodecimum.

## CAPVT VIII.

Siggo Rex apud  
Upsaliam moritur.

Ericus VI. Gothorum Rex.

Interea dum Sueonibus Siggo imperabat, Ericus in Gothorum Regem circa annum à diluuiio trecentessimum quinquagesimū septimū eligitur. Hic Magogi ex filio Gogo sue Gothoro nepos, uel ( ut alij dicunt ) abnepos, non modò instituendis bonis moribus, uerumetiam patriæ charitate illustris euasit: siquidem iustas & salutare leges, quas ea ætas permisit, constituit, & quicquid ad conseruandum Gothicæ Reipub. statum utile uidebatur, summo conatu præstare curauit. Enimuero acceptum à patre sue uo regnum, tanta uirtute gubernauit, atq; in remotas terras extendit, ut pleriq; nostri Historici hunc affirmant nò solum præcipuum, sed primū Regem fuisse Gothorū. Qui cum usq; ad eius tēpora uiuente adhuc Saruco auo ipsius Abrahæ, tantum multiplicati essent, ut amplissima insula Scandiana ( quanuis alter orbis dici posset ) ipsorum infinitum numerum sustinere nequiret, iussa est à Rege Erico non parua eorum pars, qui auream ætatem hactenus currentem peruersis facinoribus uitabāt, uicinas ad occidentem solem insulas ( quæ longo post tempore Danicæ sive Cimbricæ dictæ sunt ) quærere, atq; in eis nouas sedes collo-

Necessitas inquit  
rendi nouas se  
des.

Danicæ insula  
inhabitari cœ  
perunt.

care. Itaq; noui illarum insularum incolæ effecti, diu postquam ex terris Gothorum exierant ( ut etiam ipsorum historie testantur ) sine Rege ibi confederūt. Quippe ab hoc Erico usq; ad Danum, quem suum primum Regem tempore Gedeonis Iudicis Israël fuisse affirmant, fluxerunt anni circiter sexcēti sexaginta: atq; interea Regibus Gothorū, siue Iudicibus ab eis constitutis paruerunt, donec Humelus Gothorum Rex ( ut infrà dicemus ) supradictum filium suum Danum eis regem imposuit. Sed ad Ericum reuertar: de cuius præclaris facinoribus si copiosiore notitiam haberem, facile ostenderem eius regnum tantò gloriosius extitisse, quantò innocentius illud seculum nostris temporibus fuisse consideramus. Circūferuntur in tota patria ante publicum omnium conspectum carmina patrio sermone de eius gestis ab antiquissimo æuo ædita, in quibus præter cætera multa, sequentium uersuum sensus habetur.

Danus primus  
Rex Danorū  
tēpore Gedeonis  
Duch Isra-  
el.

## ERICVS.

Primus in regnis Gethicis coronam  
Regiam gessi, subijq; Regis  
Munus, & mores colui sereno  
Principe dignos.

Horruī quicquid furor aut libido  
Suasit, & nulli grauis aut molestus,  
Sed probus, uiuens timui præesse  
More tyranni.

Legibus iustis populos gubernans  
Præfui: nullus pavor innocentis  
Terruit: iudex procul est iniquus  
Me duce pulsus.

Danicæ regnum caruit colonis,

Carmina pa-  
trio sermone  
ædita in Lati-  
nū traducta.

Donec illius regionis agros  
Gothicas gentes habitare iusti.

Sed sine Rege

Non erant pauci populi rebelles,  
Quos metus legum uctuit morari  
Gothica in terra, uel habere sedes

Inter honestos.

His ego pulsus procul in remotas  
Cimbricas terras, reliquis quietem  
Præstiti firmam: nec erat timenda

Turba nefanda.

Iudices illis adhibens tributo  
Subdidi iusto: nec erat potestas,  
Qua iugo tali poterat resisti

Tempore multo,

Donec Humelo Gothico tyranno,  
Natus est Danus similis parenti:  
Qui dedit nomen titulumq; regni  
Gentibus illis.

Non tamen Danos potuit tributo  
Debito Gothi liberare, quorum  
Maximas uires metuebat ipse  
Viribus impar.

Hinc satis iusta est ratio, coarctans  
Danicos Reges, quòd in omne tempus  
Gothico Regi referant tributa,  
Collaq; subdant.

**T**Andem postquam mortuo Erico optima illa auri  
seculi tempora nimis celeri cursu præcesserant, res  
Sueonum, quæ bono inchoata fuere principio, in deterius  
dilabi coeperunt, & demum euolutis à diluuiio quadrin-  
gentis

gentis annis, ad impium idolorum cultū corruerunt. Erat  
(uti diximus) in eorū patribus & atauis, pietas erga Deū  
incorrupta, ingens, atque infatigabile uirtutis studium,  
innocentia ubique secunda, nusquam uolentia, nusquam  
iniuriæ locus, iustitia omnium animos constantissimo fœ-  
dere continebat: sed obrepens paulatim humanæ mentis  
corruptio, aut omnes uirtutes, aut certe maximam earum  
partem euerit: diuinæq; maiestatis cultus ab ipso  
Noë (teste Beroso) per manus traditus, qui primum om-  
nium curari debuit, neglectus est. Proinde neglecta Di-  
uinitas, neglexit eos à quibus negligebatur: ipsos tradi-  
dit, aut tradi permisit, in reprobum sensum, & in ipsam  
idolatriæ horrendum crimen: à quo quantus scelerum  
cumulus in uniuersum orbem effluxerit, nullæ historiæ  
silent. Sed dicat hic fortasse quispiam, non esse operæ pre-  
tium, aliqua quantumuis magna & præclara Gentiliū fa-  
cinora recēsero: quod certè mihi persuaderi permitterem,  
nisi lex historiæ, quam conscribendam suscepi, me ad eorū  
narrationem traduxisset, cum non sit omnino inutile ho-  
mini Christiano paganae superstitionis studia considerare,  
ut puramente gratias agat diuinæ miserationi, per quam  
nouit se à tanto errore atq; æterna miseria liberatum, si-  
mulq; ingemiscat sua opera (cum sit in filium Dei adopta-  
tus) Ethnicorum uirtutibus sæpenumero superari. Proin-  
de aperiendum hic sentio, quibus numinibus Gothica na-  
tio pagana superstitione seducta paruerit. Quæ una cum  
Sueonibus, & omnibus adiacentibus prouincijs, templum  
quoddam nobilissimum, ab antiquissimo tempore in hac  
Upsalia adeo magnifico apparatu constructum ueneraba-  
tur, ut nihil in eius parietibus, laquearibus & columnis,  
nisi aurum splendere uideretur. Tectū præterea totum au-  
ro fulgebat, à quo aurea catena de pendēs, totum templum

Pagana super-  
stitione fasci-  
nata nobilis  
patria labitur  
in idolatriā.


Deum negligē,  
negligitur ab  
ipso.

Gratiæ Deo sem-  
per agenda.

Locus idola-  
riae, & templi  
apparatus.



domusq; fastigia cinxisse memoratur. Quo factum erat, ut templum in ampla planitie situm, admirando sui fulgoris uenerandam religionis maiestatem accessuris preberet. Astabat eius foribus arbor ingens ignoti generis, patuli diffusa ramis, æstate & hyeme iuxta uirens.



## CAPVT IX.

Thorus æstimatus summus Deorum.

Thori pro Iouis nomine utebatur.

**I**n hoc templo Thorus tanquam potentissimus & summus omnium Deorum, in medio triclinio strato puluinarum colebatur: cuius magnitudini nihil diuinarum humanarum rerum digna æqualitate conferri posse existimatum est. Erat in capite eius corona, & in manu sceptrum, atq; in circuitu duodecim stellæ: unde admonebantur cultores credere ipsum esse Iouem Auxurum, hoc est, imberbem uel Ioui similem, qui in aëre præsidens, tonitrua, fulgura, uentos & nubes, serenitatemq; gubernans, agrorum fecunditatem cum fructibus uniuersis ministraret: cuius patrocinio credebant se à pernicioso syderum influxibus, & tempestatibus, atq; à pestilentia & fame præseruari, frugibusq; & omnium bonorum affluentia beari. Quapropter

propter omnes Aquilonarium regnorum Principes & populi Numen illud mira pietate uenerates, diem unum (quæ Latini diem Iouis appellant) per singulas hebdomadas eius cultui & nomini dedicatum obseruabant. Quæ nominatio etiam ad nostram ætatem, relicta pagana superstitione, perseuerat. Primumq; anni mensem, quem alij Ianuarium uocant, nostri mensem Thoronis appellant. Præterea coruscationes, fulmina & tonitrua, similesq; syderum motus, fragorem Thoronis appellant: plurimiq; Gothorum nostra ætate Thorones nominantur. Cingebant latera huius supremi Numinis alij duo Dij, Othinus & Frigga, quorum simulachra perinde ac comparium Deorum maiestas exigere uidebatur, utrinq; collocata fuerunt. Othini siquidem statua à dextris posita Martem ipsum aureis armis fulgentem expressit. Viuens enim Othinus tanto opinionis fulgore (ut ait Saxo Danicus) cunctis terrarum partibus inuinebatur, ut ipsum non secus, quam datum mundo lumen omnes gentes amplecterentur, nec ullus orbis locus extaret, qui numinis eius potentie non pareret. Cuius præsidium Gothi aduersus omnem bellorum impetum sufficere credentes, ipsum incredibili ueneratione profecti, diem Mercurij in eius honorem æterna commemoratione consecrauerunt. Et quia uiuus in tota Europa diuinitatis titulum, quod nulli in arte militari cederet, affectus fuisset, hinc euenisse credo, ut Gothi (quemadmodum testatur Dion Græcus, Ablabius, & Iordanes, Gothicarum rerum scriptores) Martem, quem Deum belli putauit antiquitas, apud se dicerent Primogenitum: quod insignis Poëta non ignorabat, cum diceret:

Gradiumq; patrem Geticis qui præsidet armis.

Quem Gothi semper asperrima placuere cultura, morte scilicet captiuorum, opinantes bellorum præsidem aptius

A die Iouis remanet memoria cultura Iouialis.

Ianuarius mensis lingua Gothica à Thoro nomen habet. Similiter tonitrua ab ipso nomen accipiunt.

Othinus et Frigga Dij æstimantur.

Dies Mercurij Othimo sacer erat.

Martem Deum belli putabant ueteres pagani.

humano cruore placari, à quo uicissim omnem belligerandi industriam adeo perfecte didicisse uidebantur, ut dentis Europæ & Asiæ potentissimis imperijs, summum fortitudinis gradum sint assecuti. Simulachrum Frigge tertio loco positum, ut amorū gratiarumq; ita pulchritudinis, deliciarum, nuptiarum & uoluptatum omnium Dea credebatur. Et ob id tantum apud Gothos, quantum Venus apud Romanos uenerata, diem Veneris usque ad nostram ætatem sibi consecratum habet, certasq; stellas in cœlo à maioribus nostris Colum & Fusum Frigge nominatas accepimus. Præterea pingebatur gladio & arcu armata, quod in illis terris uterq; sexus semper in arma promptissimus esset. Quippe non solum Aquilonares uiri, uerumetiam mulieres & uirgines, olim omnia penè temporum momenta ad excolendam militiam conferebant, ne uirtutis neruos luxuriæ contagione hebetari paterentur. Sed de his infra dicemus.



## CAPVT X.

Plures Deos colebant.

**P**Ræter hæc tria præcipua Numina colebantur Di alij complures, qui (teste Saxone Danico) miranda præstigia

præstigiarum machinatione callentes, occupatis simplicium animis, diuinitatis sibi fastigiū arrogauerunt. Quippe non solum Gothos, uerumetiam omnes Septentrionales prouincias uanissimæ credulitatis laqueis circumuentas, ad cultus sibi pendendi studiū concitantes, præcipuo ludificationis suæ contagio resperferunt. Adeo namq; fallaciæ eorum effectus percubuit, ut in ipsis cæteri quondam numinum potentiam uenerantes, eosq; Deos uel Deorum compares autumantes, ueneficiorum autoribus solennia uota persoluerent, & sacrilego errori honorem sacris debitum exhiberent. Inter quos quidam Methothim arte magica insignis, excellentem fictæ diuinitatis opinionem sibi arripiens, simplicium hominum animos præstigiöse artis fama seductos, ad superstitiosa libamenta sibi præbenda adduxit. Hic cum esset summus Deorum Pontifex, sacrificia cærimoniaq; ita distinxit atque disposuit, ut discretus Superum cuiq; cultus & libatio obseruaretur, asserens Deorum offensas communibus sacrificijs, aut permixtis cærimonijs, expiari non posse. Fro quoq; Deorum satrapa sedem haud procul Upsalia habuit, ubi ueterem litationis morem tot gentibus aut seculis usurpatum, tristi infandiq; piaculo mutauit. Siquidem humani generis hostias mactare aggressus, foeda Superis libamina persoluit; cui tandem in Deorum numerum relato, ut qui Deus sanguinis haberetur, suruæ hostiæ immolabantur, lectisterniq; & ludi nocturni annuo feriarum circuitu (ut aliquando in urbe Roma Diti & Proserpinæ) consecrabantur. Hollerum etiam diuinitatis insignibus decoratum decepta uenerabatur antiquitas. Is siquidem parem cum Othino amplitudinem inter Deos assecutus, adeo armorum & præstigiariū usu clarus euaserat, ut ad traicienda maria offe, quod diris carminibus obsignauisset, nauigij loco

Summum Pontifex  
Methothim præstigiator  
Magica

Methothim præstigiator  
Magica

Fro Deorum Satrapa in Deorum numerum relato.

Hollerum pro Deo uenerabatur.

Vagnofium & Hadingū Dīs appofuerunt.

Roftiophū Finnonicum Dīs applicuerunt.

Roftarus crude līs.

Thoronis aut Othini filij exiftimati, diuinis honoribus donabantur.

uteretur, nec eo feignius quā nauigio præicta aquarum obftacula superaret. Præterea eorum numero Vagnofium & Hadingum appofitos inuenio: quibus ob open in periculo bellorum promptius exhibitam, diuini honores pendebantur. Præter hos Roftiophum Finnonicum, eò quòd exquisitis præfciētia studijs uiuus excelliffet, poft fati in Deorum focietatem translatum crediderunt. Additur hīs Roftarus, cuius ftupenda immanitas humani sanguinis facrificio ita placari uoluit, ut ei illorum, quos cultores fui oppreffuri eflent, animas dedicarent. Demum complures alij Maximi Thoronis aut Othini filij exiftimati, diuinis honoribus à feducto populo donabantur, ac publico digni libamine cenfebantur.



## CAPVT XL

Dij Gothorum cum his qui a pud Byzantiū colebantur, communicauerūt.

**N**ec prætereundum puto, quomodo Dij Gothorum cum illis qui apud Byzantium colebantur, similitudinem communionemq; habuerint, qualem noſtra etate Pontifices Borealium regnorum cum Romanis Pontificibus obferuant. Siquidem Byzantini Dij Gothicos Deas, ſe quando

quando comperti fuiſſent diuinitatis gloriam aliquo nefario facinore maculaſſe, non ſolum Deorum collegio ſubmouere, uerum etiam primatu eiectos, ac domeſtica honore ſpoliatos proſcribere, & alijs pœnis afficere autoritatem habebant: qua ſæpius ſeuere uſi fuiſſe traduntur, exiſtimantes alicuius probroſi Dei potentiam ſatius ſubruendam, quā publicam religionem ſacrilego exemplo profanandam, ne ipſi pœnas alieno crimini debitas in ſe translatas experirentur. Enimuerò compertum habebant, ſua diuinitatis cultores, uulgatis parium Deorum criminibus, obſequium contemptu, religionem ludibrio commutare, ſacra pro ſacrilegio duci, ſtatū ſolennesq; ceremonias ſcenicorum ludorum loco exiſtimari. Itaq; ſubmotis illis, alios in locū ipſorum ſufficientes, factò ipſo oſtenderūt, ſe Deos ac Reges creandi deſtituendiq; poteſtatem habere. Nec ſemper ea pœna perpetuò duratura, ſed iuxta culpæ modum quædam menſura, quædam annua, quædam triennialis, nonnulla uerò decennialis, aut diuturnior: qua perſoluta Dīs atrocitatem exilij miſerantibus, ad priſtini fulgoris gloriam reuertebatur, præſertim cum ſuperioris infamie ſqualorem medijs temporis interuallum euacuaſſet. Accidit etiam aliquādo (quod ait Saxo) ut illi, qui ſcenicis artibus, aut alijs deformibus operibus impediti eſſent, quominus amiſſum diuinitatis honorem recuperare, aut de integro aſſequi poſſent, ſummos Deorū nunc adulando, nunc premijs permulcendo, diuinæ maiestatis gloriam pecuniis mercarentur, & ad honores, quibus alijs eſſent ineptiſſimæ ſummæ pretio aditum obtinuerint. Quod ſi quanti emerent, ſcire uoles, illos interroga, qui quanti ueniat diuinitas, didicerunt. Hoc tamen uerum eſſe ſciēs, quod Tertullianus de Laribus ſcripſit: Qui magis tributarij fuerūt, magis ſancti habebantur, immò qui magis ſancti, magis


Paganis arbitratu ſuo Deos ſubmouebant & ſufficientes

Infames diuinis honores pecunia emercabantur.

Magis tributarij magis ſancti.

tributarij erant, ne liceret Deos esse gratis. Nec mirum uideri debeat, tantum ualuisse in hac gente talium Deorum opinionem, quando apud Aegyptios, Græcos, & Romanos omnium prudentissimos, indignæ fabulæ colerentur, templisq; honorarentur, utpote Iupiter, Saturnus, Mars, Mercurius, & reliqui, quos fuisse mortales homines, & istis Gothiis Dijs sceleratioribus sciebant, atq; quorum sepulchra minime ignorabant.

Aegyptij, Græci, Romani alioquin sapientes portenta colerunt & uenerabantur.



antiqua imago  
toti omni et  
antiquissima  
antiquissima

CAPVT XII.

**H**actenus de Dijs: nunc de Sacrificijs & Sacerdotibus eorum pauca dicemus. Erat olim in sacrificijs Gothorum numeri nouenarij obseruatio admodum accepta, forte quia Pythagorica philosophia monuerit numerum imparē, qualis hic est, qui ex ter tribus consurgit, in omnibus præponi oportere. Ea enim Septentrionalium religio multum ex Pythagoricis traditionibus aucta commemoratur, tam per Salmoxem, quam per alios eiusdem traditionis Philosophos, de quibus infra dicendum erit. Et quamuis Dijs suis summum cultum singulis hebdomadis,

Sacrificia Gothorum nouenario numero obseruabatur. Religio Gothorum ex Pythagorice traditionibus aucta.

hebdomadis, & quotidie exhiberent, tamen omni mense solenniorem uenerationem ipsis impendentes, nouem dies sacrificijs ritè ac religiose absoluedis tribuerunt, singulisq; diebus nouem animantium genera immolabant: quibus etiã totidem humanas hostias adiungebant. Ac post nouendum, per summam totius regni celebritatem, templum illud Upsalense frequentissimo incolarum accessu uisitabatur, ibiq; nouendialibus ferijs, & præscripto sacrificiorum numero, Dijs hostiæ ad aram mactabantur: homo autem quem fors immolandum obtulerat, in fontem qui ad locum sacrificiorum scaturiebat, uiuus immergebatur: qui si facile efflaret animam, faustum renuntiabant sacerdotes uotum, moxq; inde ereptum, in uicinum nemus (quod sacrum credebant) suspendentes, inter Deos translatum affirmabant. Qua factum erat, ut beatum se crederet, qui ea immolatione excederet è uita. Accidit nonnunquam Reges ipsos eadem sorte delectos immolari. Quod quia faustissimum regno sacrificium aestimabatur, totius populi multitudo summa gratulatione tam insignem uictimam prosequabatur. Enim uero sic de sanctos nequaquam mori, sed tam illos, quam seipfos immortales esse persuasura habebant.

Nouem diebus nouem genera animantium immolabant.

Homo immolabatur.

Miserabile speculum ritus ipsorum idololatrum.

Sorte deligebatur immolandum.

propter antiquitatem  
et antiquitatem  
et antiquitatem  
et antiquitatem



## CAPVT XIII.

**S**VNT graues auctores asseuerantes Gothos multis nationibus excellentius sapientiae studuisse, ideoq; opinionem de animae immortalitate induisse, quia (ut ait Herodotus) se mori non putantes, dicerent eos qui uita functi essent, in alium quempiam locum amoeniorem demigrare, in quo Deum quendam Bleixen praesidere affirmabant, ad quem assidue praeter superius expressum modum, cum naue quinque remigum nuntium quempiam ex seipsis sorte delectum mittebant, praecipientes ut ea quibus indigerent, a liberalitate Numinis impetrarent, quemadmodum infra dicemus. Praeterea tam obstinatissimo animo Deorum suorum cultum obseruabant, ut concitato in nubibus fragore, sagittas ex arcibus in aera excutientes, ostenderent se opem asserre uelle Dijs suis, quos tunc ab alijs oppugnari putabant. Nec ea temeraria superstitione contenti, inusitati ponderis malleos (quos Iouiales uocabant) ingenti aere complexos, magnaq; religione cultos, ad eum usum habebant, ut per eos tanquam per Claudiana tonitrua, & per usitatam rerum similitudinem, caeli fragores, quos malleis cieri credebant, exprime-

exprimerent, tantiq; sonitus uim fabrilium specie imitantes, Deorum suorum bellis sic adesse admodum religiosum existimarent. Durabat is Iouialium malleorum usus usq; ad annum a Christo nato millesimum centesimum trigesimalium, cum Magnus Gothorum Rex Christianae disciplinae studio paganam superstitionem perosus, & sanum cultu, & Iouem insignibus spoliare sanctitatis loco habuit: qui propterea ad multa tempora a Gothis perinde ac coelestium spoliatorum sacrilegus raptor reputatus est. Solebant etiam Gothi processuri in praelium, equos ad aras immolare, quorum abscissa capita, contisq; excepta, subiectis stipitibus distentos faucium rictus ante acies praeferebant. Nec tantum uictimas ante bellum, uerumetiam post superatos hostes hostias immolabant, magnificosq; ludos in honorem Deorum faciebant, in quibus effeminati corporum motus, sceniciq; mimorum plausus, ac mollia nolarum siue arium crepitacula ostentabantur. Haec & alia eximia sacrificiorum genera potissimum faciebant, ut Dijs iuuantibus nulla bellorum uel superari possent: adeo eis arma in desiderio, & continuo usu erant, ut reliqua omnia humana studia nequicquam comparanda rei militari putarent. Praerant his sacris disparium graduum sacerdotes, Pontifices, Archiflamines, Flamines, Salij, Augures: quorum primis, utpote Pontificibus, permissa erat par cum Regibus potestas, tantaq; auctoritas, ut quicquid illi uel suaderent, uel iuberent, quasi de caelo sonuisset, mox ipse Rex & populus alacres exequerentur. Instruxerunt gentem plurima sapientia, selegerunt sacerdotes, religionem fundauerunt. Testatur Dion Graecus, huic genti nulla aetate defuisse Pontifices, qui eos in sapientia erudirent. Erat quoq; inter eos genus Pontificum illustrius, quos Pileatos & Pios uocauerunt, ex quibus Reges & sacerdotes sibi cooptabant, quod inferius subnecte-

Magnus Gothorum Rex abrogauit usum malleorum.

Equos processuri ad praelium immolabant ad aras.

Sacrorum praefecti.

Pontificibus par cum Regibus potestas erat.

Pontifices Pileati & Pii.

undebit amonit  
a ronsy amonit  
auititit ititit  
atitititititit

aliammi amonit  
amit

Gothorū de im-  
mortalitate  
anima opinio.

aliammi amonit  
amit

Sacrificiorum  
modi  
et  
tempora

Pugnabant pro  
Dijs sagittis et  
malleis contra  
tonitrua.  
Mallei Iouiales.

3



mus. Sed nunc ad fata Regis Erici, quæ circa annos à diluuiio quadringentos uiginti quinq; inciderunt, reuersi, inueniunt, quod post ipsa tam Sueonum quam Gothorum Respub. uario modo uacillare coepit. Quippe non existente Regum Gothiæ & Suetiæ cõcordia, qua tanta gentium multitudo in tranquillitate & pace contineretur, domi perniciofa discordia, & impia idolorum cultura, de qua diximus, foris importuna hostilitas inualuit. Idq; multo tempore, & cum summa omnium incolarum iactura, annis ferè quadringentis. Reges autem Gothorum, qui medio tempore & successiue regnasse memorantur, hi sunt,

*Concordia salutaris, discordia perniciofa.*

Vddo VII. Alo VIII. Othen IX. Carolus X. Biorno XI. Gethar XII. Siggo XIII. Gothorum Reges.

Berico xiiij. Gothorum Sueonumq; Rex in patria, & ab egressu primus.

*Principii exhortatio.*

Vddo, Alo, Othen, Carolus, Biorno, Gethar, Gert: quorũ sola nomina ad meam notitiam ex publicis annalibus peruenerunt. Sueones uerò tunc ab eis diuisi sub iudicibus magnam illorum seculorum partem egisse dicuntur.

## CAPVT XIII.

**B**erico deinde communi omnium Sueonum & Gothorum consensu, utriusque regni Monarcha circiter annum à diluuiio octingentesimum trigesimum sextum constitutus, cum prudenter animaduerneret, quomodo tot populi in tot diuersa uota diffracti, absque civili bello regi & conseruari possent. Erant in eis plurimi, quos (uti ubique contingere solet) diuturna licentia in cædes, rapinas, & omne facinus reddiderat audacissimos. Hos prudens Princeps cogitabat (oblata primum occasione) à patriæ finibus submouere. Sed quia non uellet, nec honestè posset, id quod cogitauerat, armis & potentia exequi, compertumq; haberet eorum animos dici posse, cogi non posse, contractis in concionem nobilibus & plebe, refert quo pacto præteritis annis Estones, Liouones, Finningi, Curetes, Vlmerugi, cæteraq; potentis

potentes gentes (quamuis à Gothicis littoribus uasto mari separatae) ausæ fuissent Gothorum potentiam domestica scditione labefactam, cõtinuis bellis impugnare: nec à proposito cessuræ uiderentur, donec penitus expugnantis iugum turpissimæ seruitutis imponerent. Quocirca si uiri esse uellent, cogitarent potius tam superbis & pertinacibus inimicis terras & possessiones auferre, iugumq; perpetuæ seruitutis iniicere, quam ab illis iniectum cum sempiterna ignominia suscinere. Hac enim præclara uictoria plurimas iniurias patriæ pridem illatas iustissime uindicarent, manusq; suas de cætero non in ciuium, sed in hostium sanguine cruentarent. Excepta est hæc Regis oratio diuiduis cum populorum, tum procerum sententijs: cum alij affirmarent natalis soli dulcedinem nequaquam relinquendam, alijs placuit Regio consilio & præcepto satisfieri debere, quod iustum bellum contra importunos & crudeles patriæ hostes præciperetur: præstaretq; semel uel uno bello ipsos delere, terrasq; & possessiones eorum occupare, quam in sempiterna eorum formidine uersari. Tandem communi omnium consensu decretum fuit, ut tantus exercitus pararetur, quantus sufficere posset oppugnandis & expugnandis illis hostilibus terris, quæ à fortissimis incolis possidebantur. Hoc decreto domum ad uxores relato, mox ipsæ muliebribus corporibus uiriles animos inserentes, nullum in se foemineæ mollitiei indicium præbuerunt, nullas mœstas deprompsere uoces, nõ lachrymas, non gemitus, non eiulatus emittebant. Quippe ab incunte ætate paulo minus quam ipsi uiri armis assuetæ, in equo ducebant pensa & prælia tractare. Nec solum mutua exhortatione sese fouebat, sed uiros ipsos ad arma capestenda importunè inflamnabat. Tantumq; pauco dierum spatium profectũ est, ut lögè pauciores essent, qui domi residere,

*Gothica mulieres uiris uirtute haud inferiores.*

*Muliercularum importuna & uehemens uisigatio arma capestendi.*

quàm qui egredi mallent: immò si nauium multitudo exitu-  
ris suppetisset, tota terra alioqui populosissima, in solitudi-  
nè redacta fuisset. Proinde Regis prudètia opportunè pro-  
uisum fuit, ut sufficiens incolarum numerus terræ excolen-  
dæ relinqueretur: cui primogenitum suum Humulfum Re-  
gem præficiens, iussit ut domi & in patria uiriliter pru-  
denterq; omnia ageret, ipse autè foris, & longinqua mili-  
tia cum suis nihil minus præstare curaret. Hoc tamen loco  
nonnulli errant, affirmantes huc Gothici populi egressum  
ob naturalem terræ sterilitatem accidisse, cum etià nostro  
tempore tantum in omnibus rebus abundet, ut uix alibi in  
tota Europa uilius uendantur res humano uictui necessa-  
riæ. Testantur eam omnium rerum abundantiam illæ in-  
gentes nauium classes, quæ inde quotannis maximam om-  
nium rerum copiam in omnes transmarinas regiones ef-  
ferre consueuerunt. At de illa fame ex bellis, non ex terris  
inflicta, ob quam Longobardi inde postea exiuerunt, infra di-  
cemus. Nunc satis est ostendisse duas præcipuas huius emi-  
grationis causas, uidelicet ut uindicta de hostibus sumere-  
tur, & Gothica natio in alienis regnis & terris, quantum  
uiribus posset, experiretur.

## CAPVT XV.

Classis primùm  
in Gotlandiã  
insulam appli-  
cui.

**O**Mnibus igitur quæ ad tantam expeditionem ne-  
cessaria uidebantur præparatis, iubet Berico om-  
nium classium præfectis, ut totam nauium multitudinem in  
insulam Gotlandiæ (quam Iordanes Gotiscantiã uocat)  
deducant. Vnde tres naues potentiam hostium exploran-  
tes emitte curauit, unam quæ Estonum, alteram quæ Cu-  
retum, tertiam quæ Vlnerugorum litora diligenter per-  
scrutaretur. Sed suborta tempestate, omnes Vlnerugiãnis  
litoribus appulse fuere, in quibus nunc Prutenorum se-  
des

Viuentorū post  
modum ad Vl-  
nerugianos  
appulse sunt  
nauis.

des habentur. Inde exploratis obiter terris, & incolis, mox  
ex se tertiam nauem ad Bericonem expediunt: quæ etsi cæ-  
teris ad cursum aptior esset, attamen ob remigum ignauiam  
tardius incedens, conuictio, quo Gepada de cætero dicere-  
tur, occasionem dedit. Siquidem lingua Gothica tardum &  
ineptum, Gepam per conuictum appellat. Itaq; ex ea naui  
Gepidæ ortum habentes, patrum suorum inertiam præ-  
claris postea facinoribus, fundato ex se inclyto regno ab-  
sterferunt. Nec ignauiter legatione functi, Bericonem quo  
in loco & statu reliquæ naues essent, edocent, hortanturq;  
ut totam classem ad ipsas sine mora perducant, facili nego-  
tio terram & populos, in quibus nihil expugnatum difficile  
uideretur, superaturus. Neq; diutius expectatum est: &  
Gothi (ut ait Iordanes) uelut examen apum erumpentes  
in Europam exiuerunt. Annus tunc erat secundum Hebrai-  
cam ueritatem à creatione mundi bis mille simus quingen-  
tesimus trigessimus primus, à diluuiò autem octingentesi-  
mus septuagesimus quintus, & ante natum Christum mille si-  
mus quadingentesimus trigessimus, quo tempore filij Israël  
à Iudice Othoniele (teste Alberto Crantzio) regebantur.  
Præsenferant, tunc Vlnerugi, quam ob causam tam fre-  
quens & inusitata classis aduentasset: ideoq; mutua adhor-  
tatione firmati, statuerunt prius sanguinem & uitam ef-  
fundere, quam charissimam patriam hostibus occupadam  
permittere. Proinde Gothi à principio antequàm in litore  
consisterent, difficilem Martis aleam experiebantur. At  
postquam resumptis uiribus, quas maris tempestas non pa-  
rum labefactauerat, magno impetu & imperterritis ani-  
mis manus conseruerunt, uictores, non tamen sine cruenta  
uictoria, euaserunt. Sed letari non poterant, se amœna lo-  
ca sedesq; beatas occupasse: quippe ueteres illi coloni, qui  
bello supererant, cum uiderent se tantæ Gothorum potentia-

Gens Gepidarum  
unde originem  
sumpsit.

Gothi quo tem-  
pore patriam  
egressi fuerint.

Othoniel Iudex  
Israël.

Cruenta uicto-  
ria.

impares esse, confestim domos, uicos, uillas incendio tradiderunt, deinde fuga salutem quaerentes, ad interiora Vandaliae se receperunt. Itaque Gothi uacuum & laboriosam terram affecuti, coniuges, & liberos ex nauibus eductos, excolendis agris praeficiunt, domus & uillas rursus erigunt, armaq; in uicinas prouincias, Pomeraniam, Poloniam, Magnopoliam, tanta fortitudine extendunt, ut breui tempore magnam magnae Vandaliae partem suo imperio subiugarint. Toto enim tempore septem Regum, quo Vlmerugiam incoluerunt, nunquam a tumultu bellorum quieuerunt. Si enim foris nullus hostis comparuisset, domi & in patria querebant, nihilq; praeclearius ducebant, quam inuigilare armis, uitamq; militarem assiduo studio exercere.

## CAPVT XVI.

**G**aptus deinde defuncto Bericoni (testantibus Methodio & Iordane) successit in regno Gothorum, qui principatum iure belli questum & propagatum, potentia & armis conseruare studebat. Quippe quemadmodum gentes, quas Berico in subiectionem redegerat, nihil enixius moliebatur, quam amissam libertatem recuperare, ita ipse necessarium putabat omni ingenio & diligentia prouidere, ne abiectionis iugo, ex seruis liberi, ex subditis Principes erigerentur. Nec minor animo eius sollicitudo incessit de continuo & domestico suorum Gothorum tumultu. Quippe quemadmodum in patria suscitare tumultus, negociumq; suis Principibus facessere consueuerant, ita in alienam terram prouecti, mores a maioribus suis imbibitos seruantes, ostenderunt se caelum, non animos mirando commutasse. Tandem hic Gaptus fatis, an in armis obsumptus fuerit, autores quos sequor, silentio suppresserunt.

## CAPVT

## CAPVT XVII.

**A**vgis Gothorum fortissimus (quemadmodum Iordanes affirmat) mortuo Gapto, in Gothorum Regem erigitur: cui graue bellorum negocium contra fortissimos Curetes contigisse traditur. Ipsi enim Vlmerugorum uersus orientem solem uicini, cum se satis munitos arbitrentur, praesidijs fluuiorum & saltuum, paludumq; impedimentis, contendebant principatum Gothicae gentis abijcere: non quod ab ea grauibus & intolerabilibus tributis molestaretur, sed quod indecorum atq; probrosum ducerent, uitam habere alienae gentis arbitrio subiectam. Ille tamen conatus, ut erat ex temerarijs ingenijs excitatus, ita ad felicem exitum perducere nequiuit. Quauis enim Curetes contra Augem & Getas progressi, uiriliter & pertinacissimis animis pugnaissent, ipsumq; Regem Augim primas in acie partes strenue agentem occidissent, se tamen & patriam ab illa subiectionis infamia liberare nequieuerunt. Mox enim Gothi Amalum ex procerum suorum ordine nobilissimum, utpote Augis filium, uacanti regno praeficientes, uictoriam e manibus hostium, quibus nimium fauisse fortuna uidebatur, extorserunt.

## CAPVT XVIII.

**A**malus igitur praemortui Augis filius in ordine Gothorum Regum post Bericonem quartus, creditam sibi Rempub. tanta diligentia atq; industria gubernauit & auxit, ut superioris aetatis Principes (quanquam rerum gestarum magnitudine praestantes) non solum aequauerit, sed plane superauerit. Nam cum Curetes post amissam (ut diximus) libertatem, nouandis denuo rebus omnem operam accommodarent, sibiq; ad rebellionis societatem Estonicam gentem indomitam coniungerent, Amalus ut

Augus III. Gothorum Rex.

Rex in acie succubuit: quo non obstante Gothi uictoriam reportabant.

Amalus III. Rex Gothorum.

Gothi Vlmerugiā armis subactam excolabant.

Gothi Vandaliae partem subiugabant.

Gaptus II. Gothorum Rex extra patriam.

Amalō prouidentia.

hostiū conspirationes amicorū societate infringere potest. missis nuntijs Gotillam Gothiæ & Suetiæ Regē, Bericoni nepotem (de quo infra dicitur) contra ipsos in præliū excitauit. Et ita cōmunibus duorū fortissimorū Regū armis. Estones, Curetes, & Magnopolēses, manus uictas Gothico imperio iterū tradiderūt, recepto in humeros gemino iugo pro simplici. Nam postea non solum Amalō, sed Gotille in obnoxia mancipia obsequēbatur. Nec rarō accidit, ut eodē tempore paterfamiliās uni ipsorū Regū, & filius eius, aut seruus, alteri sine ulla indulgētia parēre cogeretur. Ex hoc antiquissimo Rege Gothorū originē habuisse dicitur præclara Amalorū apud Hispanos familia, quæ nō solum illustriissimos proceres, sed potentissimos & optimos Reges & Pontifices ex se produxit, quemadmodum infra latius persequemur.

Amalorum familia apud Hispanos.

CAPVT XIX.

Baltus V. Rex Gothorum.

Baltus siue Galtus præmortuo Amalō in regno successit: cuius gesta si fidelis antiquitas ad posteritatem notitiam perfectius transmississet, nō breuem historiam, sed historiarum libros eius imperiū, quod uaria fortuna administratū fuit, nobis ministrasset. Siquidē eius tempore subito inter Gothos domestico tumultu, ad tantā seditionem deuenerūt, ut Gepidæ siue sponte, siue coacti, ab ipso deficere, & sibi nouas sedes (ubi nūc Valachia est) querere cogerētur. Nec multo post tempore, subactis uicinis in maiorem multitudinem coaluerūt, Regemq; sibi præficiētes, non solum Vandalis, sed Gothis terrori ac formidini esse cœperunt. Neq; silentio implicandū est, quōd quemadmodum ex Amalorum cognatione, Regia stemmata apud Ostrogotos longo ac splēdido successionis ordine profuxerunt, ita etiam uicissim ex illustri Baltorū generatione, Vestrogoti

Gepidæ ad Valachos se transfererunt.

Gepidæ inualuerunt.

Amalorum familia apud Ostrogotos.

strogothi sacerdotes & Reges sibi cooptare consueverunt: quod infra magis explicare conabor. Hic tamē animaduertendū puto, Baltos à principio Galtos, hoc est, Verres dictos fuisse. Potest hoc persuaderi ab antiquissima & nobilissima Gyltarū, hoc est, Verrea familia, quæ etiā hodie apud Vestrogotos perseuerat: à qua etiam ego secundū paternam lineam (ut à parente meo accepti) originem duco.

CAPVT XX.

Adaricus deinde Balti filius communi Gothorum consensu in regni solio collocatur, qui ob rerum gestarum magnitudinem Magni cognomine (ut Iordanes, Rodericus Toletanus, & Albertus Crantzius attestantur) dignè meruit illustrari. Magnum quippe erat, ipsum potentissimæ Gothorum nationi imperare. Sed maius erat, subditorum populorum animos nunquam aut rarō concordēs, à domestica seditione, quæ sub priore Rege Balto initium aut fomentum contraxerat, reuocare, reuocatosq; in pace & unitate continere. Maximumq; fuit uicinas & potentes gentes, quæ non solum in pristinam libertatē se uendicare, sed Gothicum nomen penitus abolere moliebantur, reprimere & superare. Siquidem (ut diximus) Gepidæ illatarum sibi à Gothis iniuriarū memores, quasunque possunt gentes Scythicas & Vandalicas sibi adiungentes, bellum Gothis indicunt, tantisq; animis indictum prosequuntur, ut uno eodemq; momento indictum & illatum putaretur. Nec fuit aliquod bellum tam acre & periculosum antea à Gothis susceptum. Prius enim sepe de fortunis & terris dimicauerant: at nunc atrocius prælium de salute, & libertate, ac uita agebatur. In quo cum Vandalorum uirtus tantum inclaresceret, ut Gothorum potentia pertinaciter resistens par iudicari

Gadarius VI. Rex, dictus Magnus.

Gepidæ uindictas iniuriarū.

*Vandali cū Gothis concordiam inuenit.*

potuisset, conuenit tandem inter utraq; partem, ut Vandali in libertatem restitui de cætero non subditi, sed socii Gothorum haberentur. Deinde Gadaricus arma uiribus suas ad Scythas usq; extendit: quos cum ad prælium minime parati essent, haud difficulter superauit. Sed non erat tam facile gentem fortem in subiectione continere, quam facile fuit ipsam nihil aduersi suspicantem expugnare. Si quidem reuerso Gadarico cum suis in suam Vlmerugiam, nec multo post satis absumpto, Scythæ iugum, quod à Gothis impostum nimis impatienter ferrent, abijcere uolentes, unanimiter cogitabant gloriosam mortem seruituti impituidiniq; anteponendam esse: eaq; acceleratione quod cogitauerant exequabantur, ut parum absuerit, quin Gothos ob recens Gadarici funus perturbatos opprimerent, nisi subito consilio subitum periculum, accelerata noui Regis Philmeri electione, auertissent.

*Scythæ Gothos acriter impugnant.*

## CAPVT XXI.

*Philmerus VII. Rex.*

**P**hilmerus igitur Gadarici filius, cum Magni patris magnifica gesta non solum imitaretur, uerum etiam superaret, tam regni quam magnifici nominis hæres ab omnibus merito æstimatus est. Nam quum deprehendisset Scythas amissam libertatem gladio & armis recuperari uelle, seruitutemq; à suis ceruicibus excussam in humeros Gothorum rursus iniicere, idq; ipsos tanta acceleratione & impetu (ut dictum est) moliri, ut contra ipsorum insultum progressuris nihil esset perniciosius, quam mora & cunctatio: proinde adeò subito in hostes potentissimos se preparauit, ut unus idem dies Regiam illi dignitatem, & ineuitabilem belli necessitatem imposuisse uideretur. Verum quia in tam repentino & non præcognito motu, electum militum facere non dabatur, urgebat totam Gothiam

thicam gentem, quæ armis apta erat, citissime ad arma conuolare. Cui præcepto tam cupide satisfactum fuit, ut nemo esset qui se domesticis laribus ab ea publica & tam necessaria expeditione excludi pateretur: immò tam femine quam uiri citius quam credi possit armati, infantes atq; imbellem ætatem plaustris imponunt, certi se in eo prælio aut gloriosa morte occupandos esse, aut sedes non omnino steriles, fugatis hostibus, occupaturos. Credibile tamen apud me non est, quòd spe fecundioris soli ad Scythicas uastitates cum tanto discrimine properare uoluissent, ut nonnulli affirmant. Nunquid Scythicæ arenæ, aut iniuæ paludes fertilissimis Rugianorum, Obotritorum, Magnopolensium, Pomeranorum, Prutenorum, Vlmerugiorum, Polonorum terris præeligendæ essent? Sed erat ille Martialis & conatus ardor præliandi in populo illo, qui fortitudini militari supremum inter cæteras uirtutes gradum semper attribuebat.

*Femina Gothica cū uiris suis concurrat contra cõmunem hostem.*

*Gothi Martiales.*

## CAPVT XXII.

**H**oc igitur bellico ardore concitati, cum suo Philmero plenis & pertinacissimis animis contra aduersitates Scythas progressi, terras amplissimas hæcenus possessas relinquere uacuas. Soli tamè Samagetae, qui remotius ad littora maris Sarmatici habitabant, & ob id tardius belli apparatus fieri didicerant, in suis sedibus remanserunt, hodieq; perseuerant. Ea maxima & insuperabili multitudi- ne Scythæ post acerrimum bellum superati funduntur, & profligantur: nec antè quieuerit Gothi, quàm usq; ad confinia Maotidis paludis peruenire. Hic Philmerus cum disiectis per arma habitatoribus, suos collocandos putaret, pontem magno molimine construxit, eoque perfecto copias in alteram ripam trajicere properauit. Sed cùm

*Samagetae. Pro- tenti sunt in lit- tore Sarmatici maris.*

*Trasfertur pars Gothici exercitus per paludes Maotides.*

esset in medio conatu, & tot restare uiderentur transpos-  
nēdi, quot iam transpositi essent, ipse ex industria, & quam  
occultissimē id fieri poterat, pontem illum dissoluendum  
curauit, famamq; sparsit id casu, non proposito, accidisse.  
Putauit enim prudens Rex, ut commodiores sedes diuisi  
quā coniuicti occuparēt. Quod autē alij scribunt, pon-  
tem ita corruisse, ut in reliquum irreparabilis esset, apud  
me paruam fidem facit. Iidem enim homines eundem la-  
borem, ubi eadem uoluntas affuisset, si non facili, tamē im-  
portunitate superassent. Sed erat necessariū aliquādo post  
tot itinera quiescere, & imbecillioris etatis quieti consi-  
lere. Ita ex una gente duæ mox emersere, quæ tandem to-  
tam Scythiam uastissimam totius orbis partem, antē Oum  
( teste Iordane ) dictam, sub suum imperium redegerunt,  
diuq; in subiectione continuere. Nam qui citra paludes  
manserant, principatum omnium illarum Scythicarum  
terrarum, quæ post eorum terga usque ad sinum Venedi-  
cum, siue Sarmaticum, uel Estonicum, longo & lato tractu  
porriguntur, affecuti sunt: illi uerò qui cum Rege Phil-  
mero pontem transferāt, etsi optatum solum, in quo com-  
modē se collocarent, inuenissent, tamē cum in proximo es-  
set fortissima gens Spalorū, quæ hactenus inuicta, & cete-  
ris Scythiis formidabilis esset, statuerūt primū uires suas  
contra eius potentiam ( teste Ablabio ) experiri. Sed neq;  
ea gente superata quieuerunt, donec iam omnium uictors  
ad lōginquas Scythiæ partes Pontico mari uicinas peru-  
nirent. Quibus deuictis sese diuiserunt: alij totam Aegy-  
ptum subegerunt, cuius rei etiam Herodotus Halicarnas-  
seus meminit, alij Orientem duce Amalo, alij Occidentem  
Valto duce concesserunt. Ex illis ad Orientem delatis, Scy-  
this fugatis, reliqui Scytharum Reges emerferunt. Subseq-  
uit his Irenicus in sua Germania lib. VI. cap. II.

Spalorum gens.

CAPVT

CAPVT XXIII.

Prima itaq; Gothorum sedes in Scythia magis memo-  
randa fuit ad mare Ponticum: inde genti iam nomen  
magis inclaruit: inde dicti sunt Scythæ, hoc est, Scy-  
tharum uictores. Non tamē inficior ipsos postea quandoq;  
Scythas, quandoq; Gothos, uel Getas appellatos fuisse. Im-  
mò pro diuersitate idiomatum quibus imperabant, sicut in  
patrio solo dicti sunt Vestrogetæ, hoc est, Occidentales Ge-  
tæ, & Ostrogetæ, hoc est, Orientales, ita in terris alienis,  
& alienis linguis, nunc Samagetæ, nunc Massagetæ, quos  
Strabo lib. XI. Orientales Gothos affirmat, nunc demum  
Tirsagetæ dicebantur. Igitur tam Græci quā Latini ipsos  
Gothos non rarò promiscua appellatione uicissim in eadē  
gente nominabāt. Et Paulus Orosius lib. I. idē testatur. Mo-  
dò ( inquit ) Getæ illi, qui & nunc Gothi, quos Alexander  
euitandos enuntiauit, Pyrrhus exhorruit, Cæsar etiam de-  
clinauit &c. Præterea Procopius de Vittige Romam obsi-  
dente ait: Tunc quidem Romani patricij Sibyllæ dicta in-  
medium proferebant, asseuerantes ad Iulium usq; mensam  
ciuitatem in discrimine fore, & demum Roma nihil Geti-  
cum extimescet. Geticam quippe Gothorū nationem hi es-  
se affirmant, multiq; alij tum ucteres, tum recentiores auto-  
res, utpote Dion Græcus, qui suis historijs titulum De Ge-  
ticis rebus præmisit. Præterea Iordanes Gothus in sua Hi-  
storia, nunc Gothos, nunc Getas appellat. Et Paulus Diaco-  
nus Gothogetas in uita Narsetis affirmat. Ego etiam si quā  
fidem mea experientia mereor, testari possum, quod à meis  
Gothis Ostrogeta uocor, qui à Latinis appellor Ostrogo-  
thus. Quippe ab antiquissimis temporibus in patria Ge-  
tham nominamus, quæ Latialis sermo Gothum uocare con-  
sueuit. Nec ab hac promiscua appellatione dissentit Hero-  
dotus pater historiarum, qui Massagetæ, hoc est, Ostrogo-

Gothi Scythæ  
appellati.

Getæ & Gothi  
una gens.

Gothi diuersi-  
mode compel-  
lātur propter  
diuersitatem  
linguarū gen-  
tium quas per-  
uagati sunt.

d 5

thos affeuerat Scythas sedibus expulisse, deinde profectam Cimeriam, pepulisse habitatores, sedesq; tenuisse. Quod etiam testatur Raphaël Volaterranus lib. V H. ex Strabone, & Homero affirmante in Odysea X. ipsos ex ultimo Occidente peruenisse. Quod quàm uerissimū sit de Gothi Cimeriam occupantibus, nemo in historijs bene uersatus ignorat. Affirmat quoq; hanc sententiam Ptolemæus: Massagethas, inquit, in mediterraneis Asiæ, in regione Scytharum consediisse. Proinde nisi prudens lector animaduertit, Gothos & Getas eundem esse populum, ipsosq; à deuictis gentibus quandoq; Scythas, quandoq; Cimerios, uel Thraces nuncupatos, nunquam Gothicas, uel Scythicas historias rectè intelliget. Quippe uiuente adhuc Magno Philimero rege, postquam Cimerios eiecerant, non solum Cimerij, sed etiam Scythæ uocabantur, nomen ab occupata terra assecuti. Quam uictoriam Herodotus prosequens dicit, non contentos expulisse Cimerios sedibus suis, sed secutos affeuerat egressos, eo impetu & furore, ut nequiverint de itinere, quo ituri essent discernere. Siquidem Cimerijs salutem fuga querentibus, & sinistrum latus Tauri montis percurrentibus, Getæ eiusdem montis dextera incedentes, ad Pontum usq; peruenerunt. Vnde rursus in Cimeriam redierunt, in qua toto tempore, quo eis Philimerus imperauit, permanserunt, quamuis eorum imperium tota Scythia longè lateq; sequeretur.

## CAPVT XXIII.

Tamansius VIII.  
Rex.

**T**amansius Philimero uita functo, cum esset annus ad luumio nongentesimus nonagesimus quintus, & ante Christū natum millesimus trecentessimus decimus, Rex Gothorū constituitur. Quo tēpore Vexores, siue (ut Diodoro placet) Sexosis Rex Aegypti, omnium Orientalium nationum uictor

uictor, cum animaduertet nullum esse Regē, aut populū, siue nationem, ad orientem uel occidentē solem, immo neq; ad Australem plagam, cuius potentiā formidaret, credidit se posse totius orbis monarchiam obtinere, si Septentrionales Gothos, siue Scythas, suo imperio subiecisset. Itaq; omnium subiectarum sibi gentium manu contracta, moturus bellū in Gothos, præmittit legatos, qui eis aut subiectionis iura, aut instātis belli pericula præscribāt, & prænuntiēt. Non erat ille potentissimi Regis apparatus Scythis omnino ignotus. Didicerant quidem in ipso plus esse uirorum quàm uirium, plusq; in specie quàm ipsa re formidabilem. Quocirca legatis duras seruitutis conditiones comminantis, duriora respondent: Mirari se (dicunt) quæ nam dementia cœpisset tam foelicem & potentem Regem, ut audeat, aut uellet contra pacificos & innoxios, eosdēq; inopes, nulla lacepsit iniuria bellum suscipere, quod ei fuisset in proprijs laribus magis formidandū: quicq; utilius perpendisset incertam belli aleam, quàm præmia uictoriæ, nullaq; damna manifesta. Hæc dicentes arma unanimiter corripunt. Nec legati tanta acceleratione sese ad reditum accingere poterant, quin euestigiō eos Gothi ceu rapidissimus torrens insequerentur: ipseq; Rex Aegyptius cum tota sua multitudine, tam inopinato impetu aduentatis hostis penè obrutus fuisset, nisi à celerrima fuga salutem quæsiuisset. Erat hæc fuga multo uituperio insignis, quia opulentus Rex ab inopibus, quia gloriosus ab his, quos putabat contemptibiles, quia superbus ab humilibus, nō solum fugere, sed turpiter fugere coactus est. Quippe toto exercitu, & belli apparatusu post terga relicto, atq; apud Phasidem prouinciam deletō, trepidus in sua se recepit, ignarus an confestim uita, & rebus proprijs spoliandus esset, qui pridem aliena temere occupare tentasset.

Sexosis Regis  
Aegypti in-  
satiabilis li-  
bido domi-  
nandi.

Gothi legatos  
Sexosis inua-  
dunt.

Sexosis fuga tur-  
pi.

Sexosis teme-  
ritas.

Massageta vn-  
de processerūt.

Magna furia ge-  
ni uictoriam  
assecuta.

**F**actus tamen est Sefos securus & insuperabilis, non sua aut suorum uirtute, sed quia difficiles inuicē; paludes Gothos ab Aegypto prohibuere. Quibus impedimentis repressi, arma in amplitudinē Asiæ extenderunt: quam perdomitam uectigalibus onerarunt, modico imposto tributo, magis in titulum imperij, quàm in præmium uictoriæ. Tunc enim putabant ueram uictoriam se affectos, cum plus ex præclaris magnificisq; gestis, quàm ex sordidis tributorum diuitijs illustrarentur. Delectati amoenitate Asiæ, constituerunt ibi sedes perpetuas collocare: totosq; quindecim annos pacandis & disponendis finibus eius impenderunt, donec importunis precibus uxorū ad propria reuocantur, affirmantibus ipsarū legatis, ni redeant, sobolem se ex finitimis quæsituras, nec permissuras, ut posteritas Gothorum per scæminas intercitat. Igitur Tanausius tot gentium & terrarū uictor, precibus mulierum uictus ad Gothicas terras redire coactus est. Sed erant in eius exercitu complures, qui cum domi nec uxores, nec liberos haberent, uiderentq; amœniores Asiæ terras, capti earum pulchritudine Regem orant, ut sinat se ibidem sedes collocare. Quod cum æquē citò negatum ac petitū animaduertent, Serinum Medorum Regem, quem sciebant Tanausio gratissimū esse, importunis precibus aduocatū constituunt, & ita quod concupiuerant, impetrauerunt. Sed cum cæteri eorum separationem ægrius ferrent, conuiuitio prosequuntur, abeuntes, eosq; Parthos sua lingua uocāt (quod Latine reditum transfugas, siue fugaces, uel timidos sonat) iusto quidem nomine. Nam postquam patriam fugissent, & Parthi cum regnum fundassent, præclarisq; facinoribus Gothica fortitudinem referrent, tunc primum in prælijs uictores emerferunt, cum timidi & fugaces putarentur. Si quidem in

Gothi arma per  
Asiam exten-  
dunt.

Uxores Gotho-  
rum reuocant  
maritos suos  
ex Asia.

Capiuntur pul-  
chritudine A-  
siatici soli.

Serinus Medo-  
rum Rex.

Parthi unde or-  
eū habuerint.

proci-

prouerbium receptum fuit, Parthos fugiendo uincere. Nec solum uicinis regnis & Regibus, sed ipsi Romano imperio semper aduersari fuerunt, tantaq; ui & industria arcubus & sagittis utebantur, ut nulla alia arte, aut uirtute æquē formidabiles essent. Nam fugiendo sagittas in hostes insequentes torquebant, specie quidem timidi, re autē uera fortes & audaces. Prima eorum societas, antequam regnum constituerent, erat cum Medis, & eorum Rege Sorino, in quem Tanausius principatum omnium gentium à se deuiotarum liberalissima donatione transfudit, cōtentus gloriæ præmio, cuius comparatione aurum & argentū uilia atq; abiecta putabat. Hoc magnifico triumpho in Scythiam reuersus, cepit toto conatu omnes regni sui partes, quæ per eius absentiam labefactæ fuerant, in pristinam felicitatem restituere. Nec ab inceptis cessauit, donec morte sublatus in numerum optimorum heroum, imò inter Numina à suis relatus est. Dignum quippe æstimabant Gothi, ut inter sydereas mansiones susciperetur, qui plus subiectis populis, quàm sibi ipsi prodesse studuit, & uictoria in hostes ea moderatione usus est, ut nihil ab eis præterquam licentiam malefaciendi auferret.

## CAPVT XXVI.

**D**efuncto Tanausio Gothi Regem suffecturi, in diuersa uota ferebantur. Pars quantotius Regē substituentum consulebat: pars affirmabat non permittendam esse uni Principi totam Reipub. summam, sed plures Principes innumerabili multitudini præficiendos: pars querebatur de nimia liberalitate erga Sorinum Medorum Regem, cui tot populos & terras magno Gothici sanguinis discrimine acquisitas, facilius quàm prudentius subiecit & donauit: pars suadebat ut & armis easdē terras repetendas esse;

Dum Parthi fu-  
giūt, uehemen-  
ter hostes se-  
quentes lacef-  
sunt.

Liberalitas  
principis  
cōmenda-  
bilis.

Tanausius in  
fata concessit  
relatus à sua  
gente inter  
Deos.

Dissentiunt Go-  
thi in uotis.

Et hæc



Ethæc pars nō solum suadebat, sed persuadebat toti multitudini, quæ toto æuo in prælijs uersata, magis arma quam agros colere didicerat. Igitur præfectis sibi Ducibus, bellū longè lateq; diffundunt. Et cum remotiorem militiam extra patriam solum exercebant, uicini populi sumptis armis patriam eorum populabundi adoriuntur, facilem sibi uictoriam ob uirorum absentiam pollicentes. Sed didicerunt uiriles animos etiam Gothorū sceminis inesse: Quæ neglecta sexus fragilitate, arma repente corripuit, tantoq; impetu feruntur in hostes, ut ipsos multiplici pudore affectos, fugam captare compellerent. Pudebat quippe fortes uiros à mulieribus superari, fugari, occidi. Sed infamis & sempiternus contemptus, quo erant à tam fragili sexu perfrust, acceptam ignominiam reddidit grauiorem. Verum quod magis concidit in hostibus uirilium animus, eò magis in sceminis iniuncta animi fortitudo parabatur: quæ iam non tantum ipsi qui uicti fuerant, sed omnibus in circuitu regionibus formidabiles esse cœperunt, principiumq; gloriosum Amazonum regno per occasionem, quam nunc subijcio, contulerunt.

## CAPVT XXVII.



Exordium Amazonum.

Sed animaduertendū est, nonnullos autores asserere, ipsas Amazonas ex Scythijs prodisse, cum alij eas ex Gothijs originem ducere contendunt, quemadmodū Trogius Pompeius, & eius abbreviator Iustinus, qui eas Scythas appellant. At ipse Paulus Orosius postquam earum memoriam

memoriam fecerat, ad res Gothicas se conuertit, monstraturus eo contextu ipsas esse origine Gothas. Immo lib. I. cap. XVI. aperte testatur ipsas fuisse Gothorū sceminas, & maiorem terrarum partem immensis cædibus deleuisse: quas etiā in eodem lib. cap. XIII. Scythas uocat. Iordanes quoq; suos autores Dionem Græcum, & Ablabium Gothum secutus, expressè affirmat ipsas ex Gothijs prodisse. Hanc igitur apparentem controuersiam facile dissoluit Albertus Crantzius in sua historia Gothica, affirmas Gothos ex deuicta Scythica terra nomen, non originem contraxisse. Ego autem considerandum puto, nomen Scythiæ non semper fuisse proprium illarum Aquilonarium terrarum, quæ à prima origine (ut dictum est) Ouim, teste Iordane, dicebantur. Deinde ab assidua exercitatione sagittarum dicti sunt Scythæ: quod lingua Gothica sagittariæ artis peritum designat. Et ita esset latissima atq; generalis appellatio multarum nationū, non propria alicuius populi aut gentis: quam non ignorem Berosum Scythiam à Scythia Noë nepote appellasse, Græcos uerò pridem Magogos dictos, in Scytharum nomen cœuertisse, ut testatur Iosephus lib. I. Antiq. Sed liberum iudiciū lectori relinquo. Possent ego forsitan in hoc loco pari ratione cōqueri de Latinis scriptoribus: quia idem Iosephus in eodem primo libro suarum Antiqui. iustè Græcos reprehendit, quod pro sua libidine complura uocabula gentium ad suam inflexionem corripissent. Cum enim extranea nomina Latino sermone uolenter applicentur, ornatiorem quidem locutionem, sed nō semper uerorem efficiunt. Sed hæc modò quiescāt. Ad Amazonas reuertamur: quarum originem ab antiquissimis patriæ historijs hanc fuisse didici. Dum Gothi apud Cimerios habitarent, regnoq; post fata Regis uacanti prouidere uellent, subortus est inter eos de substituendo Rege domestica & pericu-

Gothi ex Scythia deuicta nomen Scytharum contraxerunt.

Scythia lingua Gothica sagittarii peritū designat.

Amazonum origo ex Gothorum historijs.

losa cōtrouersia: quæ tantum inualuit, ut iam non consilijs  
 & persuasionebus, sed armis res transigenda esset. Duo  
 nim Regij sanguinis iuuenes, Filinus & Solaphitus suffulsi  
 auxilio ingentis multitudinis, pro suo uoto Regem crea-  
 dum contendebant. Sed cū in medio conatu ita periclitu-  
 rentur, ut nec in seipsos, nec in alios suæ partis proceres Re-  
 giam maiestatem transferri possent, patriâ ipsam uel opti-  
 matū sūctione coacti, uel spontanea uoluntate prouocati,  
 cum tota multitudine sibi adherente, necnon cum coniugi-  
 bus, & liberis egrediuntur: nec prius quieuerunt, donec  
 Cappadocia Pontica uel & armis occupata, sedes in cam-  
 pis Themiscyris iuxta fluentem Thermoodontis collocarēt.  
 Sed non permisi sunt æquæ diuturnis atq; optatis sedibus  
 perfrui. Nam finitimi cum comperissent se & sua præda  
 loco ab ipsis haberi, nec tutum esset cōtra inuictam eorum  
 potentiâ aperto Marte decernere, structis insidijs eos ad-  
 riuntur, & occidunt.

Cappadocia  
 per eos occu-  
 patur, sed in  
 fauore omi-  
 ne. nam per  
 insidias post  
 modum occi-  
 si sunt.

## CAPVT XXVIII.

**A**T uxores illorum, etsi graui dolore ferrent, se non  
 solū exilio afflictas, sed maritorum solatio & a-  
 xilio destitutas, non tamen passæ sunt animos suos penitus  
 usq; ad desperationē collabi, sed memores Gothicæ uirtu-  
 tis, quæ in utroq; sexu præeminere solebat, statuerūt formi-  
 suam in uirilem habitum conuertere, omniaq; residua tem-  
 porum momenta, ad excolendam militiam conferre, ne for-  
 titudinis neruos illecebrarum contagione eneruari po-  
 terentur. Siquidem uoluptarium uiuendi genus post uiru-  
 rum necem perose, corpus animumq; patientia ac labori  
 firmare statuerunt, totamq; foemineæ leuitatis molliti-  
 abdicantes, uirili seueritate uti se coegerunt. Sed & tantæ  
 cura rei militaris notitiam captabant, ut foeminas exu-  
 quim

quius putaret. Quippe nativæ conditionis immemores, ri-  
 gore blanditijs, bella basijs prætulērūt, statimq; horredo  
 Martis amictu præinctæ, in charissimorū coniugū occi-  
 fores irreuocabili impetu irruerūt, ipsiq; trucidatis, fines  
 imperij sui lōgè lateq; extensos, insigni atq; inaudita forti-  
 tudine defenderūt. Augebant Rempub. sine uiris, in omnē  
 ætatem uirilis sexus scientes. Nam uiros, qui domi ab ho-  
 stibus salui manserāt, uel qui casu à bello intacti redierant,  
 trucidarūt, ut par omnium orbitas paritatē in omni affectu  
 & proposito conciliaret. Nubedi quoq; animū penitus ab-  
 iccerunt, affirmantes nō libertatē, sed seruitutē matrimonio  
 inesse. Veruntamē nō multo post tēpore, pacē armis quæsi-  
 ta, cum formidaret ne prole rarefcente deficeret, nundinas  
 semel in anno cōstituit, in quibus externos cōcubitus ui-  
 cinarum gentium admittit, ea conditione adiecta, ut reuolu-  
 to anno eadem die uiri reuertantur, recepturi à matribus  
 quicquid masculini sexus præterito anno peperissent, quic-  
 quid uerò foemini æditū esset, matres ad arma & prælia  
 erudirēt. Neq; enim uirgines earū ad pensa & fusum exer-  
 cebatur, sed equis, & armis, & uenationibus tēpora tere-  
 bant, ut sanguinē nō oscula delibates, armorū potius quam  
 amorū officia frequentaret, manusq; quas ad pensa & colū  
 aptare debuerāt, telorū usui exhiberet. Affirmat etiā non-  
 nulli ipsas nouercali odio æditis masculis guttura cōfregis-  
 se. Quod fortē tunc accidere potuit, cum genitores ad desi-  
 gnatū diem minimē redirēt, abducturi filios quos genuis-  
 sent. Alij dicūt, quod crudeli filiorū trucidatione terrorem  
 populis & nationibus ingerere uoluisent. Si enim mater  
 proprio filio nō peperisset, quomodo in deuictos hostes se  
 clementē exhiberet? Amazones autē dictæ fuerūt, quasi si-  
 ne mamma matres enim dextras mamas filiarū inurebant,  
 ut essent iaculandis hastis, & in orquēdis sagittis aptiores.

Amazonum flus  
 dia.

Foemina astu-  
 tia pro conser-  
 uatione gene-  
 rationis.

Amazones ma-  
 de dictæ.

**S**ed credendum tamen non est, ſceminarum multitudine sine lege, aut sine Principibus longo tempore fuiffe, & tot admiranda facinora sine præuijs Ducibus peregiſſe. Proinde eos autores ſequor, qui dicunt ipſa ſtatim poſt mortē Filini & Solophiti in Reginas extuliffi Lampedam & Marpeſiam, defunctorū iuuenium cōiuges, quæ Martis filiæ dicebantur: non quòd eis Principum pluralitas in omni caſu utilis uideretur, ſed quia erant domi & foris tot difficiles labores ſuperandi, ut utriusque parti una Regina, quantumuis utrilem ſupergreſſa fiducia, par eſſe nequiret. Igitur dum Lampedæ ea, quæ domesticis rebus & patrio ſolo opportuna erant, prudenter adminiſtrat, Marpeſia externam militiam uſque in Aſia tanta magnanimitate deducit, ut non quibusuis Ducibus aut Principibus, ſed ſummis Imperatoribus præferenda aut comparanda putaretur. Nam diuerſas gentes expugnando, alias ſibi conciliando, uictoricia arma uſque ad Caſum montem extendit. Vbi cum aliquantulum morati fuiſſet, occaſionem dedit, ut Marpeſia illius loci rupes à dæctis Poëtis nominaretur. Inde uictorices fœminæ ſe in totam minorem Aſiam effundentes, Armeniam, Galatiã, Syriam, Ciliciam, Perſidem, multasque alias Aſiæ regiones potentiffimas potenter ſubiugarunt: ibique diuturnas ſedes eligentes, erexerunt magnificas urbes, arces munitiffimas, ſuasque nomini conſecrarunt. Siquidē inter cætera præclara opera, Smyrnam & Ephēſum urbes clariffimas condiderunt, atque ibidem in honorē Dianæ, quam ob aſiduum uenandi ſagittandiſque ſtudium mirifice coluerunt, templum illud toto orbe admirandum conſtruxerunt: quod poſtea quidam Heroſtratus ſempiternum nomen comparaturus incendit. His igitur præſtantiffimis factis apparet, illas clariffimas

Lapeda & Marpeſia Regine Amazonum.

Marpeſia rupes unde appellata.

Smyrna, Ephēſus urbes.

Dianæ templum ſummoſum per Heroſtratus combuſtum in Ephēſo.

riſſimas fœminas nõ ſola bellica fortitudine præditas fuiſſe, uerumetiam optimis humanæ & ciuilibus uitæ inſtitutiis abundaſſe. Sed non caruerunt ſimilibus exemplis in patrio ſolo: de quibus nonnihil infra dicemus, cum naualem militiam Gothicarum ſceminarum ex propoſito attingemus. Nunc ad Amazones Aſianas reuertamur: Quæ etſi ſatis prudenter in bello & pace ſe gererent, attamen feroces animos uiciorum Barbarorum ex omni parte mitigare nequiuerunt, quin ſaltem occultis conſpirationibus molirentur mulierum imperium à ſuis ceruicibus excutere. Sola eis occaſio diu optata defuit, quam tandem eo modo, qui ſequitur, aſſecuti ſunt. Nam cum Marpeſia omnium præcioſarum rerum ſupellectili & diuitijs abundaret, magnam partem fœminei exercitus prædis onuſtam, ad Lampedam Reginam domeſtica negotia curantem emiſit. Hac emiſſione cum Aſiani animaduertenter potentiam ſceminarum plurimum diminutam, ſtatuērunt longè honeſtius eſſe ſemel mori, quam peregrinarum mulierum imperium cum tanto dedecore diutius ſuſtinere.

Marpeſia præſtat ab arma foris. Lampedam domeſticam curam agebat in regno.

CAPVT XXX.

**I**taque coactis uiribus in prælium prædeunt: nec ſigniter occurrit Marpeſia, quæ ſuo fœmineo agmine ſtipata, fortiſſimè pugnans occiditur, occiſa prius ingenti multitudine Barbarorum. Sed nec ea cruenta uictoria potuit Aſianos ab Amazonum imperio liberare. Quippe potentior Orithyia filia (quam alij Sinopen uel Antio-pen uocant) in Amazonum regno matri Marpeſiæ ſuccedens, iugum in ceruices rebellium repoſuit, imbellesque uiros fortium ſceminarum imperio parere coëgit. Hæc tãtæ erat pudicitie, ut nõquã ſe permiſerit ab aliquo uiro cognosci, ſed perpetua uirginitate admirandã bellicæ uirtutis gloria

Marpeſia ſtrenue pugnãdo, tandem occiditur.

Orithyia filia Marpeſiæ ſucceſſit in regno, niſi inferior matri uiribus & armis.

Orithyia ſtrepentia nuptiarum uoluptate, quæ

*bui seruitus in  
est, uirginita-  
tem scrutauit.*

*Rex Graecorum  
metuit poten-  
tiam Amazono-  
rum.*

*Hercules ducē  
fortissimus  
mittitur con-  
tra Amazono-  
nes.*

*Subdola astutia  
inuadendi im-  
paratas ad-  
pralium.*

cumulauit. Quod an superbo uirorum cotemptu, an amo-  
re conseruandæ uirtutis fecerit, alij iudicent. Ego puto de-  
dignatam uiri consortium, quæ potius uoluit uiris impo-  
rare, quàm alicui uirorum paritate nuptiarū sociari. Im-  
mò quantò magis contempta nuptiarum uoluptate uir-  
ti operam dabat, tantò maior formido omnes Amazonum  
hostes, qui summas uirtutes in earum principe consider-  
bant, inuasit. Quis enim non magis metueret hostem Re-  
ginam prudētem, quàm Regem aliquem imprudentem, &  
uoluptatibus incubantem? Igitur potens & sapiens Gra-  
corum Rex, quum consideraret hanc Amazonum Reg-  
nam magno excelsiq; animo uoluptatē contemnere, uir-  
tem colere, totoq; conatu res præclaras aggredi, cepit.  
ibi & regno suo non parum formidare, ne tam admirandæ  
uirtutis mulier suam potentiam aliquando aduersus Gra-  
ciam dilataret. Quocirca Herculi omnium Ducum suo-  
rum præstantissimo, cui ob singularem fortitudinem duo-  
decim stipēdia debebat, quasi impossibile negociū imper-  
uit, ut arma Reginae Amazonū inferret. Qui Regia iussu  
secutus, potentem classē instruxit: in quam non ignaui  
aut inexperium militem, sed probatos proceres, & præci-  
pua Principum Græciæ iuuentutem induxit. Sed minus  
aliquid erat, quàm Herculeæ uirtutis opus: quod callidum  
quàm fortius absoluit. Enimuerò postquam ab explorato-  
ribus didicit Orithyiam in longinqua militia occupatam,  
rarumq; foeminarum exercitum pro domestico præsidio  
relictū, quasi rem gradem factururus, classē comitante ele-  
ctissima Græciæ militia exiit, & improuisas adoritur. Er-  
rat tūc altera Regina Antiope, ipsius Orithyiae soror, quæ  
domi Rempub. administrabat. Hæc cum inopinatum sibi  
bellum ab hostibus, quos nunquam leserat, inferri uide-  
ret, eisi ad primum inimicorum impetum animo conster-  
naretur,

naretur, tamen pristinae uirtutis contracto (ut casus per-  
misti) exercitu foeminarum, audacius quàm feliciter in hos-  
tes irrupit. Sed facile superantur paucae mulieres à multis  
uiris, imparatæ à paratis. Multæ enim occise: nec paucae  
fuerunt, quæ ductæ sunt in triumphum: inter quas erant  
duæ sorores duarum Reginarū Orithyiae & Antiope, ui-  
delicet Menalippa, quam Hercules, & Hippolyta, quam  
Theseus Rex Atheniensium captiuaui.

## CAPVT XXXI.

**A**T Regina Antiope, datis Herculi armis, quæ pre-  
tiosa habebat, Menalippam ex captiua liberam  
fecit. Quod Martialis in suis epigrammatibus scribens ait:  
Peltatam Scythico discussit Amazona dono Alcides.  
Theseus autem Hippolytam coniugem duxit, atque Hip-  
polytum ex ea genuit. Hac uictoria elatus Hercules, ad  
suum Regem concito cursu reuertitur, nolens potentem  
Orithyiae exercitum iamiam aduentantem expectare. Illa  
enim postquam didicit sorores & socias ab hostibus op-  
pugnari, ut necessariam opem afferret, celerrimo impetu  
aduolauit. Cumq; comperisset hostem esse Graecorum Prin-  
cipem, multis modis & rationibus socias adhortatur in-  
ultionem tantæ iniuriæ. Frustra, inquit, domueramus  
Pontum, Asiam & Syriam, si Graecorum bellis & rapi-  
nis nos uexari patiamur. Adiecit præterea non defuturos  
amicos & socios Principes, quibus odiosa esset Graecorum  
uis & insolentia, in quorum numero non postremus esset  
Sagillus Rex Gothorum: cui statim per legatos nuntia-  
uit, se firmiter statuisse bellum Græcis inferre, non tan-  
tum ut suas & suarum sociarum iniurias ulciscatur, sed  
ut prædoceantur Græci, se non posse resistere fortitudi-  
ni Gothorum, quando eorum foeminas ad bella doctas,

*Antiope infeli-  
citer pugna-  
uit.*

*Duæ sorores Ori-  
thyiae et Antio-  
pes captæ.*

*Antiope datis  
muneribus li-  
bera fecit Me-  
nalippam.*

promptas experirentur. Motus ea honesta & iustaligione Sagillus, ingentem exercitum, cui Penaxagoramilium suum præfecerat, ad earū auxilium mittit. Sed hæc auxiliares copie itinere impedimentis nimium tardarentur, & inter ipsas Amazonas domestica scilicet oriretur, bello Atheniensium superantur, siue uerimū propria redire coguntur. Diu tamen fixa in cordibusrum permanst in iuria à Græcis accepta.

## CAPVT XXXII.

*Pantafilea de-  
mortua Ori-  
thyia, contra  
Græcos bello  
Troiano inter-  
fuit.*

**P**antafilea igitur, postquam Orithyia grauis-  
suorum desiderio fati concessit, regno Amazo-  
num præficitur. Quo tempore quum Troiani se contra  
Græcos ad bellum præpararent, compertumq; habere  
Amazones grauisimo odio in Græcos ferri, legatos à  
Pantafileam mittunt, per quos nuntiant iam uenisse tem-  
pus, quo iniurias olim Amazonibus per Græcos illatas  
ciscantur, dummodò patiantur se militari fortitudini  
Troianorum sociari. Non fuit hæc legatio ingrata potentis-  
mæ Reginæ, quæ ardentissimo Troiani Hectoris ama-  
rdebat, & sepe in animo uoluerat, quomodo posset  
rem gratiam referre Græcis, à quibus iam pridem Am-  
zonum Principes & Reginæ in triumphū ductæ fuerat.  
Quocirca non diu expectandum putans, exercitum  
contemnendum ad Troiam adduxit, primoq; impetu  
confustis Græcorum nauibus, eos in fugam conuertit: de-  
inde non segniter, aut timidè in acie contra eos pro Tro-  
ianis dimicans, fortissimos uiros in admirationem sue  
tutis induxit. Quippe locum, quem uiuens pugnando  
occupauit, eundem prostrato in circuitu magno hostium  
mero moriens contexit. Hoc casu totus Amazonum  
exercitus in furorem uersus, nullo seruato ordine in hostes

rumpit

rumpunt, fata, quibus Regina absumpta fuerat, in se ultro  
prouocantes. Sicq; omnes illæ, quæ ad bellum prodierant,  
necessario sunt deletæ. Pauca tamen quæ domi manserant,  
se potentius & prudentius defendentes, usque ad tempora  
Alexandri Magni durauerunt. Cuius inuictam potentiam  
cum Amazonum Regina Calestris, siue Minuthyia fama  
(ut Iustinus refert) comperisset, non quieuit donec triginta  
dierum itinere confecto, trecentis mulierum millibus com-  
mitata ad eum peruenisset, felicè se existimans, si ex fortissi-  
mo totius orbis dominatore sobolem, quæ paternam fortu-  
nam & fortitudinem referret, conciperet. Itaq; totis qua-  
tuordecim diebus concubitu Regis potita, cum sentiret se  
in utero concepisse, reditum ad proprium regnum accele-  
rauit: in quo non longo post tempore cum omnium Amazo-  
num nomine extincta, deletaq; est. Hactenus de Amazoni-  
bus Gothorum foeminis: nunc ad Gothos redeamus. Prius  
tamen hoc in loco Strabo dissimulandus non est, qui affir-  
mare uidetur, nullam Rempub. ab Amazonibus absq; ui-  
rorum adiutorio constitui posse. Sed in ea assertione longe  
diuersus est à Platone, qui in Dialogo VII. de Legibus scri-  
bit, suo tempore innumera mulierum millia circa Pontum  
militasse, quibus non equorum modò, uerum etiam arcuum,  
ac cæterorum armorum cura exercitatioq; erat: nec longè  
post in eodem Dialogo de militari Amazonum fortitudi-  
ne memoriam facit. Præterea in Diodoro Siculo longè mi-  
rabiliora lib. III. & IIII. inuenies de Amazonibus, quam  
nos annotare curauimus.

## CAPVT XXXIII.

**C**ontinuatorus Gothorum Principum successionem,  
considero Rodericum Archiepiscopum Toleta-  
rum proximum locum post Magnum Philimerum Magni

*Pantafilea pro-  
strata, fere om-  
nes Amazonas  
sunt deletæ.*

*Calestris, siue  
Minuthyia re-  
gina Amazo-  
num, Alexan-  
dri Magni  
accessit.*

*Calestre extin-  
cta, nomen A-  
mazonum pa-  
riter deletum  
est.*

*Pantafilea ar-  
debat amore  
Hectoris.*

Zentes doctissimi  
Philosophorū Gothi  
præficiuntur.

Gadarici filium, tribuisse Zentæ doctissimo Philosopho quem alij rectius ( ut puto ) affirmant Gothi præfuisse, postquã commutatis sedibus ex Cimerijs ad Mæsiã, Thraciamq; & Valachiam descendissent. Erat hic Zenta magni & admirandi ingenij, qui non solum ob generis nobilitatem, uerumetiam ob maximarum uirtutum eminentiam ad regnum Gothorum assumptus est. Enimuerò cunctis esset prudentia, fortitudine, & religione insignis, toto desiderio ferebatur, ut Gothi humanioribus assuescerent legibus, & ciuilibus uitæ institutis operam darent, uirtutes colerent, inter decus & dedecus discernere, inhonestas gererent, honesta eligerent, nec in sola fortitudine militari, prout hætenus sibi persuaserant, omnium uirtutum summam collocarent. Siquidem militaris uitæ studium ceteri omnibus præclarius esse ducebant, ut ipsum Martem ( quæ antiquitas Deum bellorum putauit ) apud se dicerent uatum & educatum. Hinc ille Sueticus pugil Starcaterræ ore Danici Saxonis cecinit;

Carmina Starcaterræ.

Sub signis Gradiue tuis discrimine summo  
Confenui, uictorq; metu pugnare decorum,  
Turpe uacare ratus, crebras committere cædes  
Egregium duxi, & strages celebrare frequentes.

De quo infra latius. Verum sub hoc sapiente Rege Zenta non solum fortitudine, sed sapientia clariore euaserunt. Nam la enim ætate eis defuerunt, à quibus in sapientia eruditur. Vnde & penè cæteris nationibus Gothi sapientiores extitisse perhibentur, Græcisq; penè similes, ut testatur Dion, qui historias eorum patrio sermone composuit; quæ etiam dicit Parabuseos, deinde Pileatos apud eos uocatos fuisse, qui nobiliores & illustriores habebantur; ex quibus Reges & sacerdotes sibi cooptabāt. Verum in hoc crudeliter putabantur, quod Martem belli Deum semper (ut diximus)

Gothi crudeles  
Martis cultores.

+

aspectum

asperrima placauere cultura, morte uidelicet captiuorum, opinantes bellorum præsidem aptius humano sanguine placari.

## CAPVT XXXIIII.

Post mortem Zentæ inuenio Sagillum Gothi præfuisse, uerum proximè ne an alijs intermedijs successerit, cõpertum nõ habeo. Est tamen præclara in historijs eius memoria, quod non solum domi & in patria egregiã laudem ex magnificis & memorabilibus factis assecutus sit, sed etiã foris longè lateq; sui imperij fines extendit. Corinthiorum, Atheniensium, omniumq; Græcorum perpetuus & acerrimus hostis fuit, in Troianorū partem semper propensior, prouocatus illa intolerabili iniuria, quæ (ut paulò antè diximus) irrogata fuerat Amazonibus à Græcorum Principibus, nulla hostilitate prius nunciata. Ea enim erat inter Gothos & Amazones necessitudo & cognatio, ut Gothi suas iniurias ducerent, quæcunq; illatæ essent Amazonibus, quas ex Gothico sanguine procreatas, non secus ac sorores & filias amarent, ac tuerentur. Cætera huius Sagilli facinora, quia historiarum scriptores tunc nulli aut pauci erant, in obliuionem euanuerunt.

Sagillus X.  
Rex.

Gothorum &  
Amazonum  
consunctio.

## CAPVT XXXV.

Penaxagoras præmortuo Sagillo patri in regno Gothorum successit, eadem magnitudine animi qua pater, ad bella uel pacem instructus. Amazones summo amore, Græcos inextinguibili odio prosequatur. Enimuerò ad memoriam reuocans, quomodo iam pridem uiuente & præcipiente patre Rege Sagillo, ingentem exercitum protutandis Amazonibus à Græcorum iniurijs frustra cõtra-xisset, statuit iterum belli fortunam pro honore & libertate

Penaxagoras  
XL Rex.

6 5

te ipsarum experiri. Itaq; illi inuictissimo Duci Herculi, cuius ductu audacia Græcorum inopinantes atq; imparatae mulieres non ferendis iniurijs affecerat, bellum indixit. Hercules ut erat corpore robustissimo, ita animum prudentem, & ad auertendum futura pericula satis eruditum habebat. Proinde per idoneos oratores ad Penaxagoram missos, primum præteriti tēporis iniurias deprecatur, deinde pacis conditiones sibi ab eo præscribi rogat: demum eius sororem Augem præstantissimā uirginem in coniugem postulat. Penaxagoras autem proposita hac legatione, multum meditari cœpit, an condonandæ essent iniuriæ tam atroces, quæ nõ suæ, sed sociarum Amazonum essent. Tandem à suis sapientibus persuasus, inter has & ipsum Herculem pacem amicitiamq; composuit: nec indignum putauit fortissimum uirum, cuius magna gesta ubiq; usq; ad sidera efferebantur, nobilissimæ sorori suæ matrimonio copulari. Ex hac Auge Hercules filium suscepit, cui mater Gothicum nomen Eleff imposuisse uidetur. Hodie enim plures in patria Gothorum Elephi appellantur. Postea præposita litera T capitali, fecit nomen à Gothica denominatione differre. Ipse quoq; pater eundem filium ita ad egregia fortitudinis opera, & militarem disciplinam instituendum curauit, ut fortissimo patri similis filius in omni uirtute haberetur, nimis indecorum ratus, si paternæ fortitudinis imago in degenerate filio obscurari notaretur.

## CAPVT XXXVI.

Telephus 12.  
Rex, Hercules  
ex Auge  
filius

**T**elephus in locum Penaxagoræ auunculi sine libris defuncti in Regem Gothorum assumptus est, postquam ex Cimerijs regionibus in Mesiam retro abierant, sedesq; ibi firmauerant. Hic cum ex matre fortitudinem Gothicam, & ex patre Herculeam uires & prudentiam

tiam, quasi quædam hereditaria bona consecutus fuisset, non solum militari disciplina, in qua plurimum ualuit, sed rerum gerendarum prudentia, in qua admirabilis apparuit, Gothos in omni uirtute & uirtutum officijs continebat. Huius tēpore gerebatur illud diuturnum, crudele, & sanguinarium bellum Troianum, ob unius mulieris amorem inter Græcos & Troianos susceptum, omniumq; qui interfuerunt, aut præfuerunt, summa infelicitate. Siquidem ex Troianis antequam urbs caperetur, sexaginta septem millia, post captam uerò (si historijs credendum est) ducenta septuaginta octo millia: ex Græcis autē octingenta septuaginta sex millia desiderata referuntur. Hic Telephus ob gentis Gothicæ insignē fortitudinē multis legationibus ab utraq; parte, Græcorum uidelicet & Troianorū, ad belli societatem uocatus, demum partibus Troianorum accessit, quia Priami eorum Regis sororem coniugem habebat, ex qua præclaræ indolis filium Euriphilū in spem generis suscitauerat. Quo domi apud præceptores relicto, ad Troiam accelerato gressu peruenit. Cui aduentanti Tesserander Græcorum fortissimus Dux, se totamq; sui exercitus aciem obicit, tanquam Herculem patrem in fortissimo filio superaturus: at contrarium quàm sperabat euenit. Nam à manibus Telephi uulnere cruēto & mortifero suscepto, corruens expirauit. Hunc casum amaro animo Ajax Vlyssesq; ferentes, sese mutuo in ultionem extincti Ducis hortantur: acerrimisq; animis in ipsum Telephum conuersi, statuerunt aut mortuum amicum uindicare, ut in numerum incidere uindicandorum. Nec minore fortitudine Telephus imminentes suo capiti gladios auertere conabatur. Sed quæ Herculeæ uis satis ei esse potuit contra tres præstantissimos totius Græciæ Duces, à quibus pertinacissimè oppugnabatur? Nam dum Aiace uolentius inueni-

Troianum bellum atrocissimū aduersus Græcos.

Tesserander à Telepho uulneratus occubuit.

Telephus ab Aiace simul & Vlyssē vehementer inuasus, à tertio uidelicet Achille lethaliter uulneratus.

mentem infestus inuadit, Vlyssēmq; à latere adorientē persequitur, equo cadente sublabitur, fortissimiq; Achilles iaculo femore sauciatus diu curari nequiuit. Græcos tamen, quamuis fractis esset uiribus, ea parte quam defendit, perturbauit.

## CAPVT XXXVII.

Euriphilus xij.  
Rex.

**M**ortuo in Troiano bello Telepho, Gothi ad filiū eius Euriphilum maximæ sp̄ei adolescentem Gothici regni administrationem deferentes, prudenter existimabant se in nullum magis idoneum, aut æque dignum tanti muneris onus cōferre posse. Nam præter illam eximiam nobilitatem, qua post longam successione Regum ac potentissimorum Principum illustris erat, etiam in omnibus moribus eius ita integritas apparebat, quam optimæ sp̄ei Principes de se polliceri consueuerunt. Quicq; ne à patria & auita fortitudine degenerare notaretur, se ad Troianū bellum nullis periculis perterritus contulit, laturus opem auunculo suo Priamo Troiæ Regi, quam (ut diximus) Græcorum Principes pertinacissimo odio oppugnabāt, & tandem expugnant: quanquam nonnulli affirmant ipsum Euriphilum ob eximium Cassandræ amorem, quo adolescent accensus erat, omnia illa difficillima pericula itinerum & bellorum sustinuisse. Verum dum fortius quàm prudentius importunas ac potentes Græcorū turmas insequitur, ab eis non sine publico suorum planctu, præsertim matris & auunculi, in primo iuuentutis suæ flore trucidatur.

Euriphilus ad  
Troianū bel-  
lum accessit.

Troia expugna-  
tur, ibidemq;  
Euriphilus oc-  
ciditur.

IOAN.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; li-  
ber secundus.

## CAPVT I.



Riginē Gothorū, & initiū rerū per eos ab antiquissimo tēpore gestarū, primo libro absolvimus. Deinceps autorib. quos in principio nobis proposuimus imitandos innixi, ad Gothiā redeuntes, inquiramus labore, an otio medios annos post memorabilē Bericonis exitū trāsegerint: primamq; rationē sumamus de Rege Humulpho, Regis Bericonis primogenito, quē pater domi & in patria Regē cōstituens, iussit ut uiriliter sapienterq; omnia cōmissi regni negotia tractaret. Qui paternæ iussio nis obseruantissimus executor, mox post patris egressum ciuiles illas discordias, quas ipse pater alioquin prudentissimus penitus tollere nequiuerat, ita repressit & pacauit, ut sublatis odijs tranquilla ubiq; pax ac securitas inter omnes Gothiæ incolas apparet, uiderenturq; bella & seditiones relicto Gothiæ regno ad exterarum nationes commigrasse.

Humulphus xv  
Rex in patria

Pacauit discor-  
dias ciuiles.

## CAPVT II.

**E**volutis deinde aliquot annis Humelus Humulphi nepos, ad auiti regni scepra peruēnit. Cuius tempore cum Dani animaduertissent maximam Gothorum multitudinem cum Rege suo Bericone olim in alienas terras emigrasse, eoq; exitu potentiam Gothorū, qui in patria re-

Humelus XVI  
Rex in patria



manserant, & ad mutuas diffentiones redierant, plurimum extenuatam, non distulerunt Gothicum imperium, cui per multa secula paruerant, à suis cervicibus excutere. Quod cum Saxones prudentius considerassent, mox arma in Danos duce quodam Iuthone (à quo Iuthia uel Iuthonia nomen accepit) conuertebant, nihil dubitantes, quin sicut principatui Gothorum se incautè subduxerant, ita etiam eorum necessaria ope se non satis prudenter spoliauerat. At Dani in eas difficultates adducti, cum uiderent se Saxonum potentia nequaquam resistere posse, Humelum denudò supplices adeunt, impetratq; errorum uenia in gratiam recipiuntur: eisq; duos filios suos, Danum & Angulum, quos ex Gelfida nobilissima cõiuge Suetica suscitauerat, præficiendos curauit. Qui ualido exercitu muniti, commisso acerrimo prælio, Daniam (quæ tunc primum à Dan nomen accepit) fugatis inde Saxonibus liberauerunt.

## CAPVT III.

Dani Danorum  
Rex.

**H**ic enim est ille Dan Humeli Gothorū Regis filius, quem pater Danis primū Regem constituit. Duosq; præcepta eidem tradidisse memoratur. Primū ne in aliqua parte Daniæ delubra construeret, sed apud Vpsalam Sueonum metropolim diuinitatis cultum uenerabundus profuqueretur: Alterū, ut considerata Daniæ telluris angustia, nulli nisi grauissima lacesitus iniuria, bellum inferret. Angulus autem Dani frater, cum ad regni consortium admittendum contenderet, à fratris insidijs uix elapsus, in Angliæ regni fuga seruatus euadit. Crediderim tunc parum absuisse, qui Daniæ regnum fraterno sanguine fundatū fuisset, quem admodum Romanū, quod longè posterius surrexit: de quo scriptum est, Fraterno primi maduerūt sanguine muniti. Attamen Saxo Danicus affirmare uidetur, Angulū Angliæ regni

Angulus Angliæ regnum obtinuit, unde & nominatur.

regno præfuisse, nomenq; suum prouinciæ, cui præerat, aptandum curauisse. Nunc ad Humelum reuersus, animaducto ipsius potentiam non minorem fuisse quàm atauit Bericonis, qui uidebatur toti orbi bellum indixisse. Ille enim Vandalorū gentem uiribus & armis ualidam: hic fortes & pugnares Saxones deuicit, atq; fugauit. Ille suum imperium in Vlmergus, Pomeranos, Polonos, Magnopolenses extēdit: hic Gotis, Suconibus, Helsingis, Biarmis, Bothnijs, Lappijs, Finnis, Scricfinnis, totiq; Scandianæ insulæ præfuit. Illisq; uicinis Danorum insulis nō solum imperauit, sed etiā Regem super ipsas (ut diximus) constituit. Immo in nonnullis historijs inuenio, quòd Norum tertio genitum Noruegiæ Regē præfēcisset, nomēq; ex eo patriæ indidisset: quamquam mihi probabilius uidetur, Noruegiam à uia Septentrionali situm & nomen suscepisse.

## CAPVT IIII.

**G**othilas deinde mortui Humeli filius in paterni regni solium procerum consensu surrogatur. Qui suscepto tam amplo super Gothos, Sueones, aliasq; Septentrionales gentes imperio, nihil à paterna uel auita magnanimitate degenerauit. Eninuerò postquam domi & in patria omnia quieta reddidisset, rogatus ab Amalo cõsanguineo suo, qui tum Gothis in trās marina militia occupatis imperabat, prægrandè exercitū in Estones, Magnopolenses, & Curetes eduxit, commissoq; in mari & terra prælio, ex rebellibus obsequentes effecit, geminumq; eis iugum (ut antea diximus) imposuit, qui unum impatientius, quàm eis expediebat, sustinebant. Deinde cõtrouersia inter suos nepotes, Humelum uidelicet & Lotherum, quos Dani ex Gyriūha Siggonis Suetici Regis nepte procreauerat, super regni Daniæ successionē suborta, tumultuosum homi-

Humelus Saxo  
nes domus.

Norum tertio  
genitum Norue  
giæ præfici-  
tur.

Gothilas 17.  
Rex in pa-  
tria.

Gothilas Effo-  
nes, Magnopo-  
lenses & Cure-  
tes deuicit.

*Lotherus Dani  
filius regno  
Danie presi-  
ditur.*

nem Lothelum, amoto modestiore Principe Humelo, proficiendum curauit, sagaciter considerans ex domesticis Danorum tumultibus finitimorum pacem fieri. Neque dubitandum est plurima et præclara huius Gothilæ (quemadmodum aliorum multorum magnorum Principum) facinorâ fuisse, quæ ingrata uetustatis obliuio oblitterauit. Quocirca eius historiâ alijs, qui plura de ipso inquisierunt, desubendam relinquo.

## CAPVT V.

*Sigrugus Gothi-  
bile Regis ne-  
pos regno pra-  
sicitur.*

**S**igthunius, quem alij Sigrugum uocant, Gothilæ Regis nepos, eiusque in regno Suetiæ successor, dum à suscepti regni principio sacrificia et libamina Dijs suis apud Upsalam metropolim offerret, suorumque factorum seriem, ac futuros rerum euentus sollicitè inquireret, accepto per uictimarios responso, didicit sibi ab auri metallo supremam perniciem et mortem fatali necessitate imminere, ideoque summopere ab eo cauendum esse: à ferro, aut chalybe, ceterisque metallis nunquam uiolari, uel occidi posse. Quocirca cum se Deorum immortalium beneficio inuictum putaret, magno atque imperterrito animo multa bellorum discrimina aggressus est. Huic erat filia Gro nimium speciosa, cuius pulchritudine et moribus, cantiones nonnullæ sermone patrio ad nos peruenerunt. Hanc Schioldus Danorum Rex filio suo Gramo missis legatis coniugem postulauit, sed iam pater ipsam fortissimo atque nobilissimo pugili Sumbli Finnorum Regis fratri desponderat. Itaque Gram putans à Sigthunio contemptum, quod à filiam alteri minus nobiliter despondisset, consiliâ à socio suo Besso, cuius opera in difficillimis rebus semper utebatur, inquit, quomodo inuicti contemptus sui uindicare possit. Tandem placuit omnem industriam ad hoc accommodare, quò puella etiam inuicti

*Fatale respon-  
sum à Dijs.*

*Gro filia Sig-  
trugi.  
Schioldus Rex  
Danorum.*

patre raperetur. Erat enim tunc inter præclara illustrium uirorum facinora existimatum, si raptas per uim et arma uirgines suo coniugio sociarent. Igitur Gramus (assumptis secum comitibus) relicta Danorum patria Gothiam ingreditur. Sed ne noto uultu præditus agnosceretur, agnitusque trucidaretur, uarijs ferarum pelibus circumamictus incesit, magnoque discrimine ad regiam Sigthunij peruenit, circa quam latitans tempus obseruabat, donec egredientem uirginem in mutuum amorem alliceret, allectamque et sponte uolentem abduceret. Prius tamen Bessus ille fidelis et prudens comes, per summam ingenij uim, prudentissimæ uirginis animû in amorem sui illustrissimi Regis induxit, quamuis ab initio aspera difficilisque fuisset, nunc patris potentiam et arma, nunc clarissima aurore et ataurum stemmata commemorans. Sed Besso nec faciundia, nec occasio defuit, qua suum Principem insigni laude extolleret, nunc sanguinis nobilitatem, nunc fortitudinem et militarem disciplinam, nunc demum in armis et prælijs inuictam potentiam mira ingenij arte commendando, quemadmodum Saxo Danicus in illo Adonio carmine testatur:

Gro mihi nomen,  
Rex pater extat,  
Sanguine fulgens,  
Fulgidus armis:

Tu quoque qui sis,  
Aut satus unde,  
Promito nobis.

*Raptus uirginis  
olim gloriosus  
erat.  
Gramus Danus  
astute Gro fili-  
am Regis Sig-  
trugi adeptus  
est.*

*Carmina Gro.*

## CAPVT VI.

**T**andem ubi Gram intellexit, se de uoluntate uirginis securum, nec formidandas esse insciji patris insidias, depositis ferinis pelibus quibus amictus fuerat, concupito uirginis amplexu potitur, datis prius pro sua Regiâ fortuna et magnificentia amatorijs donis, quibus puellatum animi citius capi consueuerunt. Deinde nihil obla-

humano cruore placari, à quo uicissim omnem belligerandi industriam adeo perfecte didicisse uidebantur, ut dentis Europæ & Asiæ potentissimis imperijs, summum fortitudinis gradum sint assecuti. Simulachrum Friggæ tertio loco positum, ut amorū gratiarumq; ita pulchritudinis, deliciarum, nuptiarum & uoluptatum omnium Dea credebatur. Et ob id tantum apud Gothos, quantum Venus apud Romanos uenerata, diem Veneris usque ad nostram ætatem sibi consecratum habet, certasq; stellas in cælo à maioribus nostris Colum & Fusum Friggæ nominatas accepimus. Præterea pingebatur gladio & arcu armata, quod in illis terris uterq; sexus semper in arma promptissimus esset. Quippe non solum Aquilonares uiri, uerumetiam mulieres & uirgines, olim omnia penè temporum momenta ad excolendam militiam conferebant, ne uirtutis neruos luxuriæ contagione hebetari paterentur. Sed de his infra dicemus.



## CAPVT X.

Plures Deos colebant.

**P**Ræter hæc tria præcipua Numina colebantur Di alij complures, qui (teste Saxone Danico) miranda præstigia

præstigiarum machinatione callentes, occupatis simplicium animis, diuinitatis sibi fastigiū arrogauerunt. Quippe non solum Gothos, uerumetiam omnes Septentrionales prouincias uanissimæ credulitatis laqueis circumuentas, ad cultus sibi pendendi studiū concitantes, præcipuo ludificationis suæ contagio resperferunt. Adeo namq; fallaciæ eorum effectus perccebit, ut in ipsis cæteri quondam numinum potentiam uenerantes, eosq; Deos uel Deorum compares autumantes, ueneficiorum autoribus solennia uota persoluerent, & sacrilego errori honorem sacris debitum exhiberent. Inter quos quidam Methothim arte magica insignis, excellentem fictæ diuinitatis opinionem sibi arripiens, simplicium hominum animos præstigiöse artis fama seductos, ad superstitiosa libamenta sibi præbenda adduxit. Hic cum esset summus Deorum Pontifex, sacrificia cærimoniâq; ita distinxit atque disposuit, ut discretus Superum cuiq; cultus & libatio obseruaretur, asserens Deorum offensas communibus sacrificijs, aut permixtis cærimonijs, expiari non posse. Fro quoq; Deorum satrapa sedem haud procul Upsalia habuit, ubi ueterem litationis morem tot gentibus aut seculis usurpatum, tristi infandiq; piaculo mutauit. Siquidem humani generis hostias mactare aggressus, foeda Superis libamina persoluit; cui tandem in Deorum numerum relato, ut qui Deus sanguinis haberetur, suruæ hostiæ immolabantur, lectisterniâq; & ludi nocturni annuo feriarum circuitu (ut aliquando in urbe Roma Diti & Proserpinæ) consecrabantur. Hollerum etiam diuinitatis insignibus decoratum decepta uenerabatur antiquitas. Is siquidem parem cum Othino amplitudinem inter Deos assecutus, adeo armorum & præstigiariū usu clarus euaserat, ut ad traicienda maria offe, quod diris carminibus obfignauisset, nauigij loco

Summum Pontifex  
Methothim præstigiator  
Magica

Methothim præstigiator  
Magica

Fro Deorum Satrapa in Deorum numerum relato.

Hollerum pro Deo uenerabatur.

Vagnostum & Hadingū Dīs apposerunt.

Rostrophū Finnonicum Dīs applicuerunt.

Rostarus crude lū.

Thoronis aut Othini filij existimati, diuinis honoribus donabantur.

uteretur, nec eo segnius quam nauigio praefecta aquarum obstacula superaret. Praeterea eorum numero Vagnostum & Hadingum appositos inuenio: quibus ob opem in periculo bellorum promptius exhibitam, diuini honores pendebantur. Praeter hos Rostrophum Finnonicum, eò quòd exquisitis praescientiae studijs uiuus excelluisset, post fata in Deorum societatem translatum crediderunt. Additur his Rostarus, cuius stupenda immanitas humani sanguinis sacrificio ita placari uoluit, ut ei illorum, quos cultores sui oppressuri essent, animas dedicarent. Demum complures alij Maximi Thoronis aut Othini filij existimati, diuinis honoribus à seducto populo donabantur, ac publico digni libamine censebantur.



## CAPVT XL

Dij Gothorum cum his qui apud Byzantium colebantur, communicauerūt.

**N**ec praetereundam puto, quomodo Dij Gothorum cum illis qui apud Byzantium colebantur, similitudinem communionemq; habuerint, qualem nostra etate Pontifices Borealium regnorum cum Romanis Pontificibus obseruant. Siquidem Byzantini Dij Gothicos Deos, si quando

quando comperti fuissent diuinitatis gloriam aliquo nefario facinore maculasse, non solum Deorum collegio submouere, uerum etiam primatu eiectiones, ac domestico honore spoliatos proscribere, & alijs poenis afficere auctoritatem habebant: qua saepius seuerè usi fuisse traduntur, existimantes alicuius probrosi Dei potentiam satius subruendam, quam publicam religionem sacrilego exemplo profanandam, ne ipsi poenas alieno crimini debitas in se transfatas experirentur. Enimvero compertum habebant, suae diuinitatis cultores, uulgatis parium Deorum criminibus, obsequium contemptu, religionem ludibrio commutare, sacra pro sacrilegio duci, statas solennesq; caeremonias scenorum ludorum loco existimari. Itaq; submotis illis, alios in locū ipsorum sufficientes, facto ipso ostenderūt, se Deos ac Reges creandi destituendiq; potestatem habere. Nec semper ea poena perpetuò duratura, sed iuxta culpae modum quaedam mensura, quaedam annua, quaedam triennalis, nonnulla uerò decennalis, aut diuturnior: qua persoluta, Dīs atrocitatem exilij miserantibus, ad pristini fulgoris gloriam reuertebatur, praesertim cum superioris infamiae squalorem medij temporis interuallum euacuasset. Accidit etiam aliquādo (quod ait Saxo) ut illi, qui scenicis artibus, aut alijs deformibus operibus impediti essent, quominus amissum diuinitatis honorem recuperare, aut de integro assequi possent, summos Deorū nunc adulaudo, nunc praemijs permulcendo, diuinam maiestatis gloriam pecunia mercarentur, & ad honores, quibus alijs essent inepti, ingenij summae pretio aditum obtinuerint. Quòd si quanti emerent, scire uoles, illos interroga, qui quanti ueneat diuinitas, didicerunt. Hoc tamen uerum esse scies, quod Tertullianus de Laribus scripsit: Qui magis tributarij fuerūt, magis sancti habebantur, immò qui magis sancti, magis

Paganis arbitratu suo Deos submouebant & sufficibās

Infames diuinis honores pecunia emerabantur.

Magis tributarij magis sancti.

tributarij erant, ne liceret Deos esse gratis. Nec mirum uideri debeat, tantum ualuisse in hac gente talium Deorum opinionem, quando apud Aegyptios, Græcos, & Romanos omnium prudentissimos, indignæ fabulæ colerentur, templisq; honorarentur, utpote Iupiter, Saturnus, Mars, Mercurius, & reliqui, quos fuisse mortales homines, & istis Gothicis Dijs sceleratiores sciebant, atq; quorum sepulchra minime ignorabant.

Aegyptij, Græci, Romani uero quin sapientes portica coluerunt & uenerabantur.



## CAPVT XII

**H**actenus de Dijs: nunc de Sacrificijs & Sacerdotibus eorum pauca dicemus. Erat olim in sacrificijs Gothorum numeri nouenarij obseruatio admodum accepta, sorte quo Pythagorica philosophia monuerit numerum imparē, qualis hic est, qui ex ter tribus consurgit, in omnibus præponi oportere. Ea enim Septentrionalium religio multum ex Pythagoricis traditionibus aucta commētoratur, tam per Salmoxem, quam per alios eiusdem eruditionis Philosophos: de quibus infra dicendum erit. Et quamuis Dijs suis summum cultum singulis hebdomadis,

Sacrificia Gothorum nouenario numero obseruabatur.

Religio Gothorum ex Pythagoricis traditionibus aucta.

hebdomadis, & quotidie exhiberent, tamen omni mensæ solenniorem uenerationem ipsis impendentes, nouem dies sacrificijs ritè ac religiose absoluendis tribuerunt. Singulisq; diebus nouem animantium genera immolabant: quibus etiā totidem humanas hostias adiungebant. Ac post nouendum, per summam totius regni celebritatem, templum illud Upsalense frequentissimo incolarum accessu uisitabatur, ibiq; nouendialibus ferijs, & præscripto sacrificiorum numero, Dijs hostiæ ad aram mactabantur: homo autem quem fors immolandum obtulerat, in fontem qui ad locum sacrificiorum scaturiebat, uiuus immergebatur: qui si facile efflaret animam, faustum renuntiabant sacerdotes uotum, moxq; inde ereptum, in uicinum nemus (quod sacrum credebant) suspendentes, inter Deos translatum affirmabant. Quo factum erat, ut beatum se crederet, qui ea immolatione excederet è uita. Accidit nonnunquam Reges ipsos eadem sorte delectos immolari. Quod quia faustissimum regno sacrificium aestimabatur, totius populi multitudo summa gratulatione tam insignem uictimam prosequabatur. Enimuerò sic de sanctos nequaquam mori, sed tam illos, quam seipfos immortales esse persuasum habebant.

Nouem diebus nouem genera animantium immolabant.

Homo immolabatur.

Miserabile speculum ritus ipsorum idololatrarum.

Sorte deligebatur immolandum.

omni tunc arguitur  
in uicinis  
narratos  
coluntur saluati



## CAPVT XIII.

Gothorū de im-  
mortalitate  
anima opinio.

**S**unt graues auctores asseuerantes Gothos multis nationibus excellentius sapientiae studuisse, ideoque opinionem de animae immortalitate induisse, quia (ut ait Herodotus) se mori non putantes, dicerent eos qui uita functi essent, in alium quempiam locum amoeniorem demigrare, in quo Deum quendam Bleixen praesidere affirmabant, ad quem assidue praeter superius expressum modum, cum naue quinque remigum nuntium quempiam ex seipsis sorte delectum mittebant, praecipientes ut ea quibus indigerent, a liberalitate Numinis impetrarent, quemadmodum infra dicemus. Praeterea tam obstinatissimo animo Deorum suorum cultum obseruabant, ut concitato in nubibus fragore, sagittae ex arcibus in aera excutientes, ostenderent se opem asserre uelle Dijs suis, quos tunc ab alijs oppugnari putabant. Nec ea temeraria superstitione contenti, iniustitiae ponderis malleos (quos Iouiales uocabant) ingenti aere complexos, magnaque religione cultos, ad eum usum habebant, ut per eos tanquam per Claudiana tonitrua, et per usitatum rerum similitudinem, caeli fragores, quos malleis cieri credebant,

Pugnabant pro  
Dijs sagittis et  
malleis contra  
tonitrua.

Mallei Iouiales.

expri-

exprimerent, tantique sonitus uim fabrilium specie imitantes, Deorum suorum bellis sic adesse admodum religiosum existimarent. Durabat is Iouialium malleorum usus usque ad annum a Christo nato millesimum centesimum trigesimum, cum Magnus Gothorum Rex Christianae disciplinae studio paganam superstitionem perosus, et sanum cultum, et Iouem insignibus spoliare sanctitatis loco habuit: qui propterea ad multa tempora a Gothis perinde ac caelestium spoliatorum sacrilegus raptor reputatus est. Solebant etiam Gothi processuri in praelium, equos ad aras immolare, quorum abscissa capita, contisque excepta, subiectis stipitibus distentos faucium rictus ante acies praeferebant. Nec tantum uictimas ante bellum, uerumetiam post superatos hostes hostias immolabant, magnificosque ludos in honorem Deorum faciebant, in quibus effeminati corporum motus, scenicique mimorum plausus, ac mollia nolarum siue arium crepitacula ostentabantur. Haec et alia eximia sacrificiorum genera potissimum faciebant, ut Dijs iuuantibus nulla bellorum uis superari possent: adeo eis arma in desiderio, et continuo usu erant, ut reliqua omnia humana studia nequicquam comparanda rei militari putarent. Praeferant his sacris dispartium graduum sacerdotes, Pontifices, Archiflamines, Flamines, Salij, Augures: quorum primis, utpote Pontificibus, permixta erat par cum Regibus potestas, tantaque autoritas, ut quicquid illi uel suaderent, uel iuberent, quasi de caelo sonuisset, mox ipse Rex et populus alacres exequerentur. Instruxerunt gentem plurima sapientia, selegerunt sacerdotes, religionem fundauerunt. Testatur Dion Graecus, huic genti nulla aetate defuisse Pontifices, qui eos in sapientia erudirent. Erat quoque inter eos genus Pontificum illustrius, quos Pileatos et Pios uocauerunt, ex quibus Reges et sacerdotes sibi cooptabant, quod inferius subnecte-

Magnus Gothorum Rex abrogauit usum malleorum.

Equos processuri ad praelium immolabant ad aras.

Sacrorum praefecti.

Pontificibus par cum Regibus potestas erat.

Pontifices Pileati et Pii.

mus. Sed nunc ad fata Regis Erici, quæ circa annos à diluui quadringentos uiginti quinq; inciderunt, reuersi, inuenimus, quòd post ipsa tam Sueonum quàm Gothorum Respub. uario modo uacillare cœpit. Quippe non existente Regum Gothiæ & Suetiæ cœcordia, qua tanta gentium multitudo in tranquillitate & pace contineretur, domi perniciofa discordia, & impia idolorum cultura, de qua diximus, foris importuna hostilitas inualuit. Idq; multo tempore, & cum summa omnium incolarum iactura, annis ferè quadringentis. Reges autem Gothorum, qui medio tempore & successiue regnasse memorantur, hi sunt, Vddo, Alo, Othen, Carolus, Biorno, Gethar, Gert: quorù sola nomina ad meam notitiam ex publicis annalibus perueniunt. Sueones uerò tunc ab eis diuisi sub Iudicibus magnam illorum seculorum partem egisse dicuntur.

## CAPVT XIII.

**B**erico deinde communi omnium Sueonum & Gothorum consensu, utriusque regni Monarcha circiter annum à diluui octingentesimum trigessimum sextum constitutus, cum prudenter animaduerneret, quomodo tot populi in tot diuersa uota disfraci, absque ciuili bello regi & conseruari possent. Erant in eis plurimi, quos (uti ubique contingere solet) diuturna licentia incedes, rapinas, & omne facinus reddiderat audacissimos. Hos prudens Princeps cogitabat (oblata primum occasione) à patriæ sinibus submouere. Sed quia non uellet, nec honestè posset, id quod cogitauerat, armis & potentia exequi, compertumq; haberet eorum animos duci posse, cogi non posse, contractis in concionem nobilibus & plebe, refert quo pacto preteritis annis Estonnes, Liwones, Finningi, Curetes, Vlmerugi, ceteraq;

potentia

potentes gentes (quamuis à Gothicis littoribus uasto mari separate) ausæ fuissent Gothorum potentiam domestica seditione labefactam, cœtinuis bellis impugnare: nec à proposito cessuræ uiderentur, donec penitus expugnatæ iugum turpissimæ seruitutis imponerent. Quocirca si uiri esse uellent, cogitarent potius tam superbis & pertinacibus inimicis terras & possessiones auferre, iugumq; perpetuæ seruitutis iniicere, quàm ab illis iniectum cum sempiterna ignominia suslinere. Hac enim præclara uictoria plurimas iniurias patriæ pridem illatas iustissime uindicarent, manusq; suas de cætero non in ciuium, sed in hostium sanguine cruentarent. Excepta est hæc Regis oratio diuiduis cum populorum, tum procerum sententijs: cum alij affirmarent natalis soli dulcedinem nequaquam relinquendam, alijs placuit Regio consilio & præcepto satisfieri debere, quòd iustum bellum contra importunos & crudeles patriæ hostes præciperetur: præstaretq; semel uel uno bello ipsos delere, terrasq; & possessiones eorum occupare, quàm in sempiterna eorum formidine uersari. Tandem communi omnium consensu decretum fuit, ut tantus exercitus pararetur, quantus sufficere posset oppugnandis & expugnandis illis hostilibus terris, quæ à fortissimis incolis possidebantur. Hoc decreto domum ad uxores relato, mox ipsæ muliebribus corporibus uiriles animos inferentes, nullum in se scemine mollitiei indicium præbuerunt, nullas in castas deprompsere uoces, nõ lachrymas, non gemitus, non eiulatus emittebant. Quippe ab incunite etate paulo minus quàm ipsi uiri armis assuetæ, in equo ducebant pensa & prælia tractare. Nec solum mutua exhortatione sese fouebat, sed uiros ipsos ad arma capestenda importune inflammabat. Tantumq; pauco dierum spatio profectus est, ut logè pauciores essent, qui domi residere,

Gothicæ mulieres uirum te haud inferiores.

Muliecularum importuna & uehemens instigatio arma capestendi.

Concordia salutaris, discordia perniciofa.

Vddo VII. Alo VIII. Othen IX. Carolus X. Biorno XI. Gethar XII. Siggo XIII. Gothorum Reges.

Berico xiiii. Gothorum Sueonumq; Rex in patria, & ab egressu primus.

Principii exhortatio.

quàm qui egredi mallent: immò si nauium multitudo exituris suppetisset, tota terra alioqui populosissima, in solitudine redacta fuisset. Proinde Regis prudètia opportunè prouisum fuit, ut sufficiens incolarum numerus terræ excolendæ relinqueretur: cui primogenitum suum Hamulfum Regem præficiens, iussit ut domi & in patria uiriliter prudenterq; omnia ageret, ipse autè foris, & longinqua militia cum suis nihil minus præstare curaret. Hoc tamen loco nonnulli errant, affirmantes huc Gothici populi egressum ob naturalem terræ sterilitatem accidisse; cum etiã nostro tempore tantum in omnibus rebus abundet, ut uix alibi in tota Europa uilius uendantur res humano uictui necessariae. Testantur eam omnium rerum abundantiam illæ ingentes nauium classes, quæ inde quotannis maximam omnium rerum copiam in omnes transmarinas regiones efferre consueuerunt. At de illa fame ex bellis, non ex terris inflicta, ob quam Longobardi inde postea exiuerunt, infra dicemus. Nunc satis est ostendisse duas præcipuas huius emigrationis causas, uidelicet ut uindicta de hostibus sumeretur, & Gothica natio in alienis regnis & terris, quantum uiribus posset, experiretur.

## CAPVT XV.

Classis primum in Gotlandiã insulam applicuit.

**O**Mnibus igitur quæ ad tantam expeditionem necessaria uidebantur præparatis, iubet Berico omnium classium præfectis, ut totam nauium multitudinem in insulam Gotlandiæ (quam Iordanes Gotiscantiã uocat) deducant. Unde tres naues potentiam hostium explorantes emittere curauit, unam quæ Estonum, alteram quæ Curætorum, tertiam quæ Ulmerugorum litora diligenter perscrutaretur. Sed suborta tempestate, omnes Ulmerugianis litoribus impulsæ fuerunt, in quibus nunc Prutenorum sedes

Viuentorū postmodum ad Ulmerugianos appulsa sunt nauis.

des habentur. Inde exploratis obiter terris, & incolis, mox ex se tertiam nauem ad Bericonem expediunt: quæ etsi cæteris ad cursum aptior esset, attamen ob remigum ignauiam tardius incedens, conuitio, quo Gepæda de cætero diceretur, occasionem dedit. Siquidem lingua Gothica tardum & ineptum, Gepam per conuitium appellat. Itaque ex ea nauis Gepidæ ortum habentes, patrum suorum inertiam præclaris postea facinoribus, fundato ex se in clytoto regno absterferunt. Nec ignauiter legatione functi, Bericonem quo in loco & statu reliquæ naues essent, edocent, hortanturq; ut totam classem ad ipsas sine mora perducant, facili negotio terram & populos, in quibus nihil expugnatum difficile uideretur, superaturus. Neq; diutius expectatum est: & Gothi (ut ait Iordanes) uelut examen apum crumpentes in Europam exiuerunt. Annuus tunc erat secundum Hebraicam ueritatem à creatione mundi bis mille simus quingentesimus trigessimus primus, à diluuiò autem octingentesimus septuagesimus quintus, & ante natum Christum millesimus quadringentesimus trigessimus, quo tempore filij Israël à Iudice Othoniele (teste Alberto Crantzio) regebantur. Præsenferant tunc Ulmerugi, quam ob causam tam frequens & inusitata classis aduentasset: ideoq; mutua adhortatione firmati, statuerunt prius sanguinem & uitam effundere, quam charissimam patriam hostibus occupandam permittere. Proinde Gothi à principio antequam in littore consisterent, difficilem Martis aleam experiebantur. At postquam resumptis uiribus, quas maris tempestas non parum labefactauerat, magno impetu & imperterritis animis manus conseruerunt, uictores, non tamen sine cruenta uictoria, euaserunt. Sed letari non poterant, se amœna loca sedesq; beatas occupasse: quippe ueteres illi coloni, qui bello supererant, cum uiderent se tantæ Gothorum potentia

Gens Gepidarum unde originem sumpsit.

Gothi quo tempore patriam egressi fuerint.

Othoniel Iudex Israël.

Cruenta uictoria.



impares esse, confestim domos, uicos, uillas incendio tradiderunt, deinde fuga salutem querentes, ad interiora Vandalia se recepere. Itaque Gothi uacuum & laboriosam terram affecuti, coniuges, & liberos ex nauibus eductos, excolendis agris præficiunt, domus & uillas rursum erigunt, armaq; in uicinas prouincias, Pomeraniam, Poloniam, Magnopoliam, tanta fortitudine extendunt, ut breui tempore magnam magnæ Vandalia partem suo imperio subiugarint. Toto enim tempore septem Regum, quo Vlmerugiam incoluerunt, nunquam à tumultu bellorum quieuerunt. Si enim foris nullus hostis comparuisset, domi & in patria querebant, nihilq; præclarior ducebant, quam inuigilare armis, uitamq; militarem assiduo studio exercere.

## CAPVT XVI.

*Gaptus II. Gothorum Rex extra patriam.*

**G**aptus deinde defuncto Bericoni (testantibus Methodio & Iordane) successit in regno Gothorum: qui principatum iure belli quæsitum & propagatum, potentia & armis conseruare studebat. Quippe quemadmodum gentes, quas Berico in subiectionem redegerat, nihil enixius moliebatur, quam amissam libertatem recuperare, ita ipse necessarium putabat omni ingenio & diligentia prouidere, ne abiectionis iugo, ex seruis liberi, ex subditis Principes erigerentur. Nec minor animo eius sollicitudo incessit de continuo & domestico suorum Gothorum tumultu. Quippe quemadmodum in patria suscitare tumultus, negociumq; suis Principibus facessere consueuerant, ita in alienam terram prouecti, mores à maioribus suis imbibitos seruantes, ostenderunt se cœlum, non animos migrando commutasse. Tandem hic Gaptus satis, an in armis absumptus fuerit, autores quos sequor, silentio suppresserunt.

CAPVT

## CAPVT XVII.

**A**ugis Gothorum fortissimus (quemadmodum Iordanes affirmat) mortuo Gapto, in Gothorum Regem erigitur: cui graue bellorum negocium contra fortissimos Curetes contigisse traditur. Ipsi enim Vlmerugorum uersus orientem solem uicini, cum se satis munitos arbitrentur, præsidij fluuioꝝ & saluum, paludumq; impedimentis, contendebant principatum Gothicæ gentis abijcere: non quod ab ea grauibus & intolerabilibus tributis molestaretur, sed quod indecorum atq; probrosum ducerent, uitam habere alienæ gentis arbitrio subiectam. Ille tamen conatus, ut erat ex temerarijs ingenijs excitatus, ita ad felicem exitum perducere nequiuit. Quauis enim Curetes contra Augem & Getas progressi, uiriliter & pertinacissimis animis pugnassent, ipsumq; Regem Augim primas in acie partes strenuè agentem occidissent, se tamen & patriam ab illa subiectionis infamia liberare nequiuerunt. Mox enim Gothi Amalum ex procerum suorum ordine nobilissimum, utpote Augis filium, uacanti regno præficientes, uictoriam è manibus hostium, quibus nimium fauisse fortuna uidebatur, extorserunt.

## CAPVT XVIII.

**A**malus igitur præmortui Augis filius in ordine Gothorum Regum post Bericonem quartus, creditâ sibi Rempub. tanta diligentia atq; industria gubernauit & auxit, ut superioris ætatis Principes (quanquam rerum gestarum magnitudine præstantes) non solum æquauerit, sed planè superauerit. Nam cum Curetes post amissam (ut diximus) libertatem, nouandis denuò rebus omnem operam accommodarent, sibiq; ad rebellionis societatem Estonicam gentem indomitam coniungerent, Amalus ut

*Augus III. Gothorum Rex.*

*Rex in acie succubuit: quo non obstante Gothi uictoriam reportabant.*

*Amalus III. Rex Gothorum.*

*Amali prouidentia.*

hostiū conspirationes amicorū societate infringere posset, missis nuntijs Gotillam Gothiæ & Suetiæ Regē, Bericonis nepotem (de quo infra dicitur) contra ipsos in præliū excitauit. Et ita cōmunibus duorū fortissimorū Regū armis Estones, Curetes, & Magnopolēses, manus uictas Gothico imperio iterū tradiderūt, recepto in humeros gemino iugo pro simplici. Nam postea non solum Amalo, sed Gotillæ ut obnoxia mancipia obsequēbātur. Nec rarō accidit, ut eodē tempore paterfamiliās uni ipsoꝝ Regū, & filius eius, aut seruus, alteri sine ulla indulgētia parēre cogeretur. Ex hoc antiquissimo Rege Gothorū originē habuisse dicitur præclara Amalorū apud Hispanos familia, quæ nō solum illustrissimos proceres, sed potentissimos & optimos Reges ac Pontifices ex se produxit, quemadmodum infra latius prosequemur.

*Amalorum familia apud Hispanos.*

## CAPVT XIX.

*Baltus V. Rex Gothorum.*

**B**altus siue Galtus præmortuo Amalo in regno successit: cuius gesta si fidelis antiquitas ad posteritatis notitiam perfectius transmisset, nō breuem historiam, sed historiarum libros eius imperiū, quod uaria fortuna administratū fuit, nobis subministrasset. Siquidē eius tempore suborto inter Gothos domestico tumultu, ad tantā seditionem deuenerūt, ut Gepidæ siue sponte, siue coacti, ab ipsis deficere, & sibi nouas sedes (ubi nūc Valachia est) quærere cogerētur. Nec multo post tēpore, subactis uicinis in maximam multitudinem coaluerūt, Regemq; sibi præficientes, non solum Vandalis, sed Gothis terrori ac formidini effectæperunt. Neq; silentio implicandū est, quod quemadmodum ex Amalorum cognatione, Regia stemmata apud Ostrogotos longo ac splēdido successionis ordine proflexerunt, ita etiam uicissim ex illustri Baltorū generatione, Ve-

*Gepidæ ad Valachos se transferuerunt.*

*Gepidæ inuaserunt.*

*Amalorum familia apud Ostrogotos.*

*strogothi*

strogothi sacerdotes & Reges sibi cooptare consueuerunt: quod infra magis explicare conabor. Hic tamē animaduertendū puto, Baltos à principio Galtos, hoc est, Verres dictos fuisse. Potest hoc persuaderi ab antiquissima & nobilissima Gyltarū, hoc est, Verrea familia, quæ etiā hodie apud Vestrogotos perseverat: à qua etiam ego secundū paternam lineam (ut à parente meo accepi) originem duco.

## CAPVT XX.

**G**adaricus deinde Balti filius communi Gothorum consensu in regni solio collocatur, qui ob rerum gestarum magnitudinem Magni cognomine (ut Iordanes, Rodericus Toletanus, & Albertus Crantzius attestantur) dignè meruit illustrari. Magnum quippe erat, ipsum potentissimæ Gothorum nationi imperare. Sed maius erat, subditorum populorum animos nunquam aut rarè concordēs, à domestica seditione, quæ sub priore Rege Balto initium aut fomentum contraxerat, reuocare, reuocatosq; in pace & unitate continere. Maximumq; fuit uicinas & potentes gentes, quæ non solum in pristina libertatē se uendicare, sed Gothicum nomen penitus abolere moliebantur, reprimere & superare. Siquidem (ut diximus) Gepidæ illatarum sibi à Gothis iniuriarū memores, quasunque possunt gentes Scythicas & Vandalicas sibi adiungentes, bellum Gothis indicunt, tantisq; animis indictum prosequuntur, ut uno eodemq; momento indictum & illatum putaretur. Nec fuit aliquod bellum tam acre & periculosum antea à Gothis susceptum. Prius enim sepe de fortunis & terris dimicauerant: at nunc atrocius prælium de salute, & libertate, ac uita agebatur. In quo cum Vandalorum uirtus tantum inclaresceret, ut Gothorum potentiæ pertinaciter resistens par iudicari

*Gadaricus VI. Rex, dictus Magnus.*

*Gepidæ uindictas iniuriarū.*

*Vandali cū Gothis concordiam inueniunt.*

potuisset, conuenit tandem inter utraq; partem, ut Vandali in libertatem restitui de cætro non subditi, sed socij Gothorum haberentur. Deinde Gadaricus arma uiresq; suas ad Scythas usq; extendit: quos cū ad prælium minime parati essent, haud difficulter superauit. Sed non erat tam facile gentem fortem in subiectione continere, quàm facile fuit ipsam nihil aduersi suspicantem expugnare. Si quidem reuerso Gadarico cum suis in suam Vlmerugiam, nec multo post fati sumpto, Scythæ iugum, quod a Gothis impostum nimis impatienter ferrent, abijcere uolentes, unanimiter cogitabant gloriosam mortē seruituti turpitudiniq; anteponendam esse: eaq; acceleratione quod cogitauerant exequabantur, ut parum absuerit, quin Gothos ob recens Gadarici funis perturbatos opprimerent, nisi subito consilio subitum periculum, accelerata noui Regis Philmeri electione, auerissent.

## CAPVT XXI.

*Philmerus VII. Rex.*

**P**hilmerus igitur Gadarici filius, cū Magni patris magnifica gesta non solum imitaretur, uerum etiam superaret, tam regni quàm magnifici nominis hæres ab omnibus merito estimatus est. Nam quum deprehendisset Scythas amissam libertatem gladio & armis recuperare uelle, seruitutemq; à suis ceruicibus excussam in humeros Gothorum rursus inicere, idq; ipsos tanta acceleratione & impetu (ut dictum est) moliri, ut contra ipsorum insultum progressuris nihil esset perniciosius, quàm mori & cunctatio: proinde adeo subito in hostes potentissimos se præparauit, ut unus idem dies Regiam illi dignitatem, & inuitabilem belli necessitatem imposuisse uideretur. Verum quia in tam repentino & non præcognito motu selectum militum facere non dabatur, urgebat totam Gothicam

thicam gentem, quæ armis apta erat, citissime ad arma conuolare. Cui præcepto tam cupide satisfactum fuit, ut nemo esset qui se domesticis laribus ab ea publica & tam necessaria expeditione excludi pateretur: immò tam foeminae quàm uiri citius quàm credi possit armati, infantes atq; imbellem ætatem plaustris imponunt, certi se in eo prælio aut gloriosa morte occupandos esse, aut sedes non omnino steriles, fugatis hostibus, occupaturos. Credibile tamen apud me non est, quòd spe fecundioris soli ad Scythicas uastitates cum tanto discrimine properare uoluissent, ut nonnulli affirmant. Nunquid Scythicæ arenæ, aut inuicæ paludes fertilissimis Rugianorum, Obotritorum, Magnopolensium, Pomeranorum, Prutenorum, Vlmerugiorum, Polonorum terris præeligendæ essent? Sed erat ille Martialis & cõnatus ardor præliandi in populo illo, qui fortitudini militari supremum inter cæteras uirtutes gradum semper attribuebat.

## CAPVT XXII.

**H**oc igitur bellico ardore concitati, cum suo Philmero plenis & pertinacissimis animis contra aduētates Scythas progressi, terras amplissimas hætenus possessas relinquere uacuas. Solum tamē Samagetae, qui remotius ad littora maris Sarmatici habitabant, & ob id tardius belli apparatus fieri didicerant, in suis sedibus remanserunt, hodieq; perseuerant. Ea maxima & insuperabili multitudine Scythæ post acerrimum bellum superati funduntur, & profligantur: nec antè quicquid Gothi, quàm usq; ad confinia Mæotidis paludis peruenire. Hic Philmerus cū disiectis per arma habitatoribus, suos collocandos putaret, pontem magno molimine construxit, eoq; perfecto copias in alteram ripam trajcere properauit. Sed cū

*Fœmina Gothica cū uiris suis concurrere cõtra cõmunem hostem.*

*Gothi Martiales.*

*Samageta, Pruteni sunt in litore Sarmatici maris.*

*Trãsfertur pars Gothici exercitus per paludes Mæotides,*

esset in medio conatu, & tot restare uiderentur transponēdi, quot iam transposui essent, ipse ex industria, & quam occultissimē id fieri poterat, pontem illum dissoluendum curauit, famamq; sparsit id casu, non proposito, accidisse. Putauit enim prudens Rex, ut commodiores sedes diuini quam coniuncti occuparet. Quod autē alij scribunt, pontem ita corruisse, ut in reliquum irreparabilis esset, apud me paruam fidem facit. Iidem enim homines eundem laborem, ubi eadem uoluntas affuisset, si non facile, tamē importunitate superassent. Sed erat necessariū aliquādo post tot itinera quiescere, & imbecillioris ætatis quieti consilere. Ita ex una gente due mox emerere, que tandem totam Scythiam uastissimam totius orbis partem, antē Oim (teste Iordane) dictam, sub suum imperium redegerunt, diuq; in subiectione continuere. Nam qui citra paludes manserant, principatum omnium illarum Scythicarum terrarum, que post eorum terga usque ad sinum Venedicum, siue Sarmaticum, uel Estonicum, longo & lato tractu porriguntur, affecuti sunt: illi uerò qui cum Rege Phlimerio pontem transferat, etsi optatum solum, in quo comode se collocarent, inuenissent, tamē cum in proximo esset fortissima gens Spalorū, que hactenus inuicta, & cæteris Scythiis formidabilis esset, statuerūt primū uires suas contra eius potentiam (teste Ablabio) experiri. Sed ne ea gente superata quieuerunt, donec iam omnium uictors ad lōginquas Scythiæ partes Pontico mari uicinas peruenirent. Quibus deuictis sese diuiserunt: alij totam Aegyptum subegerunt, cuius rei etiam Herodotus Halicarnasensis meminit, alij Orientem duce Amalo, alij Occidentem Valto duce concesserunt. Ex illis ad Orientem delatis, Scythiis fugatis, reliqui Scytharum Reges emerferunt. Subscribit his Irenicus in sua Germania lib. VI. cap. II.

CAPVT

## CAPVT XXIII.

Prima itaq; Gothorum sedes in Scythia magis memoranda fuit ad mare Ponticum: inde genti iam nomen magis inclaruit: inde dicti sunt Scythæ, hoc est, Scytharum uictores. Non tamē inficior ipsos postea quandoq; Scythas, quandoq; Gothos, uel Getas appellatos fuisse. Immo pro diuersitate idiomatum quibus imperabant, sicut in patrio solo dicti sunt Vestrogetæ, hoc est, Occidentales Getæ, & Ostrogetæ, hoc est, Orientales, ita in terris alienis, & alienis linguis, nunc Samagetæ, nunc Massagetæ, quos Strabo lib. XI. Orientales Gothos affirmat, nunc demum Tirsagetæ dicebantur. Igitur tam Græci quam Latini ipsos Gothos non raro promiscua appellatione uicissim in eadē gente nominabāt. Et Paulus Orosius lib. I. idē testatur. Modò (inquit) Getæ illi, qui & nunc Gothi, quos Alexander euitandos enuntiauit, Pyrrhus exhorruit, Cæsar etiam declinauit &c. Præterea Procopius de Vittige Romam obsidente ait: Tunc quidem Romani patricij Sibyllæ dicta in medium proferebant, asseuerantes ad Iulium usq; mensē ciuitatem in discrimine fore, & demum Roma nihil Geticum extimescet. Geticam quippe Gothorū nationem hi esse affirmant, multiq; alij tum ueteres, tum recentiores auctores, utpote Dion Græcus, qui suis historijs titulum De Geticis rebus præmisit. Præterea Iordanes Gothus in sua Historia, nunc Gothos, nunc Getas appellat. Et Paulus Diacnus Gothogetas in uita Narsetis affirmat. Ego etiam si quā fidem mea experientia mereor, testari possum, quod à meis Gothis Ostrogeta uocor, qui à Latinis appellor Ostrogothus. Quippe ab antiquissimis temporibus in patria Getham nominamus, quē Latialis sermo Gothum uocare consueuit. Nec ab hac promiscua appellatione dissentit Herodotus pater historiarum, qui Massagetas, hoc est, Ostrogo-

d 5

Gothi Scythæ  
appellati.Getæ & Gothi  
una gens.Gothi diuersi-  
mode compel-  
lātur propter  
diuersitatem  
linguarū gen-  
tium quas per-  
uagati sunt.

Spalorum gens.

thos affueat Scythas sedibus expulisse, deinde profectus Cimeriam, pepulisse habitatores, sedesq; tenuisse. Quod etiam testatur Raphaël Volaterranus lib. V Il. ex Strabone, & Homero affirmante in Odyssæa X. ipsos ex ultimo Occidente peruenisse. Quod quàm uerissimū sit de Gothib; Cimeriam occupantibus, nemo in historijs bene uersatus ignorat. Affirmat quoq; hanc sententiam Ptolemæus: Massagethas, inquit, in mediterrancis Asia, in regione Scytharum confedisse. Proinde nisi prudens lector animaduertit, Gothos & Getas eundem esse populum, ipsosq; à denictis gentibus quandoq; Scythas, quandoq; Cimerios, uel Thracas nuncupatos, nunquam Gothicas, uel Scythicas historias rectè intelliget. Quippe uiuente adhuc Magno Philimero rege, postquam Cimerios eiecerant, non solum Cimerij, sed etiam Scythæ uocabantur, nomen ab occupata terra assecuti. Quam uictoriam Herodotus prosequens dicit, non contentos expulisse Cimerios sedibus suis, sed secutos affueat egressos, eo impetu & furore, ut nequinerint de itinere, quo ituri essent discernere. Siquidem Cimerijs salutem fuga quærentibus, & sinistrum latus Tauri montis percurrentibus, Getæ eiusdem montis dextera incedentes, ad Pontum usq; peruenerunt. Vnde rursus in Cimeriam redierunt, in qua toto tempore, quo eis Philimerus imperauit, permanserunt, quamuis eorum imperium tota Scythia longè lateq; sequeretur.

## CAPVT XXIIII.

**T**anausius Philimero uita functo, cum esset annus dē luuio nongentesimus nonagesimus quintus, & ante Christū natum millesimus trecentessimus decimus, Rex Gothorū constituitur. Quo tēpore Vexores, siue (ut Diodoro placet) Sexosēs Rex Aegypti, omnium Orientalium nationum uictor

uictor, cum animaduertit nullum esse Regē, aut populū, siue nationem, ad orientem uel occidentē solem, immo neq; ad Australem plagam, cuius potentiā formidaret, credidit se posse totius orbis monarchiam obtinere, si Septentrionales Gothos, siue Scythas, suo imperio subiecisset. Itaq; omnium subiectarum sibi gentium manu contracta, moturus bellū in Gothos, præmittit legatos, qui eis aut subiectionis iura, aut instātis belli pericula præscribāt, & prænuntiēt. Non erat ille potentissimi Regis apparatus Scythis omnino ignotus. Didicerant quidem in ipso plus esse uirorum quàm uirium, plusq; in specie quàm ipsa re formidabilem. Quocirca legatis duras seruitutis conditiones comminanti bus, duriora respondent: Mirari se (dicunt) quæ nam dementia cœpisset tam fœlicem & potentem Regem, ut audeat, aut uellet contra pacificos & innoxios, eosdēq; inopes, nulla lacesitus iniuria bellum suscipere, quod ei fuisset in proprijs laribus magis formidandū: quiq; utilius perpendisset incertam belli aleam, quàm præmia uictoriæ, nullaq; damna manifesta. Hæc dicentes arma unanimiter corripunt. Nec legati tanta acceleratione sese ad reditum accingere poterant, quin euestigio eos Gothi cœu rapidissimus torrens insequerentur: ipsēq; Rex Aegyptius cum tota sua multitudine, tam inopinato impetu aduentatis hostis penè obrutus fuisset, nisi à celerrima fuga salutem quæsuisset. Erat hæc fuga multo uituperio insignis, quia opulentus Rex ab inopibus, quia gloriosus ab his, quos putabat contemptibiles, quia superbus ab humilibus, nō solum fugere, sed turpiter fugere coactus est. Quippe toto exercitu, & belli apparatu post terga relicto, atq; apud Phasidem prouinciam deleto, trepidus in sua se recepit, ignarus an confestim uita, & rebus proprijs spoliandus esset, qui pridem aliena temere occubare tentasset.

Sexosēs Regis Aegypti insatiabilis libido domi nandi.

Gothi legatos Sexosēs inuadunt.

Sexosēs fuga turpis.

Sexosēs temeritas.

Massagetae unde processerūt.

Magna furia gētis uictoriam assecuta.

Tanausius VIII. Rex.

**F**actus tamen est Sefosus securus & insuperabilis, non sua aut suorum uirtute, sed quia difficiles inuicem; paludes Gothos ab Aegypto prohibuere. Quibus impedimentis repressi, arma in amplitudinē Asiæ extendiuit: quam perdomitam uectigalibus onerarunt, modico imposto tributo, magis in titulum imperij, quam in præmium uictoriæ. Tunc enim putabant ueram uictoriam se affecturos, cum plus ex præclaris magnificisque gestis, quam ex sordidis tributorum diuitijs illustrarentur. Delectati amoenitate Asiæ, constituerunt ibi sedes perpetuas collocare: totosque quindecim annos pacandis & disponendis finibus eius impenderunt, donec importunis precibus uxorū ad propria reuocantur, affirmantibus ipsarum legatis, ni redeant, sobolem se ex finitimis quaesituras, nec permissuras, ut posteritas Gothorum per sceminas intercitat. Igitur Tanauusius tot gentium & terrarum uictor, precibus mulierum uictus ad Gothicas terras redire coactus est. Sed erant in eius exercitu complures, qui cum domi nec uxores, nec liberos haberent, uiderentque amoeniores Asiæ terras, capti earum pulchritudine Regem orant, ut sinat se ibidem sedes collocare. Quod cum æquē citò negatum ac petiitū animaduertent, Serinum Medorum Regem, quem sciebant Tanauusio gratissimū esse, importunis precibus aduocatū constituunt, & ita quod concupiuerant, impetrauerunt. Sed cum ceteri eorum separationem ægrius ferrent, conuicio prosequuntur abeuntes, eosque Parthos sua lingua uocant (quod Latine reditum transfugas, siue fugaces, uel timidos sonat) iusto quidem nomine. Nam postquam patriam fugissent, & Parthicum regnum fundassent, præclarisque facinoribus Gothicâ fortitudinem referrent, tunc primum in prælijs uictores emerferunt, cum timidi & fugaces putarentur. Siquidem in

proue-

Gothi arma per  
Asiam exten-  
dunt.

Uxores Gotho-  
rum reuocant  
maritos suos  
ex Asia.

Capiuntur pul-  
chritudine A-  
siatici soli.

Serinus Medo-  
rum Rex.

Parthi unde or-  
tū habuerint.

prouerbium receptum fuit, Parthos fugiendo uincere. Nec solum uicinis regnis & Regibus, sed ipsi Romano imperio semper aduersari fuerunt, tantaque uirtute & industria arcubus & sagittis utebantur, ut nulla alia arte, aut uirtute æquē formidabiles essent. Nam fugiendo sagittas in hostes insequentes torquebant, specie quidem timidi, re autē uera fortes & audaces. Prima eorum societas, antequam regnum constituerent, erat cum Medis, & eorum Rege Sorino, in quem Tanauusius principatum omnium gentium à se deuictarum liberalissima donatione transfudit, cōtentus gloriæ præmio, cuius comparatione aurum & argentū uilia atque abiecta putabat. Hoc magnifico triumpho in Scythiam reuersus, cepit toto conatu omnes regni sui partes, quæ per eius absentiam labefactæ fuerant, in pristinam felicitatem restituere. Nec ab inceptis cessauit, donec morte sublatus in numerum optimorum heroum, imò inter Numina à suis relatus est. Dignum quippe aestimabant Gothi, ut inter sydereas mansiones susciperetur, qui plus subiectis populis, quam sibijpsi prodesse studuit, & uictoria in hostes ea moderatione usus est, ut nihil ab eis præterquam licentiam male faciendi auferret.

## CAPVT XXVI.

**D**efuncto Tanauusio Gothi Regem succaturi, in diuersa uota se rebantur. Pars quantotius Regē substituendum consulebat: pars affirmabat non permittendam esse uni Principi totam Reipub. summam, sed plures Principes innumerabili multitudini præficiendos: pars querebatur de nimia liberalitate erga Sorinum Medorum Regem, cui tot populos & terras magno Gothici sanguinis discrimine acquisitas, facilius quam prudentius subiecit & donauit: pars suadebat ut & armis easdē terras repetendas esse.

Et hæc

Dum Parthi fu-  
giūt, uehemen-  
ter hostes se-  
quentes lacef-  
sunt.

Liberalitas  
principis  
cōmenda-  
bilis.

Tanauusius in  
fata concessit  
relatus à sua  
gente inter  
Deos.

Dissentiunt Go-  
thi in uoti.

Ethæc pars nō solum suadebat, sed persuadebat toti multitudine, quæ toto æuo in prælijs uersata, magis arma quam agros colere didicerat. Igitur præfectis sibi Ducibus, bellū longè lateq; diffundunt. Et cum remotiorem militiam extra patrium solum exercerent, uicini populi sumptis armis patriam eorum populabundi adoriuntur, facilem sibi uictoriam ob uirorum absentiam pollicentes. Sed didicerunt uiriles animos etiam Gothorū fœminis inesse: Quæ neglecta sexus fragilitate, arma repente corripunt, tantoq; impetu feruntur in hostes, ut ipsos multiplici pudore affectos, fugam captare compellerent. Pudebat quippe fortes uiros à mulierib. superari, fugari, occidi. Sed infamis & sempiternus contemptus, quo erant à tam fragili sexu per-fusi, acceptam ignominia reddidit grauiorem. Verum quò magis concidit in hostibus uirilīs animus, eò magis in fœminis inuicta animi fortitudo parabatur: quæ iam non tantum ijs qui uicti fuerant, sed omnibus in circuitu regionibus formidabiles esse cœperunt, principiumq; gloriosum Amazonum regno per occasionem, quam nunc subijctio, contulerunt.

## CAPVT XXVII.

Exordium Amazonum.



Sed animaduertendū est nōnullos autores asserere, ipsas Amazonas ex Scythis prodijisse, cum alij eas ex Gothis originem ducere contendunt, quemadmodū Trogius Pompeius, & eius abbreviator Iustinus, qui eas Scythas appellant. At ipse Paulus Orosius postquam earum memoriam

memoriam fecerat, ad res Gothicas se conuertit, monstraturus eo contextu ipsas esse origine Gothas. Immo lib. I. cap. XVI. aperte testatur ipsas fuisse Gothorū sceminas, & maiorem terrarum partem immensis cædibus deleuisse: quas etiā in eodem lib. cap. XIII. Scythas uocat. Iordanes quoq; suos autores Dionem Græcum, & Ablabium Gothum secutus, expresse affirmat ipsas ex Gothis prodijisse. Hanc igitur apparentem controuersiam facile dissoluit Albertus Crantzius in sua historia Gothica, affirmās Gothos ex deuicta Scythica terra nomen, non originem cōtraxisse. Ego autē considerandum puto, nomen Scythiæ non semper fuisse proprium illarum Aquilonarium terrarum, quæ à prima origine (ut dictum est) Ouim, teste Iordane, dicebantur. Deinde ab assidua exercitatione sagittarū dicti sunt Scythæ: quod lingua Gothica sagittariæ artis peritum designat. Et ita esset latissima atq; generalis appellatio multarum nationū, non propria alicuius populi aut gentis: quam non ignorem Berosum Scythiam à Scythia Noë nepote appellasse, Græcos uerò pridem Magos dictos, in Scytharum nomen cōuertisse, ut testatur Iosephus lib. I. Antiq. Sed liberum iudiciū lectori relinquo. Possẽ ego forsã in hoc loco pari ratione cōqueri de Latinis scriptoribus: quia idem Iosephus in eodem primo libro suarum Antiqui. iuste Græcos reprehendit, quòd pro sua libidine complura uocabula gentium ad suam inflexionem corrupissent. Cùm enim extranea nomina Latino sermone uolenter applicantur, ornatiorem quidem locutionem, sed nō semper uerorem efficiunt. Sed hæc modò quiescāt. Ad Amazonas reuertamur: quarum originem ab antiquissimis patriæ historijs hanc fuisse didici. Dum Gothi apud Cimérios habitarent, regnoq; post fata Regis uacanti prouidere uellent, suborta est inter eos de substituendo Rege domestica & pericu-

Gothi ex Scythia deuicta nomē Scytharum contraxerunt.

Scythia lingua Gothica sagittariū peritū designat.

Amazonum origo ex Gotharum historijs.

losa cōtrouersia: quæ tantum inualuit, ut iam non consilijs  
 & persuasionibus, sed armis res transigenda esset. Duo enim  
 Regij sanguinis iuuenes, Filinus & Solaphitus suffulti  
 auxilio ingentis multitudinis, pro suo uoto Regem crean-  
 dum contendebant. Sed cū in medio conatu ita periclitari-  
 rentur, ut nec in seipsos, nec in alios suæ partis proceres Re-  
 giam maiestatem transferrī possent, patriā ipsam uel opti-  
 matū factione coacti, uel spontanea uoluntate prouocati,  
 cum tota multitudine sibi adherente, nec non cum coniugi-  
 bus, & liberis egrediuntur: nec prius quieuerunt, donec  
 Cappadocia Pontica uel & armis occupata, sedes in cam-  
 pis Themiscyreis iuxta fluenta Thermoodontis collocarēt.  
 Sed non permisi sunt æquē diuturnis atq; optatis sedibus  
 perfrui. Nam finitimi cum comperissent se & sua præda  
 loco ab ipsis haberi, nec tutum esset cōtra inuictam eorum  
 potentiā aperto Marte decernere, structis insidijs eos ado-  
 riantur, & occidunt.

Cappadocia  
 per eos occu-  
 patur, sed in  
 fausto omni-  
 ne. nam per  
 insidias post  
 modum occi-  
 si sunt.

## CAPVT XXVIII.

**A**T uxores illorum, etsi graui dolore ferrent, se non  
 solum exilio afflictas, sed maritorum solatio & ai-  
 xilio destitutas, non tamen passæ sunt animos suos penitus  
 usq; ad desperationē collabi, sed memores Gothicæ uirtu-  
 tis, quæ in utroq; sexu præeminere solebat, statuerūt formi-  
 suam in uirilem habitum conuertere, omniaq; residua tem-  
 porum momenta, ad excelsam militiam conferre, ne for-  
 titudinis neruos illecebrarum contagione eneruari pa-  
 terentur. Siquidem uoluptarium uiuendi genus post uiro-  
 rum necem perosæ, corpus animumq; patientia ac labori  
 firmare statuerunt, totamq; foemineæ leuitatis molliem  
 abdicantes, uirili seueritate uti se coegerunt. Sed & tanta  
 cura rei militaris notitiam captabant, ut foeminas exuissis  
 quibus

quibus putaret. Quippe nativæ conditionis immemores, ri-  
 gore blanditijs, bella basijs prætulerūt, statimq; horredo  
 Martis amictu præcinctæ, in charissimorū coniugū occi-  
 fores irreuocabili impetu irruerūt, ipsiq; trucidatis, fines  
 imperij sui lōgè lateq; extensos, insigni atq; inaudita forti-  
 tudine defenderūt. Augebant Rempub. sine uiris, in omnē  
 ætatem uirilī sexus seuiētes. Nam uiros, qui domi ab ho-  
 stibus salui manserāt, uel qui casu à bello intacti redierant,  
 trucidarūt, ut par omnium orbitas paritatē in omni affectu  
 & proposito conciliaret. Nubēdi quoq; animū penitus ab-  
 iecerunt, affirmātes nō libertatē, sed seruitutē matrimonio  
 inesse. Veruntamē nō multo post tēpore, pace armis quæsta,  
 cum formidarēt ne prole rarefcente deficerēt, nundinas  
 senel in anno cōstituunt, in quibus externos cōcubitus ui-  
 cinarum gentiū admittūt, ea conditione adiecta, ut reuolu-  
 tō anno eadem die uiri reuertantur, recepturi à matribus  
 quicquid masculini sexus præterito anno peperissent, quic-  
 quid uerō foemini æditū esset, matres ad arma & prælia  
 erudirēt. Neq; enim uirgines earū ad pensa & fusum exer-  
 cebātur, sed equis, & armis, & uenationibus tēpora tere-  
 bant, ut sanguinē nō oscula delibātes, armorū potius quam  
 amorū officia frequentarēt, manusq; quas ad pensa & colū  
 aptare debuerāt, telorū usui exhiberēt. Affirmāt etiā non-  
 nulli ipsas nouercali odio æditis masculis guttura cōfregisse.  
 Quod fortē tunc accidere potuit, cū genitores ad desi-  
 gnatū diem minimē redirēt, abducturi filios quos genuis-  
 sent. Alij dicūt, quōd crudeli filiorū trucidatione terrorem  
 populis & nationibus ingerere uoluissent. Si enim mater  
 proprio filio nō pepercisset, quomodo in deuictos hostes se  
 clementē exhiberet? Amazones autē dictæ fuerūt, quasi si-  
 ne mamma: matres enim dexteris māmās filiarū inurebant,  
 ut essent iaculandis hastis, & in orquēdis sagittis aptiores.

Amazonum stū-  
 dia.

Foeminae astita-  
 tia pro conser-  
 uatione gener-  
 rationis.

Amazones sine  
 de dicta.



## CAPVT XXIX.

**S**ed credendum tamen non est, foeminarum multitudinem sine lege, aut sine Principibus longo tempore fuisse, & tot admiranda facinora sine præuijs Ducibus peregrisse. Proinde eos autores sequor, qui dicunt ipsa statim post mortē Filini & Solophiti in Reginas extulisse. Lampedam & Marpesiam, defunctorū iuuenum cōiuges, quæ Martis filia dicebantur: non quod eis Principum pluralitas in omni casu utilis uideretur, sed quia erant domi & foris tot difficiles labores superandi, ut utriusque parti una Regina, quantumuis uirilem supergressa fiduciam, par esse nequiret. Igitur dum Lampeda ea, quæ domesticis rebus & patrio solo opportuna erant, prudenter administrat, Marpesia externam militiam usque in Asiam tanta magnanimitate deducit, ut non quibusuis Ducibus aut Principibus, sed summis Imperatoribus præferenda aut comparanda putaretur. Nam diuersas gentes expugnando, alias sibi conciliando, uictricia arma usque ad Casium montem extendit. Vbi cum aliquantulum morati fuisset, occasionem dedit, ut Marpesia illius loci rupes à d

*Marpesia rupes unde appellata.*

*Smyrna, Ephesus urbes.*

*Diane templū famosum per Herostratus cōbustum in Epheso.*

Etis Poëtis nominaretur. Inde uictrices foeminae se in tota minore Asia effundentes, Armeniam, Galatiā, Syriam, Ciliciam, Persidem, multasque alias Asiae regiones potentissimas potenter subiugarunt: ibique diurnas sedes eligentes, erexerunt magnificas urbes, arces munitissimas, suisque nomini consecrarunt. Siquidē inter cætera præclara opera, Smyrnam & Ephesum urbes clarissimas condiderunt, atque ibidem in honorē Dianæ, quam ob assiduum uenandi sagittandi que studium mirifice coluerunt, templum illud toto orbe admirandum construxerunt: quod postea quidam Herostratus sempiternum nomen comparaturus incendit. His igitur præstantissimis factis apparet, illis clarissimas

risimas foeminas non sola bellica fortitudine præditas fuisse, uerum etiam optimis humanæ & ciuilis uitæ institutis abundasse. Sed non caruerunt similibus exemplis in patrio solo: de quibus nonnihil infra dicemus, cum naualem militiam Gothicarum foeminarum ex proposito attingemus. Nunc ad Amazonas Asianas reuertamur: Quæ etsi satis prudenter in bello & pace se gererent, attamen feroces animos uiciorum Barbarorum ex omni parte mitigare nequuerunt, quin saltem occultis conspirationibus molirentur mulierum imperium à suis ceruicibus excutere. Sola eis occasio diu optata defuit, quam tandem eo modo, qui sequitur, assecuti sunt. Nam cum Marpesia omnium preciosarum rerum suppellectili & diuitijs abundaret, magnam partem foemine exercitus prædis onustam, ad Lampedam Reginam domestica negocia curantem emisit. Hac emissionē cum Asiani animaduertenterent potentiam foeminarum plurimum diminutam, statuerunt longè honestius esse semel mori, quam peregrinarum mulierum imperium cum tanto dedecore diutius sustinere.

## CAPVT XXX.

**I**Taque coactis uiribus in prælium prædeunt: nec se igniter occurrit Marpesia, quæ suo foemineo agmine stipata, fortissimè pugnans occiditur, occisa prius ingenti multitudine Barbarorum. Sed nec ea cruenta uictoria potuit Asianos ab Amazonum imperio liberare. Quippe potentior Orithyia filia (quam alij Sinopen uel Antlophen uocant) in Amazonum regno matri Marpesiæ succedens, iugum in ceruices rebellium reposuit, imbellesque uiros fortium foeminarum imperio parere coëgit. Hæc tate erat pudicitia, ut nunquam se permiserit ab aliquo uiro cognosci, sed perpetua uirginitate admirandam bellicæ uirtutis gloria

*Marpesia traclabat arma foris. Lampeda domestica curantem emisit. Hac emissionē cum Asiani animaduertenterent potentiam foeminarum plurimum diminutam, statuerunt longè honestius esse semel mori, quam peregrinarum mulierum imperium cum tanto dedecore diutius sustinere.*

*Marpesia strenue pugnando, tandem occiditur.*

*Orithyia filia Marpesiæ successit in regno, nihil inferiori matri uiribus & armis.*

*Orithyia spreata nuptiarum uoluptate, quæ*

*bui seruitus in  
est, uirginita-  
tem scrutauit.*

cumulauit. Quod an superbo uirorum cotemptu, an amo-  
re conseruandæ uirtutis fecerit, alij iudicent. Ego puto de-  
dignatam uiri consortium, quæ potius uoluit uiris impe-  
rare, quàm alicui uirorum paritate nuptiarũ sociari. Im-  
mò quantò magis contempta nuptiarum uoluptate uirtu-  
ti operam dabat, tantò maior formido omnes Amazonum  
hostes, qui summam uirtutes in earum principe considera-  
bant, inuasit. Quis enim non magis metueret hostem Re-  
ginam prudẽtem, quàm Regem aliquem imprudentem, &  
uoluptatibus incubantem? Igitur potens & sapiens Gre-  
corum Rex, quum consideraret hanc Amazonum Regi-  
nam magno excelsòq; animo uoluptatẽ contemnere, uirtu-  
tem colere, totoq; conatu res præclaras aggredi, cepit si-  
bi & regno suo non parum formidare, ne tam admirande  
uirtutis mulier suam potentiam aliquando aduersus Gre-  
ciam dilataret. Quocirca Herculi omnium Ducum suo-  
rum præstantissimo, cui ob singularem fortitudinem duo-  
decim stipèdia debebat, quasi impossibile negociũ impera-  
uit, ut arma Reginae Amazonũ inferret. Qui Regia iussu  
secutus, potentem classẽ instruxit: in quam non ignauũ  
aut inexpertum militem, sed probatos proceres, & præci-  
pua Principum Græciæ iuuentutem induxit. Sed minus  
aliquid erat, quàm Herculeæ uirtutis opus: quod callidum  
quàm fortius absoluit. Enimuerò postquam ab explorato-  
ribus didicit Orithyiam in longinqua militia occupatam,  
rarumq; foeminarum exercitum pro domestico præsidio  
relictũ, quasi rem grãdem facturum, classẽ comitante ele-  
ctissima Græciæ militia exiit, & improvisas adoritur. Er-  
rat tũ altera Regina Antiope, ipsius Orithyie soror, que  
domi Rempub. administrabat. Hæc cum inopinatum sibi  
bellum ab hostibus, quos nunquam læserat, inferri uide-  
ret, etsi ad primum inimicorum impetum animo conser-  
naretur,

*Rex Græcorum  
metuit poten-  
tiam Amazo-  
num.*

*Hercules ducẽ  
fortissimus  
mittitur con-  
tra Amazo-  
nes.*

*Subdola astutia  
inuasendi im-  
paratas ad  
prælium.*

naretur, tamen pristinae uirtutis contracto (ut casus per-  
misit) exercitu foeminarum, audacius quàm feliciter in ho-  
stes irrupit. Sed facillè superantur pauca mulieres à multis  
uiris, imparatæ à paratis. Multæ enim occise: nec pauca  
fuerunt, quæ ductæ sunt in triumphum: inter quas erant  
duæ sorores duarum Reginarũ Orithyie & Antiope, ui-  
delicet Menalippa, quam Hercules, & Hippolyta, quam  
Theseus Rex Atheniensium captiuaui.

*Antiope infeli-  
citer pugna-  
uit.*

*Duæ sorores Ori-  
thyie et Antio-  
pes captæ.*

## CAPVT XXXI.

**A**T Regina Antiope, datis Herculi armis, quæ pre-  
tiosa habebat, Menalippam ex captiua liberam  
fecit. Quod Martialis in suis epigrammatibus scribens ait:  
Peltatam Scythico discussit Amazona dono Alcides.  
Theseus autem Hippolytam coniugem duxit, atque Hip-  
polytum ex ea genuit. Hac uictoria elatus Hercules, ad  
suum Regem concito cursu reuertitur, nolens potentem  
Orithyie exercitum iamiam aduentantem expectare. Illa  
enim postquam didicit sorores & socias ab hostibus op-  
pugnari, ut necessariam opem afferret, celerrimo impetu  
aduolauit. Cumq; comperisset hostem esse Græcorum Prin-  
cipem, multis modis & rationibus socias adhortatur in-  
ultionem tantæ iniuriæ. Frustra, inquit, domueramus  
Pontum, Asiam & Syriam, si Græcorum bellis & rapi-  
nis nos uexari patiamur. Adiecit præterea non defuturos  
amicos & socios Principes, quibus odiosa esset Græcorum  
uis & insolentia, in quorum numero non postremus esset  
Sagillus Rex Gothorum: cui statim per legatos nuntia-  
uit, se firmiter statuisse bellum Græcis inferre, non tan-  
tum ut suas & suarum sociarum iniurias ulciscatur, sed  
ut prædoceantur Græci, se non posse resistere fortitudi-  
ni Gothorum, quando eorum foeminas ad bella doctas,

*Antiope datis  
muneribus li-  
berã fecit Me-  
nalippam.*

promptas experirentur. Motus ea honesta & iusta legitione Sagillus, ingentem exercitum, cui Penaxagoram filium suum præfecerat, ad earum auxilium mittit. Sed cum hæc auxiliares copie itinerum impedimentis nimium retardarentur, & inter ipsas Amazonas domestica scilicet oriretur, bello Atheniensium superantur, siue uerius ad propria redire coguntur. Diu tamen fixa in cordibus eorum permansit iniuria à Græcis accepta.

## CAPVT XXXII.

Pantaflea demortua Orithyia, contra Græcos bello Troiano inter fuit.

**P**antaflea igitur, postquam Orithyia grauisimum suorum desiderio fati concessit, regno Amazonum præficitur. Quo tempore quum Troiani se contra Græcos ad bellum præpararent, compertumque haberent, Amazonas grauisimo odio in Græcos ferri, legatos ad Pantafleam mittunt, per quos nuntiant iam uenisse tempus, quo iniurias olim Amazonibus per Græcos illatas ulciscantur, dummodo patientur se militari fortitudini Troianorum sociari. Non fuit hæc legatio ingrata potentissimæ Regine, quæ ardentissimo Troiani Hectoris amore ardebat, & sepe in animo uoluerat, quomodo posset patrem gratiam referre Græcis, à quibus iam pridem Amazonum Principes & Regine in triumphum ductæ fuerant. Quocirca non diu expectandum putans, exercitum non contemnendum ad Troiam adduxit, primoque impetu combustis Græcorum nauibus, eos in fugam conuertit: deinde non segniter, aut timide in acie contra eos pro Troianis dimicans, fortissimos uiros in admirationem suam intus induxit. Quippe locum, quem uiuens pugnando occupauit, eundem prostrato in circuitu magno hostium numero moriens contextit. Hoc casu totus Amazonum exercitus in furorem uersus, nullo seruato ordine in hostes rumpunt.

Pantaflea ardebat amore Hectoris.

rumpunt, fata, quibus Regina absumpta fuerat, in se ultro prouocantes. Sicque omnes illæ, quæ ad bellum prodierant, necessariò sunt deletæ. Pauca tamen quæ domi manserant, se potentius & prudentius defendentes, usque ad tempora Alexandri Magni durauerunt. Cuius inuictam potentiam cum Amazonum Regina Calestris, siue Minuthyia fama (ut Iustinus refert) comperisset, non quieuit donec triginta dierum itinere confecto, trecentis mulierum millibus comitata ad eum peruenisset, felicem se existimans, si ex fortissimo totius orbis dominatore sobolem, quæ paternam fortunam & fortitudinem referret, conciperet. Itaque totis quatuordecim diebus concubitu Regis potita, cum sentiret se in utero concepisse, reditum ad proprium regnum accelerauit: in quo non longo post tempore cum omnium Amazonum nomine extincta, deletaque est. Hactenus de Amazonibus Gothorum sceminis: nunc ad Gothos redeamus. Prius tamen hoc in loco Strabò dissimulandum non est, qui affirmare uidetur, nullam Rempublicam ab Amazonibus absque uiuorum adiutorio constitui posse. Sed in ea assertionem longè diuersus est à Platone, qui in Dialogo VII. de Legibus scribit, suo tempore innumera mulierum millia circa Pontum militasse, quibus non equorum modò, uerum etiam arcuum, ac cæterorum armorum cura exercitatioque erat: nec longè post in eodem Dialogo de militari Amazonum fortitudine memoriam facit. Præterea in Diodoro Siculo longè mirabiliora lib. III. & IIII. inuenies de Amazonibus, quam nos annotare curauimus.

Pantaflea prostrata, fere omnes Amazonas sunt deletæ.

Calestris, siue Minuthyia regina Amazonum, Alexandrum Magnum accessit.

Calestre extincta, nomen Amazonum pariter deletum est.

## CAPVT XXXIII.

**C**ontinuaturus Gothorum Principum successionem, considero Rodericum Archiepiscopum Toletanum proximum locum post Magnum Philimerum Magni

Zentes doctissi-  
mus Philoso-  
phorū Gothis  
praeficitur.

Gadarici filium, tribuisse Zentæ doctissimo Philosopho quem alij rectius (ut puto) affirmant Gothis praefuisse, postquā commutatis sedibus ex Cimerijs ad Mesiam, Thraciamq; & Valachiam descendissent. Erat hic Zenta vir magni & admirandi ingenij, qui non solum ob generis nobilitatem, uerum etiam ob maximarum uirtutum eminentiam ad regnum Gothorum assumptus est. Enimuerō cum esset prudentia, fortitudine, & religione insignis, toto desiderio ferebatur, ut Gothi humanioribus assuescerent legibus, & ciuilibus institutis operam darent, uirtutem colerent, honeste decus & dedecus discernere, inhonestas fugerent, honesta eligerent, nec in sola fortitudine militari, prout hactenus sibi persuaserat, omnium uirtutum summam collocarent. Siquidem militaris uitæ studium ceteris omnibus praeclearius esse ducebant, ut ipsum Martē (quem antiquitas Deum bellorum putauit) apud se dicerent natum & educatum. Hinc ille Sueticus pugil Starcaterus ex ore Danici Saxonis cecinit:

Carmina Star-  
cateri.

Sub signis Gradiue tuis discrimine summo  
Consenui, uictōq; metu pugnare decorum,  
Turpe uacare ratus, crebras committere cædes  
Egregium duxi, & strages celebrare frequentes.

Gothi sapientes.

De quo infra latius. Verum sub hoc sapiente Rege Zenta non solum fortitudine, sed sapientia clariore euaserunt. Nulla enim ætate eis defuerunt, à quibus in sapientia erudirentur. Vnde & penè ceteris nationibus Gothi sapientiores extitisse perhibentur, Græcisq; penè similes, ut testatur Dion, qui historias eorum patrio sermone composuit; qui etiam dicit Parabusceos, deinde Pileatos apud eos uocatos fuisse, qui nobiliores & illustriores habebantur: ex quibus Reges & sacerdotes sibi cooptabāt. Verum in hoc crudeliter putabantur, quod Martē belli Deum semper (ut diximus)

Gothi crudeliter  
Martis cultores.

asperrima

asperrima placauere cultura, morte uidelicet captiuorum; opinantes bellorum praesidem aptius humano sanguine placari.

## CAPVT XXXIIII.

Post mortē Zentæ inuenio Sagillū Gothis praefuisse, uerum proximè ne an alijs intermedijs successerit, cōpertum nō habeo. Est tamen praecleara in historijs eius memoria, quod non solum domi & in patria egregiā laudem ex magnificis & memorabilibus factis affectus sit, sed etiā foris longè lateq; sui imperij fines extenderit. Corinthiorum, Atheniensium, omniumq; Græcorum perpetuus & accerrimus hostis fuit, in Troianorū partem semper propensior, prouocatus illa intolerabili iniuria, quæ (ut paulò antè diximus) irrogata fuerat Amazonibus à Græcorum Principibus, nulla hostilitate prius nunciata. Ea enim erat inter Gothos & Amazones necessitudo & cognatio, ut Gothi suas iniurias ducerent, quæcunq; illatæ essent Amazonibus, quas ex Gothico sanguine procreatas, non secus ac sorores & filias amarent, ac tuerentur. Cætera huius Sagilli facinora, quia historiarum scriptores tunc nulli aut pauci erant, in obliuionem euanuerunt.

Sagillus Rex.

Gothorum & Amazonum consuetudo.

## CAPVT XXXV.

Penaxagoras premortuo Sagillo patri in regno Gothorum successit, eadem magnitudine animi qua pater, ad bella uel pacem instructus. Amazones summo amore, Græcos inextinguibili odio prosequatur. Enimuerō ad memoriam reuocans, quomodo iam pridem uiuente & precipiente patre Rege Sagillo, ingentem exercitum protutandis Amazonibus à Græcorum iniurijs frustra cōtraxisset, statuit iterum belli fortunam pro honore & libertate

Penaxagoras  
XLRex.

te ipsarum experiri. Itaq; illi inuictissimo Duci Herculi, cuius ductu audacia Græcorum inopinantes atq; imparata mulieres non ferendis iniurijs affecerat, bellum indixit. At Hercules ut erat corpore robustissimo, ita animum prudentem, & ad auertendum futura pericula satis eruditum habebat. Proinde per idoneos oratores ad Penaxagoram missos, primum præteriti tēporis iniurias deprecatur, dein de pacis conditiones sibi ab eo præscribi rogat: demū eui sororem Augem præstantissimā uirginem in coniugem postulat. Penaxagoras autem proposita hac legatione, multa meditari cepit, an condonandæ essent iniuriæ tam atroces, quæ nō suæ, sed sociarum Amazonum essent. Tandem à suis sapientibus persuasus, inter has & ipsum Herculem pacem amicitiamq; composuit: nec indignum putauit fortissimum uirum, cuius magnifica gesta ubiq; usq; ad sydæ efferebantur, nobilissimæ sorori suæ matrimonio copulari. Ex hac Auge Hercules filium suscepit, cui mater Gothicum nomen Eleff imposuisse uidetur. Hodie enim plurimi in patria Gothorum Elephi appellantur. Postea præposita litera T capitali, fecit nomen à Gothica denominatione differre. Ipse quoq; pater eundem filium ita ad egregia fortitudinis opera, & militarem disciplinam instituendum curauit, ut fortissimo patri similis filius in omni uirtute haberetur, nimis indecorum ratus, si paternæ fortitudinis imago in degenerare filio obscurari notaretur.

## CAPVT XXXVI.

**T**elephus in locum Penaxagoræ auunculi sine liberis defuncti in Regem Gothorum assumptus est postquam ex Cimerijs regionibus in Mesiam retro abierant, sedesq; ibi firmauerant. Hic cum ex matre fortitudinem Gothicam, & ex patre Herculeas uires & prudentiam,

tiam, quasi quædam hereditaria bona consecutus fuisset, non solum militari disciplina, in qua plurimum ualuit, sed rerum gerendarum prudentia, in qua admirabilis apparuit, Gothos in omni uirtute & uirtutum officijs continebat. Huius tempore gerebatur illud diuturnum, crudele, & sanguinarium bellum Troianum, ob unius mulieris amorem inter Græcos & Troianos susceptum, omniumq; qui interfuerunt, aut præfuerunt, summa infelicitate. Siqui dem ex Troianis antequam urbs caperetur, sexaginta septem millia, post captam uerò (si historijs credendum est) ducenta septuaginta octo millia: ex Græcis autē octingenta septuaginta sex millia desiderata referuntur. Hic Telephus ob gentis Gothicæ insignē fortitudinē multis legationibus ab utraq; parte, Græcorum uidelicet & Troianorū, ad belli societatem uocatus, demum partibus Troianorum accessit, quia Priami eorum Regis sororem coniugem habebat, ex qua præclaræ indolis filium Euriphilū in spem generis suscitauerat. Quo domi apud præceptores relicto, ad Troiam accelerato gressu peruenit. Cui aduentanti Tesserander Græcorum fortissimus Dux, se totamq; sui exercitus aciem obiecit, tanquam Herculem patrem in fortissimo filio superaturus: at contrarium quàm sperabat euenit. Nam à manibus Telephi uulnere cruento & mortifero suscepto, corruens expirauit. Hunc casum amaro animo Atax Vlyssesq; frentes, sese mutuò in ultionem extincti Ducis hortantur: acerrimisq; animis in ipsum Telephum conuersi, statuerunt aut mortuum amicum uindicare, ut in numerum incidere uindicandorum. Nec minore fortitudine Telephus imminentes suo capiti gladios auertere conabatur. Sed quæ Herculeas uis satis ei esse potuit contra tres præstantissimos totius Græciæ Duces, à quibus pertinacissimè oppugnabatur? Nam dum Aiacem uehementius inuen-

Hercules robustus & prudens erat.

Penaxagoras cōposuit pacem inter Amazones & Herculem, deditq; in matrimonium Herculi sororem suam nomine Augem. Telephus ex eorum coniugio procreatur.

Telephus 12. Rex, Hercules ex Auge filius

Troianum bellum atrocissimū aduersus Græcos.

Tesserander à Telepho uulneratus occubuit.

Telephus ab Aiace simul & Vlyssē uehementer inuasus, à tertio uidelicet Achille lethaliter uulneratus.

mentem infestus inuadit, Vlyssēmq; à latere ad orientē persequitur, equo cadente sublatur, fortissimiq; Achillis iaculo femore sauciatus diu curari nequiuit. Græcos tamen, quamuis fractis esset uiribus, ea parte quam defendit, perturbauit.

## CAPVT XXXVII.

Euriphilus xij.  
Rex.

**M**ortuo in Troiano bello Telepho, Gothi ad filiū eius Euriphilum maximæ spei adolescentem Gothici regni administrationem deferentes, prudenter existimabant se in nullum magis idoneum, aut æquè dignum tanti muneris onus cōferre posse. Nam præter illam eximiam nobilitatem, qua post longam successionem Regum ac potentissimorum Principum illustris erat, etiam in omnibus moribus eius ita integritas apparebat, quam optimæ spei Principes de se polliceri consueuerunt. Quiq; ne à patria & auita fortitudine degenerare notaretur, se ad Troianū bellum nullis periculis perterritus contulit, laturus opem auunculo suo Priamō Troiæ Regi, quam (ut diximus) Græcorum Principes pertinacissimo odio oppugnabāt, & tandem expugnant: quanquam nonnulli affirmant ipsum Euriphilum ob eximium Cassandræ amorem, quo adolescens accensus erat, omnia illa difficillima pericula itinerum & bellorum sustinuisse. Verum dum fortius quàm prudentius importunas ac potentes Græcorū turmas insequitur, ab eis non sine publico suorū planctu, præsertim matris & auunculi, in primo iuuentutis suæ flore trucidatur.

IOAN.

Euriphilus ad  
Troianū bellum  
accessit.

Troia expugnatur,  
ibidemq; Euriphilus occiditur.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; liber secundus.

## CAPVT I.



Riginē Gothorū, & initium rerū per eos ab antiquissimo tēpore gestarū, primo libro absoluimus. Deinceps autorib. quos in principio nobis proposuimus imitandos innixi, ad Gothiā redeuntes, inquiramus labore, an otio medios annos post memorabile Bericonis exitū trāsegerint: primamq; rationē sumamus de Rege Humulpho, Regis Bericonis primogenito, quē pater domi & in patria Regē cōstituens, iussit ut uiriliter sapienterq; omnia cōmissi regni negotia tractaret. Qui paternæ iussio nis obseruantissimus executor, mox post patris egressum ciuiles illas discordias, quas ipse pater alioquin prudentissimus penitus tollere nequiuerat, ita repressit & pacauit, ut sublatis odijs tranquilla ubiq; pax ac securitas inter omnes Gothiæ incolas appareret, uiderenturq; bella & seditiones relicto Gothiæ regno ad exterarū nationes commigrasse.

Humulphus rex  
Rex in patria

Pacauit discordias ciuiles.

## CAPVT II.

**E**uolutis deinde aliquot annis Humelus Humulphi nepos, ad auiti regni sceptrā peruēnit. Cuius tempore cum Dani animaduertissent maximam Gothorum multitudinem cum Rege suo Bericone olim in alienas terras emigrasse, eoq; exitu potentiam Gothorū, qui in patria re-

Humelus XVI  
Rex in patria

manserant, & ad mutuas dissentiones redierant, plurimam extenuatam, non distulerunt Gothicum imperium, cui per multa secula paruerant, à suis cervicibus excutere. Quod cum Saxones prudentius considerassent, mox arma in Danos duce quodam Iuthone (à quo Iuthia uel Iuthonia nomen accepit) conuertebant, nihil dubitantes, quin sicut principatui Gothorum se incaute subduxerant, ita etiam eorum necessaria ope se non satis prudenter spoliauerat. At Dani in eas difficultates adducti, cum uiderent se Saxonum potentia nequaquam resistere posse, Humelum denuò supplices adeunt, impetrataq; erratorum uenia in gratiam recipiuntur: cuiq; duos filios suos, Danum & Angulum, quos ex Gensilda nobilissima coniuge Suetica suscitauerat, præficiendos curauit. Qui ualido exercitu muniti, commisso acerrimo prælio, Daniam (quæ tunc primum à Dan nomen accepit) fugatis inde Saxonibus liberauerunt.

## CAPVT III.

Dan Danorum  
Rex.

**H**ic enim est ille Dan Humeli Gothorum Regis filius, quem pater Danis primū Regem constituit. Duoq; præcepta eidem tradidisse memoratur. Primū ne in aliqua parte Daniæ delubra construeret, sed apud Vpsalam Sueonum metropolim diuinitatis cultum uenerabundus prosequeretur: Alterū, ut considerata Daniæ telluris angustia, nulli nisi grauissima læcessit iniuria, bellum inferret. Angulus autem Dani frater, cum ad regni consortium admitti contenderet, à fratris insidijs uix elapsus, in Angliæ regnū fugā seruatus euadit. Crediderim tunc parum absuisse, quin Danicū regnum fraterno sanguine fundatū fuisset, quem admodum Romanū, quod longè posterius surrexit: de quo scriptum est, Fraterno primi maduerūt sanguine muri. Attamen Saxo Danicus affirmare uidetur, Angulū Angliæ regis

Angulus Angliæ regnum obtinuit, unde & nominatur.

regno præfuisse, nomenq; suum prouinciæ, cui præerat, aptandum curauisse. Nunc ad Humelum reuersus, animaduerso ipsius potentiam non minorem fuisse quam atui Bericominis, qui uidebatur toti orbi bellum indixisse. Ille enim Vandalorum gentem uiribus & armis ualidam: hic fortes & pugnaces Saxones deuicit, atq; fugauit. Ille suum imperium in Ulmerugos, Pomeranos, Polonos, Magnopolenses extēdit: hic Gotis, Sueonibus, Helisingis, Biarmis, Bothnijs, Lappijs, Finnis, Scricfinnis, totiq; Scandianæ insulæ præfuit. Illisq; uicinis Danorum insulis nō solum imperauit, sed etiā Regem super ipsas (ut diximus) constituit. Immo in nonnullis historijs inuenio, quod Norum tertio genitum Noruegiæ Regē præfecisset, nomēq; ex eo patriæ indidisset: quamquam mihi probabilius uidetur, Noruegiam à uia Septentrionali situm & nomen suscepisse.

## CAPVT IIII.

**G**othilas deinde mortui Humeli filius in paterni regni solium procerum consensu surrogatur. Qui suscepto tan amplo super Gothos, Sueones, aliasq; Septentrionales gentes imperio, nihil à paterna uel auita magnanimitate degenerauit. Enimuero postquam domi & in patria omnia quietā reddidisset, rogatus ab Amalo cōsanguineo suo, qui tum Gothis in trās marina militia occupatis imperabat, prægrandē exercitū in Estones, Magnopolenses, & Curetes eduxit, commissoq; in mari & terra prælio, ex rebellibus obsequentes effecit, geminumq; eis iugum (ut antea diximus) imposuit, qui unum impatientius, quam eis expediebat, sustinebant. Deinde cōtrouersia inter suos nepotes, Humelum uidelicet & Lotherum, quos Dani ex Gyriha Siggonis Suetici Regis nepte procreauerat, super regni Daniæ successione suborta, tumultuosum homi-

Humelus Saxones domuit.

Norum tertio genitum Noruegiæ præfecit.

Gothilas 19. Rex in patria.

Gothilas Effones, Magnopolenses & Curetes deuicit.

*Lotherus Dani  
filius regno  
Daniae prae-  
sicitur.*

nem Lotherrum, amoto modestiore Principe Humelo, praeficiendum curauit, sagaciter considerans ex domestico Danorum tumultu finitimorum pacem fieri. Neq; dubitandum est plurima & praecleara huius Gothiae (quemadmodum aliorum multorum magnorum Principum) facinorosa fuisse, quae ingrata uetustatis obliuio obliterauit. Quocirca eius historia alijs, qui plura de ipso inquisierunt, describendam relinquo.

## CAPVT V.

*Sigtrugus Gothiae Regis nepos regno praeficitur.*

**S**igthunius, quem alij Sigtrugum uocant, Gothiae Regis nepos, eiusq; in regno Suetiae successor, dum a suscepti regni principio sacrificia & libamina Dijs suis apud Upsalam metropolim offerret, suorumq; fatorum seriem, ac futuros reru euentus sollicitè inquireret, accepto per uiciniarios responso, didicit sibi ab auri metallo supremam perniciem & mortem fatali necessitate imminere, ideoq; summopere ab eo cauendum esse: à ferro, aut chalybe, ceterisq; metallis nunquam uiolari, uel occidi posse. Quocirca cum se Deorum immortalium beneficio inuictum putaret, magno atq; imperterrito animo multa bellorum discrimina aggressus est. Huic erat filia Gro nimium speciosa, de cuius pulchritudine & moribus, cantiones nonnullae sermone patrio ad nos peruenerunt. Hanc Schioldus Danorum Rex filio suo Gramo missis legatis coniugem postulauit, sed iam pater ipsam fortissimo atq; nobilissimo pugili Sumbli, Finnoorum Regis fratri desponderat. Itaq; Gram putans se à Sigthunio contemptum, quòd filiam alteri minus nobili despondidisset, consiliu à socio suo Besso, cuius opera in difficultissimis rebus semper utebatur, inquit, quomodo iniuriam contemptus sui uindicare possit. Tandem placuit omnem industriam ad hoc accommodare, quò puella etiam inuictam

*Fatale responsum à Dijs.*

*Gro filia Sigtrugi.  
Schioldus Rex Danorum.*

patre raperetur. Erat enim tunc inter praecleara illustrium uirorum facinorosa existimatum, si raptas per uim & arma uirgines suo coniugio sociarent. Igitur Gramus (assumptis secum comitibus) relicta Danorum patria Gothiam ingreditur. Sed ne noto uultu praeditus agnosceretur, agnitusq; trucidaretur, uarijs ferarum pellibus circumamictus incescit, magnoq; discrimine ad regiam Sigthunij peruenit, circa quam latitans tempus obseruabat, donec egredientem uirginem in mutuum amorem alliceret, allectamq; & sponte uolentem abduceret. Prius tamen Bessus ille fidelis & prudens comes, per summam ingenij uim, prudētissimae uirginis animu in amorem sui illustrissimi Regis induxit, quamuis ab initio aspera difficilisq; fuisset, nunc patris potentiam & arma, nunc clarissima auorum & atauorum stemmata commemorans. Sed Besso nec facundia, nec occasio defuit, qua suum Principem insigni laude extolleret, nunc sanguinis nobilitatem, nunc fortitudinem & militarem disciplinam, nunc demum in armis & praelijs inuictam potentiam mira ingenij arte commendando, quemadmodum Saxo Danicus in illo Adonio carmine testatur:

Gro mihi nomen,	Tu quoque qui sis,
Rex pater extat,	Aut satus unde,
Sanguine fulgens,	Promito nobis.
Fulgidus armis:	

*Raptus uirginis olim gloriosus erat.  
Gramus Danus astute Gro filia Regis Sigtrugi adeptus est.*

*Carmina Gro.*

## CAPVT VI.

**T**andem ubi Gram intellexit, se de uoluntate uirginis securum, nec formidandas esse insciji patris insidias, depositis ferinis pellibus quibus amictus fuerat, concupito uirginis amplexu potitur, datis prius pro sua Regiae fortuna & magnificentia amatorijs donis, quibus puellarum animi citius capi consueuerunt. Deinde nihil obla-



## CAPVT VII.

*Proper Grammū  
abducitur in  
Daniam, ex  
qua Gutthor-  
mus procrea-  
tus.*

stantem in suam usque Daniam concito cursu perduxit, perductamq; magno amore dilexit, & Gutthormum postea Daniæ Regem, & filiam Sibdageri, Noruegiani Regis coniugem ex ea suscepit. At Sigthunius raptæ puelle pater, iusta indignatione motus, hostilia Danorum Regi indicit: fiuntq; ex utraque parte magni bellorum apparatus, dum alter illatam sibi & suo sanguini iniuriam magna Sueonum & Gothorum potentia uindicare conatur: alter ut raptæ coniugeliberè perfruatur, totis Daniæ uiribus sese potenti hosti opponere contendit. Itaqueeducta ad bellū utriusq; Regis potentia, pugna adeo atrox & pertinax committitur, ut non pro aris & focis, aut fortunis, sed pro sanguine & uita certamen agi uideretur. Sigthunius eò importunus & uehementius hosti imminabat, quòd certiora putaret Deorum oracula, quibus didicisset se ferro insuperabile fore. Sed nō deerat Gramo promptum Danicæ astutiæ præsidium. Clauam enim, quam more giganteo gestabat, auro infuso ponderosorem efficit, eaq; imminentem audacius capiti suo Sigthunium non solum repressit, uerumetiam multis ictibus contusum occidit, quòd inutile documentum futuris Sueonum Regibus factò relinquēs, quòd plus aurum quàm ferrum formidabile credant. Quippe plures Reges auro quàm ferro peribantur, dum auri sacra fame laborantes subditis inopia rebellionemq; & sibijpsis præmaturū fatum, aut à regieiectionem accelerant. Hac de Sigthunio parta uictoria Gramus receptui cani iussit, credens se totam Sueonum regionem morte Regis & iure belli assecutum fuisse. Sed despererat Scarinus Gothorum Rex, qui non passus est Sueones uictrice Danorum uirtute subiugari, prudentius uictoria considerans, quòd Sueonibus subactis, Gothorum etiam imperio fortior immineret.

CAPVT

Scarinus igitur etsi totius Gothiæ principatum sapienter administrando, omnes incolas sibi subiectos pari ac benigno complecteretur affectu, tamen Vestrogothiam sua frequentiori præsentia plurimum illustrabat: idq; ob uicinum Noruegiæ Regem Sibdagerum, cui ut erat sanguine coniunctus, ita etiam terrarum situ uicinus esse uolebat. Hic ex suo nomine Scaram ciuitatem Vestrogothorum in loco stagnis & paludibus admodum munito, tam prudenter erexit, quàm imprudenter eius successores ipsam collabi & desolari permiserunt. Antiqua hæc erat Gothorum Regum sedes. Siquidem non longè ab ea adhuc extant uestigia Regiæ Aranes, cuius situs, muri & structure suos inspectores ita in admirationem ducunt, ut firmiter credāt nullum præstantius ædificium ea tempestate in omnibus Septentrionalibus regionis reperiri potuisse. Sed quid non mutat eui longæua uetustas? Refert tamen adhuc Scarenfis ciuitatis ueteris dignitatis imaginem Pontificali honore sublimata. Nunc ad Scarinum redeamus. Qui mox ut comperit consanguineum suum, Sueonum Regem Sigthunium armis Danorum occubuisse, nihil moratus omnem sui regni potentiam contrahens, bellum contra Gramum, qui se uictorem putabat, instruxit. Verum cum belli apparatus incrementa plurima susciperet, ipseq; Gramus Gothici Regis potentiam nimis adauctam animaduerneret, nec Danorū uiribus facile superabilem crederet, à singulari certamine præsidium opportunum mutuari constituit. Sciuit enim publica lege & consuetudine receptum esse, ut quicumque tali certamine cum hoste congregi recusaret, is pro uicto atque inbelli homine haberetur. Igitur Scarinum, quem ob grandem ætatem uiribus destitutum considerabat, ut

*Scarinus 190  
Rex in patria.*

*Scarenfis ciuitas.*

*Aranes eo tempore  
arx regiæ fuit.*

*Episcopatus  
Scarenfis.*

*Scarinus Gothorū  
Rex instruit bellum  
contra Gramum  
Danorū.*

*Lex Duelli.*

singulares manus confereret, prouocauit. Vicit veteranum Principem ingenuus pudor, ne ab imbecilli senio istam, quam potuisset, excusationem asumeret. Proinde armati in campum ambo Reges procedunt, circumstanti undique uirorum fortium corona, quorum pars Scarinus, pars Gramo felicem pugnae exitum precabatur, pars sic clamabat longè impar, atque iniquum fore hoc duellum, in quo Gramus iuuentutis flore conspicuus, atque uiribus integer, ac Gigantea fortitudine præditus, contra Scarinum senectutis diffidentia debilem congregederetur. Quo congressu illud facile euenit, quòd cuncti qui aderant, necessario futurum prædixerant, uidelicet debilem à ualido senem à iuvene, imbellem à gigante superandum fuisse. Sed nec illo superato Gramus uictoriam in Gothos ad Sueones obtinuit: erat enim Scarinus magna consanguineorum progenie succinctus, qui contra Gramum uicissim in singulare certamen prodibant. Sed dum consanguinei Regis occasum uindicare contenderent, numerum mortuorum suo fato aduixerunt. Sed neque ea uictoria Gramo regnum Suetiæ poterat conciliari. Quamuis enim absumpta esset in eo Danico bello tota fere Regij sanguinis in Gothia progenies, nec inter Sueones aliquis superesset, qui hereditaria successione uiscantibus regnis dignè præficiendus uideretur, at tamen Sueones & Gothi, Noruegiæ Regem Sibdagerum Gothico sanguine illustrem, Sigibunioq; & Scarino proxima consanguinitate coniunctum, Danorumq; Regis implacabilem hostem, ad regni solium assumunt, istam atque honestam existimantes, ut potius Regi dignitas in sanguine & familia eorum Regum, qui pro patria ceciderat, permaneret, quam in Gramum alieni imperij una forem imprudenter collectum diccretur.

*Monomachia  
duorū Regum.*

*Scarinus senex  
à Gramo in-  
uene opprimi-  
tur.*

*Gramus quof-  
dam consan-  
guineos Scari-  
ni superauit.*

*Sibdagerus Nor-  
uegiæ Rex à  
Gothis & Sue-  
cis assumitur  
in Regem.*

## CAPVT VIII.

Sibdagerus igitur Noruegiæ Rex multis magnis & honestis rationibus in Gothiæ ac Suetiæ regnis sublimatus, quemadmodum in Danos ob Regis eorum insolentiam graui odio ferebatur, ita uexatis per eum Sueonibus compatiens meditari cœpit, quibus uiribus & armis iniurias eis illatas uindicaret. Creuerat iam olim inter hos Reges graue odium ob raptum consanguineæ uirginis Gro: nec poterat indignatio in Sibdagero quacunque occasione pacari, donec facinus facinore, raptum raptu compensaret. Siquidem classe bellica in Daniam prouectus, primò sororem Regis stupro uiolatam infami pudore affecit, deinde filiam eius admodum speciosam uolentius raptam in Noruegiam abduxit, abductamq; sibi matrimonio copulauit, plurimum eo prospero facto exultans, quòd unam iniuriam geminata atque atrocior uindicasset. Hic nimirum in magnam admirationem raptior, considerans hos uirginum raptus tunc & eisdem temporibus atque annis apud Reges Septentrionales in consuetudinem uenisse, quando bellum Troianum ob raptum mulierum crudelissimè gerebatur. Neque hic minor interfectorum Principum & militum numerus commemoraretur, quam apud Phryges & Danaos, si tanta scriptorum copia de subrigido Aquilone emerisset. Sed hec quiescant, & ad Gramum conuertamur. Qui considerans suas artes artibus Sibdageri duplicata astutia superatus, nec sibi spes reliqua esset, quin ille occupatis tot in circuitu regnis & populis, tandem Daniam impugnaret, & expugnatam subiugaret, statuit omnes sue potentie uires contra tam potentem hostem semel experiri. At prudentem Sibdagerum ea aduersarij meditatio minimè latere poterat, quin potius longè cautiorem ef-

*Sibdagerus 20.  
Rex in patria.*

*Odium impla-  
cabile inter  
Sibdagerum &  
Danos ob ra-  
ptum uirginis  
Gro.*

*Filia Grami ra-  
pta in Norue-  
giam abduci-  
tur.*

*Consuetudo rap-  
tiæ uirginis  
unde nata.*

fecerit. Enimuerò non modò suos Noruegianos, & ceteros suo imperio subiectos, sed Saxones (quorum Principem Henricum Gramus insidiosè & clam obruncauerat) in belli societatem uocatos, ad Daniæ expugnationem inuitauit. Nec Gramus segniter occurrens, quantascunq; poterat uires aduentantium hostium uiribus opponebat. Sed aduenerat tunc ineuitabile fatum, quod nec giganteæ fortitudine, nec inuictis armatorum militum millibus, ne quacunque humana potentia poterat superari. Igitur fortissimus pugil Gramus, post tot præclara & magnifica facinora, à Rege Noruegiæ Sibdagero, dum stuprate sororis iniuriam, & laceffitiam filie pudicitiam, atq; creptoni regnorum uiolentiam ulcisci conatur, opprimitur. Oppresso igitur atque extincto Gramo Danorum Rege, Sibdagerus omnium Aquilonarium regnorum unicus moderator effectus, Guithormum Grami filium, & raptè olim coniugis fratrem ab exilio reuocatum, Danis sub tributo regnaturum præfecit, perinde ac liquidò constare uolem, quòd totam Daniam æqua seruitus teneret, omniumq; corrupta libertas parem conditionis ignominiam sub tributario Rege redoleret: quasi parum prælijs afflictis essent, nisi etiam abiectissimo conditionis instituto nullarentur. Hadingus autem Guithormi frater, homo magis & præstantis animi, cum cogitaret se fortissimo patre genitum, elegit potius honestam exilij conditionem, quam in patria seruitutem turpitudini coniunctam sustineret. Nec tamè nobiliora fuissent eius facinora, si in patrio subuictus fuisset, quam modò sunt inter eos heroes, quorum admagis miranda, quam imitanda proponuntur. Siquidem post æditos longè lateq; militares triumphos, exercitum nauatam in Sueticum mare à deuictis Russis reduxit, atq; Sibdagerum in Gotladiâ commorantem pugna adortus opprim-

Gramus occubuit.

Sibdagerus post mortè Grami subacta Daniâ, præfecit illi Guithormum filium sub tributò.

Hadingus Guithormi frater.

Sibdagerus in Gotlandiâ ab Hadingo opprimitur.

## CAPVT IX.

**A**Smundus Sibdageri filius, postquam in regnis Gothiæ, Suetiæ, Noruegiæ, patri hæreditario iure successerat, primam curam habuit, quomodo uictoriosi Hadingi Danorum Regis potentiam à se, & suis regnis auerteret: quanquam admodum difficile uidebatur, ipsum humana uirtute superari posse, qui tot magicæ artis præstigijs, siue præstigijs circumseptus & munitus habebatur. Si enim Saxoni Danico credimus, ab incunabulis traditus fuit præceptoribus in arte magica peritissimis, uidelicet Vagnopto & Haphlio Sueticis gigantibus: à quibus ita instructus credebatur, ut si sibi ipsi fati non intulisset, nullis humanis armis uiolari potuisset. Quippe tam familiaris erat Dijs quos colebat, ut mox eorū nomine inuocato, præsentissimum sentiret auxiliū. Ductus est ab illis uiuus ad inferna loca, in quibus plurima arcana mortalibus incognita contemplatus est. Didicit quoq; ab Hartgrepa Vagnopti filia, quæ nulli in uanitate artis magicæ secūda erat, in dæmonum auxilio spem omnē collocare. Cōuersatus est familiariter Othino omnium Magorū, immò dæmoniorū nequissimo, qui huic primū in humana specie apparēs, bellum in Curetes mouere præcepit, uictumq; ex eo prælio suauissimæ cuiusdam potionis beneficio, fortiorem uegetioremq; effecit: deinde à sene quodam (quem puto spectrum magicum fuisse) centuriandi exercitus industriam affectus est. Quibus artibus se instructum munitumq; considerans, nihil tam arduum difficilèq; putabatur, quod crederet sua uirtute insuperabile. Proinde fallacissima dæmonia ipsum plurimis ac uarijs bellorum casibus exposuerunt, expositoq; multis ac miris modis illuserunt, nunc uictorem efferendo, nunc rursus uictum omni ope destituendo.

Asmundus 21. Rex in patria.

Hadingus arte magica eruditus, insuperabilis uidebatur.

Othinus Magus.

Fallax est dæmonum auxilium.

Hadingus exercitum magnū duxit contra Asmundum.

Henricus filius Asmundi præsumptuosè pugnantis interemptus est.

**I**gitur aleam belli contra Asmundum Regem experiturus, ualidum exercitū in Suetiam deducere parat. Quo apparatu præmonitus Asmundus, duos coniunctos exercitus eduxit: quos cum ad reprimendum aduentantis hostis impetum satis fortes putaret, uni filium Henricum, alteri ipsū præficiendum curauit. Inualecente prælio

Henricus iniiciens dextrā capulo, clypeumq; retenti, Inq; hosteis ruit, & nullos expalluit ictus. Ferro artus, faciemq; aurata casside tectus, In medios fertur cuneos, ceu uincere certus, Intrepidusq; fugæ, & nullo superabilis ausu. Sed non respondit coeptis audacibus eius Belli successus, qui primo flore iuuentam Illius extinxit: quem chari cura parentis Indoluit tantum, quod eum fato comitari Optaret, spernens extincto pignore uitam.

Tribuit Saxo mœstissimo patri carmina, quæ ostendū eam eximiam erga amissum filium charitatem, animumq; ad moriendum obstinatissimum. Siquidem reiecto in terga clypeo utranque manum capulo iniecit, deinde furens fremens Hadingum post peractam complurium necem ferocissimo impetu adoritur. At Hadingus uidens sibi inuitabile fatum imminere, nec quacunq; humana ope illud uerti posse, mox sua numina, quorum cultui à cunis assueuerat, inuocat: aderat subito dæmon Vagnopti formam indutus, suiq; cultoris partes in periculosam sortem inclinatas rursus erexit. Itaque necessarium fuit, ut Asmundus, qui humanis uiribus superari nequiret, dæmonibus congressus occumberet, quanquam non omnino moreretur inultus. Nam cum Hadingus suis numinibus aditus ipsū amentata hasta, transfixisset, inter exiguas reliquias

Asmundus occumbens, pedem Hadingi amputauit.

reliquias uulneratum interfectoris pedem perpetua claudicatione multauit, præmissa acri exprobratiōe, quod in magica arte totam opem ponens, miserandis criminibus obstus esset, maculisq; & uitijs, ut infamis atq; putidus labeo, refertus. Subinde occisi Asmundi corpus solenni funere elatum, apud Upsalam Regijs exequijs procuratur. At coniūx eius Gumilda imitata multas præclaras foeminas, quas Ethnicorum cōmendant historiae, ne mortuo uiro superesset, mortē sibi ferro consciiuit, atq; eidem (cum uiro) tumulo ab amicis demandatur, digna uiri cinerib; sociari, quæ uirilē animū, & grande facinus sub muliebri sexu declarauit.

Asmundi corpus apud Upsalam tumulatur.

Gumilda Regina ob mortem coniugis se necauit, pariter cum eo sepulta.

**V**ffo Asmundi filius post fatum patris in paternis rebus hæreditaria successione surrogatur: cui Hadingus nō minus negotium fecit, quam pridem eius patri, atq; auo, quos multis bellis fatigatos tandē extinxit. Pari enim fiducia, immō maioribus animis nunc insolescebat, postquā tot triumphos de multis ac potentissimis hostibus reportauerat. Quippe non contentus patrem & filium ope malignorum spirituum trucidasse, adiecit agrum Sueticum longē lateq; depopulari. Quamobrem Vffo collectis undiq; copijs sese ad arma parat, deinde populatori acerrimū prælium inferens, coëgit in suam Daniam remigrare, secutus à tergo fugientem, cui in sua Suetia celsisse uidebatur. Non tamen ignoro Saxonem scripsisse, quod Vffo in Daniam cum nauali exercitu traiecisset, interim cum ab Hadingo ager Sueticus uastaretur, quemadmodum olim ab Agatocle simili astutia factum fuisse traditur: qui cum à Carthaginensibus in Syracusana urbe obsideretur, bellum in Africā transferens ciuitatem Carthaginensem obsedit. Nec dissimile fuit prudentissimi Scipionis Africani facinus, qui exercitu in

Vffo 12. Rex in patria.

Vffo coëgit Hadingū in Daniam redire persequendo eum.

Scipionis Africa  
ni similis astu  
tia cum Han  
nibal pugna  
ret in Italia.

Carthaginem ab urbe Roma adducto, pugnacem Hannibalem Romanos in Italia diuturno bello uexantē, ad suos proprios lares defendendos redire coëgit. Commisso in Daniæ prælio, Vffo nec uictus, nec uictor in Suetiam reuersus est, Hadingus autem hyeme transacta, & uerni temporis calore redeunte, iratis sibi numinibus Suetiam tetro omine repetit, ibiq; lustrum infelicissimè militando confecit. Nam cum se sentiret Vffonis uiribus imparem, ad syluarum angustias, montiumq; & uallium saltus, ac latebras confugere cogebatur: ubi ab Vffone pertinacissimè obsessus, nec in bellum progredi, nec in Daniam regredi permittebatur.

Angustiabitur  
Hadingus præ  
sumens inua  
dere Suetiam  
brumæ tempo  
re.

Quo euenit, ut ipse, & milites eius post tam diuturnam obsidionem, consumptis alimentis, ad ultimam miseriam rediit, primum syluestribus fungis & graminibus famem lenire cœperint: deinde radicibus, corticibusq; & herbis usq; ad nigrescentem terram consumptis, catorum canumq; uiscera ferro rimantur: quibus non suppetentibus, ad immunda equorum cadauera famelicorum rabies ferebatur: tandem equis, felibus, muribus, omnibusq; abominandis morticinis, quæ reperiri poterant, sordidius quàm delicatius assumptis (pro nefas, ut ipsorum Saxo testatur) infelix illi infelicitium Danorum ingluuius ad humanas carnes extremam famem propulsura conuertitur.

## CAPVT XII.

**I**Taq; complures eorum qui ab hostium ferro haudenu intacti fuerant, domestica framea mactati cibis fiebant cæterorum. Quæ igitur maior infelicitas obsessis Danis residua esse potuit, quando se ipsos mutua cæde interempti deuorarent? Quocirca nõ ab aliquo nocturno spectro cæmen illud, quod Saxo inducit, Danis in extremis desperationis angustias compulsi, nocte media inculcatum suscipi

Dani se ipsos  
mutuo occi  
sos comede  
bant.

existimo,

existimo, sed à prudente quopiam monitore, qui Danorū imprudentiā ab impugnanda Suetia deterrere conatus est, quando sic afflictis Danis impropere loqui uidetur:

Tetra uos patrios fortuna linquitis agros,  
Et faciliè hoc regnum uestro succumbere bello  
Creditis: ast cæca hæc mens est, quæ talia credit.  
Marte quati nescit latissima Suetia, Marti  
Vos dabitis tergum, timor & fuga uos comitetur.

Nec uobis timidis gladiatorum competit usus.  
Libera uos cædet manus, & cædem geminabit.

Quod præfagium crebra Danorum strage non solum sequentis dici, sed multorū sequentiū seculorum euentus impleuit, & quando necesse fuerit, amodo implebit. Mirum potuisset uideri, quod Sueones ipsos Danos tam importuna & diuturna uexatione afflixissent, eosq; ad eam extremam desperationem coëgissent, nisi multiplices iniuriæ in Vffonem illatæ considerentur. Tenebat obsessum regni inuasorem, Suetiæ populatorem, patriæ desolatorem, prætere rea patris auiq; occisorem: cui etsi clementia parcendū uoluit, tamen pietas erga parentes iniuste necatos uindictam postulare uidebatur. Igitur Hadingus postquam cõperisset Vffonē pertinacissimo odio sibi insidiari, nullamq; aliã rem in uotis habere, quàm suum caput & uitam, nocturna eruptione & fuga se saluans, concessit in Helsingiam: à qua demum per Noruegiam, superatis multis magnisq; periculis, peruenit in Daniam. In qua constitutus, sensisti sibi denudò bellum à Biarmiensibus preparari, duce quodam Tunmingo ab Vffone ad id excitato: ex quo quidem bello, quia numinum suorum instructione ordines militares disponere didicit, uictor euasit, atq; potitus uictoria in metropolim Upsalam se recepit, ut per colloquij simulationem Vffonem opprimere posset. Sed Vffo periculum præ-

Præfagium Da  
ni permissio  
fuit.

Sueonum fatua  
clementia de  
inimicis in ma  
nibus quasi dis  
simulara.

Hadingus in  
Helsingiam  
fugit.

Biarmi contra  
Hadingum.

fentiens, illud in autores retorfit, Hadingo tam à noctis habitu, quam à sylvarum latebris præsidium accipiente: è quibus denuò erumpens, Vffonè per insidias adortus oppressit: cuius corpus frater Hunningus amplissimo funere elatum apud Vpsalam in Regalibus monumentis sepeliuit.

## CAPVT XIII.

Vffo ab Hadingo insidiosè oppressus à summo tumulo regio Vpsalæ sepelitur.

Hunningus 23. Rex in patria in Hadingo arma parat.

Hundingus cum Hadingo paratur.

**H**Vnningo in locum defuncti fratris Vffonis succedenti prima cura successit, quòd in Hadingum arma paranda essent, tum quòd fratris & parentum occisor esset, tum etiam quòd consuetæ suæ importunitate uacanti regno præfici conaretur. Sed cum Hadingus recenti memoria subnecteret, quas calamitates in superioribus annis & prælijs ab Vffone sustinisset, facile (ne in eisdem aut maiori rursus incideret) permisit se ad eas conditiones per æquos arbitros adduci, ut Hundingus paternis auitisq; regnis pacificè frueretur, promissa Hadingo, & mutuo ab eo accepta fide, quòd inuiolabilem pacem amicitiamq; inter se usque ad ultimum uitæ spiritum conseruarent, nec aures aut animum illis accommodaturi essent, qui inter ipsos sceleratè rumpere, odia serere, concordiam labefactare molirentur, sed alter alterius commoda, honorem, quietem, dignitatem, autoritatem defendere, & ampliare curaret. His pactis inter tam potentes Reges firmatis, quot præclara facinora secuta fuisse putamus, quæ longè digniora sunt ab eruditis & pijs ingenijs considerari, quam arma, gladius, rapinae, & huiusmodi uitiorum monstra, quæ bellicis furias commitari consueuerunt? Accessit in primis illa filia pacis, cui delictæ legum ueneranda potestas, quæ secum omnia iniustitiæ officia adduxit, à quibus nec animi fortitudo, nec in rebus bene gerendis prudentia abesse potuit: quæ estis omnibus hyderibus pulchriores sunt, tamen eo tempore, quo

Mat

Mars cum sua Bellona dominatur, ita conculcantur, ut nec uestigium earum usquam appareat. Quocirca reddita terris pace, redit ille speciosissimus omnium uirtutum chorus, inter quas haud infimum locum habuit illa togata tranquillitas horum duorum Regum, quorum constantem ac perpetuam amicitiam nulla uetustas aboleuit. Siquidem inter eos ita conuentum erat, ut alter alterius fato comperto, mortem sibi quantotius acceleraret, ne absq; comite solus ad infernas sedes properaret.

## CAPVT XIII.

**I**Nterea accidit falsam famam circumferri, quòd Hadingus Daniæ Rex insidijs generi sui Gutthormi (cui primum sororem suam Vluildam matrimonio coniunxerat) impetitus corruisset. Quæ fama allata, Hundingus statuit suam Regiam fidem ita declarare, ut omnis posteritas intellectu ra esset, plus apud ipsum ualuisse quam uitam. Proinde conuocata totius regni nobilitate, conuiuium magnificum tanquam mortuo amico parentaturus instruxit: & ne quicquam Regiæ magnificentiae deesse uideretur, iussus à Rege promus condus dolium ingentis magnitudinis cereali, siue melleo potu repletum aula in medio collocauit. Ipse Rex pincernæ officio pocula circumferens, pietatis ministerium implere putabatur. Satagebat enim omnibus modis ostendere, quòd non tam propter amici casum, quam ob seruandam præstitam fidem letus & gaudens in fata concederet. Igitur postquam omnes ebrietate suffusos aduertisset, seipsum in dolium dulcissimi liquoris præcipitans, ostendere uidebatur, illud mortis genus dulcius existimari debere, quòd pro amicitia & fide susceptum, gloriam laudemq; meretur immortalem. Quo cognito Hadingus cogitabat, quòd genere mortis maiorem, uel parentem fidelissimo amico

Marte furentis leges cedunt.

Ex falsa relatione de interitu Hadingi, Hundingus semet uoluntarie in dolio melleo potus plenus submersit.

*Hadingus cog-  
nita morte a-  
mici fidelis se  
suspendi fecit.*

gratiam referre posset, (quanquam difficile crederet tam  
eximiam uirtutē pari uirtute, aut amicitia superari posse)  
non coram satrapis & proceribus suis, sed toto populo in-  
spectante, sese (ne perfidia notaretur) laqueo suspendi per-  
misit, ut omnibus compertissimum fieret, ipsum plus pro-  
missam semel fidem, quam caducam uitam, & tandem ne-  
cessario perituram existimasse. Affirmat Albertus Cra-  
tzius hanc duorum Regum mortē perquam ridiculam fuisse:  
se: at ego eam parē puto præcipuæ uirtuti magnorū Gre-  
ciæ & Latij Principum, qui uoluntariam in mortem, ne-  
dem promissam uiolarent, se tradiderunt.

## CAPVT XV.

*Regnerus 24.  
Rex in pa-  
tria.*

*Thorilda ini-  
qua nouerca  
Regneri.*

*Regnerus et Tho-  
raldus per no-  
uercam facti  
sunt pastores  
& bubulci.*

*Suanhuita filia  
Hadingi eos  
ab illa seruili  
cōditione in-  
dustriae libe-  
rauit.*

**Q**uanquam Regnerus patri Hadingo in paterni  
regnis hereditario iure statim succedere debuisset,  
tamē superandi erāt prius per ipsum multi & pluri-  
aduersi casus. Inter quos præcipuum locum habuisse ui-  
detur illud nouercae odium, quo à Thorilda Regina se-  
pius ad mortem petebatur: quæ quanto præclariorem in-  
dolem in priuigno considerabat, tanto maiores insidias  
eius capiti struere conabatur: nec quieuisset, donec sa-  
guinem eius in poculo crudelitatis absorbuisset, nisi pater-  
ni amici (quorum magna potentia in regno erat) maligna  
eius conatus repressissent. Profecit tamen eousq; pertinax  
illa duræ nouercæ indignatio, ut tandem ipsum, & fratrem  
eius Thoraldū Regio pecori per contemptū præfessisset, &  
ea extrema ignominia affecti, desinerent ad amplitudinem  
paterni regni aliquando aspirare. Sed non tulere facta, &  
Regius sanguis inter seruilis conditionis angustias obse-  
scret, quem natura aliorum genuerat præsidem & rectorē.  
Siquidem filia Danorū Regis Hadingi Suanhuita, &  
glorioso facinore matrimoniū illustrissimi iuuenis sibi con-  
ciliaret, (sumptis in famulitium sororibus) longo & diffi-

li iuuenere confecto, peruenit in Suetiam ad locum in quem  
pridem didicerat Regios pueros indignè relegatos: qui ut  
uiderunt tanti apparatus scæminam aduentare, pudore ob-  
deformitatē cultus, simul & timore ob nouercales insidias,  
quas subesse suspicabantur, confusi, seruos se Regios & pe-  
corum custodes affirmabant: at contra Suanhuita (ut erat  
Danicæ eloquentiæ perita) multis in medium adductis ar-  
gumentis, ostendere nitebatur sibi persuasum esse, ipsos nō  
ex seruis, sed ex Regibus originem duxisse: totamq; sui ser-  
monis seriem ad Regnerum natu maiorem cōuertens, idip-  
sum probare contendebat ex speciosissimo lineamentorum  
eius habitu, ex luminum uibratu, ex uisus acritate, ex pupil-  
larū alacritate, ex oculorū micatu, ex formæ pulchritudi-  
ne, ex faciei & uultus luculentia, ex comi & ingenua spe-  
cie. Sed non deerat Regio inueni decens & idonea respon-  
sio. Serui, inquit, nō semper sunt uirtute uacui: uirilitas sub  
fordida ueste sæpe occultatur: nec ex ueste uirū metiri con-  
uenit, sed ex uiro uestem: magisq; ex uirtute, quam ex gene-  
re uirorum claritudo probatur: nobilitas ex alieno bono  
est, uirtus ex proprio dependet: obscuratur parentum cla-  
ritas, quando ab eorum probitate peruersitas degenerat fi-  
liorum: & quis illos seruos iuste dicere possit ignobiles, qui  
damnum generis uirtutum magnitudine compensant? De-  
niq; quis sapientum ignorat, omnes seruos ex Regibus, &  
omnes Reges ex seruis originem habuisse?

## CAPVT XVI.

**T**andem Suanhuita postquam iuuenis constantiam,  
& magnanimitatē, cæterasq; præclaras animi eius  
doctes cum magna admiratione satis explorasset, se, suumq;  
genus, & propositum cur aduenisset aperies, insit ut forti-

*Regnerus ab  
Suanhuita  
adamabatur.*

*Prudentia in re  
sponsis Regne-  
ri adoleſcētis.*

*Dispōnente sum-  
mo conditore  
ex pastoreibus  
Reges, & ex  
Regibus seruis  
fiunt.*

*Suanhuita con-  
fortat Regne-  
rū. & induit  
illum preciosis  
vestibus.*

*Spondent se nu-  
tūo Regnerus  
& Suanhuita.*

*Sponso gladiū  
electum tradi-  
dit.*

*Feminae Gotho-  
rum erant bel-  
licosae.*

*Ad querelas Re-  
gneri proceres  
grauiter cōmo-  
uentur contra  
Thorildā nou-  
ercam.*

*Regnerus Suan-  
huitam in to-  
ri consortē ac-  
cepit.*

animo esset, ac meliora quàm in nouerca uotis erant spen-  
ret. Deinde prolatis ex suo promptuario muneribus, et in-  
stibus Regio honori congruis, effecit, ut abiecto squalida  
paupertatis indumento, cultior appareret. Qua insigni  
manitate affectus iuuenis, in nuptias tam clarissimæ atq;  
omni probitate conspicuæ uirginis consensit. Quæ iam spon-  
sa effecta, ne se illocabilem, aut dote cassam ostenderet, gla-  
dium uarijs confluctibus, et contra monstra, monstrorum  
impetus, ac omnes inimicorum conatus opportunum, loci  
precipui dotis dilecto sponso tradere curauit, adiecta mul-  
tiplici exhortatione capeffendæ uirtutis, quemadmodum  
Saxo Danicus carminibus ad id ualde accommodis memi-  
nit, qui uirgini ea uerba tribuit, quæ non ex foemine,  
sed uirili pectore deprompta fuisse uidentur. Erant enim il-  
lius tempestatis foeminae, præsertim apud ipsos Aquiloni-  
res, in bellica fortitudine ipsis uiris parū inferiores. Neca-  
tenta gladium nouo sponso tradidisse, addidit et familiæ  
familiæq; stipendium, et commeatu: quibus instructus u-  
teres defuncti parentis amicos accedit, querelas in crudi-  
lem nouercam exaggerat: se ab ea ad indignissimā sortem  
nulla habita Regij sanguinis ratione, detrusum: immò su-  
ullo humanitatis respectu, se nō solum uilissimis mancipij  
sed iumentis insipientibus comparatū. Moti his grauib;  
et iustis querelis proceres, ipsum in regni solium conspi-  
stim collocantes, tam in ipsam Thorildam impiam foemi-  
nā, quàm in cæteros Regneri aduersarios gladio uindicari  
dum decernūt. Itaq; Regnerus ex abiectissima et desperata  
conditione ad scēptrum Regium sublimatus, Suanhuitam  
in Reginam et tori consortem dignissimè promouit: qui  
illi filium Hothebrotum regni successorem pariens, com-  
mendabilem sui nominis et probitatis memoriam ad opo-  
nes posteros transmisi. Quippe patriæ, et Principibus

infimæ plebi se talem semper et ubiq; exhibuit, ut non a-  
luunde aduenisse, sed in Suetia nata fuisse crederetur. Fro-  
thonem fratrem, Danorum Regem, bella in Suetiam ex O-  
rientis partibus transferentem, nō solum repressit, sed suis  
manibus captiuatum in triumphum duxit: nec antea liber-  
tati restituit, quàm Vbboni genero suo, quod Daniam ui-  
et armis occupasset, ignouisset. Ea uenia pro Vbbone im-  
petrata, Regnerus tantum numerum militum exercitui ei-  
us adiecit, quantam manum eidem confecto nuper acer-  
rimo bello abstulisset. Sed non respōdit Frothonis gratitu-  
do sinceris Regneri meritis, in quem reparato rursus ex-  
ercitu, grauem belli molem nulla laceffitus iniuria conuer-  
tit: fuit tamen belli fortuna iustis Regneri partibus, ip-  
sumq; Fronthonem (quamuis totis Danicæ potentia iu-  
ribus succinctum) exiinxit. Sublato hoste, Regnerus diu-  
turna et summa temporum tranquillitate potitus, regna  
ac subiectos populos sub pacifica concordia iustis et bonis  
legibus conseruauit, donec plenus dierum apud urbem V-  
psalam morte uitam commutaret. Nec diu charissima con-  
iunx Suanhuita superstes erat, postquàm dimidium cordis  
sui à suis uisceribus auulsam, et tumulo inclusam a hexe-  
rat: tantum siquidem, et tam insuperabilem dolorem ex  
eo funere contraxit, ut necessarium fuerit ipsam in fata cō-  
cedere, quando nullam aliam rem enixius pro remedio po-  
stularet, quàm ipsam mortem, qua posset eodem tumulo  
cum extincto marito sociari.

## CAPVT XVII.

**H**Othebrotus Regneri filius nihil à paternis uirtuti-  
bus degenerans, quemadmodum in regno, ita in re-  
rum gerendarum magnitudine successor fieri contende-  
bat. Enimuerò postquàm ad memoriam reuocasset graues

*Frotho frater re-  
ginae molitus  
bellum in Sue-  
tiam à Regne-  
ro captus est.*

*Frotho ingra-  
tus.*

*Frotho extin-  
ctus est.*

*Regnerus senex  
apud Upsalā  
mortuus tu-  
mulatur.  
Suanhuita Re-  
gina ex dolore  
concessit in fa-  
ta penes mar-  
tum deposita.*

*Hothebrotus rex,  
Rex in patria.*



& insignes iniurias, quas pridem Rusi, Estones, Sem-  
 bi, Curetes, ceteriq; Orientales populi cum Frotho  
 Danico confœderati, aduersus patrem Regnerum, &  
 regnum Suetiæ perpetrarant, statuit principia suorum  
 bellorum contra ipsorum terras & populos, ut inſe-  
 ta etiam potenter extendere. Nec erat aliquis ex proce-  
 ribus, aut populis in toto regno, qui tam iustam & ne-  
 cessariam expeditionem detrectaret. Igitur effusa in illas  
 & alias uicinas regiones tota Succorum Gothorumq; po-  
 tentia, immensam populorum cladem ædidit, imperiumq;  
 suum longè lateq; proferendo, leges tributaq; de uictis  
 se nationibus præscripsit. Deinde cum magnifica uictoria  
 in Suetiam reuersus, diu pacificeq; regna & subiecta  
 gentes gubernauit, atque interim speciosam uirginem Gy-  
 ritham, ex illustrissima Noruegiamorum Regum fami-  
 lia sibi matrimonio coniunxit, ex qua filios duos, Attilum  
 & Hotherum procreauit. Tandem cum considerasset  
 militarem disciplinam sub longa temporum tranqui-  
 litate labefactari, Sueticamq; & Gothicam iuuentutem,  
 nisi continuo armorum usu exerceatur, à parentum &  
 proauorum fortitudine facilius degenerare: proinde cir-  
 cumspectandum esse aliquem speciosum gerendi belli tim-  
 lum existimauit. Sed cum Orientis incolæ, Ruteni, atq;  
 Estones, & ceteri pridem ab eo de uictis tributa penderè  
 imperata facerent, nullamq; rebellionem molirètur, nec li-  
 ceret bello lacescere Noruegianos, obstante antiqua cõcor-  
 dia, & nouo affinitatis respectu, subiecit animo memori-  
 iniuriarum, quas Frotho Danicus Rex Sueonibus & Go-  
 this in eo iniusto bello (in quo pridem occubuit) irrogatas,  
 qua nimium prouocatus, omne regnorum suorum robur  
 contra Roë Danorū Regem, Frothonis nepotem educens,  
 commisso acerrimo prælio uictor euasit. Veruntamē cum

Contra Ori-  
 entales terras ua-  
 lidissima ex-  
 peditiō.

Ipsam gentem  
 maxima strage  
 facta humili-  
 auit, ac tri-  
 butariam fe-  
 cit.

Gyritham Nor-  
 uegiamam uir-  
 ginem accepit  
 in coniugem,  
 ex qua Attilus  
 & Hotherum  
 generauit.

Contra Roë Da-  
 norum Regem  
 robustissimus  
 exercitus mit-  
 titur.

pugna in Dania gesta esset, & facile auxiliares Danorū co-  
 piæ instaurādo bello adhiberētur, Roë resumptis ex nouo  
 militum supplemento uiribus, denuò bellum infeliciter ten-  
 tat. Nam aduersus Hothebrotum inuicta Gothorum &  
 Sueonum militia roboratum congressus, æque infelicem  
 belli fortunam secundam, sicut primam expertus est: seq;  
 tunc uictori Hothebroto uictum submisisset, nisi pertinax  
 Danorum fiducia ipsi, ut etiam tertio aleam Martis expe-  
 riretur, suggestisset.

## CAPVT XVIII.

**R**oë igitur, reparatis uiribus sui exercitus bis supe-  
 rati & profligati, nõ secus ac amens & furēs in ho-  
 stium cuneos irrupens, confestim Rex à Rege confossus in-  
 terijt. Progressus ad interiora regni Daniæ uictor Hothe-  
 brotus, totum regnum occupat, arcibus præsidia imponit,  
 leges & tributa uictis præscribit. His gestis non minore  
 triumpho ex subacta Dania, quam aliàs ex de uictis Orien-  
 tis regionibus in Suetiam est reuersus, cunctis fausta & fe-  
 licia acclamãtibus, quòd eius fortitudine & industria Sue-  
 tiæ imperiū à flumine Tanai uersus Oriẽtem, ad Albim flu-  
 uium, uel Visurgum in Occidentem extensum esset, & am-  
 pliatum. Respõdebat amplitudini principatus, amplissima  
 ubiq; pax & cõcordia: cui conseruandæ non minus studiū  
 Hothebrotus impendit, quam antea propagandis augen-  
 disq; regni terminis impenderet, ut liquido constare pos-  
 set, utrunq; tempus, & belli & pacis, ab ipsius prudentia  
 rectissime gubernari. Demum non paucis annis in summa  
 tranquillitate & pace euolutis, nonnulli Suetiæ proceres,  
 cum uiderent sibi illicita non licere, optimo Regi domesti-  
 cam discordiam (perniciosum omnium rerum publicarum  
 malū) pepererunt: qua implicatus nequiuit latissimo prin-

Roë primo &  
 secundo con-  
 gressu uinci-  
 tur.

Roë primo &  
 secundo con-  
 gressu uinci-  
 tur.

Tertio congressu  
 Roë ab Hothe-  
 broto occidi-  
 tur.

Dania subiga-  
 tur.

A Tanai flumi-  
 ne ad Albim  
 imperabat.

cipatui ita consulere, ut omnes eius partes in obedientia unitate continerentur. Proinde Danorū primores idonea occasione ad rebellandum nacti, praesidia ab Hothebro arcibus imposita trucidantes, ostenderunt se magis recuperandae libertatis, quam seruandae fidelitatis rationem habere. Quo comperto Hothebrotus ex omnibus regionum suorum populis copias contrahens, potentissimum eduxit exercitum: quem nauibus impositū, contra rebellantes Danos traicere properabat. Sed cum medium & tranquillū maris cursum agere uideretur, orta subito seuisissima tempestate obruitur, & inter marinas undas inuictae fortunae nis spiritum exhalauit, relictis post se duobus praestantissimae indolis filijs, Attilo & Hotheo, quos sapientissimo Rege Noruegiae Geuaro dudum commendauerat educandos.

## CAPVT XIX.

**A**ttilus igitur (ut diximus) à prudentissimo patre Hothebroto genitus, atq; à sapientissimo Rege Geuaro mirificis artibus, quae ad civilem conuictum, & militarem disciplinam conferre possent, instructus & educatus, defuncto parenti tam ob sua praecleara merita, quam iure hereditario in amplissimo principatu successit. Huius primum & praecipuum belli negocium ex rebellantibus Danis procreatum est. Siquidem mortuo Hothebroto rebellionem, quam eo uiuo moliebatur, pertinacius duce Edgone exequentes, tributa negabant, Succos in praesidijs nictos iuglabant, arma aduersus Attilum preparabant nullumq; studium, quo sese infinito Suecorum odio tenent ostenderent, omittent. Si quispiam Suecorum inter eos occideretur, nec mutilatorum membrorum iniuria simul & damno afficeretur, lege sanxerunt ne eius Lesio iuxta huiusmodi antiquas leges, sed longe uiliori aestimatione ser-

retur. Quo circa Attilus Danos in Suetia mansionem complexos, non minore, neq; pacabiliore odio persecutus, etiam propriam reginam Vrsiliam, eo quod Danici sanguinis esset, uehementius odisse cepit: quae tandem post longam animi amaritudinem ex mariti odio conceptam, consilium callidius quam honestius, quo diurnas molestias sibi illatas uindicaret, inuenit. Quippe marito consuluit, ut Roluonem filium suum, quem sibi Dani praefecerant, ad se ex Dania in Suetiam uocaret, eoq; in sedandis Suecorum & Danorum controuersijs consultore & cooperatore uerteretur: futurum affirmans, quod Dani ipsius autoritate & prudentia persuasi, à rebellionem cessarent, imperata facerent, tributa persoluerent, nullumq; iniurias amodo excogitarent. Pulchra quidem haec Reginae consilia credulo marito uidebantur, quamuis reuera graues in sidias eius uiae & fortunae moliretur. Enimvero conscius maternae machinationis filius Roluo, accersitus aduenit. Sed quia mater iam plurimos annos in Suetia extra natale solium transegerat, nec filium (quem adolescentem reliquerat) agnosceret, necessarium fuit, ut efficacibus signis & documentis probaret se illum Roluonem esse, qui uocatus aduenisset. Mater certior de filij fide & constantia circa res gerendas effecta, quicquid insidiarum in mariti iugulum, & thesauros eius dudum animo conceperat, per maternam fiduciam (absente eodem marito) aperiebat. Dixit in promptu esse maximam auri uim, quam Hothebrotus ex deuictis Orientalibus nationibus, & subactis Danis coaceruauerat, antiquosq; priorum Regum thesauros: qui si furtim in Danium transuehantur, non solum Succos potentia & bellorum neruo destituent, sed Danis opportunum auxilium, quo se citius in libertatem restituent, subministrabunt. Proinde opus esse maxima in tanto facinore

Dani rebellantes, praesidarios Hothebroti expugnatos trucidabant.

Hothebrotus submersus in serui.

Attilus 26. Rex in patria.

Helgo Danorū Rex, & dux belli aduersus Attilum.

Iniquissimū statutum.

Mulieris astutus & dolus.

Roluo uocatus à matre, uenit in Suetiam.

Vrsilia dolosa insidiatrix Regis mariti, & regni.

cautela & prouidentia, ne Regia seueritas aurum auferret, tibus (rupta gula) uitalem auferat auram. Cætera cogitando, & silendo, ut secum reuoluat, imperauit.

## CAPVT XX.

**I**Nterea reuersus ex negocijs Atilus, cum Roluonem aduenisse cognouit, omniaq; optata & felicia, propinqua uocatus fuerat, magnifice polliceri, magnifico & Regio apparatu conuiuium instruit, in quo cum uariis uirtutibus, et earum officijs sermo incidisset, rogatus Regia, quæ uirtus Regiæ dignitatem magis ornaret, respondit liberalitatem Regibus & Principibus summum præstare ornamentum, seq; in eius studijs magis, quam aliarum uirtutum exercitijs delectari. Deinde iussus Roluo dicere, quæ uirtus milites magis decoraret, affirmabat, militares homines nulla uirtute plus quam patientia (quæ omnia uicit) commendari. Quam sententiam, obiecto contra presentem & flagrantem ignem nudo latere ita probauit, ut à præsentibus non modo ut peritus disputator, sed ut efficax uirtutum executor diceretur. Rogatus Atilus suam sententiam de Regia liberalitate monstrare, dona in presentes plurima liberaliter erogauit, & inter cætera totum quem aureum ingentis ponderis collo Roluonis, ad ostendendam eius claritatem, appendit. Sed quicquid in Regiam, & eius filium expendit, ingratisimis & subdolis inimicis erogatum fuit: nulla enim alia causa sermonem ad uirtutum commendationem conuerterat, nisi ut sub earum speciosissimis nominibus pessima flagitia, & impudens furta, quæ ex profundo dolo meditabantur, absconderent. Siquidem tertio conuiuij die, postquam ereptos thesauro uehiculis imposuissent, omniaq; ad accelerandum nocturnam fugam satis disposuissent, Regina lucentis lune bene-

*Problemata Regis & Roluonis, ipsi Regi damnosa.*

*Infidelis Regina comitante Roluone filio cum thesauro Regis fugit in Daniam.*

ficio usa, maritum opibus & toro, seipsam uirtutibus atq; honore spoliando, ad turpissimæ fugæ præsidium se conuertit. Interim Roluo nimis credulo Regi uerba dedit, horamq; alternis sermonibus extrahens, animum eius, ne de Regina cogitaret, occupauit. Demum cum putaret ipsam à periculis expeditam ad secura loca peruenisse, uenia abeundi petita, cursu celerrimo se contulit ad fugientes: quorum uires cum magnitudini ablatis thesauri non sufficerent, magnam eius partem abijcere cogebantur, satius arbitran-tes pecunia, quam uita priuari. Imminabat enim eis à tergo Atilus nimis importunè: comprehendissetq; ni uelocitate uehiculorum ad paratas naues peruenissent, quippe cui summa uoluntas erat, raptores in furca efferre, & thesauros in fiscum, unde compilati fuerant, referre: sed saluauit fortuna fugaces, qui uehementissimo remorum conatu, in sequentis conatum frustra uerunt.

## CAPVT XXI.

**I**gitur Atilus secum amaro animo perpendens tot & tam insignes iniurias, uidelicet Succos in Dania crudeliter occisos: deinde cæteros uiuos in uilissimo numero haberi, nec dignos putari quorum damna iuxta legum formulas fariantur: postremo seipsum ab illis tot contumelijs affectum, tot insidijs petitem, tanto & tam immenso thesauro suo, sibi à maioribus relicto, spoliatum: tori cõsortem à suo latere abductam: neq; deinceps uidebantur finem facere uelle iniurijs, quas ex industria & pertinaci malitia Suecis irrogabant: iureiurando se astrinxit, ut quicquid odij, aut damni, uel contumeliarum in Danos irrogare posset, id toto studio præstare contenderet. Hic enim est ille Atilus, quem plures antiquæ Danorum & Suecorum historiæ affirmant tanto odio in Danos exarsisse, ut primò latrantes

*Atili iniurias, quas accepit.*

Raccho canis af-  
signatus Da-  
nis pro Rege.

Hartmannus  
contendit in  
Daniam pro  
concordia tra-  
ctanda.

Hartmannus su-  
scipitur à Ro-  
lone.

Pugna cruenta  
inter Suecos et  
Danos nobiliss-  
ima.

canem, quem Racchonem uocabat, eis in Regē assignari  
deinde eo à canibus discripto, gigantem Laës ipsis prop-  
ceret. Cui mortuo seruus eius Suiu successit, quem insup-  
rabilis multitudo pediculatorum usq; ad nuda ossa con-  
mens, horribile mortis genus cunctis intuentibus ostendit.  
Nostris quoq; temporibus apud Viburgum in Dania loca  
eo euentu nominatus demonstratur. Interea quidam Hian-  
mānus ex Suetiæ proceribus, Attilo cōsanguineus, & sum-  
ma amicitia coniūctus, quamuis sororem Roluonis Schi-  
dam tori consortem haberet, nequaquam tamen potuit  
pacato animo tam atroces iniurias Regi suo, & regni  
Suecorum à Roluone indignissimè illatas sufferre. Quo-  
circa impetratis ab Attilo Gothorum & Suecorum co-  
pijs egregiè instructis, in Daniam armata & ualida classis  
contendit; non ut tributa (quemadmodum Saxo Dani-  
cus asserit) persoluat, sed ut primū omnium conetur co-  
cordiam tam insigniter labefactam resarcire: quo con-  
diti non succedente, armis impetat, & opprimat iniuriantem.  
Exceptus à Roluone hospitaliter, & communi apparatu  
magnificè instructo. Verum quia inter pocula (sicut admodum  
est mos illarum regionum) de bellis, de Republica, & de  
iure Regum, de illatis & acceptis iniurijs, de resarcien-  
damnis, & similibus grauissimis cōtrouersijs sermo longius  
quàm cōmodius extraheretur, offensis inuicem acriter  
nimis ad arma deuentum est: sit atrox & cruenta pugna  
non inter abiectæ sortis homines, sed inter præstantion-  
utriusque partis proceres: de quorum eximia fortitudine  
& inuictis utrobique animis, plurima & præclara carmina  
patrio sermone conscripta celebrantur, quæ Saxo doctus  
ac disertus ingenio suo in Latinum conuertit eloquium  
tantasq; corporis & animi uires Gothis, Suecisq; tribuit  
ut communem humanarum uirium fortitudinem longè  
interu-

interuallo excessisse uiderentur. Siquidem inductus ab eo  
pugil Danicus Biarcho ad Hialthonem socium & commili-  
tonem suum inter cætera multa ait:

Nunc obuius ensis

Cunctandi mihi causa fuit, quem Sueticus hostis  
In mea præualido contorsit pectora nisu.  
Nec parcè gladium capuli moderator adegit:  
Nam quantum in nudo uel inermi corpore fas est,  
Egit in armato, sic duri tegmina ferri,  
Ut molles traiecit aquas, nec opis mihi quicquam  
Aspera lorice poterat committere moles.

Et in alio loco idem Hialtho Danorum pugillū præcipuus  
exclamans inquit:

Ecce truces oculis Gotthi, uisusq; feroces,  
Cristatis galeis hastisq; sonantibus instant,  
In nostro ualidam peragentes sanguine cladem,  
Distingunt gladios, & acutas cote bipennis.

Cui rursus Biarcho respondit:

Non memini certamen agi, quo promptius esset  
Alternare enses, partiriq; ictibus ictus.  
Dans enim tres accipio, sic mutua Gotthi  
Vulnera compensant, sic dextra potentior hostis  
Vindicat acceptam cumulato scœnore pœnam.

## CAPVT XXII.

Hæc quæ præmissa sunt, idcirco ex Saxone Danico  
adduxisse uolui, quod laus militaris fortitudinis,  
quæ Suecis & Gothis inuicem tribuitur, soleat uerior exi-  
stimari, quàm si ab incolæ & ciuic tribueretur: simulq; ut  
ex Danico scriptore ostenderem, eos mores ab antiquissi-  
mo tēpore in regnis Aquilonaribus fuisse, quos adhuc ibi-  
dem continuari uidemus, uidelicet si pugna & armis agen-

Biarcho pugil  
Danicus.

Saxonis Dani-  
ci carmina.

Hialtho pugil  
Danicus.

dum fuerit, Dani à Gothis & Suecis tres ictus pro uno accipient: sed si uerbis fuerit contendendum, Dani uictoria uel decem uerba pro una uoce (multiplicato scelerum) Gothis & Suecis refundent. Demum occiso Roluone, Hiartmannus Daniæ regnum occupat. Sed quando disponens noui regni negocijs intenderet, suamq; salutem Danorum fidei nimis credulo animo committeret, inter epulandum occisus interijt. Quibus cognitis Attilus mixtum dolorem gaudium concepit. Doluit quidem uehementer, quod fidelissimus amicus Hiartmannus indigna & prematura morte sublatus esset, sed effusiore gaudio quam commodum erat, ob inimicissimi Roluonis necem exultauit. Dum eius uarias per summam hilaritatem celebraret, potione auaritia sumpta in morbum à quo difficile curari poterat, collapsus est: immò Saxo affirmat eum crapula tunc obiisse, quem tiam antea mortuum dixerat, atq; Hiartmannum à Romæ in eius regnum sub titulo præfecturæ fuisse surrogatum: quæ mihi uidentur adeo cōtradictorio sensu inuicem repugnare, ut necessarium fuerit alteram partem esse à ueritate alienam. Durauit enim uita Attili, donec subactò regno Daniæ (ut testatur Saxo) fratrem suum Hotherum natu minorem Daniæ Regno uictorici manu præcisset. Quamuis enim Dani post occasum Hothebroti successori filio cui Attilo male paruissent, seq; nunc Helgone, nunc Roluone duce in libertatem uindicare tentassent, attamen sublatis eisdem rebellionis autoribus, tandem coacti Suecorum imperio colla submisserunt. Attilus enim cōperta occisione Roluonis & Hiartmanni, non continuo ob ebrietatis intemperantiam (ut narrat Saxo) mortuus est, sed plurimum gaudens est, occasionem diu optatam aduenisse, qua rebelles Danorum animos ad mansuetiores mores reuocaret. Ignotum prægrandem exercitum ex terris & populis sibi subiectis

Roluone interempto Hiartmannus Daniam occupat. Hiartmannus dolose in cōuiuio occisus.

Attilus è crapula contraxit morbum.

Dani à Suecis subingantur.

compe

comparatum deducit in Daniam, portumq; Selandiæ Isonam ingenti classis numero occupat, imminenti fortunæ beneficio usus. At Dani cum uiderent se Attilanæ potentie inferiores, incertam belli fortunæ deditone præueniunt, hoc enixius postulantes, ut contentus esset ipsis Regem constituere fratrem suum Hotherum: qui cum mitioris esset animi, omnium in se beneuolentiam prouocauit. His uotis Danorū postquam Attilus optatum præstitisset assensum, Hotherus Rex à Danis consalutatur. Hoc modo Danis sub Suecorum potestate missis, Attilus in Suetiam cum gloriosa uictoria reditū accelerauit: & cum sine liberis esset, Hotherum in regni consortem assumpsit: & tandem longioris æui senio confectus, Vpsaliæ diem clausit extremum.

## CAPVT XXII.

Hotherus igitur Hothebroti potētissimi ac prudētissimi Regis filius, & Attili antecessoris sui ex utroque parente frater, in regnis Gothiæ & Suetiæ nō tam iure hæreditario, quam fratris Attili beneficio successit. Huius casus si ab origine considerentur, uarij insignesq; fuere. Nullus eo in addiscendis artibus (quæ prudētes et ciuiles homines efficiunt) aptior & diligentior erat. Quippe traditus à sapientissimo patre in disciplinā eruditissimi Regis Noruegiæ Geuari, tam docile ad omnia præclara studia, atq; ingenuas artes (quæ tūc tēporis in usu & summa æstimatione hæbebātur) se præbebat, ut à nullo suorū coætaneorū suspicari posse crederetur: erat in eo summa corporis firmitas, ingenium multis artibus illustre, nec minus exercitio, quā uiribus potens, immaturā adhuc ætatem uberrimis animi dotibus transcendebat. Dabatur tunc maximo probro Regibus & Principibus, si ab illis uirtute & sapientiā superarentur, quibus dignitate & Regia autoritate præferebantur.

Attilus capit nauali exercitu Selandiam insulam Daniæ.

Hotherus fit Rex Danorū.

Attilus decrepitus Vpsalia moritur.

Hotherus 27. Rex in patria. Hotherus in adolescentia ingeniosus & doctus.

Rex sine uirtute & sapientiā non siturum est.

Proinde felices putabantur & erant ille terræ, quando eis sapientiores, quam potentiores Principes dominabantur. Tantæ & tam præclaræ spei adolescens postquam æphebis excessisset, primam suorum negotiorum difficultatem ob Nannæ uirginis, educatoris sui Geuari Regiæ filie nuptias, expertus est. Eandem enim, cum effectus incompertæ pulchritudinis, filius Othini Balderus Selandiæ Regulus, pertinacissimis precibus in matrimonium postulabat: uerum quia perplexo patri permissum non erit ipsam filiam ob utriusq; proci potentiam liberè collocare, refert mentè filie ab utroq; consulendam esse, ne quid contra nolentem paterna seueritate præsumptum uiderem. Hoc cognito Balderus postulandæ Nannæ gratia Geuari fines armatus ingreditur, ipsamq; exquisitis uerborum lecebris aggressus nullū uotis assensum impetrare uel extorquere ualebat, cum uirgo uarias hinc inde excusationes, ne in eius amplexum consentire posset, mutaret. At enim, cum ipse Deus, & Deorū semine genitus haberetur, quod indigna esset copula Deum mortali sociari, neq; eū satis constantes esse soleant Deorum promissiones, qui sepe pacta rescindere, uinculaq; societatis, quæ cum imparibus contraxissent, facile disijcere consueuerunt. Repulsus Balderus totas Danicæ & Saxonicæ gentis uires ad arma coarctavit, simulq; præstigiöse artis figmētis usus (ut Saxo Danicus ait) ostentare conabatur, se non non solum homines, uerum etiam Deos in societatem pugne contra aduersarij Hotherum aduocasse, uocatosq; magno agmine, & insuperabilibus armis succinctos, confectam aduolasse. Sed Hothero non deerant artes, quibus tales Dij poterant repelliq; superari. Erat enim & ipse non minus, quam Balderus in arte magicæ peritus.

Balderus Othini filius Regulus Selandiæ.

Nanna Balderi nuptias refusat.

Balderus magice artis peritus cogit exercitum contra Hotherum.

Hotherus callebat etiam artem magicam.

## CAPVT XXIIII.

QVocirca tam pertinacibus armis bellum nauale ingrediuntur, ut non humane uires inuicem congre di, sed infernalium laruarum præstigiæ in mutuam perniciem conglomari uiderentur. Victus hoc bello Balderus, satis ostendit suam suorumq; comparium Deorum diuinitatem talem, tamq; imbecillum esse, ut ab hominibus superari contemniq; posset. Deinde uictor Hotherus fugato Baldero, eiusq; classe submersa, ac Saxonie Rege Galdero cū toto eius exercitu deleto, nouam & speciosissimam sponsam Nannam Suetiæ aduexit, cunctis tam inclytus uictoria, quam Balderus turpi fuga ridiculus & cōtempus. Nec longa post peractas nuptias mora intercessit, aniequam Daniæ regnum adiuuante Attilo (quod superius diximus) sibi subiecit. Veruntamē dum fidem Danicam firmam constantemq; crederet, & paterno regno Suetiæ pacandis regnorum finibus occuparetur, ecce nuntius nimium prope rando aduolauit, qui affirmabat Danos acerrimum ipsius Hotheri amulum Balderum in regni Daniæ solium extulisse. Tam ancipiti (inquit Saxo) censura maiorū nostrorum sententia fluctuata est: noluit enim dicere, fidem eorū fractam, & honestatem uiolatam. Quamobrem Hotherus collecta (ut fors obtulit) militia, in Daniam nauigat, futurum ratus, ut Dani habita præstige fidei ratione, Balderū alieni regni occupatorem (uiso legūimo Rege) quam citius excludant. Sed fidem sua opinione longè inferiorem expertus, commissio cum Baldero acerrimo prelio, uix fuga delapsus in luthiam euasit. Nam Dani classem eius obfidentes, uicto in Suetiam rediit impediebant. Igitur postquam hiberna apud luthos peregrisset, nomenq; suum uico, quē inhabitauerat, indidisset, solitarius in comitatusq; Suetiam repetit: ubi coram magnatibus ad concionem accersitis, su-

Balderus uictus cum suis et Rege Saxonie, classe eius submersa. Hotherus uictor Nannam sponsam in Suetiā aduexit.

Dani frangunt fidem. Hotherus in Daniā nauigat.

Hotherus decipitur à Danis in luthiam fugit.

*Hotherus con-*  
*queritur de*  
*Danorum per-*  
*fidia.*

*Hotherus argui-*  
*tur temerita-*  
*tis à proceri-*  
*bns Suetiæ.*

*Sueci Hotheri*  
*animosioresm*  
*reddunt.*

*Hotherus, edu-*  
*cat classem cõ-*  
*tra Balderi.*

*Alius confictus*  
*Hotheri cum*  
*Baldero.*

xam Danorum fidem damnans, conqueritur se graui-  
mas nimie credulitatis suæ pœnas luisse, uelleq; in omni  
reliquum tempus à Danorum terris & cõuersatione abse-  
nere. Tum proceres non parum concitato animo facilitatis  
animi eius arguebãt, quod se contra illos, qui apertam  
bellionem moliebantur, uno tantum & altero militum  
nipulo comitatus temerè cõtulisset, ibi integræ fidei officia  
experturus, ubi dolus et perfidia omnia fidelitatis iura in-  
larat. Proinde summopere conandum esse, ut si uelit su-  
maestatis contemptum uindicare, perditosq; suæ fortu-  
nis titulos recuperare, ac demũ famæ nitorem ad pristina  
gloriam reuocare, sit forti & constanti animo: meminerit  
se Regem esse multarum, & fortissimarum gentium: cog-  
tet se negocium habere cum gente fortissima, & non nimis  
astuta, quàm forti, contra quam non unum centurionem  
sed totam Succorum & Gothorum potentiam extendi.  
Hæc suadendo & persuadendo, animũ eius à profunda de-  
speratione ad arma & prælia reduxerunt. Siquidem tam  
efficax fuit illa procerũ exhortatio, ut ipse qui pridem in  
manum conuictum ab horrens, ad syluarum latebras con-  
gere decreuisset, nunc animo æquior effectus, comitia in-  
cit, militem conscribit, exercitum comparat, omniaq; pre-  
dentissimi Principis officia strenuè exequitur, & tandem  
omnibus ritè paratis, classem, quæ faciliè ab hostibus cõ-  
ni, aut superari non posset, educit.

## CAPVT XXV.

**C**ontra Balderus Danis in arma contractis, Hotheri  
Crurum acie excipit: fit atrox & anceps pugna, ac  
misq; animis prælium committitur, donec nocturnæ tem-  
bræ finem facerent præliandi. Sed Hotherus nihil omittit  
dum ratus, mutato animo castra hostiũ noctu ingredi  
ipsum

ipsum consilia exploraturus: quibus cognitis, cautior ad  
crastinam pugna accessit: in qua Balderus accepto mortali  
uulnere, prælio moribũs excessit: ipsumq; elapso triduo,  
nimis uulneris cruciatus absumpsit, nõ sine publico Dano-  
rũ mœrore. Quis enim credere potest, quãto gemitu & lu-  
ctu suum; Deum Balderum sepelierint, propter quem tot  
cruenta bella gesserant, tot ciues amiserant, & iusiurandũ  
uiolauerant? Sed mors eius & sepultura planè ostendit, ua-  
no numini uanos subseruuisse cultores. Cui si perfecta di-  
uinitas affuisset, utiq; non permisisset suos ueneratores Da-  
nos sub iugum Suecorũ humiliari, quibus denuò manus ui-  
ctas coacti porrexerunt. Itaq; Hotherus cum triumpho in  
Suetiã reuersus, & diuturna, & quietiora tempora nactus,  
feliciter & pacificè per multos annos regnauit: in quibus  
etiã regnũ Noruegiæ prudenter administrauit. Nam cum  
eius Rex Geuarus (à quo educatus fuerat) cuius filiam con-  
iugem habebat, ab æmulis duce Gautone occisus fuisset, non  
quieuit donec occisorem seuerè puniisset, & paternum re-  
gnum ad filios & hæredes, Herletum & Geritum, transtu-  
lisset. In eisdem etiam annis Dani submissis capitibus, & tri-  
butis, regno Suetiæ paruerrunt, donec Bous Othini filius,  
Rutenorum Rex ultionem occisi Balderi fratris pertinaci  
animo uersans, bellum Hothero minaretur & indiceret:  
quem Hotherus bello excepturus, à Suecis & Danis obti-  
nuit, ut suus filius Rodericus in paternis regnis successor  
institueretur: quo obtento in bellũ cõtra Boum progressus,  
uictoriam & uitam amisit. Hic Saxo Danicus non nihil ue-  
ritati parcere uidetur, quando scribit Curetes & Sueones:  
perinde ac Hotheri morte tributariæ sortis onere libera-  
tos, Daniã (quã annuis uectigaliũ obsequijs amplecti sole-  
bant) armis aggredi animũ induxisse. Non credo Saxonem  
tam hebetis fuisse ingenij, ut diceret Sueones Danis fuisse.

*Balderus uulne-*  
*ratus interiit.*

*Dani rursus ma-*  
*nus uictas de-*  
*derunt.*

*Hotherus necè*  
*Genari sociũ*  
*sui uindica-*  
*uit.*

*Bous Rex Rute-*  
*norum frater*  
*Balderi.*

*In confictu Ho-*  
*therus mori-*  
*tur.*

tributarios, quando suo proprio Regi Hothero Daniâ subiecerunt, idq; non semel, sed gemino prælio, & duplici uictoria, primò cum ipsam apud Isoram Selandiæ portu ingenti classis numero sibi subiugarent, deinde quando (a ciso Baldero) armata manu eandem Daniâ denuò recuprarèt, & sub iugo usq; ad mortem Hotheri pleno domini continent. Hæc cum à Saxone in contextu historie aptè afferantur, nò possum mihi persuadere ea ipsa uerba eius animo prodijisse. Quippe nimis diuersum est, regem subijcere, eisq; imperare, & tributum à se uictis præstari, cum uictores à uictis, non contrà uicti à uictoribus tributum exigere consueuerint. Nunc ad Rodericum calamum conuertamus.

## CAPVT XXVI.

Rodericus 28.  
Rex in patria.

**R**odericus igitur, quem Hotherus ex Nanna Genâ Regis filia procreauerat, non modò ob ultimam uoluntatis preces, quas idem Hotherus pater antequàm nouissimum bellum cum Rutenorum Principe Boo ingrederetur, coram proceribus porrexerat, uerùm etiam ob hereditariæ successionis respectum ad regni Suctici sceptrâ peruenit. Sed idem & simile negocium cum Danis subire coactus est, quale eius auus Hothebrotus, deinde patruus titulus, & demum ipse pater Hotherus sustinuit. Siquidem Dani ut à principio nihil omittebant, quo eius honorem augerent, ita labentibus temporibus, eo fastidito, & insuetam reuerfo, alium sibi Principem & Regem (ut mox dicemus) creauerunt. Sed ordiendâ est à principio historia, quæ ab antiquis Sueonum libris extractam habemus, quibus quidò constat, Rodericum post fata parentis paterbrogno Suctiæ Daniâ coniunxisse, primumq; bellum in Rutenos patris sui Hotheri occifores expediuisse, illisq; super-

Expediit Rodericus in Rutenos.

ratis, & sub Suecorum imperium redactis, totam regnorum suorum potentiam in Curetes, & ceteras Vandalicæ nationis gentes conuertisse. Quæ etiam ne prorsus improviso bello opprimerentur, dudum antea sibi prospicere curauerant, summopere conantes aduentantis hostis exercitum ad insidias detrusum tollere, uel fugare. Sed astutia astutiâ superate, Rodericus insidias in autores retorfit. Nam cum Vandali intra syluas & saltus non longè à portu, in quem Suctica classis contracta erat, latitarent, & occasionem submergendarum nauium per absentiam militum expectarent, circumuenti ab eis, quos se circumuenire sperabant, trucidantur. Reliquus exercitus Vandalorum ne hostibus congrederetur, abstinuit: in eo tamen inuentus est pertinacis animi pugil, corporis habitu insignis, officio, & professione Magus, qui singulos ad singulare certamè prouocabat. Nec minus Rex posito in duelli præmium torquæ aureo ingentis ponderis & ualoris, iuuentutè ad capeffendam uirtutis & honoris claritatè, ac mercedem excitabat. Tum repertus est in exercitu audacis animi athleta Vbbo Danicus, siue (ut alij scribunt) Erisius, qui magis honoris, quam præmij magnitudine prouocatus congressum pollicetur: à quo rogatus Rodericus preciosum torquem, qui uirtutis & uictoriæ præmium proponebatur, in alterius manus deponere, mox armillas & torquem (ut erat in nauigio collocatus) ingenti excussas iactu, postulanti porrigere statuit, sed conatû eius interstitij magnitudo fessillit. Quo factum est, ut citra destinatum locum collapse, fluctibus interceptæ perierint: unde Roderico cognomen Slingabond (quod significat fundæ funiculum, uel funditorem) euenit.

Pugil Vandalus.

Vbbo Danicus athleta.

Roderico cognome n.



**A**Ttanen constans in pugile animus, cui maior appetitus uirtutis, quam auri inerat, nihil eo commotus, hilarior campum ingreditur, & prostrato aduersario pugile Vandalo, uictoria potitus est, quamuis multis affectus uulneribus, confestim ex campo egressus, animam exhalarat. Reuerso in Daniam Roderico, primario insuperabilem difficultatē obiecit Horuendillus, quem primum in Iuthiæ præsidē promouerat, atq; ut fidiore obsequio obstrictus teneretur, filiam suam Geruthā ei in conubium sociauerat. Sed maius aliquid erat, quod Horuendilliana ambitio postulabat. Quippe non contentus secundus à Rege haberi, regnum occupandum restabat, antequam animus eius satiari posse crederetur. Itaq; quos putabat si uotis maxime repugnaturus, illos è uita tollendos curam in quorum numero erat Rex Nouergie Collerus, primam amicitia Roderico coniunctus. Hunc Horuendillus merito conatu lustratis saltibus, & sylvarum latebris questu duelloq; prouocatum occidit: deinde sororem eius Sela nomine, piraticis exercitum rebus, ac bellici muneris potam persecutus extinxit: nec finē facturus uideretur si uadaram insidiarum, donec iugulo Regis ferrum immergi possēt. Quocirca Rodericus faciēdo ex necessitate uictum, in paternum regnum Suetiæ se recepit: ibiq; toto tempore, quo tres successiue tyranni, uidelicet Horuendillus Feugo, Amletus, Daniā rexissent, perseuerauit: & tandem senio confectus decessit, contentus interim tributo uel potius, quam ei Horuendillus transmittere curauit. Dicitur quod Saxo, opima spolia, delectamq; prædā ab ipso ad Rodericum destinatam: sed nimis magno pretio ea prædā stabat, quando nullo alio premio, quam Regni Daniarum rona poterat compensari. Veruntamen ut res scelere &

Pugil Vadalus præsternitur ab Vbbone.

Et Vbbo ex uulnere obiit.

Horuendillus Iuthiæ præses habuit Geruthā filiam Roderici in coniugē.

Collerus Rex Noruegiæ occiditur.

Sela soror Regis interimitur.

Horuendillus, Feugo, Amletus tyranni.

gitio partæ, diurnæ esse non solent, ita Horuendillus regnum iniustitia, atq; impietate comparatum, citius quam sperauerat à fratre suo Feugone trucidatus reliquit. Sed neq; Feugoni felicius successit alieni regni per scelus occupatio: quando quidem ab Amleto non sine publica omnium letitia interfectus occubuit. Tandem quod Amletus in Feugone perpetrauerat, hoc à Vigleto occisus sustinuit. Et ita complures tyranni breui tempore ad generū Cereris cruenta morte descendunt. Cum interim Rodericus ad penultimos dies Regis Amleti tranquillo senio peruenisset, suorum regnorum heredem Attilum filium, cui patris nomen adaptauerat, reliquit.

## CAPVT XXVIII.

**A**Ttilus Roderici filius & hæres, in defuncti patris regno concordibus Suecorum & Gothorum suffragijs sublimatus, militari fortitudini & disciplinæ ita se totum tradidit, ut suo tempore nulli secundus in ea putaretur: nec solum in propinqua, sed longinqua militia conspicuus euasit. Siquidem omni studio conabatur maiorū suorum gloriam superare, aut æquare: idq; facilius se affecturum credidit, si partum ab ipsis parētibus nobilitatis fulgorem, otio desidiæq; non relinqueret corrumpendū. Idemq; de exercenda iuuentute Gothica in omni exercitio militari, continuè & prudenter cogitabat. Nullam enim perniciosiorem pestem in quacumq; Republica reperiri posse credebat, quam iuuentutem otari, uel corruptis moribus imbui. Proinde postquam militiam suam longè lateq; contractam, non modò militaribus armis & exercitijs, uerum etiam honestissimis uirtutum officijs, ad res arduas atq; honestas instituisset, Orientalibus terris & populis bellum inferre properauit. Quibus ad imperata

Tyranni se manu suo trucidat.

Attilus 29. Rex in patria.

Exercit iuuentutem studio militari.

Orientali populos subegit.

## CAPVT XXIX.

coactis, memoriae & considerationi subiecit, Veremundum iniusto titulo Daniæ regnum occupare, secluso selegitimo Roderici successore & hærede. Igitur nuntium, qui aulicæ paterni regni possessione, uel annuum tributum a Veremundo exigat, præmittere curauit, ne prius bellorum incommoda, quam pacis conditiones quæsuisset uideretur. No-  
*Veremundus su- per iniusta re- gni Daniæ possessione im- petitur.*  
*Expediitio con- tra Veremun- dum.*  
*Frouinus Da- nici exercitus præfectus.*  
*Ineunt duellum Attilus Rex et Frouinus dux.*  
*Frouinus pro- sternitur, & exercitus Da- nicus profligatur.*  
 gante utruq; Veremundo, Attilus ualidam classem electis-  
 simo milite instructam contra Daniam educit. Sed cu-  
 didicisset præcipuum Daniæ regni robur apud Iuthosa  
 gregatum, illuc seipsum, totiusq; classis potentiam expo-  
 re non dubitauit. Occurrit Frouinus totius Regij exercitii  
 præfectus, innumeris Danorum copijs sociatus: fit diutur-  
 na & atrox pugna, nec remissius certamen erat, quam  
 pro summo honore, & ipsa uita ageretur. Interea in  
 descentibus bellis, accidit ipsos agminum duces in multum  
 deuenire congressum, ferroq; inter se ita concurrere,  
 publicum bellum in singulare certamen commutarent. Ut  
 totis uotis uterq; ad bellum natus, & in bellis educatus,  
 tate uidebatur. Tunc enim tantus honor duello dabatur,  
 quantus uix triumphali curru inductis in urbem Roma  
 Imperatoribus exhiberi solebat: quandoquidem singula  
 certamen propria, triumphus sæpe aliena uirtute compe-  
 ratur. Igitur signo dato, uterq; exercitus à pugna cessauit.  
 Describitur circus, descendunt in pugnam pugiles pariter  
 armis & animis, conditio adijcitur, si Frouinus uincat,  
 bera sit à Sueonibus Daniæ: si uictor fuerit Attilus, Dani-  
 Suecis tributum pendat, et se uictam fateatur. Quo euenit,  
 crebrescentibus utrinq; plagis, Attilus armis superioribus  
 strato Frouino priuatae uictoriæ publicam inunge-  
 ret, passimq; diuisa Danorum ag-  
 mina profliga-  
 ret.

CAPVT

Itaq; parta de Danis uictoria, permissus est Veremun-  
 dus Daniæ regnum sub tributo administrare. Attilus au-  
 tem in Suetiam uictrices turmas reducens, ab incolis ingen-  
 ti gaudio suscipitur. Sed cum postea Dani à pactis discede-  
 rent, nec imperata facerent, aut promissorum rationem ha-  
 berent, Attilus comparatis denudò copijs, & grandi exerci-  
 tu armatus traiecit in Daniam, rebelles ad promissum, &  
 debitum obsequium reducturus. Fit iterum uehemens & a-  
 cerrima pugna, indignantibus supra modum Suecis, quod  
 toties uictus hostis arma resumeret, & rebellaret. Sed tum  
 alea belli in fauorem Danorum (ne superarentur) conuer-  
 sa, Suecos nec uictos, nec uictores in suas terras redire per-  
 misit. Veremundus tamen formidinem, quam de Attili uir-  
 tute & militari experientia dudum conceperat, nequa-  
 quam deponere potuit, donec ipsum in numero uiuorum  
 uersari cognosceret. Quocirca ipsum per insidias de me-  
 dio uiuentium tollere constituit. Cuius rei causa filijs pri-  
 dem occisi Frouini, Rethoni & Vigoni ad se accersitis, ne-  
 gocium occidendi æmuli imponit, promissa in præmiū fa-  
 cinoris paterna ditione, & muneribus magnitudine facti  
 condignis. Lætati iuuenes sibi tam gratum negociū sub  
 certissima magnorum præmiorū spe præcipi, ad quod sua  
 sponte & toto desiderio ducerentur, fideles efficacesq; ope-  
 ras suas pollicentur: statimq; in paternæ ultionis uota con-  
 iurati, sumpto leuioris armaturæ apparatu, Suetiam solita-  
 rij petunt, ingressiq; nemus, in quo Regem absq; comite uer-  
 sari solitum, fama cognouerāt, tela latebris mandant: dein-  
 de (ut hodie quoq; in Suetia fieri uidemus) Regem suppli-  
 ces adeunt: queruntur de infelici rerum euentu, quo pa-  
 trium relinquere cogantur: implorant illam eximiam Sue-  
 corum cōmiserationem, quæ omnibus aduenis promptissi-

Rursus permis-  
 titur regnum  
 Veremundo sub  
 tributo.

Rursus pugna-  
 tur contra Da-  
 nos à pacis di-  
 scedentes.

Filij Frouini oc-  
 cisi. Rethones  
 & Vigones in-  
 ducuntur ad  
 occidendū At-  
 tilum.

Retho & Vigo  
 supplices susci-  
 piuntur ab  
 Attilo.

b. 3

me exhiberi consuevit: pollicentur fidelissima ad quoddam preceptum obsequia: seq; in numerum minimorum scribi supplicant. His autem consentaneis uerbis Attilus se suamq; credulitatem flecti permittens, in primū, cum primo proximū militiæ gradum eos conscribi precepit. Deinde summam Danici eloquij suauitatem audis auribus percipiens, quærit, quis in illo prælio nuperrimè in Daniæ facto, magnum illum & præstantissimæ fortitudinis uirum Froinum, Regium præfectum occidisse diceretur. Ad hæc Rhetor natus maior inquit: Dubium adhuc est, quinam sit tanti uiri occisor: necesse enim est, ut cetero mortales in militari fortitudine, & omnium uirtutum raritate transcendat, qui tantum, tamq; in signe totius militiæ decus extinxit.

## CAPVT XXX.

**T**um Attilus, Ego (inquit) sum ille, qui in publico loco tam egregiam laudem hac mea dextra promerui: Moxq; subintulit de occisi Froini liberis, de eorum eundem de animo in paternæ necis autorem, de eorum inuicem inuicem. Ad quæ omnia rotundè uolubilisq; facundie digne ita responderunt, ut Attilus sufficiens documentarum, quas meditabantur, accipere potuisset. Sed necque in præsentem diem plenè intellecta fuerat eorum insuetudine, & conatus, tametsi ipse confestim imprudentis credulitatis suæ pœnas persoluerit. Paucis enim elapsis diebus, cum Attilus aciuendi roboris, uel recreandi animi solitaria digressionis negotio uteretur, ipsi Daniæ optis armis, solum & imparatum adoriuntur, confestim esse Froini filios, de quibus pridem fuerat sciscitatum, ut paternam mortem ulciscantur, aduenisse. Quo conposito, substitit ille interitus, & ne in præmatura sua

rescente adolescentiâ temerè præcipitaret, admonuit. Tangit (inquiens) animum meum quidam erga uos commiserationis affectus, quos noui iusto dolore in hæc præsentissima pericula deuenisse. Parcite ætati uestræ, parcite indoli, reseruate uos feliciori fortunæ, ne dum parentis necem temerè ulcisci properetis, in numerum ulciscendorū incidatis. Proinde paternæ mortis iniuriâ pecunia à se rependi permittant: quod utiq; ascribi possit eorum gloriæ, & claritudini sempiternæ. Hæc uerò se non timore percussum, sed misericordiatione adolescentiæ eorum motum admonuisse. Sed nimis tarda, et inanis illa admonitio erat, quæ feroces iuuenū animos in uindictam pertinacissimè accensos emollire nequiuit. Quippe post multa uerba hinc inde frustra iactata, in Regem pariter insiliunt, & quod tunc summè probrosum erat, duo unum trucidauerunt: ob quam infamem uictoriam Dani à Teutonibus suggillati, Semiuiri dicebantur, quòd non auderet unus eorum uni congregari, nisi alterius præsidio munitus & suffultus. Hoc patrato facinore, iuuenes ad suum Regem Veremundum reuersi, primis ab eo honoribus excipiuntur, utilissimum ab eis opus æditum, & promissis præmijs dignissimum iudicante. Plus enim utilitatem, quam honestatem æstimando, non illud quod uirtus agendum suasset, sed id quod securitatem maiorem præstare potuisset, approbare uidebatur.

## CAPVT XXXI.

**B**otuildus deinde Attili filius, siue (ut alij dicunt) nepos, trucidato per insidias Danorum parente, concordibus procerum & populorū suffragijs ad paternam sceptram utriusq; regni Gothiæ & Suetiæ sublimatus, Regiæ adm-

Attilus nefariè occiditur.

Dani semiuiri.

Botuildus 30. Rex in patria.

nistrationis officia ita exequabatur, ut principium gloriosum, finis nimium molestus sequeretur. Tota enim Sueonum Respublica, quæ sibi per eius prudentiã omnia felicissimè pollicebatur, ad irreparabilem ruinã delapsa, tantum ingruit, & deficit, ut multorum prudentium procerum diligentia atq; labore uix tandem poterat post longa tempore in pristinæ libertatis uestigium restitui. Quamuis enim clarissimis animi et corporis dotibus ita instructus esset, ut in electus, sed natus ad Regiam dignitatem ab omnibus aspi-  
 maretur, tamen parum earum rerum præstare curauit, quas ad tantum fastigium assumptus erat. Bella quæ ab eâ parente, & atavis, in longinquas terras, & malè meritis hostes extendi consueuerunt, hic in illustres ciues, & misera regni sui intulit. Prudentiam, qua in rebus gerendis perditus putabatur, sæpius ad ciuium perniciem, quam salutem conuertit. Malignis consultoribus aures & animum nimis adhibuit: quorum peruersa suggestione ad eam infelicem sortem deductus est, ut primò in patria contemptibilis, deinde in propinquis terris & regnis cõtemptus, publico odio iuste infectandus haberetur. Interea cum ea summa inlicitate laboraret, ut neq; à ciuibus, neq; ab extraneis amiretur, incidit illi non leue prælium cum Hugulino Danorum Rege. Qui comperta ipsius domestica cum propriis ciuibus controuersa, non parum exultauit, eam occasionem diu optatam tandem aduenisse, qua iniurias in regnum Danicæ à Suecis multo tẽpore illatas uindicare possit. Siquidem ad memoriam reuocauit, quomodo Danici Hothebroto Suetico Rege facti fuissent Sueonum tributarij, deinde ab eius filijs, Attilo atq; Hothero multis gradibus prælijs, & non serenda ignominia lacestiti, demum à Roderico funditore Rege Suetico sub iugum, & in seruitutem missi: nec parum æstimanda uidebatur illa bel-

lorum tempestas, quam pridem huius Botuildi parens, uel patruus Attilus, regno Danicæ non una, sed geminata irruptione inuexit.

## CAPVT XXXII.

Quamobrem nequaquam ulterius differendam esse belli expeditionem, sed statim instructa militibus classe, bellum nauale in Suecos transferendum putauit. Ea Danici Regis machinatione intellecta, Botuildus suam gentem parum ad bella pro tyranno uoluntariam, nauibus imponit, duosq; nauarchos, Hemotum & Hegrimum eidem præfecit: qui etiam publicum omnium odium in se ob perniciose consilia Regi ministrata prouocauerant. Igitur Dani nauale & acerrimum prælium aggressi, utruq; classis præfectum primo impetu superatum occiderunt. Quibus una cum nonnullis alijs trucidatis, Sueci se animosius & pertinacius defendentes, in sua littora salui redierunt, optimè animati & contenti, non solum quia hostibus in pugna pares fuissent, sed quia suos domesticos tyrannos de omnibus ciuibus, & tota patria pessimè meritos, marinis bellis sepeliendos reliquissent: quos utinam & nunc omnes illi perditissimi consiliarij subsequerentur, qui aures Principum adulationibus, & mendacijs, milleq; alijs fraudibus in perniciem innocentium seducunt. Profectò nunquam tot bella, tot seditiones, tot Regum ac regnorum euer-  
 siones audiremus, si lateribus Principum & Magistratum illi fideles consiliarij assistrent, qui suaderent maiorem rationem iustitiæ atq; honestatis habendam esse, quam sordidi lucri auri & argenti. Quis enim dubitat quin is Botuildus tanta nobilitate illustris, animiq; & corporis dotibus conspicuus, prudentia & militari fortitudine nulli secundus, si pares suæ fortunæ ac maiestati consultores asse-

Botuildus tyrannus, & pernicius regni erat

Hugulinus Danorum rex contra Botuildum.

Dani duos præfectos classis Botuildi superatos intermiserunt.

Adulatores Principum perniciosi.

cutus fuisset, nunc in numero clarissimorum Regum conscriptus, memoriâ sui nominis, ac laudem haberet immortalem, qui modò ut libero, ita iusto hominum iudicio, sed didum auaritiæ mancipium, & scdum omnis nequæ portentum nominatur, tam remotus iam ab omni ueritate, quam propinquus, dum ueniret, esse uoluit maligni hominum adulationi? Sed hæc quiescant.

## CAPVT XXXII.

Dani fecerunt frequentes irruptiones ob ignominiam Botuillæ.

**C**um interim Dani considerarent ipsum Botuillæ Cadeo exiguo fauore domi subnixum, sepe in Sueis sese irrupturos comminabantur, ut subiectus populorum butis & exactionibus ab eo nimis oppressus, tandem se libertatem uindicaret. Nec callidos hostes callidum sibi consilium. Siquidem dum Danis ab Occidua regni parte resistere parat, Ruteni Danis confederati ab Orientis Suecos impetum facientes, non solum infelici Regi, sed in regno negotium difficile & periculosum effecerunt. Quibus angustijs dum Rex sese circumseptum consideraret, ei possibile esset, uno eodemque tempore domesticas seu discordias, hostibusque potentissimis ab Oriente & Occidente insurgentibus occurrere, regnum relinquere, & fugam querere cogitauit. Nec diu distulit, antequam acceptum propositum effectui mancipaturus, sese in classem ad hoc paratam immitteret. Sed priusquam anchoris exilis eleuatis uento se committeret, quidam thesauri cuiusdam flos, sed prodigius, Regij honoris dilapidator Storbliand in aëre eius susurro edito, quæsiuit, an alicuius rei in terra oblitus esset. Cui Rex nimis tardè sapiens respondit, (inquit) nimis diu oblitus fueram bonorum procerum meorum consilia audire: in quâ obliuionem nisi incidisset, ego saluus in salua patria, quam nunc turbatâ relin-

Desperatus Rex fugit de regno.

cogor, permanerẽ. Moxque erectis uelis se ad Curetes fugitiuo similis recepit: unde tandem pacato in melius regno reuersus est, & tunc sanioribus usus consilijs, multa conatus est in statum feliciorẽ reducere. Sed fatorum necessitati succumbens, prius in mortem concessit, quam uidere potuit suam piã intentionem tam desideratum finem attigisse. Mortuus tandem non longè ab Upsalã in Regum monumentis apud patrum Attilum collocatus est, relicto nepote Carolo: de quo infra libro quarto latior sermo à nobis extendetur.

Fugit in Curlandiam.

Reuersus in regnum mortuus.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Suconumque liber tertius.

## CAPVT I.



**H**oc interea tertio libro Gothos in ulteriore Scythia commorantes aggressi, queramus quid post Troiana bella gesserint, an ne ignauia torpentes, maiorum gloriam, & egregiã illam laudem, quã olim subiugatis Scythijs, fugatisque Aegyptijs, & deuictis Asianis meruerunt, obliterari permiserint? Nequaquam (inquiunt) à parentum gloria degeneres uixeramus, sed totum conatum nostrum eo conuerteramus, ut nulla unquam secula præclarã gestorum nostrorum memoriam abolere possint. Enimuerò post multa secula sub potētissima regina Thamyri potētissimum Cyrum superatum deleuimus. Deinde Darium & Xerxem, summos totius Asiae Monarchas in fugam conuertimus.

Thamyriæ Gothorum Regina extra patriam.

Præclara gentis  
Gothica faci-  
tudo

Philippum Macedoniae Regem in amicitiam & affinitatem assumpsimus. Eius quoque filium Alexandrum Magni ad nostram societatem admisimus. Fuerat enim nobis insitus ille bellandi ardor, sed non minus in nobis uigens optimarum uirtutum appetitus: nulloque tempore nobis defuerant uiri in omni doctrina & eruditione præstantes, qui nos ab omni morum barbarie, & ignorantia liberatos, doctis Græcis (ut Græcorum testantur historiae) pares reddiderunt. Et ita utrunque tempus belli & pacis, nos nequam inaniter expendisse putemus, quando in pace sapientiam, & in bello militarem disciplinam prouide ac diligenter amplecteremur. His honestis & præclaris exercitiis hostibus terrorem incusimus, nobisque diurnam quietem & pacem comparauimus, donec potentissimus ille Cyrus Persarum Rex (ut dicere cœpimus) post deuictos longitateque populos, & nationes, ad memoriam reuocaret, sua terras & subiectas gentes, nostris patrumque nostrorum arma semper fuisse lacesitas, nec se in principatu quamuis amplissimo atque inexpugnabili, securum esse posse, nisi nos primum securitate, deinde uita priuatos, a patrijs laribus desperdat. Verum cum hæc medicaretur, & ad suorum sapientium consilia suum propositum referret, uisum fuit satis tutum esse gentem nostram ob multas uictorias formidabilem, aperto bello impugnare, sed in sidijs adortidam esse, quæ fortitudine superari nequiret.

## CAPVT II.

Cyrus mittit legatos postulantes doloze Thamyrim in matrimonium.

Mittuntur igitur à Cyro (ut testatur Herodotus) legati, qui Reginam nostram Thamyrim, potentissimam & prudentissimam foeminam, Cyro in matrimonium postularent. Hic fortassis nonnulli insurgent, affirmantes quod Herodotus, & Trogus Pompeius, eiusque breuiator

breuiator Iustinus affirmant, Thamyrim Scytharum fuisse Reginam: at contra sunt tres doctissimi uiri, Dion Græcus, Ablabius & Iordanes, qui testantur eosdem Scythiae incolas ex prima origine Gothos fuisse. Præterea Iosephus x. i. lib. antiquitatum. cap. i. i. affirmat Cyrum contra Massagetarum exercitum eduxisse, & uita priuatum fuisse. Massagetarum autem Strabo lib. xi. Orientales Gothos appellat. Quocirca licebit mihi Herodotum, & eius sequaces de rerum Gothicarum ignorantia reprehendere, sicut Manethon Aegyptius eundem Herodotum in rebus Aegyptijs errantem (teste Iosepho lib. i. contra Appionem) iuste reprehendit. Nec de nominum mutatione, quæ frequenter, & quandoque ex facili causa accidere solet, tam pertinaciter digladiandum esse opinor. Quippe quemadmodum Itali ex eo non desinunt esse Itali, quia Græci eos Barbaros, Francos siue (ut Cato ad filiū scribit) Spurios, & magis quam alios opicos uocant, ita nos non desinimus esse Gothi, quamuis ab imperitis, uel parum beneuolis scriptoribus Scythæ appellemur. Sed his relictis ad Thamyrim reuersus, considero ipsam sagaci suorum sapientum consilio considerasse, insidiosam fuisse Cyri legationem, per quam non suum coniugium, sed subiectorum Gothorum seruitus petebatur: proinde missis confestim legatis, Cyrum à regni ingressu prohibuisse. Qui, cum hic dolus non procederet, alia uia incedendum putabat. Siquidem ut eam leuem iniuriam, quam dicere uolebat atrocissimam, uindicaret, totum imperij sui robur eduxit, castraque ad Araxis fluentia collocans, fluminis ripas pontibus iungere cœpit, per eos deinde copias traieciturus.

## CAPVT III.

Occupato Cyro in eo labore, Regina per legatum mandat, uideat ne in alios bellum moliendo, sibi

Herodotus, eiusque sequaces errant de origine Gothorum scribentes.

Thamyris prohibet Cyrum ingressu regni.

Cyrus ad Araxim exercitum educit.

Thamyris detinet Cyrum à bello.



*Spargapifes filius Thamyris capitur, eiusq; exercitus insidijs Cyri profigatur.*

*Thamyris iterū Cyri ad conficiū laceffit.*

superatur, deinde à superueniente Cyro cum omnibus copijs suis, quemadmodum prædixerat Croesus, subiugatur, ex cuius copijs plurimi trucidati, multi captiuati, nonnulli etiam fuga seruati, ad Reginam redierunt. A quibus postquam rerum infeliciter gestarum ordinem didicisset, in caduceatore, talia referri iussit Cyro: Nō tibi blādiaris, a cōgratuleris Cyre, quōd uiros parum uirili uirtute deuoraris: dolis uicisti, quos armis superare nequiuisti: nec potius succubere, quā tibi. Filium meum, quem tibi fortuna captiuum permisit, si placet, æquo munere comperis dum ad me remitte. Ceterum siue id feceris, siue non, pante ad prælium: memento te esse in terra hostili, & cum hominibus negocium habere, qui fortitudine, non ad uincere didicerunt.

## CAPVT V.

*Spargapifes sibi mortem consciscit.*

*Cyri exercitus contra Thamyrim.*

*Cyrus cum omnibus copijs exitissim.*

**H**anc animosam Reginæ legationem admiratus Cyrus, iussit eius filium à uinculis absolui: qui mortituitan sibi libertatem, in suam extremam conuertit pnicem. Nam commotus captiuitatis uerecundia, ob quam materno conspectu se indignum putabat, gladium in uiscera proprijs manibus intorsit, præfatus, quōd delin superatus esset, qui fortes uiros superare didicisset. Qu fortissimo factō, etsi Cyrus consideraret, se periculosis negocium contra homines audacissimos suscepisse, attitudore simul animatus, ducenta millia Persarum & Medodorum contra Reginam ex castris eduxit. Illa autem quō ob filij mortem, & ad tantæ multitudinis aspectum terrore consternata fuisset, fuge stimulatione se ad interiora igni loca, sibi quidem peropportuna, hosti uerō minus commoda retraxit. Quam Cyrus forti magis quā

denti animo insecutus, ad præparatas insidias deuenit: in quibus cum uniuersa sua multitudine ita extinctus est, ut ne nūtius quidem superesset, qui acceptam cladem ad Persas referret. Testatur Metasthenes Persarū historicus, bellū illud fuisse sexennale. Tum Regina iussit inter tot innumera cadauera corpus Cyri perquiri, & ad suum conspectū allatum capite spoliari: caput uerō abscissum in utrem Persarum sanguine plenum immergi, adiecta hac memorabili exprobratione: O Cyre humano cruore inexplebilis, sanguinem bibe quem sūisti. Hoc loci quid aliud rectius adiecerim, quā talem sanguinarium, talibus exequijs dignum extitisse? Nec enim lex æquior ulla est, quā sæuos homines puniri morte cruenta. Hac parta uictoria, Gothi (ut inquit Iordanes) opimam prædam affecuti, primum sericā tentoria uiderunt: sub quorum apparatu Persicam pompam nibilo securiorem fuisse compererunt. Deinde Thamyris tanto triumpho, tantisq; spolijs locupletata, in partem Mœsiæ (quæ nunc ex magna Scythia nomen habet mutatum) se recipiens, ubi prope pontem Mœsiaci littoris magnificam urbem Thamyriam ex suo nomine edificauit. Quid autem rerum postea egerit, quia Iordanes silet, etiam ego silere compellor: atque interim ad Cimerias mansiones, Anthini & Darij pugnam inspecturus, accedam.

## CAPVT VI.

**A**nthinus Gothorum, cum adhuc in Cimerijs habitarent, Rex erat, circa ea tempora, quando Romana Respublica ob uiolatam honestissimæ Lucretiæ pudicitiam, ad illam memorabilem mutationem acuenit, qua Regum autoritas abrogata, & Consulum substituta fuit. Nec tunc longè aberat tēpus, quō sanctissima mulier Iudith Hofernem potentissimū Persicæ militiæ Principē (ne ab eo

*Thamyris condidit urbem Thamyriam.*

*Anthinus is, Gothorū Rex extra patriā.*



uiolaretur) occidit. Quo occiso, tota Persarum monarchia concussa est, & mutata. Darius enim unus ex septem Persicæ libertatis assertoribus ( ut habet Herodotus lib. 111. ) cognomento Hystaspis, summa astutia usus, non distulit eandem monarchiam occupare: qui etiam cum mulierum amore correptus, Anthini Regis filiam pergitos in matrimonium postulabat, adiectisq; legationibus, bellum nisi petitis consentiat, indicit. Cuius affinitas Gothi spernentes, legationem illam frustrauerunt. Quod contemptum Darius tanta indignatione suscepit, ut in uindictam totum sue monarchiæ principatum ad græssima & periculosa bella conuocaret: magna scilicet ratione ( inquit Orosius ) ut propter unius hominis libidinem septingenta, siue ut ( Diodorus ait ) octingenta millia uirorum periculo mortis exponeret. Vix enim credibile detur, quantus fuerit ille bellorum apparatus, ut tot millium armatorum incederent. Ego huic relationi non credere nisi graues auctores tantum numerum tradidissent, præsertim ipse Diodorus Siculus, qui lib. 111. ingentes exercitus Nini, Darij, Xerxis describit. Insuper ait Dionysium unicum Siciliae ciuitate Syracusana exercitum pedum centum viginti, equitum duodecim millium consecisse: naues quoque magnas, partim triremes, partim quinqueremes, quadringentas ex uno eduxisse portu: præterea Roma ante bellum Hannibalis ex ciuibus, & socijs suis, ducentena millia ad bellum apta descripsisse. Quocirca non minus ex hac, quæ nunc est, urbiu solitudine, præsertim eorum gentium expendat copiam. Sed nunc ad Darium redeamus: cuius ambitioni quem fructum tot labores, totæq; uictoriae, tot expensæ tandem pepererint, declauiemus. Ingentem Perse in Cimerias terras, magis cõtemptibiles, quam formidabiles à Gothiis putabantur. Quippe Gothi nec

æquam pugnam, nec ad deditonem se conuertebant, sed extrema copiarum lacerantes, plus negocij eis fecerunt, quam si aduersa fronte eis congressi fuissent. Darius igitur admirans quòd populus ad bella & arma natus nusquam in aciem prodiret, missis ad Anthinum Regem legatis, inquitur cur Gothi ita latebras captarent, & qui fortissimas gentes, ac remotissimas terras & nationes importunis armis impetere atque subiugare consueuerant, nunc nec in aciem procederent, nec se usquam ad apertum Martem paratos ostenderent, sed pristinae uirtutis immemores, se in seruitutem ( nullo adhuc bello fugati ) redigi paterentur. Si Persarum imperium agnoscere uellet, dona in signum subiectionis mittere curarent: sin minus, ad pugnam se præpararent, libertatemq; suam armis defenserent. Quibus Rex ( teste Valerio Maximo lib. v. de Dario Rege ) respondisse fertur: Gens hæc nostra non consueuit se ad arma, nisi eam magna ratio impulerit, conuertere, cum nihil in hac terra possideat, pro quo uelit se discrimini uitæ subijcere, præter sola sepulchra maiorum suorum: quæ si quis uiolare tentauerit, sentiat se cum uiris negotium habere, qui religionem à maioribus traditam enixius, quam uitam propriam tueantur. Reliqua omnia, uicos, uillas, arces, oppida, urbes, parum æstimantes, ne erigere quidem curamus, tantum abest ut pro eis mortis pericula suscipiamus. Sedes nostras sæpe pro consuetudine mutamus: idq; nunc propter aduenas facimus, non aliquo bellorum metu coacti, sed ut cedere solemus aëri corrupto, aut bestijs noxijs. Ceterum quòd Darius se nostrum dominum uocet, minime ratum habemus: nam sicut à seruitute remoti sumus, ita plurimum à dominio eius distamus. Quòd autem munera à nobis exigat, operam dabimus ut opportuno tempore talia mittantur, qualia in his terris nostra fortuna permittat.

Gothi Persarum copias lacerauerunt.

Darius exposcit dona à Gothiis in signum subiectionis.

Anthini Regis Gothorum responsum.

Darius Anthini Regis filiam in matrimonium postulat, sed frustra.

Darius octingenta millia uirorum periculo exposuit propter suam libidinem.

Dionysij Syracusani exercitus.

Roma quam potens & populosa olim fuerit.

**I**Taque ea legatione Darius magis prouocatus, quæ pacatus, ad interiora urget præcedentes. Visti sunt tibi aliquando aciem ostentare: quo comperto, Persæ illum se continuo præparauerunt. Iam erant acies ordinæ nec aliud præter signum lituo dandum restabat, et cæcus pusculus ex medijs dumetis accurrit. Tum Gothi subito clamore facto, cœperunt hostiũ præsentia non amplius cordari: omiſſa uoluntate pugnandi, cum pauci leporum insectantur, alij dilabuntur: ipsiq; Persæ hostes subito alantes admirari poterant, insequi non poterant, cum Gothi equitatu et uelocitate semper præualerent. Darius tur assumptæ prouinciæ pœnitentia ductus, ad suos perceres inquit: Ludificamur planè ab hominibus istis, et apparet irridemur, quando unius leporis cursus omnium respectum à nobis, et tot fortissimis militibus noſ auertit. Nec diu post Gothorum legati ab Anihino missi, tria munera minime præciosa Dario Regi offerunt, aurem, murem, ranam. Persarum proceres Regem afficiunt, et Rex eos, dimissoq; in terrâ uultu, uisus est dicere: Uicine sunt præmia tot laborum et itinerum, et periculum nostrorum: hæc uicine sunt tributa, propter que optuit septingenta millia uirorum armari, et in periculo mortis per tot discrimina rerum deuenire? Tandem post liquantulum silentium, quod ridiculosa munera consistum fuerat, Rex à legatis sciscitatur, quid sibi uelint hæc Regi à Rege missæ. Illi se nihil earum rerum scire referrent, nec quicquã sibi commissum fuisse, quàm ut illas offerrent et præsentaret. Tum adulator quispian, qui quàm in domibus Principum abesse solet, optatam occasionem se affectum fuisse gauisus, importune se ingerit. Darium alloquitur: Rex (inquiens) optime maxime,

Gothi paruipendentes exercitum Darij, leporem insequeuntur.

Gothi. Dario munera ridicula offerunt, sed non carentia mysterio.

Adulatoris cuiusdam interpretatio.

quid usquàm in cœlo, terra, mari, id totũ illa gens tibi subiectum confitetur. Siquidem hoc declarant hæc uiuentia: quorum auis ex aère, mus ex terra, rana ex paludibus producit. At Gobries, unus ex septem Persarũ primoribus, capite canus, consilio fidelis, eloquio uerax, cum consideret Darium in assentatoris sententiam cõsensisse, nõ passus est ueritatem adulatione superari, sed libera uoce clamat: O Persæ, nisi aut cum auibus auoletis, aut cum ranis flumina transeatis, aut cum muribus terræ cauernas aperiat, non erit quarta uia de manibus hostium elabendi.

Gobrie uera interpretatio.

## CAPVT VIII.

**M**ouit ea interpretatio Regem, ut primã curam de saluo reditu ante alia quæcunque negocia adhiberet, ratus quod tunc compertum haberet, nimis periculosum esse contra eos pugnare, qui in armis et laboribus nati, nullam rem fortitudini militari præferrent, diuitias sordes putarent, magnificas urbium structuras ut inutiles occupationes æstimarent, uoluptates contemnerent, delicias conculcarent, ocia fugerent, labores amplecterentur, hyemem et æstatem iuxta paterentur, humi quiescerent, et quicquid durum atque asperum esset, inuicto animo sectarentur. Proinde formidans ne sibi reditus, interrupto pôte Istri fluminis, negaretur, celerius quàm felicius ex terra hostili sese abripere procurauit. Gothi enim explorata uia ad redeundum uoluntate, uelocissimo cursu uiarum compendia quærentes, prius ad pontem, quem Darius sub custodia reliquerat, perucnerunt. Sed pontis custodes iam à parte Scythici littoris ipsum, ne insidijs aptus esset, dissoluerant: ad Persarum autem reditum mox repararunt, suos, ut secura fuga salutem quærent, transuecturi: fit in littore atrox prælium, in quo Persæ fusi, fugatiq; ad irreparabilem

Darium Gobrie interpretatio approbat.

Darij exercitus ad Istrum cecidit.

*Antenor Rex Francorū occiditur.*  
 lem ruinam corruerunt. Erat in eo Persico exercitu Antenor Francorum Rex ( ut ex Hunibaldo Francorū historico colligi potest ) à Scandianis siue Gothis occisus. cuius lius Marcomirus oraculo monitus est, ne temerè Gothi sollicitaret, teste Irenico lib. 111. cap. 133. Rex tamen Darius per summā difficultatem elabatur cum maiore exercitus parte, amissis octoginta millibus fortissimiorū gnatorum, quæ ille in damnis non computabat præ militum multitudinc, qua succinctus aduenerat. Hæc tamen Herodoti historia dissimulanda non est, qui affirmat, quod thos in Thracia à Dario superatos. Sed nõ repugnat à Getarum partem, quæ in Thracia resederat, ab ipso peroratam fuisse, et illam quæ relicta Thracia ad latissimam meriæ terras redierat, rursus Darium superasse. Sed fuga, nec mors Darij finem Persico bello imponere uidebat. Xerxes enim filius eius, et in Persico regno successorem paternam iniuriam à Gothis acceptam, tam tenaciter maria conseruabat, ut prius omnium aliarum rerum, quæ ipsius obliuisci posse, aut uelle crederetur: statuit, quod experiri omnia illa difficillima negotia atq; incommoda quæ Reges bellum gesturi sufferre coguntur, antequam ponere posset tam uehementem animum uindicandi, tur septingenta armatorum millia exemplo patris militiam conscripsit. Sed cum nec tantum exercitum contra Gothorum potentiam satis esse putaret, adiecit tunc auxiliarium copiarum millia: quæ cum adhuc parum proficere uiderentur, adiunxit etiam mille rostratis nauibus tria millia nauium onerariarum.

## CAPVT IX.

**Q**uibus copijs etsi nõ solum Gothis, sed toti orbi terribile bellum inferre posse putaretur, illi

ut principio terribilis, ita exitu inanis et contemptibilis apud omnes habebatur. Quippe Cimerias Gothorum mansiones aggressus, quum consideraret suam Persicam gentem et pompam ab animosis hostibus non timeri, sed aperte contemni, substitit, et quid consilij capiat, inquirat. Tandem quum nec semel cum hostibus congregi tentasset, bellum in Græciam tanquam facile superabilem conuertit: ubi infelicissimo prælio confecto, multisq; sine numero amissis, uix ipse turpissima fuga ad ludibrium fortunæ reseruatus euasit, poenasq; perpetrati nuper sacrilegij persoluit. Enimuerò ( ut testatur Iustini historia ) ante naualis prælij congressionem miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos ad templum Apollinis diripiendum, prorsus quasi non cum Græcis tantum, sed cum Dijs bellum gereret: quæ manus tota imbribus et fulminibus deleta est, ut intelligeret, quanto grauior offensa Deorum esset, tanto nullas esse hominum aduersus Deos uires: ipseq; hostis infeliciter fugiens, piscatoria scapha timens et trepidus elabatur. Erat res spectaculo digna, et ad æstimationem rerum humanæ sortis uarietate miranda, in exiguo latentem uidere nauigio, quem paulò antè uix æquor omne capiebat: carentem etiam omni seruorum ministerio, cuius exercitus propter multitudinem terræ graues erant. Nec pedestribus copijs, quas ducibus assignauerat, felicius iter fuit. Si quidẽ quotidiano labori ( neq; enim ulla est mentibus quies ) etiam fames accesserat: multorum deinde dierum inopia contraxit et pestem: tantaq; sceleris morientium fuit, ut uix cadaueribus impleretur, alitesq; et bestiae scarum illecebris sollicitate, exercitum sequerentur. Hæc Iustinus in memoriam et ignominiam sacrilegi tyranni sempiternam: cuius turpem atq; infamem exitum, si nostræ ætatis Principes, qui se sacrilegio felices, et inclytos fore

*Aggreditur mansiones Gothorum Cimeriarum.*

*Luit poenas perpetrati sacrilegij.*

*Exercitus fatis liter deletus.*

*Rex fugit.*

*Fames et pestis sequuntur.*

confidunt, attenderent, fors an raptā reportarent, & heredes potius uirtutibus claros, quam uitiorum sortibus obscuros, post se relinquere curarent.

## CAPVT X.

*Anthreas 16, Rex Gothorum ex tri. patriam. Histriani inferunt Gothis bellum.*

*Anthreas renunciat auxilio Philippi Macedonis.*

*Philippus à Byzantinis in Cimeriis terras bellū trāsfert.*

**A**Ntheas posthac euolutis aliquot annis in Regni Gothorum assumptus, primum belli negocium Histriani illatum sustinuit. Sed cum eorum fortitudinem imparē consideraret, auxilium à Philippo Macedonum Rege per Appollonienses petit, in successione eum Gothici adoptaturus, si opportuno tempore opem accommodaret. Sed cum auxilia diutius differrentur, & inter Histrianorū Rex in fata cōcedens, Gothos à metu belli, necessitate implorandi auxilij liberasset, Anthreas mox legatos Philippo renunciat, se neq; auxilio eius indignum, neq; in adoptionem cōsentire posse, uiuente adhuc in eodem filio, & herede. Quibus auditis Philippus legatos mittens, petit sibi damna & expensas belli pro eo suscipi refarciri: quod eò prōptius eum facere debere, quod nuper à se in eius auxiliū militibus, ne sumptū quidem nedum officij pretia dederit. Anthreas sterilitatem Scythæ soli causatus, respondit, quod non diuites facit incolas, alimenta solum ad necessitatem subministrat: nec aliquid sibi esse opes, quæ tanto Regi dignè conferri possint: Scythas, siue Getas, uirtute animi, & fortitudine corporis non opibus censerit. Quibus uerbis cum Philippus se dederi putaret, bellū à Byzantinis in Cimerias terras trāsfere decreuit. Sed cum satis cognitum haberet ex prioribus gestis Cyri, Darij, Xerxis, Getas tantæ audaciæ & potentæ esse, ut nimis difficile esset, ipsos uiribus & armis superari, ad solitas suæ astutiæ artes, quibus semper ubique abundabat, se conuertit, ratus id uerum esse, quod

nostra quoq; ætate uerissimum fore experimur, uidelicet Gothos in primæua eorum patria hostium armis nunquā cecisse, nisi ipsorum dolis & fraudibus sese prius submississent. Igitur Philippus legatis ad Antheam missis, nūciari fecit, se inter grauias discrimina belli Byzantini uouisse statuatam Herculi in ostio Histri collocandā: idcirco nullas insidias moliturus, sed amicus, & pacato ingressu, ad amicos Scythas accedere uellet, publicæ religioni satisfactorus. Anthreas autem non tam hebetis ingenij erat, quin satis intelligeret, quorsum hæc astuti hominis religio tenderet. Proinde iubet, ut si obligationem uoti soluere uelit, statuā sibi mittat: polliceturq; se curaturum, non modò ut ponatur, uerum etiam ut inuiolata permaneat: exercitū autem fines suos ingredi, negat se permissurum. Si uerò inuitis Getis statuam posuerit, eo digressio se sublaturū, uersurumq; æs statuæ in aculeos sagittarum. His utrinq; irritatis animis prelium committitur: in quo cum Getarū uirtute Philippus superaretur, ad consuetos dolos, & callida stratagemata reuersus, uictor euasit, abactis uiginti millibus puerorum & foeminarū: nec parua erat copia pecoris abducti. At auri & argenti, quo Græcorum ardor habendi extingui posset, nihil occurrit.

## CAPVT XI.

**G**othilas deinde sublato è numero uiuorum Anthæa, in sceptrā Geticā successit: cuius inuictam animi uirtutem cum idem Philippus Macedonum Rex consideraret, cœpit se ad ea consilia conuertere, quibus offensos Geticæ getis animos sibi reconciliare posset, ne fortè Græcorum hostibus aliquando confœderata, iniurias iam pridem sibi illatas ad animum reuocaret, & uindicaret. Quocirca nihil sibi, & suæ Reipublicæ felicius euenire posse putauit,

*Philippus dolo Gothos tētat.*

*Philippus Stratagematibus uicit Gothos.*

*Gothilas 17. Rex Gothorum ex tri. patriam.*

quàm si legatis ad Gothilā missis, filiam eius Medompā in coniugem impetraret: ea enim affinitate non solum pōniciosas illas ueteris inimicitiae reliquias aboleret, uerum etiam Macedonicum imperium contra quorumcūq; hostium potentiam confirmaret. Fuiisset quidem ea Philippī prudentia magnis laudibus extollēda, utpote quae pacifice accōmodissima uidebatur, nisi in se reconditos inmodoli aculeos cōtinuisset. Quippe postquā Medompā in coniugem impetrasset, Gothos, quos tunc maxime ob eius affinitatis benigno fauore prosequi, et ab incommodis tueri debuisset, grauibus iniurijs iterum uexare contendit. Na (teste Dione Græco) cum bellis exhaustus inopia aeris periculum laboraret, deliberauit Vdistanā Mœsiae ciuitatem Gothis subiectam, instructis copijs uastare: quasi idem esset, Regibus amicitia copulari, et ab eis uiolenter spoliari. Profecto hinc nostri temporis tyranni magis utile, quam honestum exemplum sumpsisse uidentur, qui non ex illis hostibus in quos suae seueritatis frameas exacuunt, subiectorum ciuium uiscera crudele et impium ferrum mergere non erubescunt: immo etiam hostibus undiq; circumsepti, plures fidelissimos ciues, quam infestissimos hostes perdere conantur. Siquidem in hostiles turmas leuētimiditatem, aut asinorū ignauiam referunt, qui in subditi innocentes, eosdemq; inermes, leonū et tygridum ferocia ac belluinam rabiem imitantur. Hoc modo Philippus suos confederatos amicos et affines Gothos adortus, ciuitatem eorū impugnat, ut tandem expugnata suae crudelitatis ministris diripiendam exponat. Erant in hac urbe complurimui, qui admirandae religionis speciem praeseferentes, eximia erga Deum, siue diuinā religionem et pietate dicebantur: erantq; sacerdotes, et proximam potestatem a regem autoritatem habentes. Hi patefactis partibus, cum

Medompa filia Gothilae nupsit Philippo Macedoni.

Tyrannus fœdera affinitatis non seruat.

Vdistana Mœsiae ciuitas oppugnatur a Philippo.

Priores sacerdotes auerunt Macedonas ab excidio urbis.

tharis et sacris uestibus obuiam armatis progressi, patrios Deos, ut sibi propitij Macedonas repellerent, uoce supplicii precabantur. Quos Macedones sic fiducialiter sibi occurrere contuentes, super nouitate inexpectatae rei stupefacti persisterunt, Deorumq; numine perterriti, inermibus armati terga uerterunt, acieq; soluta, quam ad bellum instructam produxerant, fuga salutem quaesierunt: nec tantum ab urbis excidio cessauere, uerum etiam quae foris iure belli occupauerant, restituentes, pacati redierunt. Memoria tamen huius iniuriae in sacerdotium, et religionem illatae, non tam facile (ut ait Iordanes) potuit ab eorum sacerdotum cordibus aboleri, quam facile fuit preparatis Macedonibus imparato Gothos adori. Quippe ea occasione Gothi multa bella aduersus Macedonas postea mouerunt. Soporionem enim Magni Alexandri legatum, cum triginta millibus armatorum deleuerunt, ac Philippum Regem paulo ante domuerunt, ut ait Iustinus, qui etiam eos Scythas nominat. Iordanes tamen, et alij id Gothis adscripserunt, quos antiqui Scytharum nomine comprehenderunt. Alexander Magnus cum Gothis pacem seruauit, testantibus Strabone, Arriano Campano. Iustinus tamen eos ab ipso aliquando uictos affirmat, cui alioqui nemo subscribit.

Gothi vindicant iniurias.

Alexander Magnus cum Gothis pacem seruauit.

## CAPVT XII.

Sitalchus ex praecipuis Gothorum proceribus ob egregia fortitudinis opera, et summam in disciplina militari experientia, Gothorum Princeps efficitur, circa annos ante Christum natum trecentos. Qui cum circumspexisset in quas gentes sua fortitudine iusto bello extendere posset, subiit denuo in eius memoriam illa ipsa sacrilega et impia

Sitalchus rex Gothorum extra partem.

*Exercitus Sitalchi contra Macedonas.*

impugnatio ciuitatis Vdisitanæ per Philippum Regem tentata. Quamobrem exercitum centū quinquaginta milium pugnatorum aduersum Macedonas educens, omnem Græciam peruastabat, eo tempore, quo proximus successor Alexandri Magni Perdicas Macedoniae imperium gubernaret. Qui etsi opportunis locis Gothis huc atq; illuc berè transeuntibus resistere conaretur, in aciem tamen istam tantus Princeps prodire nõ audebat: & ita illa in Macedonia uis, quæ nuper totam Asiam suo subiugauerat imperio, nunc in patrio solo aduersus Gothos ita elanguit, ut extra patriam cum Alexandro in remotissimis orbis partes omnino transfugisse uideretur. Propterea Sitalchus direptis omnibus penè locis, uastatisq; agris quam prout longissimè & latissimè, cum illi nemo aciem pugnaturus opponeret, onustum prædis, & locupletissimum, atq; incolumem reduxit exercitum. Hic autem Gothorum in tantam Macedonia excursus, uidetur fuisse primus in Europam, uelut ad matrè suã post tot secula reditus. Nam prius illorum fortia facta, Asiam terrebant, & subiugabant.

*Primus reditus Gothorum in Europam.*

## CAPVT XIII.

*Dromgethes 19. Rex Gothorum contra patriã.*

**D**Romgethes tandem ob eximiam probitatem suam parum post fata Sitalchi ad Gothici regni in Thracia administrationem communi procerum & populorum consensu uocatus accessit. Huius potentiam Lysimachus Alexandri Magni indiuiduus comes, & postea in parte Macedoniae regni successor, non satis feliciter impugnauit, immemor prudentissimæ exhortationis, qua idem Alexander consuluit Gothos (quos & Getas appellauit) uitandos esse. Erat hic Lysimachus (ut autor est Iustinus) illustris Macedoniae loco natus, sed uirtute & rerum experientia omnino nobilitate clarior: quæ tanta in illo fuit, ut animi magnitudi-

*Lysimachus.*

tudine, & ipsa philosophia, uiriumq; gloria omnes eos, per quos Alexander Asiam & Orientis regna perdomuit, superauerit. Quippe cum idem Alexander Callisthenem Philosophũ, quod Persicæ salutationis pompam indignanter tulerit, truncatis crudeliter membris, abscisisq; auribus, ac naso, labijsq; deforme ac miserandum spectaculum reddidisset, insuper cum cane in cauea clausum ad metum cæterorum circumferret: tunc Lysimachus miseratus tanti magistri, & præceptoris sui, non culpæ sed libertatis pœnas pendens, uenenum ei in remedium calamitatũ dedit: quod ad eò ægrè Alexander tulit, ut eum obijci ferocissimo leoni iuberet. Sed cum ad cõspectũ eius cõcitus leo impetũ fecisset, manum amiculo inuolutam Lysimachus in os leonis immerisit, arreptaq; lingua feram exanimauit. Quod cum nunciatum Regi esset, admiratio in satisfactionem cessit, charioremq; eum propter constantiam tantæ uirtutis habuit, ut cum ipsum aliquando equo desiliens casu fortuito cuspidis suæ hastæ in fronte uulnerasset, ne sanguinis effluxu uitam exhalaret, diadema sibi demptum Rex alligandi uulneris causa capiti eius imponeret: quod auspiciũ primum Regalis maiestatis Lysimacho fuit.

*Alexandri crudelitas in Callisthenem philosophum.*

*Lysimachus suscitauit leonem.*

*Alexander capiti Lysimachi suũ diadema imposuit.*

## CAPVT XIII.

**T**Andem post Alexandri mortem cum inter successores Alexandri prouinciæ diuiderentur, fortissimæ gentes eidem quasi omnium fortissimo assignate sunt: adeo etiam uniuersorum consensu palmam uirtutis inter cæteros tulit, qui tantæ Gothorum uirtuti par esse nequiuit. Quamuis enim nulli in militari disciplina secundus haberetur, copijsq; fortissimarum gentium succinctus, contra Gothorum Regem Dromgethem bella in istro promoueret: tamen commisso grauisimo prælio, in manus Gothorum

*Lysimachus contra Gothos pugnaus ab eis captus.*

Regis uiuus peruenit. Quem cum Rex non solum militari fortitudine, uerum etiam diuinarum & humanarum rerum scientia, maximaq; experientia clarissimum aduertens, non ut hostem, sed ut familiarem amicum ad se perducendum ita alloquitur: Cum *Lysimache* publico testimonio tantum eruditus & sapiens existas, ut satis intelligere possis, in quos humane potentie arma iuste conuertantur, plurimum miror te in nostram gentem nulli noxiam, nullis indignantem, nullaq; bella, nisi graui iniuria lacepsitam, moliri consuetam. Quibus dictis ostendit se, & suos semper uixisse ab omni auaritia alienos, nihilq; aut parum a deuitis opulentissimis tyrannis & regnis, praeter licentiam opprimendae innocentiae unquam abstulisse. Proinde nec ullas diuitias nec Regios thesauros apud se reconditos esse, ob quos autem homines digladiari solent: sed nostro (ait) frugali uictu contenti, ita nostris rebus utimur, ne aliena nullis iniuriam afflicti iniuste diripere cogamur, ciuiles illos mores amplexi, qui monent plus honestati & uirtuti indulgendum esse, quam diuitijs, quae suos possessores occupare possunt, sed uices autem efficere non possunt. Ne igitur talibus mortali- bus bellum infer, sed eis potius amicis utere. Has memorabiles exhortationes adduxisse contentus, donatum hospitaliter *Lysimachum*, & amicitia sibi deuinctum, anuisse libertati restituit. Profecto hic admirari conuenit, naturam boni illi genti eo tempore donasse, quod Graeci & Latini longi sapientum doctrina, praecipisq; Philosophorum uix hoc aetate consequi ualuerunt, cultosq; mores inculta barbarici collatione superari, tantumq; immo magis in illis ualuisse uicia ignorare, quantum inter maximos Philosophos subtiliter de uirtutibus disputare. Sed hic dissimulandum non est, quod hunc *Dromgethem* Thraciae Regem *Orosius* lib. 11. 1. nominet, & historiam prosequitur: similiter *Linus*

*Eusebius*, *Eutropius*, & alij. Attamen *Iordanes*, & *Strabo* *Getam* dicunt: quod etiam ueritati magis consonat. Ideo autem praestantes illi uiri Thracem cum fecerunt, dum *Getae* frequentius in Thracia imperarent. Aiunt & adhuc locum in Thracijs nomine *Lysimachiam* ab illa pugna nominatum, cuius meminere *Plinius* lib. 11. 1. *Nat. historiae*, *Stephanus Byzantius*, & *Ptolemaeus*.

## CAPVT XV.

**T**Anobontam deinde Regem Gothi habuere, cum in Thracia residerent: sed quo tempore, nondum ex historijs plene compertum habeo, neq; etiam quicquam gestorum eius praeter nudum nomen ex *Perotto* *Sipontino* ad me peruenit. Ita inuiderat fortuna praeclearis & magnificis *Getarum* gestis, quae nimium iniqua sorte alijs magnificos rerum scriptores tribuerat, qui parua facta tanquam maiora usq; ad sidera efferrent. Attamen graues autores testantur, *Getas* (ut diximus) multis nationibus excellentius sapientiae studuisse, & ab initio fidem uel opinionem de animae immortalitate a doctissimis Philosophis didicisse: inter quos erat *Zenta*, de quo dictum est, & *Salmoxes*, qui fuit homo (inquit *Herodotus*, ut ego a Graecis accepi *Hellepontu incolentibus*) *Sami*q; seruitute seruiuit *Pythagorae* *Mesarchi* filio, qui claruit circa annos sexcentos ante Christum natum. Ab illo tandem emancipatus, & multo auro, argentoq; locupletatus, ad patrios agros reuersus est: ubi cum comperisset gentem suam non ita uirtutibus operam dare, ut aequaliter honestati uita, ac militari disciplina se accommodaret, cogitauit se non sibi soli, sed etiam patriae natum. Proinde nobiliores suae gentis, tum doctrina, tum exemplo, & morum probitate, ad uirtutis studia inclinauit, secutus in omnibus doctissimi praceptoris sui *Pythagorae* instituta, cui quipsum

*Dromgethes* Rex  
*Lysimachum*  
captum alloquitur.

*Gothi* suo cotentis & frugales.

*Clementia* Dromgethis erga *Lysimachum*.

*Lysimachia*.

*Tanobonta* 20.  
Rex Gothorum  
extra patriam.

*Gothi* studiosè  
operam dabant  
sapientiae.

*Zenta* & *Salmoxes*  
philosophi.

*Pythagoras* philosophus.

mæ & memorabiles sententiæ attribuuntur, quas Lati diligentia in manipulum unum colligauit. Verum inter non infima uidetur, quam ex eius ore susceptam Salmoxis suis Gothis sollicitè inculcare studebat, uidelicet, Egesta esse, & omnibus modis abscindenda esse hæc omni languor à corpore, imperitia ab anima, luxuria à uenâ à ciuitate seditio, à domo discordia, & à cunctis rebus temperantia. Veruntamen cum consideraret mentes nihilum Getarum sic inclinatas, ut ad uiam uirtutis magis, quam cogi possent, domicilium extruxit, ad quod plures eorum sub specie conuiuij, re autem uera ob honestatè disciplinam excipiebat.

## CAPVT XVI.

**D**emum postquam proceres & populos in præceptis institutisq; uirtutum confirmasset, cepit de nimæ immortalitate cunctis applaudentibus disputare, cuncto neq; se, neq; suos conuiuas, neq; illos, qui illic afflignerentur, morerenturq;, interire, sed in eum locum migrare, ubi superstites semper, omnium bonorum comites essent, optimamq; uitam ducerent, quam sempiternum uo continuarent. Hoc modo persuasis discipulis, in suburbanum ædificium, quod interim construxerat, se à uocato conspectu clam subducens, magnum sui desiderium in triennio gentibus suis reliquit, quæ ipsum non secus ac matrem lacrymis ac luctu prosequerentur. At quarto a suorum conspectui restitutus, satis probasse uidebatur sententiam de animarum æternitate, & præmio uirtutum sempiterno. Tantaq; incepit increfcere admiratio (teste Sabinone) ut par Regi haberetur: illumq; Rex in consistorio administrandi regni assumpsit, optimè sibi, & suo regno consultum putans, quando sapientissimi uiri consilij sub-

taretur: uisusq; est Rex omnia sua decreta & responsa ex Deorum oraculo proponere, quemadmodum Numa Pompilius suis legibus ex consilij Deæ Egeriæ diuinam tribuit auctoritatem. Durauitq; ea consuetudo ad plura secula in gente Gothorum, ut semper aliquis sapientissimus, & diuina auctoritate præditus Regi assisteret, & eius consilia in bello & pace moderaretur. Talesq; sapientes post fata in numerum Deorum à Gothis iustius referebantur, quam à Romanis, qui non raro ignauissimos tyrannos, & enormium uitiorum portenta Deorum collegio ascripserunt. Eo igitur modo sapientissimi Pythagoræ discipulus Salmoxes, diuinos honores affectus, occasionem intolerabilis erroris circa uerum ueri Dei cultum ad suos posteros, præsertim Getas, transfudit.

## CAPVT XVII.

**B**oroista inter clariores Gothorum Reges merito connumerandus, eo tempore Gothico regno præficitur, quando Sylla Romanis uiolentius, quam modestius imperabat: qui in urbe Roma natus, & educatus, barbarissimos mores in suos crudeliter exercebat: hic autè Geta in barbaris terris mores humanissimos se didicisse monstrauit. Ille in ciues sicarius fuit, hic etiam in deuictos hostes benignus, utq; humanus apparuit. Ille temerè, hic prudenter: ille uiribus, hic consilij & uirtutibus suscepti imperij iura exercebat. Proinde illorum duorum principum collatione satis ostendi puto, non omnes Getas inhumanos esse, uel fuisse: nec qui Romanus est, continuo ob id à morum barbarie alienus est. Huius Boroistæ egregiam laudem cum Diceneus admirandi ingenij Philosophus comperisset, relictis Græcorum, suæ (ut alijs placet) Aegyptiorum scholis, in quibus usq; ad summam sapientissimorum hominum admirationem

Boroista 21. Rex Gothorum extra patriam. Sylla et Boroista collatio.

Diceneus Philo- sopherus relictis scholis Gothos accessit.

Salmoxis sententia.

Salmoxis doctrina de immortalitate anime.

Astutia probatur rudi populo immortalitatem anime.

Adhibitus est à Rege administrando regno.



*Bonigae susceptus & honoratus à Rege.*

creuerat, nō prius quieuit, donec ad agros Gothicos transisset, ut in amicitiā sui Regis insinuaret. Quem prius Rex ea humanitate collegit, qua planē ostenderet, se p̄estimare ipsam diuinarū humanarūq; rerum nouitiam eiusq; professores, quā caducas transitorij regni finas, quæ ad ueram sapientiam comparatæ arena erant, sunt, & lutum deditq; illi non infimi honoris locum, sibi parem in dignitate & autoritate, ut erudiret Primum eius, sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret, qui etiam non minora præstare curauit, quā ab hominibus iuxta gratissimo atq; doctissimo poterant expectari. minor erat eius autoritas in populo, quā Salmoxi, quo paulō antè diximus. Quicquid enim suasisit, mox p̄li Leti & alacres efficere curauerunt, firmiter credentes non uocem hominis, sed Dei præcipientis se audiuisset. struxit eos plurima sapientia: deinde ut sapientiam tatis religione decoraret, sacerdotes elegit, pontifices nauit, qui leges, & religionem sapienter interpretari publicæ consulerent tranquillitati.

*Dicenei auctoritas.*

## CAPVT XVIII.

*Dicenei instituta in gēte Gothica.*

**E**T cum cerneret Regem, ac populos sibi in omnem obediētia habereq; ingenium à natura mite & doctam omnem penē philosophiam (cum peritissimus erat) instruxit. In primis fecit eos in omnibus præceptis, iustisq; uirtutum ita abundare, ut absterfa omni morum uarietate, cunctis populis in omnibus uirtutum officijs superer haberentur. Deinde secretas naturæ causas eis didiciter aperiens, effecit ut nō solum moribus, uerū etiam diditarum rerum sapientia pollerent. Præterea ut iustitiam lerent, pacificiq; uiuerent, leges eis præscripsit, quaru uolumen copactas lingua Gothica Bilagenei ap-

*Bilagenei leges Gothorum.*

ri iussit, quod Latine iuxta leges dicere possumus. Neq; etiā passus est eos Logicā, qua uerum à falso discernitur, ignorare. Demū nihil omisit, quod ad uniuersam rerū cognitionē pertinere uidebatur: cælorum intercapedines, siderū differentias, stellarum cursus, planetarum aspectus, signorum motus, Solis & Lunæ eclipses, cæterasq; cælestium mirabilium causas edocuit: distinctiones temporum, terræ motus, accessus & recessus marinorum fluctuum ostendit: fecitq; sua singulari prudentia, quod Martiales uiri, armorū oblitati, literis indulgerent: alius Geometriæ addictus, rerū mensuras in puluere descripsit, dum alius Astronomiæ se accommodans, cæli signa subnotaret, uenturamq; tempestatem præsigiret. His atque compluribus hontibus studijs Diceneus in sua gente præstantissimus apparens, ipsum Regem Boristam ut armis formidabilem, ita sapientia admirabilem effecit. Quippe ut Rex sapienti consiliario paruit, ita populi prudenti Regi in omnibus obediuerunt. Siquidem ingentis obediētiæ argumentum erat, quod à Diceneo persuasi uites excidere, & sine uino uitam agere cōserunt. Igitur Borista his clarissimis uirtutibus eō magnitudinis gentem Gothicam extulit, nunc exercitatione corporum, nunc fortitudine animorum, nunc uictus sobrietate, nunc edictorum obediētia, ut intra paucos annos adeo laetum adeptus sit imperium, ut Romane urbis principibus solitudinem incuteret, & timorem. Enimvero postquā nullas finitumorum terras Gothice ditioni subiecisset, traiecit audacter Istro, Macedoniam, Illyricum, terrasq; Romanorum eis uicinas, cum Romani nominis contemptu deuastando peruasit: prædasq; ingentes inde reportans, spem concepit in reliquum cum Romanis pro uirtute & gloria præliandi. Proinde Cæsar Augustus (uti testatur Strabo) aduersus Boristam, & Gothicam gentem ingentem

*Gothi literarū studiosi.*

*Vir sapiens præstantior est fortis.*

*Borista sapiens, erat formidabilis Romanis.*

struxit exercitum. Veruntamē antequam ad bellum p-  
nireretur, Borista in fata concessit.

## CAPVT XIX.

Comositus 22.  
rex Gothorū,  
& Pontifex.

**C**omositus ob insignem in armis claritatem, &  
excellētem in rebus gerendis prudentiā, defuncto  
Borista, nō solum in regni solio, uerum etiam in Pontifici  
dignitate surrogatur. Quicquid enim ad optimum re-  
gem, & sapientem Pontificem, eorumq; officium spectat  
id totum in hoc uno Composito excellentius eminet.  
Quippe iustitiam (quæ summē necessaria est in omni ci-  
li conuictu) summo studio ubiq; & semper obseruari iu-  
bat. Pietatem erga Deos ita conseruabat, ut se mortalis  
obnoxium semper fateretur. Igitur Cæsar Augustus con-  
nullum Regem, nullamq; gentē periculosus bellum se se-  
pisse asserbat, quā cōtra hunc Cōmositū, et ipsius gen-  
tē. Quæ quātō magis uitia, flagitiāq; & scelera uincere ad-  
perare contendebant, tantō difficilius humanis uiribus  
perari posse putabantur. Ad quid enim Gothorum Phi-  
sophi tam importuna doctrina animæ immortalitate  
suis populis prædicabant, omniaq; uirtutum officia con-  
nuo studio inculcabant, nisi ut firmiter persuasi, scirent  
ad meliores sedes post huius uitæ stadium commigraturū  
uitamq; præsentem contemnentēs, in ferrum, flammamq;  
& omnia aduersa sine timore se sponte obiectarent? Quod  
circa cū Cæsar hos Getarum mores considerasset, nō  
dubitauit edicto publico affirmare, Gothos esse uitam  
immō cū se eos armis superare posse diffideret, ad in-  
cordiam se conuertit, uolens benigna confœderatione  
fortem gentem sibi sociare, quā uiribus & armis diffi-  
cessuram consideraret. Hinc firmiter credo Suetoniu  
quillum in uita Augusti scripsisse, ipsum despondisse

suam Iuliam Compositoni Getarum Regi, sibiq; inui-  
cem filiam Regis in matrimonium petiuisse: ob quam affi-  
nitatem Getæ Romano imperio confœderati, iussu eius-  
dem Augusti, & cooperante Elio Catone, ex Transistrana  
regione ad quinquaginta millia in Thraciam habita-  
tura redierunt, uicturi de cætero in pace & societate Ro-  
manorum.

## CAPVT XX.

**C**orillus in demortui Compositi locum, uergente ad  
calcem imperio Cæsaris Augusti, succedens, regna-  
uit in gente sua totis quadraginta annis: quorum annorum  
memorabilia gesta ita omittit Iordanes, ut plurimum ad-  
miser ipsum tam parcū fuisse in tradenda propriæ gentis  
historia. Quamuis enim tunc apud Romanos infinito opti-  
morum ciuium cruore effuso, ciuilia bella cessassent, pa-  
cemq; benignissimus DEVS nuper ex munda Virgine na-  
tus uniuerso mundo contulisset, nequaquam tamen creden-  
dum est amplissimum huius Corilli regnum eisdem Roma-  
nis confœderatum, tanto tempore ocio, aut ignauia tor-  
puisse: nisi forte quia post tot bellorum tempestates, loco-  
rumq; mutationes, laborū molestias, deniq; post tot rerum  
& hominum discrimina placuisset pulcherrimæ pacis offi-  
cia nimis diu intermissa, ad publicum exercitium reuoca-  
re. Idq; in terra Gepidarum, quā hic Iordanes satis exten-  
sam, à Danubio usq; ad Iaziges prope Liuoniam ad mare  
Sarmaticum habitantes describit. Est quoq; credibile Go-  
thos eo tempore sapientum suorum (quorum magnam co-  
piam semper habebat) consilijs, doctrinis præceptisq; lon-  
gè plus intendisse, quā armis, militaribusq; exercitijs.  
Quippe cū à nemine ad bellum prouocarentur, nec sole-  
rent nisi iniurijs lacesiti ad arma concurrere, essentq; Ro-

Cōtrahitur affi-  
nitas inter Au-  
gustū & Com-  
positum.

Corillus 23. Rex  
Gothorum ex  
tra patriam.

CHRISTVS  
natus ex Vir-  
gine in Beth-  
leem Iudæ.

Gepidarum ter-  
ra longitudo.

Gothi tempore  
pacis sapienti-  
æ studebant.

mani cum ipsis confœderati, quid honestius, uel commo-  
dius in tam diuturna pace & securitate agerent, quam  
totos sapientum magisterio erudiendos præberent, summa  
studio contententes, ut omnes illos populos prudentia  
sapientia superarent, quos uiribus & armis iam prima  
suo imperio subiugarant, iuste existimantes uim & pot-  
tatem, seclusa sapientia & morum probitate, non huma-  
natis, sed belluinae crudelitatis esse indicium?

## CAPVT XXI.

**T**radit Blondus in Historia declinationis imperi-  
quam paulò ante nostram ætatem ædidi, ubi in-  
inclinationis à Gothis prouenisse testatur: & inter cetera  
quæ de Gothicæ gentis antiquitate commemorat, addit  
Lucillum Consulem Romanum eo tempore, quo contra  
granem, Mithridatemq; pugnavit, Gothos ex Thracia  
pulisse. Quod quia apud Plutarchum, qui Lucilli res ge-  
scripsit non inuenio, inter dubia reponerem, nisi credam  
Blondum ex Ablabio eam historię partem collegisse: à quo  
fonte etiã Iordanes noster, quem sequimur, sua desumptam  
quamuis negligentius, aut strictius, quam rerum gestarum  
magnitudini congruum esse putamus: qui deinde affert  
Gothos tertiam sedem post Cimeriam terram, quam pri-  
pua habebant, atq; post Thraciam Mœsiamq; in qua  
secundò migrauerat, ad mare Ponticum collocaisse: sed  
ducem, nec tempus quando ea transmigratio facta fuit  
assignat, quanquam hoc nouum adijcere uelle uidetur, quod  
in Pontico incolatu ciuiliores atq; humaniores moribus  
cissent. Proinde in suspicionem uenio, quòd hic Iordanes  
loquatur de illa prima sede, quam longè antè circa Pontum  
occupauerant: nunc enim adeò ciuiles euaserant, ut  
totam barbariem dudum exuisse uiderentur. Quòd autem

Cimeria præci-  
pua sedes Go-  
thorum.

gentis distinctionem ibi factam fuisse commemorat in Ostro-  
gogothos, & Westrogothos, id nõ solum ob illius regionis  
situm euenisse putandum est, uerum etiam quia in prima  
& originali eorũ patria (teste Ablabio, & post eum Blon-  
do) à principio fundatæ gentis eisdem nominibus semper  
fuerant condistincti. Diximus enim superius, Oster Orien-  
tem, Vester Occidentem in Gothica lingua significare, atq;  
hinc liquidò patere, qui sunt Ostrogothi, uel Westrogothi:  
in quibus duæ illustrissimæ familiæ semper continuatæ fue-  
runt, uidelicet Amalorum apud Ostrogothos, & Balthe-  
rum apud Westrogothos: ex quibus, ut prædictum est, sibi  
Pontifices, Sacerdotes, Reges, ac Principes, & Duces elige-  
re consueuerunt, nihil minus sacerdotiũ, quo diuina curan-  
tur, quam regnum, quo humana administrantur, conside-  
rantes: quos non solum uiuos summa ueneratione digna-  
bantur, uerum etiam mortuis ferè diuinos honores impen-  
debant. Siquidem præclara eorum facinora carminibus  
complexi, ad ipsorum gloriam & memoriam sempiternam,  
frequenter templis & conuiujs concinebant, ut ea saltem  
dulcedine laudis Reges & Pontifices à prauis operibus re-  
traherentur, abhorrentes de se aliquod infame carmen ad  
eternam hominum memoriam propagari. Et hic tandem  
fit finis tertij libri, quem Gothi extra patrium solum mili-  
tantes transmiserunt, hortantes nos ut in patriam eo-  
rum regressi, fideliter ac diligenter ma-  
iorum gesta perquiramus.

Distinctio Go-  
thorũ in Ostro-  
gothos & Ve-  
strogothos, ori-  
ginem habet à  
natiua pa-  
tria.  
Oster, &  
Vester.

Familia Amalo-  
rum.  
Familia Balthe-  
rum.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V.

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; liber  
quartus.

## CAPVT I.



**A**D Gothiam deinde & Sueoniam re-  
si, nō solum nouas & ueteres patri-  
storias, uerū etiam obeliscos, pyra-  
des, quibus Regum, heroumq; gesta  
scripta sunt, imō uetustissima patri-  
matis carmina, & librorum fragmenta perquirentes  
usquam non perscrutatum relinquamus, ut bonos Prin-  
pes pro rebus bene gestis sempiterna gloria, malosq;  
mortali odio, perpetuaq; ignominia dignos ostendam.  
Iustum quippe est, quemadmodum egregia optimo-  
rum Principum uirtus summis laudibus extollatur, ita impi-  
tas tyrannorum perpetuo opprobrio inuratur, qui sub-  
mana forma naturam gesserunt bestiarum. Primus  
post Botuuldū Regem (à quo in fine secūdi libri exitum  
occurrit eius nepos Carolus, cuius adeo præclara, &  
guifica gesta fuerunt, ut omni iure inter optimos Reges  
bi mereatur. Quippe quamuis in sceptris paterna, dis-  
amplissima regna successerat, tamen memor paternon-  
casuum tam moderatē se in omnibus gessit, ut non Rex,  
Pater patriæ ab omnibus putaretur. Proceres, à quibus  
nōre Regio donatus fuerat, non aliter quā fratres hab-  
bat, eorumq; filios summis beneficijs efferre studebat, ut  
se sine honore aestimandum esse, nisi contenderet honore  
perare, & parua uel mediocria benefi-ia, summis uel

Carolus Rex  
Gothorū 31.  
in patria.

ioribus compensare. Nobiles ad inopiam uergentes, pro-  
uentibus Regijs sustentare curabat, communitati plebis nō  
rarō tributa laxabat, in legum transgressores, quando per  
ignorantiam aut fragilitatem peccauerant, clementissimus  
erat: qui tamen in eos, qui per malitiam deliquerant, sum-  
mam seueritatem exercebat: & quemadmodum ipse in om-  
nibus uirtutum officijs se continē exercebat, ita subiecti  
populi leti & alacres sese uirtutibus sine intermissione ac-  
commodabant. Fit enim plerunq;, ut quales fuerint in Re-  
publica Principes, talis erit & populus. Hic Carolus inter  
maximas leges, & mandata constituit, ut Gothi ac Sueci  
inter se, & maximē in omnes aduenas & peregrinos hospi-  
tatem obseruarent, summumq; nefas ducerent, quicunq;  
piatorem à tecto coërceret: quod si quis facere tentasset, &  
idoneis testibus ter negasse hospitium conuictus fuisset, im-  
misso igne ædes eius comburi iussit, ut domibus proprijs  
iuste priuaretur, qui earum usum inhumaniter denegasset.

Fuit liberalis &  
benignus.

Qualis Princeps  
talis populus.

## CAPVT II.

**H**inc ego deductum puto, quod uix alibi in tota Eu-  
ropa promptior liberaliorq; hospitalitas, quā  
apud Sueones & Gothos hodie inueniatur. Quippe adue-  
nas non solum benignē admittunt, sed cuncta ad liberalem  
conuictum necessaria gratis & sine ulla nomismatis com-  
pensatione subministrant: deinde equis, uel iumentis ad ui-  
cinos deducunt, eisq; commendant. Fitq; non rarō lis inter  
conuicaneos, quis peregrinum excipiat. Summa enim lau-  
de ille à cæteris efferre consuevit, qui plures aduenas libe-  
rali hospitio collegisset: quemadmodum ille publico odio  
iuste insectādus aestimatur, qui cibum, potum, hospitiumq;  
negauerit itineranti. Siquidem tanta ubiq; est cibi & po-  
tus abundantia, ut sordidæ auaritiæ mācipium reputetur,

Gothi & Sueo-  
nes sunt libe-  
rales & hospi-  
tales erga ad-  
uenas.

qui pro numerata pecunia cibauerit esurientē: nisi foris  
in ciuitatibus & oppidis, ubi omnia, sicut in alijs terris  
nummo mensuratur: quanquā illic sine cōparatione min  
expēditur. Ceterū in uillis, quae passim à fortunatis agri  
colis habitantur, omnia gratis distribuuntur, maiorq; ad  
spites, quam ad proprios filios liberalitas habetur. Hinc  
que ad mensam uiliora apponuntur, quādo aduenis proci  
fiora referuntur. Est namq; in Gothis quidam laudabilis  
dōdor innatus, quo maximē afficiuntur, quando nequiores  
se omnibus exhibere liberales. Fatetur hanc summā Gōtho  
rum Sueonūq; liberalitatem Saxo Danicæ historie scri  
ptor, qui aliās Sueticis rebus non satis fauere uidetur,  
post eum Crantzius Häburgensis, qui affirmat in omnibus  
Septentrionalibus regnis magnā esse hospitalitatē, sed apud  
Gothos & Sueones præcipuā. Igitur cum Carolus domi  
in patria totam sui principatus administrationem ad  
marum uirtutū regulam cōposuisset, diurnam pacat  
uitam usq; ad felicem senectutem deduxit, nullis auden  
bus imperium eius laceessere, quod erat tot uirtutibus pro  
pagatū & confirmatū, nisi quidam Tordonus Norwegicus  
satrapa. Qui cum eius filiam coniugem, eandemq; ma  
trimis exoriam haberet, monitus ab ipso patre fidei matrimo  
niali satisfacere, contempsit, belloq; prouocatus, & in  
progressus, manibus Caroli percussus occubuit. Reliqua  
nulla bella ab eo gesta inuenio: nec uidetur ad prælium  
ptum, aut paratum animum habuisse, qui legibus, &  
misiq; institutis, & moribus conatus fuerit se suosq;  
mni tranquillitate & concordia conseruare.

## CAPVT III.

Grimmerus 32.  
Rex in patria.

Post aliquot temporum interualla successit in Gōtho  
rum & Sueonū principatu Grimmerus: cuius

mus adeo à recto atq; honesto transuersus erat, ut uix inter  
homines, tantum abest ut bonis Regibus, connumerari  
mereatur. Sicut enim plerunq; cum optimis Principi  
bus ab infantia crescere solent omnia uirtutum semina, ita  
cum isto tyranno omnis improbitas & nequitia concre  
uit, tātumq; inualuit, ut prauis eius mores in naturam tran  
suisse uideretur. Siquidem nulla erat uerecundia, nullaq;  
lex, quae poterat ipsum à perditissimis facinoribus abstra  
ctum, ad sanio rem mentem reuocare, quin semper & ubi  
que diuina simul & humana confunderet, & conculcaret,  
similis per omnia illi Dionysio Siculo tyranno, cuius cre  
ditur fuisse contemporaneus, & in omnibus flagitijs & sceler  
ibus imitator. Ille enim templa Deorum tam auarē com  
pilauit, ut facinorosi sacrilegi cognomine ab omnibus inu  
eretur: hic templum Deorum suorum apud metropolim  
Vpsalam (quod antea ditissimum, & catena aurea un  
dique cinctum fuisse ostendimus) tam foedo sacrilegio spoli  
auit, ut quemadmodum ante ipsum nihil erat intus aut  
foris in eodem templo, quod non undique auro tegebatur,  
ita postea per eius sacrilegam atque insatiabilem famem  
nihil usquam relictū fuit, quod saltem colorem præ se fer  
ret auri uel argenti. Ille multis cachinnis, & scurrili irrisio  
ne sua sacrilegia extollere nō erubuit: hic uero ut in omni  
bus alijs, ita etiam in suis enormissimis sacrilegijs, se scurrā  
scurrarum, & protominum inuerecundē ostendit. Nec mo  
destiorem erga subditos, quam erga Deorum templa sese  
exhibere curauit. Quippe omnes proceres, totamq; u  
triusque regni Gothorum & Sueonum nobilitatem, quae  
per multa secula libera fuerat, ad tributa pendenda coegit.  
Præterea agricolis, negotiatoribus, ciuibus, omnibusq; o  
mnium ordinū hominibus adeo intolerabiles exactiones im  
posuit, ut lōge præstitisset ipsum fuisse totius patriæ hostē,

Tyrannus fuit  
Dionysio Syra  
cusano similis.

Sacrilegus fuit.

Scurrarum fa  
cile princeps,  
et protominus  
fuit.

Exactor onero  
sus fuit.

quàm Principem. Tandem postquam sacrilegio Es-  
 ne subditorum suorum se satis diuitem & potentem  
 dit, non solum domesticos, uerumetiam alienos in se  
 re prouocauit. Missa namq; legatione ad Estones & Ca-  
 tes, tributa exemplo priorum Suetiæ Regum ab eis po-  
 labat. Sed cum illi considerassent eum publico odio  
 laborare, totamq; patriam ad ipsius perniciem aspi-  
 exercitum confestim contraxerunt, contractumq; li-  
 bus Sueticis, in quibus Grimmerum uersari didicerat,  
 posuerunt. Verum cum ipse suos ad arma contra impe-  
 sos hostes excitare contenderet, responsum tale, quod  
 ruerat, accepit: uidelicet ut thesauro pugnaret, qui plu-  
 nos thesauros, quam fideles ciues conseruare curasset  
 ab offensis ciuibus iuste derelictus, & a prouocatis hi-  
 bus comprehensus, omniq; thesauro, quem sacrilegi-  
 pererat, spoliatus, eas manus suas uinciendas tradidit.  
 pridem perplexus auaritiæ laqueus colligasset: deini-  
 spectantibus ciuibus, parumq; ingemiscens, hosti-  
 sum in sublimem furcam eleuatum, catena ferrea stran-  
 lauerunt, non iniquum rati ipsum ferrea catena perim-  
 torquem auream à Deorum templis impudenti latro-  
 abstulerat. Cuius turpem atque infelicem exitum sui-  
 ces nostri temporis sacrilegi considerarent, profectio-  
 rum fata abhorrerent, etiam opera sequi formidarent.

## CAPVT IIII.

Tordo 33. Rex  
 in patria.

Tordonem pa-  
 terna infamia  
 obscuriorem  
 reddidit.

**T**ordo prædicti Grimmeri filius, post miseran-  
 ta parentis in principatu paterno succedens, in-  
 mam spem de se omnibus incolis polliceri uidebatur:  
 stitissetq; nisi à facinoroso patre genitus, animum ob-  
 na demerita & flagitia despondisset. Siquidem illud  
 cum odium, quo pater domi & foris laborauerat, non

rum impeditenti præclaris filij facinoribus, quæ medita-  
 batur, obiecit. Peruenerant iam omnes thesauri, quos im-  
 prudens tyrannus Grimmerus ex Gothis & Suecis nimis  
 auarè coaceruauerat, ad manus hostium, in perniciem pa-  
 triæ sine mora conuertendi: nec satis prompti erant popu-  
 li ad pendenda Regi tributa, cum memoriæ subijcerent,  
 qualiter prioribus annis magnitudine & multitudine tri-  
 butorum magis aucta fuerat Grimmeri tyranni uiolentia,  
 in patriâ & proprios ciues, quam contra potentes aduer-  
 sarios & inimicos. Plures enim ciues magnitudine diuitia-  
 rum confortatus extinxit, quam hostes occidit, aut supera-  
 uit. Quocirca Tordo summa cum difficultate amplissimi  
 principatus administrationem executurus, cogebatur domi  
 & in patria, apud proceres & plebeiam multitudinem,  
 tanta modestia se submittere, ut sua eximia probitate om-  
 nem paternæ improbitatis memoriâ se abolere uelle mon-  
 straret. Sed altiores radices in cordibus ciuium patris ini-  
 quitas firmauerat, quam ut facile eradicari potuisset. Mul-  
 tum tamen boni filij uirtus profecit: quâdoquidem ad eius  
 uirtutis opinionem tota patria ad arma consurgens, Esto-  
 nes, Curetes, Ulmigeros, qui potentissima classe Suetiâ ua-  
 staturi aduenerant, magno impetu effugauit. Qui tanto  
 terrore ad suas terras repulsi redierunt, ut spem omnem,  
 quâ de alienis terris inuadendis conceperant, penitus abij-  
 cerent, & secû optimè actum putarent, si non & ipsi præ-  
 da fierent eorum, quos constituerant deprædari.

## CAPVT V.

**C**Aeterum eodem tempore Saxones, siue Obotriti  
 (duce Geldero) classem armis uirisq; instructissimâ  
 per totum sinum Gothicum (quem Mela, & Plinius, uel eo-  
 rum corruptores Codanum uocant) circumferebant; nec

Estones, Cure-  
 tes, Ulmigeros  
 propulit.

Saxones infu-  
 rant sinum  
 Gothicum.

solum Cimbroſ & Danos, ſed Pomeranos, Vandalos, Scythianos, Curctes, Eſtones, uſtatis eorū terris, grauium affecerūt. Veruntamē cum ſe in terras Oſtrogothorū diſſent, bellumq; acerrimum contra Tordonom commiſerunt, uicti tandem ab eo, fugatiq; ad nauium preſidia dierunt: tantūq; uires eorum eo bello conſractæ fuerunt, ut ſe ad proprias terras, auxiliares copias contractum, accipere cogentur. Sed nec ob ea damna à piratico exactio abſtinēdum putabāt. Siquidem geminato nauium numero, eiſq; preſidio longē ualidiore impoſito, denuo bellum Gothos mouent: quibus Tordo nihil ſegnius quā in obuiam progreditur: fitq; bellum acerrimis utriuſque, donec Martis alea Gothorum partibus adiecta, inter Saxones ſalutem à uelocitate fugæ mutare, atq; in classem lacerato uictōq; exercitu remeare. Itaq; hoc in pho Tordo & potentes hoſtes potenter repreſſit, & ditorum populorum fauores ſibi prudēter feliciterq; ciliauit. Enimuerō quantum ei prius paterna nocuerat probitas, tantum ipſi poſtmodum propria & excellētis ſuffragata eſt. Quicuitq; ſub eo Sueonum Gothorum principatus diuturna pace & tranquillitate ſecurus.

## CAPVT VI.

Gotharus 34.  
Rex in patria.

**G**otharus in locum premortui patris sui Tordone electus, præcipuā curā adhibebat, ut procerū à quibus regni ſoliū ſublimatus fuerat, et totius populi expectatio ſatisfacere poſſet. Sciuit enim ſe Regiā dignitatē ſuper populū aſſumpiſſe, qui enixius ſtudere cōſueuit conſuetudine ſue libertati, atq; ad res arduas ac præclaras facilius, quā cogi poſſet: quemadmodū in hac noſtra tēpe noſtros Gothos affectos experimur. Quos ſi proprii

cipes ad inſolita onera, uel tributa, ſiue prælia cogere tentauerint, citius uitā, q̄ aſſem aut teruncium à coactis extorquebūt. Ceterum ſi placido ſermone ipſos ſtuduerint inclinare, nihil tam arduū aut difficile fuerit, quod non parato ac præpto animo exequatur. Eodem quoq; modo ſe in omnibus uirtutum officijs præſtare contendunt, ſummoperè cauentes, ne ex triſtitia, aut neceſſitate benefacere uideantur. Proinde ualde neceſſarium fuerit, ut qui huic populo Princeps cōſtituitur, magnā prudentiam cum ſingulari eloquentia coniunctam habeat: alioquin nō diu expectabit, donec Gothorum Sueonumq; animos ad rebellionem paratos experietur. Hunc populi ſui morē Gotharus prudenter conſiderans, nullas leges aut conſtitutiones cōdere, aut præcipere uoluit, niſi procerum ac populorum conſenſu approbatas. Verum poſtquā legitiſſima approbatio eas corroborarſſet, diligenter efficit, ne fruſtrā conditæ putarētur. Præfectos uerō ſuos, qui ipſius nomine & autoritate in populo præſidebāt, nō legū, aut conſuetudinū terræ ignaros cōſtituit, ſed ſapiētes, quorū mens magis honori & gloriæ Regis, quā eius lucro & augendis opibus inclinaretur, quiq; ſcīrēt ſe liberis hominibus præſidere, nō beſtijs, neq; ad ſuā tātum, ſed magis ad populi utilitatē inſtitutos. Erat nimirū ea Sueonum ætas tam felix, ut nihil ab illo ſeculo, quod Poëtæ aureum uocant, diſtare crederetur. Quæ enim maior felicitas alicuius gentis eſſe poterit, quā habere Regem, qui ſe nouit Regem, & patriæ patrem, non tyrannum eſſe, eaq; omnia tum per ſe, tum per ſuos præfectos ſubiectis populis benignè aſſidueq; præſtare, quæ pij ac indulgētes patres indigentibus filijs ſolicite præſtare cōſueuerūt: Alias ſi Principes ab ea Regia uirtute degenerātes, uim pro legibus, ſeueritatem pro clementia, tyrannidem pro paterno regimine in ſubiectos exercuerint, multo

Gothi facilius  
ducuntur quam  
coguntur.

Gotharus com-  
didit leges de  
conſenſu populi.

Præfectos ſapiē-  
tes conſtituit.

Aureum ſeculū  
in Sueonia.

tutius erit ultra Sauromatas, & glaciale Oceanum con-  
gere, uel ad sitientes Afros commigrare, aut latebras in-  
fero cum ursis, leonibus, tigridibus, serpentibus, scorpi-  
onibusq; eligere, quàm cum agresti tyranno, qui in Italia  
sua confidit commorari.

## CAPVT VII.

**I**gitur cum Gotharus tanta moderatione suis pre-  
tiam domi quàm foris ab hostium insidijs atq; incan-  
ber, diu feliciterq; regnauit, donec à Danorum Regem  
Frothone Vegeto iniuriam non ferendam accepisset. Si qui-  
dè Frotho Noruegiæ Regem Frogertum, aliàs Frogonem  
(cuius filiam hic Gotharus coniugem habebat) ad singu-  
re certamen prouocatum, astutius quàm honestius oia  
Cum enim lege duelli cautum esset, ne alter alterum  
circum pugnae destinatum impeteret, Frotho maiora  
te suæ, quàm honeste legis rationem habens, postula-  
Frogertus ante ingressum pugnae arma secum permi-

Frogertus pro  
Gotharo pu-  
gnans, in hoc  
nestè occidi-  
tur.

Gotharus ul-  
tris nefariam  
necem faceri,  
bellum in Da-  
nos mouet.

Aceruima pu-  
gna.

Frotho supera-  
tus extinctus  
est.

Quod cum Frogertus animo nobili & liberali animo  
atque à se gladium armaq; permutandi causa abierit,  
Frothone Dano dololè transuerberatur. Quam inimicè  
Gotharus ulturus, prægrandè exercitū ex Gothis Swe-  
contractum, contra Frothonem in Daniam usq; deducit.  
Sed nec animus, nec uires Frothoni, ut armis arma daret,  
ret, defuerūt. Itaque cōmissō acri prælio, fortuna præ-  
Danorum partibus fauere uidebatur: sed cum Gothi  
suorum animos in medio pugnae seruore deficere  
tisset, commemoratis tum suis optimis meritis, tum  
dolis, & perfidia, trepidantem exercitū à fuga reuocauit.  
uictoriamq; à Danorum manibus potenter prouocauit  
extorquens, Frothonem superatum extinxit, nihil enim  
iuuante magnitudine nominis, quo à suis fortis, uigilans  
appellatus est.

appellatus est. Veruntamen ut deuictam Danicam gentem  
sibi benigniorem efficeret, filium Frothonis Danum nomi-  
ne, pueriles annos uix egressum, regno præfecit, ne Danici  
regni maiestas potius ad extraneos translata, quàm in san-  
guine & familia Frothonis continuata uideretur. Hac in-  
signi uictoria Gotharus illustris effectus, maximo Sueonū  
Gothorūq; gaudio in patriam reuersus excipitur. Sed  
quia (ut plerunq; fieri solet) ex priori bello sequens bel-  
lum excitatum emerfit, non est permissus diuturnam in pa-  
tria quietem deducere. Quippe Saxonie principes Danū  
Danorum Regem (quod ob puerilem ætatem regno inha-  
bilis uideretur) regno deicere, aut ad tributa sibi penden-  
da cogere moliebantur. In qua necessitate Danus consi-  
gatus, auxilium à Gotharo per legatos implorat, ut quem  
regno præficiendum curauerat, etiam conseruare non o-  
mittat. Igitur Gotharus non minorem ex Suecis & Gothis  
exercitum ad hoc secundum, quàm ad primum bellum e-  
uulxit: tantaq; classis ex illis copijs, atq; adiunctis Danorū  
nauib; emerfit, ut pelagus ipsum longè lateq; bellica clas-  
se coopertum uideretur. Qua potentia Saxones non solum  
repressi, sed ad tributa Danis pendenda coacti fuere. Reli-  
qua huius Gothari tempora satis tranquilla feliciaq; fuisse  
traduntur, affirmantibus historijs nostris ipsum post lon-  
gam senectutem apud Upsalam metropolim in Regum mo-  
numentis collocatum.

Danus puer Da-  
nis præficitur.

Saxonie prin-  
ces Danū tur-  
bare conātur.

Danus auxiliū  
implorat à Go-  
tharo.

Saxones prosti-  
gantur.

## CAPVT VIII.

**A**dolphus deinde in defuncti patris Gothari impe-  
rium ob optimi patris merita, tum ob eximiā suæ  
proprie uirtutis indolem, concordibus procerum popu-  
lorumq; suffragijs eleuatur: qui non minus paternarum  
uirtutum imitator, quàm regnorum hæres & successor

Adolphus 35.  
Rex insertus.



fieri contendebat. Quicquid enim in paternis opibus præclarum animaduertat, illud aut superare, aut quare summo studio conabatur. Proinde subiectis non se Regem, aut animum Regis, sed solum corpora fuisse gratulabantur, promptoq; & læto animo omnia præcipiebat, exequabantur, scientes ab ipso nihil impium, iustum & honestum imperari. Ita optima spes læscens omnium subditorum animos sibi obsequiosos cerat, ut nec domi, nec foris ab aliquo hoste impetum sed ob præstantissimas suas uirtutes plurimum ab omni amaretur: idq; per annos multos, donec Dan Dama Rex, cum se satis confirmatum in suo regno puaret, ad memoriam reuocaret, patrem suum Frothongotharo huius Adulphi parente occisum, cepit animum suum ad uindictam paternæ necis excitare, cum potius pendere debuisset se Gothari beneficio ad paterni sceptri promotum, atq; a potentissimis hostibus liber insuper etiam in regno & libertate cõseruatum fuisse cum plus in eo ualeret uindictæ appetitus, quam ratio in Adulphum parat, à cuius parente, ne Saxonia opprimeretur, aut sub tributum redigeretur, periclitus est. Verum ubi suam suiq; regni potentiam longiorerem attenderet, quam quòd secure bellum mouerit set in Adulphum, qui non solum potentissimis regni populis imperaret, sed ob summam suorum ciuium benevolentiam insuperabilis appareret, Saxones ac Vandali quidem gentes, & bellis maxime assuetas in militiam conscribit: tantamq; bellatorum multitudinem contraxit, ut non modò Gothos & Sueones, uerum totam Europam se suo imperio subijcere posse confidit. Attamen Adulphus ad respectum tantæ multitudinis terretus, sed magno atq; constanti animo cuncta ad

Danus immemor beneficiorum, bellum intentat Adulpho.

Saxones & Vandali cum Danis.

Adulphus imperterritus accingitur bello.

belli apparatus opportuna ac necessaria strenuè administrat, nihilq; omittit, quod ad erigendos & confortandos suorum animos aptum accommodumq; putabat: quanquã iam minimè opus esset ipsos montis aggredi, quos dudum maximis uirtutum meritis sibi fecerat ad omnes fortunæ casus addictissimos.

## CAPVT IX.

ENimuerò cum edictum de milite conscribendo proposuisset, nullus inuentus erat in toto eius principatu, præsertim armis idoneus, qui nõ summoperè cõtenderet in militiam pro tam bene merito Rege cõscribi: eratq; maximus numerus eorum, quos Rex à militiæ proposito egerimè poterat reuocare: immò si militum numero nauium numerus respõdisset, tota patria quasi suis sedibus auulsa, cum suo Adulpho hostibus obuã prodisset. Itaq; quòd maior erat utriusq; partis apparatus, eò magis admiror Saxoniæ Danicæ historiæ scriptorè, huius belli memoriam nõ fecisse. Nec opinari possum illud ei incognitum fuisse, quod ego Romæ constitutus inter uetustissima fragmenta Danicarum & Anglicarum rerum in ædibus D. Birgittæ relicta inueni: ex quibus facile apparere poterat, hoc bellum inter præcipua numerari posse, quæ inter Gothos & Danos nunquam contigerant, simileq; fuisse illi, quod longè postea inter potentissimos Reges Haraldum Danicæ, & Ringonem Gothiæ Suetiæq; confectum est: nisi fortassis illi Dani, qui Saxoniæ libros transcripserant, ea omisissent, quæ patriæ suæ decorem minuere uidebantur. Siquidem hoc nauali & acerrimo prælio Dani, Saxones, Vandali, omnesq; alij sub Danorum signis militantes, unà cum Rege suo Dano ita uicti, fugati, deletiq; fuerunt, ut uix scalanus, quo exitus cruentissimi belli in Daniam nuntiaretur,

Consuevit innumera multitudo militum capiendi crecere sub Adulpho.

Nauale prælium acerrimum.

Dani, eorumq; socij uincuntur.

Tostho belli au-  
tor interfici-  
tur.

Supplicem, ar-  
ma proficien-  
tem occidere,  
probrum est  
apud Gothos.

Daniae regnum  
subiectum sub  
tributo māsit.

Algothus 36.  
Rex internus.

**A**lgothus Adulphi consanguineus, uel nepos  
functo patruo in regna Sueonum, Gothorum  
& Danorū successit. Qui in nullo à maiorum suorum  
optimorum Regum probitate degenerans, imperium  
rum prudentia propagatum & auctum ita conser-  
uit nullum optimi Principis officium omisisse, aut ali-

euadere potuisset. In hac uictoria Adulphus non nihil  
& Gothicae gentis modestia alienum fecisse commemo-  
ratur. Nam Tosthonem quēdam perfidissimum trans-  
qui Dano autor mouendi belli exiterat, ad sua genu-  
uolutum, ueniamq; procurat. & rebellionis supplicium  
plorantem, ab astantibus cum exprobratione ingra-  
tis interfici iussit: quod à Gothis ut seuerum existimatum  
sucuit. Quippe supplicem, aut debilem, uel arma ab-  
tem occidere, etiam hodie apud Gothos inter opera  
terno opprobrio digna computatur. Deinde concessit  
superis uictoriam prosecutus, totum Danorum regnum  
bi subiecit: quod etiam collocatis per opportuna loca  
sidijs, usq; ad uitae suae exitum prudenter potenter  
bernauit: eiusq; filij & nepotes usque ad Erideleum  
gnomento Celere, Frothonis tertij patrem, in pa-  
tranquillitate Daniae regno sub tributum misso pre-  
bant. Quod si Saxoni parum placuit, ideoq; silentium  
tauit, danda est uenia homini magis in suos, quam in  
affecto. Cetera huius Adulphi gesta, quae procul  
plurima insigniaq; fuerunt, indagare nequini, mis-  
latissimum imperium affecutus, omnes eius partes ad  
iustitiamq; ita composuit, ut inter maximos memo-  
lesq; Reges & heroes, sempiternam ac gloriosam me-  
riam habere mereatur.

## CAPVT X.

Reipublicae partem neglexisse notaretur. Quippe cum ad  
bonū Principem spectet, pacem concordiamq; inter subie-  
ctos populos componere, ut extincto omni odio, alter alte-  
rius commodo promouendo augendoq; suas operas dili-  
genter ac fideliter accommodaret, summoperè conten-  
debat pacem inter Sueones & Danos constituere. Sed co-  
natus ille ut erat omni humanitate ac pietate plenus, ita in-  
ter tam dispares animos perfectam amicitiam cōciliare ne-  
quiuit: immò usq; in praesentem diem uix aliquis tam pru-  
dens Rex, tam praestans ingenij Pōtifex, aut alius quispiā  
in omnibus uirtutibus instructissimus inuentus fuerat, qui  
ex omni parte extinguere potuerat inueteratū illud odiū,  
quo Dani in Sueones & Gothos, uicissimq; Gothi & Sue-  
ones in Danos feruntur. Videturq; nonnullis illud dissi-  
dium ab origine regnorum suum principium, occasio-  
nemq; suscepisse, quum ipsa natura ipsos Danos suis in-  
sulis inclusos, à Sueonibus Gothisque interiecto mari sepa-  
rauerit. Quamuis etiam aliquando sub uno Rege, ut sub  
hoc Algotho, regna illa fuerant gubernata, tamen emula-  
tiones & contentiones nunquā sinebāt populos illos per-  
fecto amore adunari. Causas tam impacabilis controuer-  
sae dicant alij, & forsā apud Saxonem, & alias Danorū  
historias iustae causae inueniantur. Spectaret profectò ad  
Danorum honestatem, non nimium abuti Sueonū mode-  
stia. Ego interim oro Deum, ut fideles suos saltē in unitate  
fidei Christianae cōgregatos conseruet, & hinc tandē ere-  
tos, sibi in aeterna felicitate unire dignetur. Cum igitur in  
hoc honesto proposito Algothus, non tantum quātum uel-  
et proficeret, totum animi sui studium adhibuit, ut iustitia  
in omnes subiectos cuiuscunq; regni, aut nominis essent, ae-  
qualiter seruaretur, cogerēturq; timore poenarum sese mu-  
tis commodis adiuuare, qui id amore uirtutis & huma-

Danis & Suecis  
innatum mu-  
tum & inex-  
tinguibile o-  
diū.

Algothus iusti-  
tiam & pacē  
colebāt.

nitatis efficere noluisse. Ceterum bellis ne aliorum  
cessitus fuerit, an alios laceſiuerit, non inuenio. Pro  
conijcio ipsum imperio per manus maiorum acquiſi-  
tendum fuisse, totumq; animum studijs pacis impa-  
studia pacis  
qua.  
Studia autem pacis sunt, leges condere, mores compo-  
uicos, uillas, castra erigere, portus munire, omniaq;  
turos bellorum cuentus prouidere. Beatus enim Romanus  
qui tempore belli de pace, & tempore pacis de bello  
gitat. Præterea summum pacis studium est, publicas  
cordiam inter ciues seruare, qua quisque suam liber-  
tutam securamque cognoſcat. Tandem hic Algothum  
lentane, an naturali morte occubuerit, alijs scriba  
relinquo.

## CAPVT XI.

Ericus 37. Rex  
internus.

Estones Cure-  
tesq; in dedi-  
tionem accepit.

Insidiatores Re-  
gis in furcam  
aguntur.

**E**ricus Algotho patre genitus, cuiusq; in regni  
thie, Suetie, Daniæ successor, non contem-  
tissimo imperio, quod paterna industria propagari  
ceperat, sed traiecta in Estones, atque Curetes, & Ve-  
los bellica classe, meditabatur quomodo posset longi-  
tiusq; suum extendere principatū: sauiq; meditatione  
tuna. Nam Estones & Curetes uisa clasſis Gothica  
tia, deditioe temerarium bellum quantotius præu-  
Itaq; Ericus incruenta uictoria in sua regna reuerſus  
putare se longa tranquillitate & pace gauisurum, ne-  
tinae insidie subortæ apparuere. Nam Daniæ prom-  
se ab Erici iugo astutius quàm honestius eximere  
non paucos ex Suetica nobilitate per occultos manus  
suam sententiam adducere curauerunt: prudentia  
Regis effectum est, ut perfidi nuncij cum nonnullis  
ctionis autoribus comprehensi, patibulis appen-  
tar. Serpsit nihilominus occulta proditio, eo pro-

flor, quò incertis autoribus maiora indies susciperet in-  
crementa. Igitur sapiens Rex postquam secum perpen-  
disset quibus consilijs sine armis efficacius superanda es-  
sent tam periculosa insidie, statuit non potentia, sed pru-  
dentia, non uolentia, sed beneuolentia, non seueritate, sed  
mansuetudine sibi utendum esse. Siquidem illud genus uin-  
cendi optimum existimari solet, quo Reges & Principes,  
per patientiam atque elementiam animos delinquentium  
à maligno proposito ad ueræ uirtutis officia reuocare cō-  
tendunt. Proinde quos maiore suspitione notatos habebat,  
eos maioribus beneficijs sibi obnoxios efficere studebat.  
Nec inane erat tam liberale atque benignum ingenium,  
quo ex perfidis osoribus, oculiſq; calumniatoribus, fide-  
les atque obsequiosi subditi subito apparebant. Præterea  
ut subditarum gentium fidem erga se firmissè conseruaret,  
maiores tributorum partem relaxauit, præfatus se longè  
feliciorem ex fide, quàm ex pecunia subditorum ciuium  
fore: nec tantum sibi lucra prodesse possent, quantum obes-  
sent, si partis per tyrannidem opibus ditissimus esset, atque  
interim publico omnium odio laboraret. His ingenijs pe-  
renni laude dignis, magnum & memorabilem triumphum  
de domesticis hostibus agens, gloriosum exemplum ad po-  
steros, & magnanimos Principes transmisit, quo facilius  
& laudabilius possēt subiectos populos in fide atq; officio  
continere, uel à perfidia & rebellionē ad præopta obsequia  
reuocare. Quæ quidem modestissima Principum ingenia  
si hac nostra infelici tempestate in usu essent, profecto neq;  
terra tantum humani sanguinis exorberet, neq; Regum &  
Principum thesauri, magna atque honesta parentum soli-  
citudine congesti, in perniciosos milites, terrarum prædo-  
nes erogarentur. Longè enim præstantius esset subdito ciui  
per ignorantia, aut fragilitatem delinquenti, magno animo

Victoria opti-  
ma seipsum  
uincere.

Erici sapientia.

ignoscere, & cum uicino Principe etiam cum nono damno conuenire, quàm in subditorum capita, aut conuicinos, qui nihil uel certè parū malè meriti sunt, tam opportunam hominum colluuiem inæstinabili ere & uano congregari: qui nunquam aut rarò tantum hostium quantum proprijs dominis, ad quorum præsidium uis fuerant, nocuerunt. His itaque moribus, & hac stupida prudentia benignitatèq; Ericus diu & in magna felicitate regnauit, peruenitq; ad annos optate senectutis, tandem deficiens, locum in monumentis Regum apud Ostrogothos accepit.

## CAPVT XII.

Lindormus 38.  
Rex intermus.

**L**indormus, siue (ut alij scribunt) Lidorus, populi patris sui Erici ad paternum regnum consensu cerum & populorū assumptus est. Hic etsi paternam uoluntatem ac prudētiam in omnibus morū suorum imitari conaretur, attamen non æquè feliciter filio utri omnia successere. Enimuerò Dani, quamuis ab ipso patre multis beneficijs affecti fuisset, rursumq; ipsi uiueret qualicunque obsequio coluissent, tamen in principatu defectionem meditantes, expectabant occasionem, qua sine periculo se in libertatem uindicarent. Interea accidit Estones, uocatis in belli societatem Danis, classe numerosa & potentissima Gothiæ littoribus applicuisse, omniaq; hostilia Lindormo repente denuntiata. Qui licet ad tantam, tamq; inopinatam belli molem firmatum animaduerteret, egit tamen magnanimè & celeratioq; permisu tumultuariè congregato, sine hostibus Ostrogothiæ littora populatibus, potentem

Dant rursus parant defectionem à Gothis.

Estones Rutenis coniuucti, Gothos adoriuntur.

currit, eosque uelocem fugam ad naues captare coegit. Sed neq; ea fuga hostile propositum mutauere. Nam postquam abducta in altum classe reditum in proprias regiones astute dissimulassent, subito uelis mutatis, ad prædanda Sueonum litora iter institutum deflexerunt. Quo euenit, ut Rex non solum copias, quas in eorum abcessu dimiserat, ad militiam reuocaret, sed longè maiores conscriberet, eisq; comitatus hostium potentie securius obuiaret.

## CAPVT XIII.

**I**gitur cum adhuc atrocius bellum in terris Sueonum gerendum restaret, ipseq; Lindormus nimis remotam à Dania militiam exerceret, Danorum proceres ad apertam rebellionem prodeuntes, quendam Frideleuum priscorum Regum sanguine illustrem, cognomento Celerè, ipsius Lindormi consanguineum, in suum Regem celerius quam debebant erexerunt. Ita dum Lindormus Orientalia litora sui regni ab hostiū incursum uiriliter tueretur, Occiduas eius partes domesticis insidijs auulsas experitur. Nihilominus bellū Rutenicum, & Estonicū, summa animi constantia aggressus, uictoriam in mari & terra de potentibus hostibus feliciter reportauit. Deinde ad animum reuocans iniuriā, qua fuerat à Frideleuo affectus, eundem exercitum à Rutenis in Danos transferre contendit, uocato etiam in societatem belli Noruegico Rege Gethero, quem Saxo Gotharum uocat. Nec desuere Frideleuo Principes, & populi confœderati, in quorum numero erant Saxones, Frisij, Hollandi, & horum Princeps Heruillus. Itaq; Lindormus ualidā classē armis uirisq; instructissimam educens, certam sibi uictoriā polliceri uidebatur: quam etiam facile assecutus fuisset, nisi suborta inter Noruegianos & Gothos controuersia, tam potentē militiam, & bellicam classē labefecisset. Igitur

Estones ad prædanda Sueonum litora conuertuntur.

Frideleuus à Danis in Regem assumitur.

Lindormus uicit Rutenos & Estones.

Getherus Rex Noruegiæ cum Lindormo. Saxones, Frisones, Hollandi, cum Frideleuo.

Lindormus, qui contra hostes Danos arma comparauit, ne ea sanguine ciuium, aut sociorū cruentaret, receptum in iusit, totamq; classē ex Gothis Sueonibusq; coactis secum ad propria incolumem reuocauit, malens suam nis gloriam à seruatis ciuibus potius, quàm à trucidatis stibus ampliari. Noruegiani tamen propositū belli patri eius amplexi, statuerunt aut bello cadendum esse, aut uarias à Danis crebrius acceptas, iusta uindicta puniri. Nec parum idoneo ingenio ad illud propositū utebantur. Siquidem clam immisis in Danorum exercitum exploratoribus, seditiones, rixas, ac mutua odia inter eos excitabant, multosq; præmiorum magnitudine in suam partem alliciebant: quorū præcipuus erat Heruillus Hollandorū Frisonūq; Princeps, cuius ductu totius Danici exercitus robur nitebatur. Is magna militum caterua comitatus Noruegiorum societatem perosus, ad Noruegiorum partem militiam se conuertit, pugnamq; contra Danos confectus, cuius euentum Saxo prope calcem quarti libri describit. Lindormus autem inter suos Gothos Sueonesq;, omni sui regni cura, in paternis auitisq; regnis diuturnum habere curauit, ut dignus esset in cuius funere infinitorum hominū lachrymæ funderentur. In qua autem Germania aut Suetiæ parte sepultus fuerit, sicut antè minime sciri inueni, ita nec meis scriptis ad posteros trāsmittere potui. Restat tamen hoc loco cōmemorandum, quod hic Lindormus est ille Sueonum Rex, de quo Cornelius Nepos scripsit, quod mercatores Indiæ in Germaniam per Septentrionale mare delatos, Celeri Metello Galliarum præfide uerit: quem admodū etiam in libris Pompijanis, quibus Hermolauus Barbarus, & Otto Frisingus scribunt, cōtinetur. Ex eo autem quod Saxo circa hoc

Noruegiā astu  
Danorū exer-  
citiū eneruant.

Heruillus prin-  
ceps Hollando-  
rum Frisonūq;.

affirmet Frideleuū Celerem apud Danos regnasse, quo Metellus Celer apud Gallos præfuerit, coniecturam sumo ex ea nominis conuentientia, nō nihil consanguinitatis uel affinitatis, inter Hyperboreos Reges & Romanos Principes tunc temporis intercessisse. Verisimū tamen est Romanam potentiam, rerum terrarumq; dominam, nunquā ausam fuisse arma contra Septentrionales Reges conuertere: sed se satis felicem fore putabat, si saltem paruulam illarū gentium portionē, Gothos uidelicet, qui relicta patria Romanas terras, demum ipsam urbem Romam expugnarunt, à suis cernicibus auertere potuisset. Iulius uerò Cesar usq; ad mare Germanicū (ut nostræ historiæ fatentur) perueniens, cum illis Gentibus congregari formidabat. Quocirca confestim inde reuersus, hoc solum quod suo curru triumphali præscriberet, habebat: Veni, uidi, fugi. Est tamen à magnanimitate Aquilonarium regnorum & populorū precario affectus, ut ad perennem eius memoriā unum diem festū in mense Decembri instar Saturnaliū dierum, qui tunc Romæ agi solebant, celebrarent, in quo conuiujs, tripudijsq; quāmaximè indulgerent: uocatus est dies ille Iulius, persequeratq; usq; ad nostra tempora. Sed Christianæ religionis pietate nunc multo solennior est, quā tunc pagana superstitione institutus erat. Siquidem natalem Christi Saluatoris nostri diem, eo ipso die, qui Iulio adscriptus erat, cum summa omnium letitia celebramus.

Iulius Cesar Aquilonaria regna aggredi non est ausus.

Iulius dies.

Natalis Christi celebratur loco diei Iulij.

## CAPVT XIII.

**A**Laricus (quem Saxo Alricum uocat) prædicti Lindormi nepos, à Suconū proceribus non expectato Gothorū consensu, in defuncti patris regna successor electus: qui quāuis nobilitate sanguinis polleret, essetq; in omnibus uirtutibus eminētissimus, & adeo magnā spem guber

Alaricus Rex Sueonum.

nandi regni de se polliceretur, ut à nullo maior expectari potuisset, attamen cum Gothi secum perpenderet, illam iustissimam consuetudinem, quæ uult utriusq; regni, Gothiæ uidelicet & Suetiæ proceres, ad Regis electionem uenire, grauius admodum tulerunt, se suisq; uotis ante temptis, aut neglectis, Alaricum ad regnorum sceptrum ascendisse: nec quiescere potuit illa Gothica magnanimitas, quæ omnia alia quam sui contemptum pati posse uidebatur, donec acceptam iniuriam cumulatam uindicta compensaret. Sed expectandam putabat temporis opportunitatem qua sic suam libertatem dignitatemq; tueretur, ne libertatem seruitute, aut nobilitatem ignobilitate temerè committeret. Interea Alaricus totam animi sui curam eò conuertit, quò ostenderet se non ad perniciem, sed ad publicam salutem in regni solium sublatum: suiq; imperij terminum ampliaturus, arma in Noruegiam extendit: cuius patriam iure belli occupatam, filio suo Gauthoni Vermæ ac Sogæ Regi parere iussit. Deinde ordinatis per omnes sui principatus præfectis, præcepit ut omnia Reipublicæ negotia per summam moderationem exequentes, nihil committerent publicè uel priuatim, quo subiectorum populorum animi iuste commoueri possint: sed in omnibus uiam rem rationem uirtutis atq; honestatis, quam lucri cupiditatis habentes, apertis indicijs persuaderent, ipsi indulgentissimum Principem, totiusq; patriæ patrem, conservatorem, non euersorem. Præterea nihil exiuiturum rabat, quam offensos Gothorum animos sibi conciliare ad pristina Reipublicæ unitatem (in qua cum Sueonibus ab initio utriusq; regni consenserant) reuocare.

Gothi discedunt  
à Sueonibus.

Gauthoni Nor-  
uegiæ pars pa-  
rte cogitur.

## CAPVT XV.

Sed iam odium in Sueones conceptum, altiores radices in cordibus Gothorum firmauerat, quam ut facile posset inde euelli. Quippe ut facilis est transitus ex gratia in odium, ita reditus ex odio in gratiam difficilis & laboriosus. Siquidem Gothorum proceres plus suo honori, quam Sueonum uotis indulgendum rati, Gestillum, aliàs Gestibundum quendam antiquo Regum sanguine illustrissimum, concordia consensu Regem designant: quo facto non minor tempestas Aquilonaria regna inuasit, quam ea erat, quæ tunc temporis aut paulò post Romanam urbem ob cædem Iulij Cæsaris euertit. Quemadmodum enim Senatorum, optimorumq; ciuium sanguine, non solum urbs Roma, sed tota Italia cruenta abominabilisq; apparebat, nec sine alio modo sanguinarius gladius accepit, donec perniciosus ille Triumuiratus Antonij, Lepidi, Octauiani, crudelem cædem unius Principis in uniuersam Romanam Rempublicam crudelissime uindicasset: ita Aquilonaria regna, præsertim Gothia & Suetia, trium potentissimorum Principum, Alarici, Gestilli, Erici armis euersa, tandem ad unum Principem Ericum redierunt, fati eisdem Septentrionales regiones respicientibus, quæ demum post tot discrimina rerum Romanam monarchiam Octauiano Cæsari subiecerunt. Alaricus enim postquam comperisset potentem æmulum Gestillum à Gothis contra se excitatum, totius mansuetudinis suæ hæc in omnibus obseruata oblitus, ex probissimo Rege seuerus tyrannus euasit: nec amodo pater, sed hostis patriæ meruit appellari. Quippe dum bella in aduersarium parat, & ciues insolitis ac intolerabilibus tributis onerat, ex fidelibus ciuibus acerrimos hostes efficit: quo euenit, ut plene discernere nequiret, plus ne ciues formidaret, an aduersarium, qui non solum ob potentiam Gothicæ gentis, sed etiam

Gestillus Rex  
Gothorum 39.  
internus.

Alaricus fit  
tyrannus.

CAP



amicitiam Rolteri Noruegiæ Regis, cui cōsanguinitate iunctus erat, omnia sibi felicia pollicebatur. Nam post eò procefferat Alarici odium, quò omnia alia malitiam amicitiam cum ipso componere, non distulit se ad ea conferre, opem contra hostem opibus, armisq; auxiliis potentem impetraturus. Erat enim Gestillo facilis uia à Vestrogothia in Noruegiam, cui extat collatanea. At Rolterus nondum in suo regno Noruegiam nē confirmatus, copiam suæ personæ in extraneam abnuere cogebatur: auxiliares tamē copias, quantas Gestillus postulabat, emisit. Insuper Ericum germanum in Diferti cognomen habentem, ex Dania regno (qui sub thone Rege militabat) accersitum, ducem exercitus contra Alaricum creat. Quam quidem expeditionem Ericus tra ipsum Alaricū eò libentius assumit, quò maiorem uegiæ partem filius Alarici Gauthonus uiolentius iniustus iam pridem deuasatam occupasset, atque non minorem Noruegianis quam Vestrogothis permissis irrogasset.

Rolterus Rex  
Noruegia opem  
fert Gestillo con-  
tra Alaricum.

Ericus Difertus  
dux exercitus  
Noruegiani.

## CAPVT XVI.

Gautho in bello  
occubuit.

**P**Roinde primum belli impetum in eundem Gautho deducens, ipsum regnis & uita priuauit, prius arborem illam uirere non posse, cuius radices exarsent. Hac orbitate quamuis Alaricus nō parum afflictus erit, animum tamen lapsi proximum, ea fortitudine confirmabat, ut contra aduersæ fortunæ impetū audax ex dāno accepto emeruisse uideretur. Nihil enim remissum in apparando bello effectus, prægrandem cogebatur: quo suffultus, de hoste (quamuis nimium potentem) tam uictoria reportasset, si publico, nō priuato congressu pugna confecta fuisset. Alaricus enim ante belli ingressum

Erico ad se clamorato, multis modis persuadere conatus est, ut reuocatis ad memoriā patrum suorum consanguinitate & fœderibus, quibus Erici aui, & attai cum Sueonū Regibus coniuncti fuerant, Gestilli siue Gestiblini, Gothorumq; militiam detrectaret. Sed erat in Erico animus maiore uirtute præditus, quam quòd pateretur se eius fieri defertorem, cuius se professus fuerat defensorem. Ea uia Alaricus nihil proficiens, orabat, ut annuat cum Gestiblino priuatam pugnam conserere, duelliq; congressu totius belli molem absoluere. At Ericus ipsum tum ob incommoda senectutis, tum ob aduersam corporis ualeitudinem, armis inhabilem affirmans, obtulit se eius loco pugnaturum: neq; enim honestum esset pro eo duellū refugere, pro quo fuerat uitam & sanguinem effundere. Igitur inspectantibus omnibus, duo præstātissimæ uirtutis pugiles, Alaricus & Ericus, in circū prodeunt, acerrimis animis utriq; pugnantes: uisi sunt robore corporum, ac militari disciplina æque pares, atq; instructi, nam uterq; grauissimis plagis affectus in circo corruit moribundus.

Erici cōstantia.

Duellum Alarici  
& Erici.

## CAPVT XVII.

**S**Ed pugne fortuna, quæ Alaricū confestim è uiuis abstulit, Ericum (licet difficillimè curatum) uita feliciore restituit. Restitutusq; liberaliter pro optime gesta milita donatus, se in sua recepit, lætus quòd à tot disciminibus propitia fortuna saluus euasisset: spemq; indubiam à Gestillo, & Gothorū proceribus accepit, quòd ei nō existente hærede in regnis successurus esset. Hac uictoria Gestillus, Gothorumq; proceres crudelius utebantur, quam unquā antea Gothica mansuetudo uel in patria, uel in longinqua militia cōsueuit. Plurimi ex illustrissimis Sueonū proceribus, optimiq; ciues sine numero occisi, cæteri tormētis affli-

Alaricus moritur, Ericus curatur.

Gothi abutuntur uictoria.

At, & omnibus fortunis exuti, ad infelicem uitam  
 Ati fuerūt. Neq; poterat illa ciuilibus & domestica dispo-  
 que tam crudeliter scueibat, pacari, donec maxima  
 rum populiq; multitudinem ultima fata implicaret.  
 de hic aliquis iuste exclamare possit: O Gothi  
 quod uos discordia duxit? Actum tamen erat per mag-  
 Gestilli prouidentiam, ne regna illa penitus desolarentur.  
 Cum enim perpenderet se ad ultimam senectutem per-  
 nisse, sibiq; aut naturali fato, aut domesticis armis du-  
 ximo succumbendum esse, Ericum ad se denuo uocauit.  
 Sueonibus præficiendum curauit: nec diu postea sus-  
 uens, in fata concessit, totumq; Gothorum & Sueoni-  
 cipatum eius moderationi administrandū reliquit, pa-  
 tus se æquissimo animo spiritū exhalare, postquam  
 tot præclaris operibus & uirtutibus insignem, subiu-  
 gnis & populis præfecisset.

## CAPVT XVIII.

Ericus Rex 40.  
 internus.

**E**ricus igitur tum ob sua optima merita, tum ob  
 regularem Gestilli consanguinei sui prudentiam  
 gem sublimatus, utrunq; regnum sopitis hinc inde od-  
 unum principatum prudentissime reuocauit, tantūq;  
 stria ad plures & felices annos gubernauit, ut merito  
 principes Heroës, quibus unquā Aquilonaria regna  
 eta fuerant, connumeretur. Pater illi regno fuit Nor-  
 nus, qui militari industria, & athletica fortitudine illi  
 proceribusq; Vestrogothorum Rolloni & Gestillo,  
 quorum limites habitabat, amicitia cognationeq; con-  
 ctus erat, à quibus etiam liberos suos Ericum atq; Rol-  
 in primis morum militarisq; discipline institutis en-  
 dos curauit. Qui post eam institutionē, in familiam  
 leri, siue Getheri Noruegiae Regis ascripti, tam mag-

Rollo & Gestil-  
 lus proceres Ve-  
 strogothorum.

Getherus Rex  
 Noruegiae.

admirandisq; operibus sese Regi & proceribus commen-  
 dabant, ut facile primam in aula Regia auctoritatem post  
 Regem assequerentur. Erat enim illud tempus, quando nō  
 solum sanguinis nobilitati, sed uirtuti & prudentiæ maxi-  
 ma ratio à Regibus & Principibus habebatur. Siquidem  
 ipse Rex comperta in Erico summa & admirabili eloquen-  
 tia, nō distulit eum Diserti cognomine honestare, præfectu  
 tamq; opibus & honoribus insignem, claritudini nominis  
 accommodare. Deinde suborta inter se, & Frothonem Dano-  
 rum Regem cōtrouersa, Ericum Rollerumq; bellicæ clas-  
 sis præfectos constituit. Excipit illos Oddo (cui tunc tempo-  
 ris apud Danos maxima piraticæ auctoritas tribuebatur)  
 uir in magicis præstigijs ita eruditus, ut absq; carina maris  
 profunda pererrans, hostium nauigia concitatis carmine  
 procellis obrueret, maleficio uictoriam, quam uiribus con-  
 sequi nequiuerat, assecutus. Hic (inquit Saxo) negotiato-  
 ribus atrox, & agricolis clemēs exiitit, quod hī mūdīs labo-  
 ribus, illi sordido quæstu uictitaret. Ab hoc Oddone Ras-  
 no (cui Getherus piraticum negotium contra Danos com-  
 miserat) post cruentum bellum superatus & occisus est.

Ericus meruit  
 cognomen Dis-  
 erti.

Ericus & Rolle-  
 rus duces bel-  
 licæ classis con-  
 tra Frothonē  
 Danum.

Oddo magicæ  
 artis præstigi-  
 tor mirabilis.

Rasno ab Oddo  
 ne occisus.

## CAPVT XIX.

**E**o igitur sociæ classis occasu Ericus & Rollerus cau-  
 tiore effecti, considerabant ut arduum & difficile,  
 ita periculosum esse, pugnam cum eo conserrere, qui uentos  
 commoueret & undas, pessimaq; dæmonia ad suam militiā  
 descripta & parata haberet: proinde maiore opus esse in-  
 dustria, quā si contra humanas uires res gerenda esset. Igitur  
 per exploratores instructi, quomodo Oddo naues suas  
 apud lapidib; ad iaciendū aptis onerasset, missis clam peruicacio-  
 nis ingenij iuuenibus, earum tabulas aquis uicinas, sub me-  
 dio noctis silentio, intorto sensim terebro cauari fecerunt.

Oddonis naues  
 terebrantur.



nullo ex uigilibus ad eorum accessum uel discessum  
 to: quibus enauigantibus, paulatim Oddonis classis  
 pte rimatim aquae depresserunt: quā cum ab aqua  
 dere conarentur, non remotē classis hostilis apparuit.  
 Oddo non solum uictus, sed omnino deletus interit.  
 ex tota eius classe superstitē, qui acceptam cladem  
 re potuisset. Hanc uictoriā Ericus & Rollerus affecit.  
 Landiæ litora, aliasq; Danorum insulas deprædant  
 ferunt, idq; liberē & nullo resistente. Quippe iam  
 ritima Danorum classis deleta erat, nec aliqua domi  
 concordia inter Danos residua erat, pcr quā extran  
 sti obuiaretur. Si enim Saxoni Danico credi oportet,  
 solum ipsa concordia, sed quicquid uirtutis & homi  
 erat, sub hoc puero Rege Frothone à Dania explosa  
 frigatūq; fuit: tantaq; morum barbaries rursus in  
 ut non hominum, sed belluarum more ibi palām atq;  
 uerecundē uiueretur. Horreo enim, & horrens ob  
 sco, quando intueor Saxonum, tam obscenos atq; im  
 mos suorum Danorum militum mores experimenta  
 post multa fœda atq; horrenda inquit, tam effrenatū  
 tum procacitatem nō exteris tantum, sed etiam patri  
 uisum fecisse Regem. Dolenter siquidem ferebant Da  
 perbē sibi ac crudeliter imperari.

## CAPVT XX.

**T**aliter laceſitum uulgus, afflictionis suæ quā  
 tacitis gemitibus agitabat, nulli miseriæ tēpori  
 pandi palām animus erat, internus omnium præcon  
 lor, hōc acrius, quō occultius lacerabat. Eſſectum tam  
 rat, ut Ericus & Rollerus data publica fide, ad Froth  
 in colloquium uocarentur. Quā uocatione se satis  
 existimantes, duas naues spolijs onustas (ut inquit  
 in Noruegiā remittunt, reliqua classe se, suosq; com

Oddo submer  
 sus cum suis  
 interijt.  
 Sielandia Da  
 mica rasta  
 tur.

Danorum maxi  
 ma barbaries  
 sa sempeſtate.

Ericus & Rolle  
 rus ad collo  
 quium Frotho  
 nis uocantur.

tones ad Frothonem conferunt. Sed non ea humanitate,  
 quam sperabant, excipiuntur. Erant enim tres fratres, Gre  
 pi commune nomen habentes, uno partu editi: quorum fla  
 gitijs tota aula Regia, totaq; Dania inquinata apparuit. Hi  
 cum primas apud Regem partes haberent, primi omnium  
 aduenientem cum fratre & socijs Ericum, scurrilibus con  
 uitijs adoriuntur: uixq; ab eo cum litora insiliret, manus  
 uiolentas continere. Veruntamen maior erat in Erico a  
 nimi firmitas & prudentia, quā se contumelijs, uel mi  
 nis, aut terroribus improbiſſimorum hominum superari  
 pateretur. Progredienti ex classe, maleficia maleficioſūq;  
 urbam opposuere, ut terrius salutē à fugā mutaret. Sed  
 non deerat illi ingenium, quo artem arte, maleficio male  
 ficio superaret. Siquidem omnem illum maleficioſorum ap  
 paratū, unius execrationis imperio expiare cōcēgit. Deinde  
 eum ad regiam, Regisq; conspectum peruenisset, nihil mo  
 destius, quā si ad præſentiā protomimi perductus fuisset,  
 excipitur. Nam Regis contubernales, qui aduenas omni  
 iniuriarum genere prosequi consueuerant, ut ludibrio in  
 gredientem afficerēt, lubricam limini substruere pellem,  
 quam superueniente Erico celeri funis tractu corripien  
 tes, lapsum introēunt fecissent, nisi Rolleri fratris ope à ca  
 su fuisset reuocatus. Rex autem, qui cum eam contumeliā  
 prohibere debuisset, adiecit conuitiū, affirmans stoli  
 dum hominem, qui nesciret insidias præparatas cuitare.  
 aderant & lateri Regis pugiles, quorū confessui cum sese  
 Ericus applicaret, toruos ore fremitus edebant, ac more  
 uentium canum, & ululantū luporum, horrifonas extu  
 ere uoces. Deinde inter Frothonem & Ericum certamen  
 eloquentiæ palmam initum est: in quo etsi Frotho præci  
 pius haberetur, tamen in omnibus inferior erat Erico,  
 qui non solum humanarum rerum peritiſſimus, uerūm

Grepi trigemū  
 ni fratres.

Frotho rex bar  
 baris moribus  
 erat.

Nequitia scur  
 rarum.

Frotho & Eri  
 cus certant de  
 eloquentiæ pal  
 ma.

etiam (ut Saxo ait) sensuales brutorum sonos ad certam affectionum intelligentiam referebat. Præterea tam ornati eloquij erat, ut quicquid disserere cuperet, inuoluptu prouerbiorum lepore poliret. Quo factum est, Rex se eius eloquentia superatum confessus, confisam illam brachio suo detractam, decretæ mercedis honoratori erogauerit.

## CAPVT XXI.

**I**nterea Regij familiares acrioribus odijs in Ericum citati, iurauerunt se eum cum omnibus aduenturorum unguibus substraturos. Præcipuus enim Grep cum ab Erico de commissio cum Regina adulterio quædam accusatus esset, impacabili furore correptus, autem cum eius comitatu ad certamen prouocatus: prouocatus triduas inducias petit, et interim ex tergo machinatis crepidas parat, quas abietino gummi interfusis in arenis obliniens, quò firmitus uestigia poneret, suis pedibus adaptauit. Postea statuto tempore cum sulcati maris campum aggressus, Grepas omnesque eorum milites lubrico instabilique gradu titubantes, crepidarum firmitate subnixus prostrauit. Gotuara deinde occidit matrem, lingua uerbisque procacissimam, responsum deditate superauit, coegitque ut eximium auri pondus honoratori donaret. Præterea Vestarum Greporum patrum filiorum mortem uindicare conaretur, colligendo donacione colluctando contriuit. Igitur cum Frotho alio tempore attenderet, se tanto commilitonum ac præcipuorum micorum numero per Erici astutiam orbatum, cepit se non paruas insidias Erico, eiusque socijs præparare. Sed quodq; enim sicca, quandoque alio mortifero telo ipsam cerere meditabatur. Sed cum aduertet eius prudentiam

Grepus Ericum prouocat ad certamen.

Grepus omnes per Ericum extinguuntur.

Gotuara mater Greporum superatur responsum calliditate.

Vestarus pater Greporum occubuit.

Frotho intentat necem Erico insidiosè.

maiores esse, quam quòd posset apertis insidijs oppugnari, statuit ipsum nocturno tempore occupatum occidere: secessissetque nisi Ericus à filia, siue sorore Regis præmonitus, ad classem cum fratre et socijs quanto citius effugisset. Ea fuga Ericus salutem consecutus, mox uentis uela commississet, nisi in litore Regiæ classem, qua fugiens occupari posset, attendisset. Proinde laceratis occultè eius tabulis, prorsus inutilem reddere curauit. Subsecutus Frotho classem suam, quasi in omnibus partibus integram, præcipiti cursu inuolat, nihil enixius cõtendens, quam Ericum interceptum perdere et trucidare.

## CAPVT XXII.

**H**oc impetu Frotho anchoras eleuat, uentisque uela permittit. At cum omnia concitatus quam prudenter aggrediretur, subito classis uel aquarum obruta in profundum ferebatur. Frotho (ut erat armis onustus) inter undas enatare cepit. Quod cum Ericus et Rollerus, qui de proximo rerum exitum expectabant, uideret, statim se in aquas præcipit, et natandi industria, quæ perfectè didicerant, Regem iam tertio undis perusum à præsentissimo mortis periculo eripuerunt, atque uitæ et dignitati pristinae, ac regno, et Regio honori, per summam et memorabilem clementiam restituerunt, admirantibus cunctis, quòd Regi iniquo, et innocentium persecutori, tam incredibilis humanitas ab illis præstaretur, in quorum perniciem totum animi sui operam extenderat. Si hæc admiranda uirtutis officia Dani Noruegianos contulissent, mox in latere Danicæ historie annotatum fuisset: Noruegiæ à Danis subactio: Dani Noruegians Regem imposuerunt: Noruegia Danis tributaria, et similia, quibus in cõtextu historie aliquid minus reponitur. Sed erat hoc uincendi genus sempiterna laude

Ericus declinat machinatioes Frothoni.

Frothonis classis submergitur, et ipse in fluctibus periclitatur.

Ericus et Rollerus restituant Frothonom Regno.

extollendū, quo nulli nisi excellenti probitate pre-  
 cere consueuerunt. Quid enim illi clementiæ addi po-  
 que atrocem inimicum, eundemq; captiuū, in regnū  
 cipatū, atq; integras fortunas restituit? Proinde nullu-  
 rus rerum æstimator secus iudicare poterit, quā Er-  
 nem Erici beneficio Daniæ regno imperasse: immo ni-  
 filijs Erici in omnibus diligenter paruiſſet, nequaquā  
 gloriosam nominis sui memoriā ad posteros transmi-  
 Postremò restitutis paulatim Frothoni uiribus, com-  
 tisq; & pacatis omnibus, reditur in litus, deinde in re-  
 ubi aduocata concione, Erico non solum sororem sua-  
 nuaram in coniugem, & Centuriatum pro dote diti-  
 ut Saxo affirmat, uerum etiā (ut nostræ historiæ com-  
 parem ipsum sibi in regno cōstituit, iuste existimā-  
 tem conferre, cuius gratia totum possidebat: tanta  
 stea, & tam constās, ac inuolabilis amicitia inter ipsos  
 ad ultimum uitæ exitum seruata fuit, ut uix aliquo  
 fratrum concordia maior apparere potuisset.

## CAPVT XXIII

Frotho fit me-  
 lior.

Erici præclara  
 facinora Fro-  
 tho recogno-  
 scit.

Vfusq; iam Frotho ad sanio-rem mentem redi-  
 cum reuoluere cœpit, quā corruptos mo-  
 consuetudine corruptissimorū Greporum haussisset.  
 tumq; sui cōmilitones à recto & honesto defuississet.  
 cogitans gratulabatur secum optimè actum esse, quod  
 ci consortium unquā asscutus fuisset, cuius industri-  
 pessimorum contubernalium societate caruerit. Sicut  
 ad primū ipsius accessum laqueo strangulatus est.  
 malignus, malignorum operum suggestor: deinde  
 Grepī cum suis turpissimis complicibus ab eo occisi-  
 marus quoq; pessimorum filiorum pessimus pater,  
 (ut diximus) ab Erico ceruicibus expirauit. Qui

lio uiuorum sublato non fuissent, nulla prorsus uirtutis ho-  
 nestatisq; uestigia in Rege, aut tota eius familia relicta  
 fuissent. Hic merito adiecerō, quā gratum Deo & homi-  
 nibus obsequium præstant, qui malignorum consiliorum  
 auctores à Regum & Principum aulis eliminare conantur.  
 Nulli enim dubium est, quin omnia aduersa, quibus nunc  
 totus orbis Christianus affligitur, inde exoriantur: quia  
 inerperti aut iuuenes Principes malos consiliarios secum  
 conuersari patiuntur, à quibus discunt utilitatem honesta-  
 ti, lucrum uirtuti, tyrannidem modestiæ præferre, seq; ta-  
 les exhibere subiectis ciuibus, quales olim crudeles tyran-  
 ni deuictis seuis hostibus se uix præstiterunt. Sed de his iu-  
 dicet Deus, qui propter peccata populi regnare facit hypo-  
 critas. Deinde Frotho cum Erico consultat, quomodo abo-  
 litis à regno peruersis moribus, iustæ & honestæ leges in-  
 pristinam auctoritatem restituantur, cōsuetudinesq; & lau-  
 dabilia maiorum instituta, ad publicum usum reuocentur,  
 omniaq; diligenter curentur, quæ augendæ Reipublicæ,  
 & subiectorū populorū tranquillitati opportuna uideantur.  
 Præterea conqueritur se suam infamiam ex Amundæ  
 uxoris adulterio contractam, grauissimo animo sufferre,  
 uelleq; ipsam Hunnorum Regi remittere, ne in Dania con-  
 uersando uitæ suæ insidiatricem experiretur, ipsamq; Ge-  
 tuaram pessimam scēninam adulterij consciam, lapidibus  
 obruere, aut uiuā defodere: addidit etiam sibi plurimū pla-  
 cere Aluildam Getheri Noruegici Regis filiam, ut in locū  
 pudicæ coniugis succedat.

## CAPVT XXIIII

IVm Ericus summo perè laudata Frothonis prudētia,  
 respōdit, sibi nihil magis in uotis esse, quā quod bo-  
 num mores, & honestæ leges, quæ malignitate peruersorū ho-

Frotho Erici con-  
 silio utitur.

minum à patria explosæ fuerât, denuò ab exilio ad patriam  
 & antiquas sedes reducantur: cui etiam honestissimam  
 ratio sese omnes ingenij sui vires accommodare uelle  
 bat. Nec sibi displiceret, quòd Getuara suæ iniquitati  
 cedem adeptæ, documentum fieret cæteris, ne Regum  
 tate in uelamen suarum nequitiarum abuterentur. De  
 Hamundæ repudio, quòd insigni crimine meruerat,  
 iudicium ferri posset, nisi forsàn quòd honestius atq;  
 Rollero, cuius fides iam compertissima esset, in manu  
 nium traderetur. De filia auè Getheri, quòd iuxta  
 Frothonis uotum ex Noruegia adducatur, se diligenti  
 raturum pollicetur. Grata uicissim Frothoni fuit hæc  
 responsio. Quocirca fratres coniunctas egere nuptia  
 co sororem Regis Gunuaram, Rollero repudiatam  
 nam ducente: quibus peractis, ambo cum coniugibus  
 gationem in Noruegiam instituunt. At Getherus ma  
 dine felicitis fortunæ, quam Ericû extulisse didicerat,  
 uidiam collapsus, cogitare cœpit quomodo illum am  
 nexum, quo ipse cum Frothone coniunctus esset, de  
 peret, ne ingenti prosperitate suffultus, aliquando No  
 gianum ambiret imperium. Enimuerò cognita Erici  
 tione, refert se Gunuaram Frothonis sororem in ma  
 nium cupere, uelleq; potius legato filiam suam Alu  
 quam Frothoni coniungere. Ericus quamuis optimi  
 quorsum hæc molitio Getheri tenderet, simulandam  
 putauit: egitq; singularibus uerbis amplissimas gra  
 quòd se tanto honore, & prima amicitia dignaretur.  
 Gunuara clam admonet, ut simulato consensu Getheri  
 tionem admittat, conditione adiecta, quòd Aluilla  
 Erico desponsetur. Quo responso Getherus plurim  
 uisus, filiam Erico nupturam exhibet, omniaq; qua  
 paratui nuptiarum necessaria, uel opportuna uidebat

*Ericus sana  
 & recta consi  
 lia imparti  
 tur Frotho  
 ni.*

*Erici & Rollero  
 connubia*

*Getherus cona  
 tur Erici et Fro  
 thonis amici  
 tiâ dirimere.*

*Getherus illu  
 ditur.*

disponit. Sed cum deprehendret sibi ab Erico & Gunua  
 ra illudi, percussores occultè intra eorum thalamum sub  
 ornat, qui ipsos nocturno sopore occupatos confodiant. At  
 circumspicior erat Ericus, quàm immisissis latronibus utile  
 fuit. Nam utroq; occiso, confestim Gunuara & Aluilla co  
 mitatus, ex regia se recepit ad suos, quos iusserat ad omnè  
 fortunæ euentum paratam seruare stationem: quorum ope  
 imminentes Getheri insidias declinauit, prosperaq; nau  
 gatione cum fratre Rollero, atq; Aluilla, & integro socio  
 rum numero ad Frothonem reuertitur: qui etsi maxima læ  
 titia ex Aluillæ nuptijs afficeretur, non parua tamen erat  
 molestia, quam tunc Sclauorum pirata, qui littora Danica  
 populabantur, eius gaudio immiscuerunt. At Ericus ad bel  
 la & res præclaras natus, iussit ut optima quæq; speraret,  
 nec statim ad quemuis aduersæ fortunæ impetum animum  
 responderet, aut ab honesta latitia, quam ex nuper addu  
 ta coniuge conceperat, reuocaret: se illum esse, qui diligen  
 ter ac fideliter curare uelit, ne Danicæ Reipublicæ hostes i  
 psam impunè à se uexatam fuisse gloriètur. His dictis clas  
 sem uiris armisq; munitam cõtra Sclauos educit, quos per  
 naues frondibus tectas ad insidiosa loca perductos, facili  
 negotio expugnauit, & oppressit: uiamq; fecit maiori bel  
 lorum apparatus, quo ipse Frotho primitias bellorũ suo  
 rum parum postea in Sclauos transferret, tanta bellatorũ  
 multitudine stipatus, quantam (ut Saxo Danicus inquit)  
 uix terra, aut mare poterat sustinere.

## CAPVT XXV.

**F**rotho igitur & Ericus per terras & maria insupe  
 rabilem contra Sclauos potentiam educentes, primo  
 egressu hostes adeò terruerunt, ut eorum Rex Strunicus  
 belli inducias per legatos postularet: quæ idèo petentibus

*Ericus insidias  
 Getheri euadit.*

*Sclaui pirata  
 Danicas oras  
 depredantur.  
 Ericus Frotho  
 nem solatur.*

*Ericus Sclauos  
 opprimit.*

*Exercitus cõtra  
 Sclauos.*

negatae fuerunt, quod hostis induciarum beneficio man-  
 non esset, neque expediret bellorum initia, dubiosa  
 peccatione suspēdere, praesertim cum Dani à Sclauis  
 uocati, atque inuiti ad eas bellorum difficultates deuocati  
 affirmante Erico ita ludum foris agi oportere, prouocati  
 fuerat inchoatus. Deinde pugnatum est utrinque, ac  
 animis, donec Rege Strunico cum maiore procerum  
 interfecto, ceteri in deditionem accipiuntur. Tum  
 (suggerente fortē Erico, nouarum rerum inuente)  
 tis ad concionem Sclauis, per praekonem edixit, ut  
 ter eos rapti, aut furto uiuere didicissent, sese quam  
 exhiberent, primos honores ad ampla praemia à Frotho  
 suscepturi. Quo edicto plurimi Sclauorum se cupidius  
 securius prodiderunt, quos confestim à reliqua parte  
 nimis exigua erat) laqueo consumi fecit, praefatus  
 cessario tanquam publicas patriae pestes è medio aufer-  
 dos. Hoc ingenio (inquit Danicus scriptor) totam  
 Sclauicæ gentis stirpem consumpsit. Demum post  
 eam uictoriam, ne Dania armis quam legibus potētia  
 deretur, leges à Frothone per eximiam Erici industria  
 iuste, atque humane, rationique consonae promulgatae  
 uix æquiores in medio Latio, aut Græcia statui potē-  
 fiebatque; indies clarior Erici fama: dubiumque apud  
 esse coepit, an ipsi, an Frothoni magis obediendum  
 Quæ quidem fama insignem in Gethero Rege  
 excitauit, ut coacta non parua classe transmitteret in  
 nam, sumpturus de Erico uindictam, quod filiam Al-  
 (se inuito) ad Frothonem adduxit.

## CAPVT XXVI.

**F**rotho aut, qui omnem Erici fortunam non secus ac  
 stimabat, copias non minus potentes eduxit, Gethero

prope insulam Rense, ut temere ita infeliciter pugnantem  
 oppressit: cui Rollerus in regno Noruegiæ tum fauore  
 consensu procerum ac populi, tum etiam nonnullo auxilio  
 Frothonis successit. Verum cum iam Sclauis, Noruegia-  
 nisque superatis, omnia secuta putaretur, grauior ex Orientem  
 te bellorum tempestas contra Danos suboriri uisa est. Nam  
 Huno Hunnorum Rex, audito filiae suae Hamundae repudio,  
 non solum Olimarum Orientalium Regem, sed quam pluri-  
 mos alios Reges et Principes, in societate belli sibi adiunxit:  
 qui tantam multitudinem bellatorum per terras et maria  
 eduxerunt, ut contra totum orbem bellum suscepisse uide-  
 rentur. Nam si Saxoni Danico credendum est, in nauali  
 exercitu quem Olimarus duxit, Reges suere sex, qui toti-  
 dem classibus praefecti erant: quarum quaelibet quina  
 nauium millia complectebatur: deinde in qualibet naui tre-  
 centi milites munerabantur. At in terrestri exercitu, cui  
 Huno praerat, triginta milia ducum, excepta gregarij mi-  
 litis multitudine, conscripta fuisse commemorat. Ego (ut  
 ingenue fatear) nequaquam credere possum, tantam fuisse  
 bellatorum multitudinem, etiam si tota Scythia suis sedi-  
 bus auulsa ad bellum prodisset. Credo tamen ingentem  
 fuisse militum multitudinem, et longe maiorem quam no-  
 stro tempore ad bellum educi possit. Nunc enim penè ubi-  
 que terrarum longè minor hominum numerus inuenitur,  
 quam olim. Quis enim iam ex Palaestina Syriae tantum ex-  
 ercitus educeret, quantum legitur paruissse Dauidi, aut Sa-  
 lomoni? Quis etiam nunc quemadmodum olim, ex Roma-  
 nae Reipublicae quadringenta sexaginta quatuor millia ciuium  
 conscriberet? Vtunque tamen se ista habeant, ego in hac  
 parte rei iocundè fidem in Danicæ historiae auctores, quos ue-  
 raciter affirmasse credo, ipsum Frothonem tam formi-  
 dabilis belli molem singulari uirtute ac summa industria

Hunonis exer-  
 tus ingens, et  
 penè incredi-  
 bila.

Erici opera Fro-  
 tho Hunos su-  
 perauit.

Strunicus Scla-  
 uorum Rex oc-  
 cubuit.

Latrones suspen-  
 duntur.

Sclauicæ gentis  
 stirps interit.

Frotho leges æ-  
 quisimas de  
 consilio Erici  
 tulit.

Gethero inui-  
 det felicitati  
 Erici.

Erici in finibus Rusiæ superasse. Quippe tunc actum est de Danis, & eorum imperio, nisi Erici prudentia Regem conseruasset, totq; potentissimos hostes suis uictis repressisset & profligasset.

## CAPVT XXVII

**S**ed quid hic Ericus à gratitudine Danorum pro-  
tis in ipsorum Rempub. meritis reportauit? Illud  
fecto quod minus grati homines rependere consue-  
sempiternam uidelicet sui nominis suggillationem.  
cum in nostris historijs compertissimum sit, ipsum tan-  
stilli, siue Gestiblini industria, quam concordia pro-  
electione in Regem Gothorum & Sueonum (ut pre-  
mus) sublimatum fuisse, attamen nonnulli Dani  
non uerentur, tam gloriosum & sapientissimum Re-  
Frothonis gratia in ea regna collocati fuisse, quæ  
genio supprimere possent apertam ueritatem, & sua-  
prias historias, quæ satis ostendunt Frothonem per  
gratiam regnasse: neq; illud uerum esse, quod Saxo  
mat, hunc Ericum primū eius nominis Regem Suec  
fuisse, cum etiam ille Rex, qui (ut diximus) circa  
ra Abrahæ, aut aui eius Saruch, primos incolas in  
nian ex Gothia misit, Erici nomen habuerit, Sueco-  
cum Gothis imperauerit. Cuius memoriam non solum  
tustissima historia, sed carmina publicè (ut supra dixi-  
conscripta nobis commendant. Voluit fortè Danu-  
presso nomine illius primi & antiquissimi Erici, can-  
blicam fidem abolere, quæ affirmat ipsos Danos  
Erici beneficio Danicas insulas (promisso Gothi  
tuo tributo) primitus inhabitasse, cum tamen præ-  
fuisset antiquas sequi historias, quæ sortes Danos  
tibus Gothis prodijisse fatentur. Præterea non satis

bilis uidetur illa Saxonis assertio, qua Frothoni centum  
septuaginta Reges subiectos fuisse commemorat: immò nec  
uicini Reges, quorum alter Alaricus Suecis, alter uerò Ge-  
stiblinus Gothis (uti præfati sumus) præerat, tantum ab-  
est ut eiusdem Frothonis imperium à Rusia usq; ad utran-  
que Rheni fluminis ripam extesum fuerit: immò neq; Nor-  
uegiæ regnum ei subiectum fuisse probabimus, cum ipse  
Saxo statim postquam amplissimi (ut dicere uoluit) prin-  
cipatus terminos declarasset, bellum Frothonis in Norue-  
gianos prosequatur, Regesq; Gothiæ & Suetiæ (quorum  
tunc meminimus) sese in mutua & atrocia bella præpara-  
re affirmet. Quibus collapsis, aut collabentibus, Ericus nõ  
autoritate Frothonis, quæ apud Sueones & Gothos nulla,  
aut parua erat, sed Regis Gestilli, & procerum utriusq; re-  
gni Gothiæ & Suetiæ principatum assecutus est.

## CAPVT XXVIII.

**H**actenus de Erico ut Danicæ Reipub. moderatore,  
socioq; Frothonis, latius dixeramus, nunc contra-  
tius quid in regnis Gothiæ & Suetiæ post adeptos Regij  
honoris titulos egerit, differemus. Prima siquidem illi cura  
fuit, discordes Gothorum & Sueonum animos, ad stabilem  
concordiam reuocare, moresq; & leges bellorum tempe-  
state conuulsas, in pristinum statum restituere: nec quicquã  
omisit, quo subiectorum ciuium animos ad omnem fortu-  
ne uarietatem sibi fideles efficeret. Deinde ad animam re-  
pocans, quomodo Noruegiani Regi suo Rollero rebella-  
rent, non quòd eis quicquam in moribus eius inconditum  
displiceret, sed quia per Danici Regis cooperationem ius  
regnandi uolentius quàm iustius occupare uoluisset. Igi-  
tur Ericus ut fratri Rollero in tantis rerum difficultatibus  
opportuna remedia afferret, maximū ex Suecis & Gothis

Saxo multa fal-  
sa suis historijs  
immiscuit.

Dani minus ue-  
races in tradē-  
dis suis histo-  
rijs.

Ericus i. Suetiæ  
Rex fuit tem-  
pore Abrahæ.

Ericus opè ser-  
uauit Rollero cõtra  
Noruegianos.

exercitum cōtra Noruegiam eduxit, Frothone Regem ut idem faceret, per legatos inducit, affirmans eum non tam suae causae, quam honori Frothonis imperare consulere uelle. Igitur ingentes copiae ex Sueothis & Danis comparatae, terrori furenti omnibus in tantu regionibus. Frotho naualem exercitum non solum multitudinem, sed armis & uiribus terribilem, Noruegiorum inmittit, omniaque incendio, caedibus & rapinis uiuit. Congregati Noruegiani in finibus Halogiae, uiribus, arma armis opposuerunt, totumque diem a primice usque in uesperam, pertinacissimam pugnam perierunt, uictoria apud Noruegianos remanente: sed Frotho sequenti diluculo, nisi Ericus terrestri ac nocturno itinere quam celerrime confecto aduolasset, & non minus amissam uictoriam a manibus fortissimorum uirorum extorsisset: quae tamen adeo cruenta fuit, ut non parum feliciores uictis haberentur. Quippe ut bonae Noruegici regni pars cultoribus euacuata fuit, ita totum numerum Danorumque exercitus una cum Rollero penitus est. Testatur hanc immanissimam cladem Saxo Danicus qui asserit tantam de Danis stragem acceptam fuisse, tot nauium millibus sole centum septuaginta superfuisse credantur.

## CAPVT XXIX.

Septentrionales  
aspero bello.

**Q**uo memorabili praelio doceri poterant Danique facili Septentrionales sicut Australes expugnari posse. Proinde apud eos dicere solent, si tot bella in aliis terras, uidelicet Oriētales, Occidentales Australes promouissent, quemadmodum in uicinos Noruegianos, Sueones attentauerāt, esset profectio melior eorum principatus, quam Saxo scribit in uita sua

nuti Regis: ubi suam Daniā uocat Paruule telluris angustiam. Sed dum fortes fortibus cōgrediuntur, sepe accidit utrosque pari infelicitate collabi. Praeterea silendū non est illud, quod Erico in Noruegico bello occupato accidisse dicitur. Cum enim milites eius praedam & thesauros in subterraneis antris sollicitē inuestigarent, inuenerunt speluncam magnae profunditatis, in quam quendam ex robustioribus corbe impositum, & pendulo fune circuncinctū immiserunt, rati se illinc optima spolia extracturos: qui cum in profundū peruenisset, mox quidam ibi latitans eum à corbe eiecit, seque in ipsius locum restituit: quem supernè funem moderantes, magni thesauri spe, auidè extraxerunt. Sed uisa ignoti hominis facie, squallore & funebri aspectu tabefacta, in diuersa effugerunt, funus ab inferis se reduxisse putantes. Ericus autē propior ei factus, causam quaerit, quomodo in illud antrum deuenisset, quare cruenti oris imaginem praese ferret. Ego, inquit, sum Asmundus, Alsi Hetmarchiae Regis filius, qui alias parum prospere uenationi incumbens, irruente noctis caligine à retiarijs diuulsus fui, & post multos errores ac deuia, in Biorni Vichiensis Regis aedes deueni, in quibus Asuitus eius filius tantam suis egregijs meritis amicitiam mecum coniunxit, ut iureiurando nos pariter stringeremus, ne alter alterius fato superesse uelit, sed cōmuni tumulto uiuum cum mortuo includi. Tandem Asuitus prior in fata concessit, cui me potius contumulari uolui, quam praestitam amico fidem uiolare. In eo igitur tumulto inclusus, grauem cum Asuito luctam sustinueram: nam nocturno tempore rediuiuus canem & equum secum confultos dentibus dilaniauit: deinde unguis in me conuertēs, abruptis auribus genas quoque meas dilacerauit: fecissetque me ex uiuo mortuum, nisi ab eo feliciore fortuna creptus, ad uiuorum societatem rediissem.

Dania paruule  
telluris angustia.

Asmundi cuiusdam  
fortuita inuētio in spelunca.

Argrimus Sueti-  
cus pugil.

**E**odem tempore quidam Argrimus Sueti-  
cus nobilitate, & athletica uirtute præclarus  
pridem Erici militi in Noruegiano bello secutus,  
egregia fortitudinis opera ædidiſſet, ſpemq; magnam  
ex Frothonis, quàm ex Erici promiſſis concepiſſet,  
ram Frothonis filiam ſibi in coniugem donari poſſe  
At Frotho filiam nondum nuptijs idoneam aſſerens,  
ut bono animo eſſet, aptumq; tempus expectaret, et  
rim duos Reges Egtherum Biarmie, & Tengillum  
marchiæ, quòd nuper in Noruegiano bello pertinaciſſimè  
hoſtibus pertinaciſſimè adhæſiſſent, expugnaret, et  
riam utriq; Regi Erico & Frothoni uiolenter in-  
potenter uindicaret. Nec ſegniter Argrimus Rogem  
obſequitur. Quippe exercitu ualido ſuccinctus, ſeſe  
pugnandos illos extremi orbis incolæ conferre non  
lit. Sed difficiliorem belli euentum expertus eſt, qui  
forſan à principio perſuaſiſſet. Nam populus ille  
tionibus inſuperabilis exiſtimatur. Habitat enim in  
orbis terrarum partem, paludibus, nemoribus, ſc  
torrentibus inuiam. Eſt etiam incantationum ſtudij  
no deditus, eiſq; non minus quàm armis pugnare co  
Præterea acer eſt illis populis telorum uſus: neque  
lia gens promptiore arte ſagittandi perfruitur: gra  
& latis ſagittis dimicant. Inſuper lubricorum ſtipiti  
leri allapſu curſum intendere ſoliti, arbitraria uel  
potentia rapiuntur, promptiſſimamq; propinquitate  
abſentiæ facultatem obtinere creduntur. Mox enim  
ſtem leſerint, eadem celeritate qua ſubeunt, auolant  
procurſu reditum languidius tentant. Itaq; & comp  
& uehiculorum agilitate, inſtandi fugiendiq; exp  
mam obtinent facultatem. Quocirca Argrimus,

Argrimus ar-  
matur con-  
tra Biarmos  
& Finmar-  
chos.

Biarmorum &  
Finmarchorū  
gens inſuper-  
abilis, & incan-  
tationibus de-  
dita.

forti & electo milite eos aggreſſus fuiſſet, bis tamen ab eis  
uictus, uictoriam fuga permutauit. Tandem tertio feliciter  
pugnās, poſt acerrimū bellū uictor euasiſt, filiamq; Frotho  
nis Regis in præmium glorioſæ uictoriæ obtinuit: ex qua  
magnum liberorū numerum ſuſcitauit. Qui cum auſpiciis  
ſue militaris fortitudinis à piratica inchoaret, uno nauali  
& cruento bello omnes ſimul contrucidantur. Nunc ad E-  
ricum redeamus: Qui partum ſua ſingulari uirtute ac in-  
duſtria Gothorum Sueonumq; principatum, per maximā  
temporum tranquillitatem diu ac feliciter adminiſtrauit,  
contentus bella geſiſſe, ut tandem in pace uiuere poſſet.  
Nec inuenio in noſtris Gothicis historijs, ipſum unā cum  
Frothone (ut Saxo affirmat) Angliam, Britanniam, Hy-  
berniam ſubieciſſe. Nunquā enim legi Gothorum aut Sueo-  
rum Reges bellum Angliæ ſponte intuliſſe, ſed cum ipſius  
regibus quandam cognatam amicitiam ab origine regno-  
rum contra Danorum uiolentiam & arma conſeruafſe.

Argrimus ui-  
ctor filia Fro-  
thonis obti-  
nuit.

Angli Sueoni-  
bus ſemper a-  
micitia con-  
iuncti erant.

## CAPVT XXXI.

**N**unc igitur poſtquā bella Erici commemorauimus,  
etiā pulcherrima pacis ſtudia, quibus ſuper omnes  
reges præcelluit, adducemus. Quis enim dubitat quā  
rata ſemper ei fuerit pax, qui nunquā niſi laceſſitus inui-  
a ad bella ſe couertit, nec unquā adepta uictoria crudeli-  
r uſus fuit, ſed in atroces inimicos clementiſſimi hominis  
ſſicia ſæpius exercebat? Quis etiam iure negare poteſt,  
ſius regnū in perpetua ac conſtāti iuſtitia utguiſſe, uene-  
ndamq; legū poteſtatem omnibus iniurijs præualuiſſe?  
Quippe cum autor fuiſſet Frothoni, ut tot æquiſſimas le-  
ges pro pacifico ſubiectorū populorum conuictu cōderet,  
quaquā credēdus eſt in proprijs regnis & terris, à tā uti-  
& honeſto, ac ſummè neceſſario ſtudio animū retraxiſſe.



Quomodo enim sine optimis legibus tam diuturnam  
 rum tranquillitate & pace gaudere potuisset? Eius  
 totis triginta octo annis, quibus Gothi ac Sueoni  
 bat, nulla bellorum memoria in eius gestis inuenitur  
 bique pax, gaudium, iustitia, æquitas, summaq; in  
 Gothicæ Reipub. partibus concordia, amicitia, ueritas  
 seruabatur, ut nunquam pacatiora, aut securiora  
 à rerum exordio in illis terris antea fuisse credenda  
 absit ab humana & Christiana pietate, cogitare eam  
 abundantiam ab aliqua mundana prudentia prodire  
 Erat enim tunc illud tempus acceptabile, & per tu  
 terita secula piorum hominum desiderio expectanda  
 ipse clementissimus Deus omnis ueræ pacis autor, in  
 carnem induere, ex immaculata Virgine nasci, & in  
 minibus conuersari dignatus est: cuius superfluentem  
 tati acceptum debemus, quicquid usquã pacatum &  
 habemus. Ipse honor & gloria, nunc & usque in seculum  
 num. Siquidem per ipsum Ericus regnabat, & leges  
 dando iusta decernebat: per ipsum facta est pax bonæ  
 bonæ uoluntatis: per ipsum, immo in ipso populorum  
 Septentrionalium, qui ambulabat in tenebris, uisum  
 magnam: denique per ipsum liberata est ciuitas Aps  
 lonem, & similis ero Altissimo. Et si quæ sueris quæ  
 no Erici natus sit ipse Saluator noster Iesum Christum  
 probabile apud me esse iuxta supputationem ueris  
 historiarij, quas nunc habemus, illud summum diuine  
 tionis opus circiter annu regnoru huius Erici 34. an  
 à quo tempore restabat octingenti anni usq; ad tempore  
 li Magni Imperatoris, sub quo Gothia & Suetia con  
 rum Deu, & filium eius quem misit Iesum Christum  
 fra dicemus) agnoscere, uitamq; ab eo sperare semp

Ericus 38. annos  
 pacifice regna  
 uit.

Christus quo tẽ  
 pore natus.

Gothia & Sue  
 tia quo tempo  
 re Christi a  
 gnauerit.

IOANNIS MAGNI  
 GOTH ARCHIEPISCOPI V.  
 PSALENSIS HISTORIAE GO  
 thorum Sueonumq; li  
 ber quintus.

## CAPVT I.



Oni igitur libri initium facturi, ad Ge  
 tricum Erici Diserti primogenitum, qui  
 post fata patris tam hereditaria succes  
 sione, quam concordii procerum electio  
 ne, ad Gothici regni sceptrum peruenit, de  
 cedamus, Haldano secundogenito apud Sueones (de quo  
 postea dicemus) in paternum principatum succedente. Hic  
 Getricus consideras se fortissimo & prudentissimo patre ge  
 nitum, coepit præclaras eius uirtutes tam diligenti studio æ  
 mulari, ut in nullo ab ipsius fortitudine & probitate dege  
 rasse notaretur. Præcipua tamem eius uirtus & animi  
 magnitudo in eo poterat considerari, quando fratrem suum natu  
 minorem in Regio culmine sibi adæquari uideret, & inde a  
 maximam uirtutem capeffendæ uirtutis assumeret, unde a  
 forsatis inextinguibilis odij fomitem excitasset. Nam cum  
 malis, aut parum prudentibus consultoribus moneretur,  
 illam regni societatem admittere, maioremq; Regiæ ma  
 iestatis quam consanguinitatis rationem habere, magno  
 que excellenti animo respondisse fertur, se magis glo  
 riam & honestatem, quæ ex uera uirtute procedit, quam  
 tam totius regni maiestatem aestimare: uirtute enim, non  
 oblimitate graduum Principes clari illustresq; reddun  
 t. Proinde si proceribus populisq; Gothorum angusta

Getricus primo  
 genitus Erici,  
 Gothorū Rex  
 41. interuus.

Haldanus secū  
 dogenitus Sue  
 onum Rex.

Getrici erga  
 Haldanū fr  
 ternus affe  
 ctus.

uideretur unius regni possessio, non ob id fraternitatis uinculum continuo uiolandum esse, nec Gothorum Sueonumq; societatem, quam semper omnes prudentes colere inuolabilem esse uoluerunt, ad aliquod irrogabilem periculum precipitandam: esse adhuc integras uirtutesq; in nullo quam olim fuerunt remissores, quod fortitudine potius in exteras terras, quam in ciuilium arma conuertantur. Hec loquutus, edictum propositi si aliqui militie idonei essent, qui in alienas terras extendere uellent, scirent se ducem habere, qui uictoriam aut difficile pro amplianda Gothici nominis subterfugere uellet.

## CAPVT II.

**A**D cuius edicti promulgationem, tantus in se se ad arma sponse accinxit, ut minima incursio pars uideri potuisset, que domesticam quietem longum & dubie militie preferre statuisset. Quam multum Getbericus ualide classi imposuit, usque ad littoniam ac Pomeraniam prospera navigatione duxit, belloq; cum incolis commisso, uictor euasit. Vix tamen cum Gothi considerassent Pomerani soli statum, noluerunt feliciora patriam minus felici committere: sed in tres potentes exercitus diuisi, quidam eorum multos & uarios errores peruenierunt ad illa aspera iuga, in quibus nunc eorum posttritas Suetiorum habes, persecerat, dum alteri ( teste Anglicana historia. ) in Scotiam peruenientes, gentem Pictorum compererunt, idq; anno à Christo nato LXXII. reliqui uictoriam minor erat numerus, cum Getberico super alios rugis, Curcibus, Sansogris, Estonibus, tandem per uictoriam amorum militiam, relicta ubi praesidijs, Villam

Getbericus Ra-  
gians & Po-  
meranos uicit.

Helactioni sine  
Suetiorum e-  
rigo.

Curtes, Sanso-  
gete, & Est-  
nes superantur.

berici filio parere iussis, in Gothiam cum honestiore uicto-  
ria redierunt, quam si uicinis Sueonibus bella intulissent.  
Cateor tamen in Suetiorum siue Heluetiorum historijs  
legisse, non omnes qui nunc Suetzeri uocantur, uno & eo-  
dem tempore in locis illis sedes occupasse, sed quosdam ex  
Gothis (mortuo Gothorum Rege Teia) ex Italia illuc se  
cepisse, quosdam uero ex Suetia, qui non solum ex suis  
historijs, sed summis beneficijs erga Suecos ad se uenientes  
ostendunt se prima origine Gothos & Sueones extitisse:  
idq; mibi ipsi ante paucos annos per summam ipsorum be-  
neuolentiam ostenderunt, quod etiam gratitudine sempi-  
terna commemorabo. Nunc ad Gethericum reuertar: Qui  
post gloriosam regni administrationem in multos & feli-  
ces annos continuatam, tandem in fata apud suos Vestro-  
Gothos concessit.

## CAPVT III.

**H**aldanus Erici Diserti filius, patri in regno Suetiae  
procerum populiq; consensu surrogatur. Quam-  
uis enim totus paterni imperij principatus Getherico pri-  
uogenito, tum ob eius eximias uirtutes, tum ob ius he-  
reditariae successione deferendus uideretur, tamen uisum  
fuit Sueonibus se iterum à Gothis separare, & ueteris so-  
cietatis foedera ( seorsum creato Rege ) dissoluere: ea ta-  
men diuiso totam Suetici regni Rempub. ad multa &  
difficilia pericula detrusit, parumq; aberat, quin funditus  
solata fuisset. Siquidem Noruegiani ad memoriam re-  
uocantes perniciose illa bella, quibus Ericus huius Halda-  
ni pater magnam Noruegiae partem olim deuastauerat,  
& iam inter Gothos & Sueones controuersia de Rege  
constituendo suborta esset: proinde non negligendam esse  
occasionem, qua acceptas iniurias contra discordes ini-

Teias ultimus  
Gothorum Rex  
in Italia.

Haldanus Rex  
42. interuus.

Sueones iterum à  
Gothis dissen-  
tiunt.

Noruegiani mo-  
liuntur bellis  
inferre Hal-  
dano.

## CAPVT IIII.

micos uindicare possent. Igitur potentem exercitum in omnibus Noruegiæ angulis educentes, coegerunt in unum, ut et ipse se suasq; terras defensurus, ad omnia portuna auxilia circumsficeret: qui tunc primum oculis considerabat, quam necessaria fuisset Gothorum Sueonum unitas, & unitis uiribus aduentantes hostes ciperent: sed iam Gethericus cum electiore Gothorum multitudine enauigauerat, regnumq; suum Haldano derationi reliquerat. Quocirca cum domestica militum rimum attenuata esset, ad externam se conuertere co- batur. Itaque ad Rutenorum Principem se confestim piens, opem necessariam quam uolebat, inuenit. Nam leuus nuper defuncti Danici Regis Frothonis filium eodem Rutenorum Principe (cui ex materno genere sanguineus erat) militabat. Hic postquam referentem dano, patrem Frothonem nuper defunctum, aliumq; regio sanguine alienum in paternum regnum successerit, omnem operam apud Rutenum adhibuit, ut in- tatis militum copias Haldano adiungeret, quante forent eius contra potentes hostes defensionis, suæq; in pa- num Daniae regnum præfectioni. Neque enim alia spe- liqua uidebatur, nisi quod aut ambo extorres, aut Reges crearentur. Qua honesta persuasione Rutenum inclinari permisit, ut omnia quæ petebantur liberè exequeretur, facturus uno eodemq; beneficio duobus gibus commoditatem sempiterna gratitudine compe- dam. His igitur auxiliariis copijs Haldano & Frothonis leuus adiuti, se quam celerrimè in Suetiam receperunt, danatisq; Sueonum & Rutenorum uiribus, Noruegianos facillè superantes, tam se quam patriam à formidabili bello liberauerunt.

Rutenorū auxi-  
lium acciur.

Ruteni iuncti  
Sueonibus,  
Noruegianos  
vincunt.

Praesto eo Noruegiano bello, restabant quindecim fratres illustri inter Noruegianos loco nati: qui cum Sueonū uictoria ægriore animo ferrēt, suosq; cognatos ab eis occisos uindicare constituerent, intra insulā quandā rapidissimo torrente undiq; munitā se receperūt, nec contenti in superabilis torrentis præsidio defendi, præaltū etiā ual- lum quo securiores essent, extruxerūt: unde extracto pote sæpius egressi, Sueones in uicino positos, crebris iniurijs uexauere. Nec facile fuit eorū uiolentiam uirtute populari reprimere. Erāt enim animis acres, iuuentutis fiducia audaces, habitu corporis insignes, fortitudinis & disciplina militari præstātes, gigāteis triūphis illustres, trophæis gē- tium celebres, spolijs locupletes. Præterea canem habebāt, horrendæ quidē acerbitatis belluā, atq; humano conuictui formidolosam, quæ sæpius (ut Saxo Danicus asserit) bisse- nos sola uiros oppresserit. Tandem postquā cōtinuo latro- cinio uicinā totā deuastassent, magnasq; cædes sæpe pere- gissent, penates spoliassent, armenta strauissent, ingentem prædam abduxissent, spoliatas ædes combussissent, mares cum sceminis passim obruncassent, omniāq; pessima faci- nora diu & impune perpetrassent, Haldani & Fridleui ui- ribus uicti oppressiq; fuere, præter unum Biornonē, quem Fridleuus impensore medicina è uulneribus curatū, præ- stita illi fide in suam militiam conscripsit, ratus aliquando futurum, ut tam fortem propugnatorem sese exhiberet, quam pertinacem inimicum se antea præstitisset.

Quindecim fra-  
tres Noruegia-  
ni uexāt Sweo-  
nes.

Fratres illi X V.  
opprimuntur  
uno relicto su-  
perstito.

## CAPVT V.

Interea uerò dū Fridleuus hoc modo in Suetia pro Hal- dano militaret, multa per legatos in Dania egit, ut ad Frothonis regnū liberè admitteretur. Sed cū Hiarno regijs

CAP

*Dant in diuersa nota conseruunt.*

honoribus exui, & in obscuram vulgi sortem ire nolens, uisa fuisse Danorum uota. Alij namq; Fridleuo fauere firmabant submouendū esse plebeium hominem, quā speratum rerum culmen præter sanguinis claritatem fortunæ beneficio peruenisset; alij uerò præsentem statum considerantes, & Hiarnoni nouo homini fauere responderunt, hunc & illum Regio sceptro æque idoneo censi posse, præsertim si repudium Hamundæ manibus attendatur. His diuiduis Danorum uotis coram Fridleuo expositis, iussi sunt eorum legati redire, Hiarnonem monere, aut sceptrum regni deponere, aut armis de summa conflagere. At Hiarno maioris erat animi, quod uitam salutemq; honori accepto præponeret, Fridleuus Haldani copijs suffultus, aduersus Hamundæ acerrimè pugnans, uictor euasit. Attamen Hiarno animum despondens, denuò copias cœgit. Sed nequicundo bello felicior erat primo. Quippe caesis suis, solitaria fuga salutem quæsiuit. Demum duellum Fridleuo congressus occubuit, maiorem animum fortunam assecutus. Debet itaque Fridleuus Haldani lijs, quod ad Frothonis regnum peruenerit. Si enim eius successionem integro affectu fauissent, procul dubio tribus annis, quibus mortui Frothonis corpus conseruarent, aliquo nuntio Fridleuum ex Russia ad uentem principatum reuocassent. Postremò unā cum Haldanis bellum in Noruegianos denuò transfert, occasione præcipua ex negatis ab Amundo eorum Rege nuptijs, quibus enim eius filiam Frogertam: re autem uera maiorem partem uterq; habebat iniurias superiore bello à Noruegicis acceptas uindicare. Igitur grauissimo prælio cecidit Amundus, & filia eius in matrimonium Frothonis uictoris deuenit: qua potius, ut parem gratiam Haldanis

*Hiarno Danus hic uictus à Fridleuo, tandem in duello occubuit.*

*Amundus Rex Noruegiæ succubus, & Frogerta filia eius Frothoni nubit.*

adhuc cœlibi referret, Hitthini filiam (quā monstro quondam liberauerat) eidem in coniugium sociauit. His itaq; feliciter gestis, tam inuolabilis amicitia usq; ad ultima fata inter Haldanum & Fridleuum continuata fuit, qualem prius Ericus & Frotho per summam atq; integerrimam fidem mutuis amicitiae officijs coluerunt. Tandem Haldanus ab ingratis emulis domestico ferro impetitus occubuit.

*Haldanus Hitthini filiam in matrimonium accipit.*

*Haldanus occubuit.*

## CAPVT VI.



**H**ic locus exigere uidetur ut Starchateri inuiti pugilis memoria habeatur. Quā quia Saxo diffusius agit, uolui potius ipsam ex eo summam excerpere, quā cōter ranci hominis laudes suspecta affectione extollere. Erat enim Sueticus, siue Helsingus, nō aut Tauesthius, aut Esthius, ut quidā putare uidentur. Testatur id nō solum nostræ ueteres historiae, sed Suetici nominis interpretatio, qua Starcher fortem signat, quasi diceret Fortem atherum, qui Tauesthio, uel Esthio germane Vege ather dici debuisset. Similis ratio nominis est de patre eius Storuercho, qui Esthia lingua Sureuercho dictus fuisse. Præterea Saxo ipsum in uita Siualdi fortissimū Sueonū appellat. Siquidem is admiratione dignus homo, natus est parum post Christum natum; peregitq; trium hominum secula, fortis & inuictus athleta, monstro-

*Starchaterus Sueonis fortissimus ætatis longeuus.*

sa quadam & incredibili uirtute præditus, supra com-  
nem hominum staturam longè euectus. Gigante com-  
præ se ferebat: respondit corporis magnitudini uirtu-  
bur, & animi fortitudo, ut nulli mortalium uirtuti  
re putaretur. Cuius tam latè patens claritas fuit, ut ab  
quoq; celeberrima factorum eius, ac nominis opinio pe-  
ueret. In omnibus enim Aquilonaribus regnis, & in  
nis, speciosissima sibi pepe: it monumenta. Primum in  
chari Noruegiæ Regis iugulo, Deorum fauori facinor-  
suorum principia dedicauit. Deinde piraticam agens  
flugatis latè prouincijs Rusiam inuastit, Regemq; eius  
cum superas, ingenti thesauro spoliauit. Ob hæc tam  
clara militiæ principia ab athletic Biarmensibus (qui  
præstantissimi habebantur) adscitus, cum plurima opi-  
facinora memoratu digna ædidisset, ad Haldani Suen-  
Regis militiam se contulit: qua septem annorū cursu  
cta, ad Daniam apud Frothonem militaturus propen-  
deinde in Hyberniam concessit, ne ultimæ rerum huma-  
rum mansiones ab eo intactæ consisterent: ubi duobus  
stantissimis athletic congressus uictoriam reportauit.  
facto in Orientalia Rusiæ cōtra eximie opinionis gla-  
torem Vistinnū iter accelerauit. Hic enim Vistinnus uia  
longinquasq; prouincias omni iniuriæ genere uexat.  
lustrumq; uirorum coniuges maritis spectantibus re-  
ad stuprū pertraxit. Cuius sceleris rumore Starchatero  
alter Hercules excitatus, tollendæ autoris gratiâ Rus-  
petiuit, raptoremq; ad singulare certamen prouoc-  
oppressit.

## CAPVT VII.

**D**Einde latius ad Orientem progressus Byzanti-  
peruenit, ubi inuictæ opinionis gigante[m] Tem-  
nomine, corporeis uiribus fretum, colluctando deuicit.

tur cum nulla fortunæ seuitia uires eius uictoria fraudare  
potuisset, Poloniæ partes aggressus, eximium athletâ Vili-  
scam singulari certamine superauit. Nec longè post Hamæ  
pugili apud Saxones gymniciis palmis clarissimo congressi-  
tur: cuius pugno primū ita obrutus memoratur, ut genibus  
nixus humū mento cōtingeret. Quam corporis nutationē  
egregia ultione pensauit. Nam ubi resuscitato poplite ma-  
num expedire, ferrumq; distringere licuit, medium Hamæ  
corpus dissecuit: eaq; uictoria Saxones Danorum subiecit  
imperio. Quo facto in Suetiam reuersus, Haldaniq; militiā  
proxima familiaritate complexus, nunquā bellorum exer-  
cicio abstinuit, ut abstractum delicijs animum continua ar-  
morum intentione torqueret, sibiq; nunquā ebriosa potio-  
ne indulgisse diceretur. Ad cōuiuia nunquā uoluit inuitari,  
asserens hunc scurrarum & parasitorum morem esse, lau-  
toris alimonie gratia ad alienæ culinæ nidorē decurrere.  
Quocirca nō secus ac graui iniuria affectus, inuitantes gra-  
uibus pœnis afficere consuevit. Præterea ab Helgone Nor-  
uegiæ Rege (cui nouem eximie fortitudinis pugiles ipso  
nuptiarum die sub duelli prouocatione sponsam abripere  
uoluerūt) suppliciter rogatus, quod tanto discrimini auxi-  
lium afferret, tam promptissimo animo precibus assen-  
sit, ut Helgone ad locum pugnæ præcedente, interiectis  
aliquot diebus profectio[n]em orsus, tantum locorum diali  
& pedestri itinere emensus prodatur, quantum præceden-  
tes diebus duodecim equestres peragrassisse dicuntur. Interro-  
gatus à pugilibus, an ei dimicandi uirtus suppeteret, non  
unum tantum, uerū quotlibet admissos excipiendi certis-  
simas sibi uires extare respondit. Sequenti die cum contem-  
ptu aduersariorum campum ingressus, sub montis cuiusdā  
cliuo sessione quæ sita, aduersum uentis ac niuib[us] cor-  
pus præbuit. Tunc quoque ac si uerno tempore aprican-

Viliscam Polo-  
num uicit.

Hamam Saxo-  
non deiecit.

Reuertitur in  
Suetiam.

Fugiebat deli-  
cias & conuiu-  
sia.

Helgonis Norue-  
giæ Regis par-  
tes defenden-  
das suscepit.

Starchaterus  
plurima per  
agratis re-  
gna.

Vistinnus Latio  
Rutenicus à  
Starchatero  
prostermitur.

Tannam gigan-  
tem Byzanti-  
nū superauit.

dum fuisset, deposita ueste demendis pulcibus operabat. Purpureum quoque amiculum, quo nuper ab Heli erat nomen Regiæ sponsæ) donatus fuerat, sentibus in ne contra se uentia grandinis tela, indumentorum macula mutuatus uideretur.

## CAPVT VIII.

**T**unc etiam athletæ montem ex opposito subruerunt, uentis sedendi locum petunt, accensos frigus depellunt. Denique non uiso Starchatero, quæ montis fastigio immittunt, qui tanquam è specula cuncta contemplaretur aduentum. Is in deuexa montis parte se prospicit scapulis tenus niuali desuper resperisioe cuncta quem percontatur an is sit, qui promissas pugne peruenientes ceteri, pariterne omnes an singillatim pere statuisset, interrogat. At ille: Quoties, inquit, misisse canum agmen oblatrat, simul non uicissim ad soleo. Ita se cum uniuersis quàm singulis cõfugere magnificans, aduersarios prius dictis, quàm armis contempnosos putabat. Inito conflictu, sex eorum absque mutuo uerum receptu prostrauit, tres uerò residuos, quamquam simul prostratis uulneribus ab eis affectus, fratrum exemplo cõp-

Starchaterum non  
uem athletas  
uno congressu  
simul prostrauit.

## CAPVT IX.

**D**emum interiecto tempore, cum apud Haldan Sueonum Regem militaret, intellexisset Danorum Regem Ingellum prorsus petulantissimi luxus illecebratissimum, uitiaque pro uirtute complexum, intermissis regni maiestatis officijs, sordidum luxuriæ mancipium fuisse, dolenter ferens tantæ indolis iuuenem, tam indolis filium exuisse, exiniuum carbonum fascem, tanquam

nam sarcinam humeris suis Daniam petiturus impendit. Rogatus ab obuijs quid tam insolitum onus deferret, Ingelli Regis hebetudinem ad acuminis habitum se perducturum astruxit. Nec minus quàm dixit effecit. Tanti enim ualuit fortissimi et disertissimi monitio, ut Ingellus ex enerui et molli illecebrarum mancipio, magnanimus uirtutum cultor euaderet, patrisque sui interfectores, quos ad primū famularitatis gradum extulerat, trucidaret. Quo peracto, Starchaterus suis monitis satisfactum gaudens, gratias agendo multa præclara in laudem ueteris militiæ dixit: inter quæ nonnullos suæ adolescentiæ mores (ut Saxo habet) commemorans inquit:

Imberbis quando ductum auspiciūque sequerbar  
Militiæ Rex Hacho tuæ, lasciuia perosus  
Ingenia, et luxum, nil præter bella colebam.  
Exercens animum cum corpore, mente profanum  
Omne relegauit, stomachoque placencia fugi,  
Fortia complexus animo, namque arma professus.  
Aspera uestis erat, cultusque parabilis olim,  
Rara quies, somniisque breues, labor otia longè  
Propulit, et parco fluxerunt tempora sumptu.  
Non ut nunc quidam, quibus insatiata cupido  
Ingluue cæca uisum rationis inumbrat.  
Horum aliquis uestis operosæ tegmine cultus,  
Molliter alipedem flectit, sparsamque renodat  
Cæsariem, et laxos patitur fluitare capillos:  
Discere sepe foro, turpique inhiare lucello  
Gaudet: et hoc studio uitam solatur inertem,  
Venali celebrans commissa negotia lingua.  
Vi uiolat leges, et ferro iura lacepsit,  
Obterit innocuos, alieno pascitur ære,  
Stupra, gulamque colit, risu conuiuia mordax

Ingellus Daniam  
Regem effæmi  
natum miro ingenio animauit.

Carmina Saxonis de uita Starchateri.

Insequitur, sic scorta petens ut sarculus herban,  
 Occidit ignauus, dum praelia pace quiescunt,  
 In media si ualle cubet: testudine nulla  
 Tutus crit, qui fata timet: fors ultima uiuum  
 Quenq; rapit: latebra letum depellere non est.  
 Ast ego qui totum concussi cladibus orbem,  
 Leni morte fruar, placidoq; sub astra leuandus  
 Funere, ui morbi defungar uulneris experts.

## CAPVT X.

**S**emper tam remotum à lasciuiâ animum habu-  
 sne eius quidem spectator esse sustinuerit: nunqua-  
 tum negotio pretulit: nec minime quidem luxuria  
 for esse uoluit, mollium & timidorum perpetuus in-  
 histriones, scurras, parasitos ubicunq; inter bellantes  
 prendit, cædendos curauit, satius ratus in leuium  
 num agmen cuticulæ damno ridiculum dictare supp-  
 quam pœna capitis funestum imperare discrimen: uul-  
 laris ministerij, sordidæq; conditionis cateruam pro-  
 animaduersionis genere infecutus, obsceno uerborum  
 dibrio multare contentus extitit, ne clarissimas manus  
 pissimorum hominum exitio cõmodaret, ipsiq; igno-  
 quam morte, calamitate quam exitio punitiores habere  
 tur. Erat etiam in illo maximo bello Suetico, quod  
 Suctiæ Rex contra Haraldum Daniæ Regem gessit,  
 puum columæ. Hoc siquidem bello, quo uix aliquot  
 in Aquilonaribus regnis factũ memoratur, uictor Swe-  
 Danus uictus euasit: & quemadmodũ à principio dicitur  
 periere ex Suecis duodecim millia procerum, ex Danis  
 ginta millia nobiliũ, at popularium ex utraq; parte  
 ratorum nullus erat numerus. Starchaterus à parte Swe-  
 rum & Gothorum stabat, cui parti tandem uictoriam

Starchaterus a-  
 nimaduertit  
 in molles, timi-  
 dos, & igna-  
 uos.

Danosq; Suecorum imperio subiecit. Fuitq; idem Starcha-  
 terus in cõdendis carminibus sermone patrio disertissimus,  
 quibus non minus quam robore corporeo, corruptos ho-  
 minum mores infectatus est. Ea carmina Saxo Latino ser-  
 mone expressit. Inter cætera autem maxime carpebat gu-  
 le & delicijs deditos, in quos sic cecinit:

Fortium crudus cibus est uirorum:  
 Nec reor lautis opus esse mensis,  
 Mens quibus belli meditatur usum  
 Pectore forti.

Fugimus lautæ uitium popinæ,  
 Rancidis uentrem dapibus fouentes:  
 Coctiles paucis placere succi  
 Tempore prisco.

Vndecim quondam proceres eramus  
 Regis Hachonis studium secuti:  
 Hic prior Helgo Begathus resedit  
 Ordine cœnæ:

Hic famis primæ stimulum licebat  
 Aridis pernæ natibus leuare:  
 Ventris ardorem rigidi domabat  
 Copia crusti.

Offulam nemo uapidam petebat:  
 Quisq; communes celebrabat escas:  
 Simplici tantum stetit apparatus  
 Cœna potentum.

Vulgus externum fugiebat esum:  
 Nec fuit summis epuli libido.  
 Ipse Rex paruo meminit modestam  
 Ducere uitam:

Mellei temmens speciem saporis,  
 Combibit tostum Cereris liquorem,

Carmina Star-  
 chateri, qui-  
 bus frugalẽ vi-  
 tam commen-  
 dat & delica-  
 tam execra-  
 tur.

Nec parum coctis dubitabat uti,  
Assa perosus.

Mensa perstabat modico paratu,  
Exhibens sumptum tenui salino,  
Ne quid externo uariaret usu  
Docta uetustas.

Amphoras nemo paterisue quondam  
Intulit mensis: dolio profudit  
Poculum promus: nec erat catillis  
Copia pictis.

Nemo transacti uenerator æui,  
Cantharis iunxit teretes diotas,  
Nec cibus lancem cumulauit olim  
Comptus azaso.

Non breui concha cyathoue leui  
Prandium uanus decorabat hospes:  
Nunc recens morum facies prudenter  
Omnia presit.

## CAPVT XI.

**T**Andem post egregiam facinorum suorum mo-  
in senium uergens, hoc succincto carmine totius  
te & militie sue studium summam expressit, dicitur

At mihi (si recolo) nascenti fata dedere  
Bella sequi, belloq; mori, miscere tumultus,  
Inuigilare armis, uitam exercere cruentam.  
Castra quietis inops colui, pacemq; perosus  
Sub signis Gradiue tuis discrimine summo  
Consensui, victoq; metu pugnare decorum,  
Turpe uacare ratus, crebras committere cedes  
Egregium duxi, & strages celebrare frequentes  
Sepe graues bello Reges concurrere iudi,

Carmina Stat-  
chateri quibus  
ritam suam ce-  
lebrat.

Et clypeos, galeasq; teri, crudescere campos  
Sanguine, loricas affixa cuspide rumpi,  
Vndiq; thoraces admissio cedere ferro,  
Luxuriare fratras inhumato milite passas.  
Hic aliquis forte egregij conaminis autor,  
Marte manuq; potens, medium dum pugnat in hostem,  
Intentam capiti lorica diffidit: alter  
Caspide perfossa, ferrumq; in uertice merfit.  
Hic gladius sepe dextra bellantis adactus,  
Tegmine discisso capiti districtus inhaesit,  
Quando ter Olonis summo discrimine nati  
Expugnator eram: nanq; agmine prorsus in illo  
Aut gladium fregit manus, aut obstantia fudit.  
Hec grauitas ferientis erat. Quid quando Curetum  
Littus, & innumera constratum cuspide callem  
Primus ligniferis docui decurrere planis?  
Nanq; aditurus agros confertos murice ferro,  
Armabam laceros subiecto stipite griffus.  
Hinc mecum egregijs congressum uiribus Hamam  
Enecui: mox cum Rino duce Flebace nato  
Obtrui Kyrios, uel quas alii Esthia gentes,  
Et populos Sengala tuos. Post hæc Tilemarchos  
Aggressus, caput inde tuli liuore cruentum,  
Quassum malleolis, armisq; fabrilibus ictum.  
Hic primum didici quid ferramenta ualere  
Incidis, atq; animi quantum popularibus esset.  
Theutonici quoq; me poenas autore dedere,  
Cum natos Suertinge tuos Frothonis iniqua  
Cedere reos, domini uindex ad pocula strauit.  
Nec minus hoc facinus, quando pro uirgine chara  
Vno septenos necui certamine fratres,  
Teste loco, qui me stomacho linquente peresus,



Non parit arenti rediuuum cespite gramen,  
 Moxq; ducis Kerri bellum nauale parantis,  
 Vicinus egregio confertam milite puppim.  
 Inde dedi leto Vaszam, fabrumq; procacem  
 Multaui natibus caesis; ferroq; peremi  
 Rupibus à niueis hebetantem tela Vistinnum.  
 Quattuor hinc Leri natos, pugilesq; peremi  
 Biarmenses, gentis Hybernæ principe capto,  
 Dufflinæ popularar opes, semperq; manebit  
 Nostra Brauellinis uirtus conspecta trophæis.  
 Quid moror? excedunt numerum quæ fortiter  
 Quodq; manu gessi, ad solidum celebrare recepim.  
 Deficio: sunt cuncta meo maiora relatu.  
 Vincit opus famam, nec sermo suppetit actis.

## CAPVT XII.

**P**ostremò proluxa iam etate defessus, ne sem  
 pristinum gloriæ decus amitteret, egregium  
 tavit, si uoluntarium sibi conscisceret exitum, fatum  
 prio maturasset arbitrio. Olim nanq; rei bellicæ  
 morbo oppetere probrosum existimatum est. Quocir  
 rum librarū centum et uiginti, quod iam pridem  
 nis tyranni interfectione meruerat, collo appensum  
 bat, emēdi in se percussoris gratia, nihil aptius ratum  
 si aurum quod pro aliena clade tulerat, damno prop  
 lutis impenderet. Itaq; Hatherum splendido loco  
 cuius olim patrem occiderat, obuuium nactus, hort  
 ne à parētis sui interfectore pœnas exigere uereretur  
 facientem auro quod gerebat potiturum esse promitt  
 ut eius in se animū ferociorem efficeret, huiusmodi  
 tatione usus fuisse commemoratur:

Præterea Hathere priuani te patre Lemo.

Hanc mihi quæso uicem referas, et obire uolentem  
 Sterne senem, iugulumq; meum pete uindice ferro.  
 Quippe operam clari mens percussoris adoptat:  
 Horret ab ignaua fatum deposcere dextra.  
 Sponte pia legem fati præcurrere fas est:  
 Quod nequeas fugere, hoc etiam anticipare licebit.  
 Arbor alenda recens, uetus excidenda: minister  
 Naturæ est quisquis fato confinia fundit,  
 Et sternit quod stare nequit: mors optima tunc est  
 Cum petitur, uitæq; piget, cum finis amatur,  
 Ne miser casus incommoda proroget ætas.

Hæc dicens exertam crumena pecuniam promitt. Hatherus  
 autē tam fruendi æris, quàm paternæ ultionis capessendæ  
 cupidine concitatus, obsecuturū se precibus sponndit. Cui  
 Starchaterus cupide ense præbito, pronam postmodū cer  
 uicē applicuit, ne timide percussoris opus exequeretur, aut  
 ferro muliebriter uteretur hortatus, præfatusq; quod si  
 deracta cæde ante cadaueris lapsum caput ac truncū me  
 lius intersiliret, armis insuperabilis redderetur. Quod u  
 rū instruendi percussoris, aut puniendi gratia dixerit, in  
 certū est: fore enim poterat, ut saltatē eximij cadaueris mo  
 ris obrueret. Igitur caput decussum morsu terrā petiuit, fe  
 rocitatē retinens uiuentis. Percussor fraudem subesse ueri  
 us, saltu abstinuit: quem si temerè peregisset, fortē nunquā  
 amplius salijisset. Hic fuit exitus admirandi gigantis Starcha  
 teri: cuius historiam ideo à Saxone mutuata in compendiu  
 dedegi, quia aliena laus efficacior esse solet quàm propria,  
 præsertim cum Danus Sueticæ uel Gothicæ nationis homi  
 nem commendauerit. Erat enim hic Sueticus pugil, quem  
 corporis proceritas, ingens uirū robur, et uita supra hu  
 manum terminū proluxa, singularem faciunt et incompa  
 ribilem: cuius exemplo facile persuaderi queat, crasso sub

Starchaterus si  
 bi cadem pro  
 curat.

Starchateri  
 mors.

acere nasci magnos posse uiros, & magna exempla

## CAPVT XIII.

Vilmerus 43.  
Rex inter-  
num.

**V**ilmerus Getherici filius, dum adhuc Halland  
regno Sueonũ præsideret, morituo patri suo  
qui nihil à paterna magnanimitate degeneras, arma  
in extraneos & remotè positos hostes, quàm in domo  
& uicinos Sueones conuertere studuit. Quippe (ut  
ti sumus) cum illis Gothis à patre præfectus fuisset  
trãsmarinis regionibus (redeunte in Gothiã Getherici  
manserant, inuictæ militiæ studium tam diligenter  
batur, ut strenuo patri strenuissimus filius successis-  
retur. Enimuerò non solo imperio Curetum, Estonia  
merugorum, Samogetarum à patre relicto contem-  
totas suæ Gothicæ gentis uires in Russos, à quibus præ-  
cessitus fuerat, conuertit, eosq; deuictos sub tributa  
illi enim cum comperissent uicinam sibi Esthiam Go-  
thorum imperium deuenisse, non parum formidare  
runt tam potentè populum suo lateri propinqua-  
inde eorum Rex Heruitus suscitata ex terminis uicini  
principatuum controuersia, bellum Vilmero inditum  
quod Gothi tam alacres concurrerunt, quasi nihil  
iucundius, quàm arma tractare didicissent: priusq;  
accincti intra Rusiæ terminos se diffundebant, quos  
sua ipsorum defensione deliberaſſe putarentur. Quo-  
Rusi magis ingenio, quàm uiribus aut armis utenti-  
inuitati acuminis clauos aduentantibus hostibus ob-  
bant, repressuri eorum impetum, quos putabant ad-  
fuisse tardiores. Sed qui maiora bellorum pericula  
perare didicerant, etiam minutulos clauos prudenter  
uerūt. Secuti enim exemplũ Starchateri, qui prius  
feris docuit decurrere plantis, lignea pedibus regnum

Heruitus Rute-  
norum Rex.

Gothi promota-  
ti per Russos  
ad arma con-  
currunt.

Gothi stratage-  
ma Rutenorũ  
declinant.

misere: quo præsidio substratos humi aculeos integro expe-  
ditoq; gressu conculcabant. Est autem ferrum hoc quatuor  
disspartitum stylis, iisdemq; taliter constitutis, ut in quam-  
cunq; partem illud iaciatur, trium pedum æqualitate substi-  
tat: quod (ni fallor) Latini Tribulos appellant, ut habet hi-  
storia Herodiana lib. 1111. in uita Macrini.

## CAPVT XIII.

**P**rogredi deinde Gothi ad interiora Rusiæ, omnia ra-  
pinis, flammis, cædibus inuoluebant, donec cõcurren-  
te utroq; exercitu, atrocius certamen restaret: certatumq;  
est diebus duobus tam pertinaciter, ut uix nocturnæ tene-  
bræ fræneas à crudeli cæde reuocare potuissent. Tandè Go-  
thi uictoriã non incruentam assecuti, omnes Rusiæ partes  
usq; ad Tanaim fluiuium Europæ & Asiæ limitaneũ, suum  
imperium (exemplo illorum ueterum Gothorum patrum  
horũ) extenderunt, sedesq; ibidem ad plures annos firma-  
uerunt, interea Vilmero Gothorum regnum in patria à pa-  
tre Getherico relicto respiciente, & in bonis legibus, ac  
optimis moribus potenter & prudenter gubernante: qui  
etiam Gothis in Rusiã relictis, exemplo patris priusquam  
eis discederet, filium suum Nordianũ præficere curauit:  
inde per annos non paucos cum summa autoritate latissi-  
mũ imperij sui terminos in fide & obsequio cõtinentes, nomẽ  
reclarũ inter clarissimos Reges & principes ad omnem  
posteritatem transmisit. Cuius & aliorum multorum plu-  
rima & egregia facinora, nobis illa antiquorum simplici-  
tatis abscondita effecit, ut nunc plura & pessima nostri tem-  
poris flagitia, quàm optima ueterum opera nos scire fatea-  
mur. Quæ enim priscorum historia tanta, tamq; nefanda  
scelerata continet, aut unquam cõtineri potuit, quanta nunc  
usq; in summis, mediocribus, & infimis hominibus expe-

Gothi Rusiam  
vastant.

Gothi uincunt  
Rutenos dila-  
tando imperij  
suum.

rimur? Sed hæc diuino iudicio cōmittenda sunt, & rursus nostri temporis mores breui aut emendati aut punitionem expectabunt.

## CAPVT XV.

Nordianus 44.  
Rex internus.

**N**ordianus Vilmeri filius, amplissimū principem ab auo Getherico, atq; à patre gloriosissimo partum, sibiq; relictum, non æquali fortuna assequi seruare potuit. Quippe cum domi & in patria Sueones discordia plurima laborarent, ipseq; Hæricus Ruffiæ Rex comperta per ueram famam morte pollicenti Vilmeri, cœpit multis ingenijs ad recuperandam suam libertatem aspirare: cavitq; omnibus ingenijs, ut si fierent, poenasq; citius quàm libertatem consequeremergebat tamen post multos occultos conatus dudum cepta perfidiæ partus: & cum Gothi omnia securarent, nihilq; minus quàm Rutenorū rebellionē cogitarent, tunc subito Heruitus apparuit innumerabilibus Sueonū & Rufforum copijs suffultus: tantoq; impetu aggressus Gothos, ut si in eius exercitu perseveratja ei impedita fuissent, mox sublata fuisset Gothi omnis spes augere resistendi. Verum cum ille impetuossissimus furor pariter remitteretur, Gothi se in maxima multitudine parati uires uiribus opponere, & imperiū uirtutum partum atq; ampliaturam defendere, prius sanguinentam, quàm honorem in se à maioribus transfusum, ter amissuri. Fit igitur utrinq; bellum atrox & crudum in quo multi ex utroq; exercitu desiderati fuerunt: dem quia Ruffis in proprio solo pugnantibus recitatum copię semper suppeditabantur, uictoria ad uenas se cōuertit, quæ extraneos seuerius quersata

Heruitus ruffis  
Gothos inuadit.

lis enim Gothi tam ob multitudinem, quàm militarem disciplinam insuperabiles uiderentur, tamen nimis & incredibilibus hostium copijs coacti sunt Ruffiæ imperium manibus incolarum relinquere: factumq; est, ut ex Ruffia (duce Nordiano) in Lituaniam & Poloniam in maxima multitudine diffunderentur, & tandem post nonnulla tempora cum cæteris Gothis, qui olim Septentrionalem Gothiā, communemq; patriam egressi fuerant, in Thracia coniungerentur. Fatendum tamen est non omnibus Gothis tunc placuisse ad incertas sedes commigrare, sed natale solum potius repetendum: quos Heruitus uictoribus & maximis copijs succinctus insequabatur, & partem Suetiæ sub suum principatū redegit. Sed parum admodum eius durauit imperium. Nam confestim se in suam Ruffiam recipiens, filium sui nominis Heruitū administrando nouo regno præstitit, quem Sueones sine mora impugnatū, expugnatumq; occiderunt.

Gothi cedunt  
innumerabili  
multitudi  
ni Rutenorū.

Gothi diffun  
duntur in Li  
tuaniam &  
Poloniam.

Heruitus iunior  
à Suecis occidit.  
tur.

## CAPVT XVI.

**S**uardus deinde per summam difficultatem ad regni Suetiæ culmen ascendit. Enimuerò postquam Suetiæ proceres Haldanum Regem patrem eius ob seueriorum regni gubernationem occidissent, toto ingenio & exhaustis consilijs impedire conabantur, ne filium patris necis uindicem in locum occisi patris sublimarent: tanquàm non deessent, qui affirmarent paternam seueritatem filio innocenti nocere non debere. Durauit hæc diu ea procerum controuersia de Rege substituendo: donec Starchaterus ex Danica militia, in qua solus nobis fortis pugiles uno certamine deuicerat, ad patriam rediisset. Qui cum sibi summam autoritatem, tum ob uictoriam corporis & animi fortitudinem, tum etiam

Siuardus 45.  
Rex internus.

Starchateri cōsi  
lio Siuardus in  
Regem Suetiæ  
assumitur.

ob singularem probitatem, & res magnifice gestas, omnes ordines comparasset, haud difficulter ceteros res, ut in Haldani sanguine Regiæ maiestatis succedere conseruarent, induxit, præfatus non expedire Reipublicæ tanti fastigij culmē in aliquam obscurioris sortis familiam nisi aliqua grauissima causa subesset, transferre, cuius crebra experientia compertum esset, humilioris conditionis homines ad sublimem dignitatis gradum euectis, lentissima tyrannide omnia corrupisse. Itaq; magna & singulari cooperatione Starchateri Siuardus in paterni principatu successit, data prius fide, ne in patris occisione cunctis occasione uindicaret. Potuit illa Starchateri Sueones potenter & prudenter efficere: at nullis in rebus nullaq; quantumcunq; diserta oratione Gothi persequi potuit, ut Siuardum in Regem assumerent, affirmante constanter eius parentem Haldanum omne ius primogeniti Getherici pridem uiolasse, atq; seipsum in paterni principium præpostero ordine intrudi permisisse.

## CAPVT XVII.

Carolus 46.  
Rex inter-  
mus.

**P**roinde Carolum Nardiani in externa militum patri nepotem Gothiæ regno præficiunt: renouatum est odium inter Suecos & Gothos, quod semper omnium qui in utraq; parte sapientiores habiti sunt, horruitumq; in patria inter hos Reges inualefcebat, ut eius longinquiores regiones perniciofa fecunditate dissemineretur. Erant enim Olauo Regi Danorum duo conspecti filij, Frotho uidelicet, qui Vuildam prædicti Regis Siuardi filiam, & Haraldus, qui Signe filiam Caroli Gothorum Regis filiam in matrimonium offerant. Hæ duæ coniuges ut erant ex duobus patrum me dissentientibus natæ, ita suos maritos quam

Frotho & Haraldus filij Regis Daniæ duxerunt uxores.

mo ac fraterno uinculo coniunctos, ad inextinguibile odium perducentes, occasionem præstiterunt, ut Frotho fraternæ necessitudinis immemor, fratrem suum Haraldum omni probitate ac militari disciplina conspicuum, structis oculis in infidijs trucidaret, filiosq; eius Haraldum & Haldanum, nisi industria Caroli materni aui præseruati fuissent, æquæ crudelitate perdidisset. Quorum natu maior Haldanus, cum post multos & uarios casus adoleuisset, non solum patrum, eundemq; patris sui occisorem Frothonom occidit, sed & regnum eius Daniam occupauit: deinde in Sueones (eò quod inde oriunda esset Vuilda, quæ putabatur Frothonom ad fraternam necem accendisse) arma conuertit, Regemq; eorum Siuardum ob mala merita malè educate filie occidit.

## CAPVT XVIII.

**C**arolus igitur non ad aliquam humanæ uitæ felicitatem, sed ad plurima pericula tam apud suos, quam apud uicinos & externos, Gothico regno præfectus est. Cum enim in summa controuersia cum Siuardo Sueonum Rege uersaretur, æstimabat sibi ac suo regno optimè consultum iri, si Daniæ Regem sibi aliquo artificio amicitie uinculo conciliaret, ne inter duos potentissimos Reges medium sortitus locum, utriusq; potentiam aliquando sibi insensam pateretur. Igitur (ut dicere cœpimus) optimæ spei iuueni Haraldo Danorum Regis Olaui filio, unicam filiam Signem matrimonio copulauit: cum qua insignis uirtutis uigilem Vitolphum, tanquam opportunum in aliena terra præsidium mittendum curauit. Sed quod singulari spe ad suam salutem perpetuam disponebat, hoc aduersa fortuna ad eius extremam perniciem ob pessimarum coniugum coniurationem (uti iam diximus) conuerterunt. Horrendum

Malæ coniuges  
prouocant ma-  
ritos fratres ad  
exitiale malū.

Haldanus fili-  
us Haraldus  
uindex pater-  
næ necis.

Siuardus Rex  
occiditur.

Signe filia Cæ-  
rolus datur in  
matrimonio  
Haraldo Olan-  
ui filio.  
Vitolphus pu-  
gil.

perfecto stultarum mulierum exemplum, ab impro-  
uitorum moribus acceptum. Solent enim insensati  
effeminati uiri, cum in se nihil prorsus uirtutis habent,  
ex maiorum suorum nobilitate ac uirtute à qua reman-  
mi sunt, sese turgidos ostentare: at si eorum personam  
tius inspexeris, nec uestigium ueræ uirtutis in omni  
actione inuenies. Sed his omisis, ad Carolum redeo.  
Qui cum saluadis occisi Haraldi liberis, suisq; ex  
potibus magis sollicitè quàm securè inuigilaret, pro-  
d Frothone paricida insidijs extinguitur. Sed nec Fro-  
ni sua paricidia inulta mansere. Nam ijdem huius  
nepotes Haldanus & Haraldus (uti præfati sumus)  
eius sanguinem exhaustere.

Carolus nece-  
sur.

Frotho interfici  
tur.

## CAPVT XIX.

Ericus 47. Rex  
interuus.

**E**Rico deinde Siuardi Sueonum Regis ex Vi-  
poti in locum occisi materni aui surrogate, gra-  
mæ in omnibus rebus difficultates, ob eiusdem matris  
de iurgia & conuitia cõtra Signem Gothicam sanctam  
& Reginam cõgesta, emergere. Siquidem Haldanus  
filius, ob amissi parentis Haraldi & materni aui  
necem, ubique grauis atque inuictus uindex immine-  
Occisus enim Frothone patruo, eodemq; paricida, &  
uardo Sueonum Rege, nunc demum in hunc filium  
ricum à terra & mari bellum parat. Ericus tamen  
atque præstanti animo bellum commissurus, militum  
imbellem ex Sueonibus contraxit, copiasq; uiribus  
mis instructissimas, contra aduentantis hostis impetu  
ducit: fit insigne atque atrox prælium, non modo im-  
fime fortis milites, uerumetiam inter admiranda  
dinis pugiles & proceres, atque ipsos agminu ducem  
ruit præcipuè in hoc bello eximia Haldani fortitudo.

Haldani egre-  
gia fortitudo.

Quippe cum cæteris pugilibus corporis & animi fortitu-  
dine præcelleret, abiecto scuto caput galea muniit, & u-  
rang; manum clauæ exinij ponderis immittit, progredi-  
urq; in acerrimas hostiu turmas, omnia occurrentia pro-  
terrens: nec erat aliquod tam firmum obstaculum, quod  
ante molis impetum frustrare posse uideretur. Inter sum-  
mæ fortitudinis opera Haquinum Erici pugilem sibi in a-  
nte occurrentem prostrauit: fortuna tamen tanto eius ani-  
mo non respondit, nam uictus salutem fuga querere coge-  
atur: peruenitq; post multos errores & deuia ad terras  
Volsungorum, opportuno susceptus hospitio à quodã Vi-  
tolpho pugile, qui olim (ut prædiximus) Signem Haldani  
patriem à Gothia in Daniã comitatus fuerat, patriq; Hal-  
aldo fideliter usque ad ultima fata militauerat.

Haldanus Ha-  
quinum pugi-  
lè prostrauit.

Haldanus vi-  
ctus fugit ad  
Vitolphū pu-  
gilem.

## CAPVT XX.

**A**T Ericus comperta Haldani fuga, mox expeditissi-  
mos milites dirigit, qui ipsum ex penetralibus Vi-  
tolphi extractū occidat, aut ad suum conspectū adducant.  
Quod erat Vitolphus in arte magica adeo peritus, ut uenienti-  
us cõfestim adimeret omnem oculorum usum, ne propin-  
quas ædes uisu aut uestigijs indagare potuissent. Itaq; Hal-  
danus geminum à Vitolpho beneficiū in extrema rerum  
horum fortuna affectus est. Quippe ab insidijs potentis-  
simi hostis fideliter seruatus, deinde à mortiferis uulneri-  
bus que in bello susceperat, diligentissimè curatus, optatum  
inuersæ fortunæ remedium præter omnem spem feliciter  
uenit. Didicerat enim Vitolphus ex diuturna & conti-  
nua militia, quæ carnem eius multis uulneribus sulcave-  
rat, certissima medicinæ artis experimenta, quibus Haldanus  
ad pristinæ incolumitatis habitū breui temporū cur-  
perduxit. Igitur recuperata salute, exercitiū undecunq;

Ericus persequi-  
tur Haldanū.

Vitolphus erat  
magice artis  
peritus.

Vitolphus alle-  
bat artem me-  
dicandi.

poterat, congregavit, bellumq; nihilo felicius quam  
 in Ericum promovit. Nam cum Ericus populo  
 praevaleret, Haldanus se ad insidiosa stratagemata  
 tens, conabatur ipsum ad impenetrabiles montium  
 pertrahere: qua astutia minimè succedente, se cum  
 litionibus in montium fastigia recepit, unde ingenti  
 in subeuntem Erici exercitum cum tanto fragore  
 tavit, ut caelum in fulmina & portentosa tonitrua  
 putaretur. Sed erant perridicula tonitrua. Claudi  
 ditu quidem horrenda, sed exitu uana, tantum d  
 auctori uictoriam cõciliassent, aut incole ipsum d  
 nore pro tam inani & ludicro facinore dignū iudic

Haldanus Erici  
 exercitū saxis  
 obruere cona-  
 tur.

CAPVT XXI.

**C**vm ergo Haldanus à montibus & sylvarum  
 circis praesidium salutemq; mutaret, Ericus  
 eius obsidionem frustra occupari, exercitum d  
 positum usque in Daniam secura aura deducens, H  
 Haldani fratrem Danorum regnum perfunctoria  
 rantem in bella prouocauit. Qui cõfestim copijs  
 obuiam aduenienti prodibat: committitur atrox &  
 ta pugna, diuq; ab utraque parte uictoria expectat  
 tandem Sueonum partibus inclinatur, uictosq; &  
 ter pugnantes Danos prostrauit. Qui tamen resu  
 ribus, audaciore quam prosperiore fortuna bellum  
 tentiam erigebantur. Proinde uicti profligatiq; im  
 pugnae poenas pependerunt. Neque tamen satis esse  
 bant se gemino praelio superatos, nisi & tertium  
 rentur: in quo (occiso Haraldo) manus in Etas Sueo  
 rerunt. Itaque Ericus subacta Dania, uictorem  
 in Suetiam reducens, diuturnā felicemq; requirit

Ericus oppu-  
 gnat Haral-  
 dum & Da-  
 niam regnum.

Dania uicti.

Haraldus occu-  
 bit, & Dani  
 totis subacti.

st. donec Haldanus patris, fratrisq; & plurimorum ne-  
 ssariorum suorum necem statuisset in Ericum uindicare.  
 ad id enim non impotentē ex toto Danico imperio exer-  
 titum coegit, ipsumq; in Suetiam Ericū oppressurus trans-  
 exiit. Occurrit Ericus multo & ualido milite cinctus, &  
 uiribus non dolis manus conferendae fuissent, uictor ni-  
 ritum euasisset. Enimuero dum Haldanus suorum pauci-  
 ati diffideret, uictoriam astutia & dolis comparauit, quā-  
 lo Ericum ad praeparatas insidias protractum compre-  
 hendit, comprehensiq; potestatem fecit uitam obsequio  
 edimendi: at magni atque inuicti spiritus homo, preca-  
 nam uitam agere dedignatus, mortem seruituti turpitu-  
 diniq; anteponebat.

Haldanus fra-  
 tris necē ulam  
 est.

CAPVT XXII.

**H**aldanus Caroli Gothorū Regis ex filia Signe ne-  
 pos, postquam in patris & fratris occisores poten-  
 & prosperè uindicasset, consensu Suetiae procerum in  
 ueonia Regem sublimatur. Dignus siquidem ab omnibus  
 utabatur, ut qui parricidalis criminis tam strenuus ultor  
 titiisset, etiam Rex constitutus à subiectis populis omnem  
 pietatem eliminare curaret, uirtutesq; bellorum tempe-  
 te concussas, in pristinum statum atq; uigorem colloca-  
 t. Hic sui regni auspicia feliciter à uicinatorum Principum  
 concordia inchoanda existimans, Vnguinum Gothorum  
 Regem sanguinis propinquitate coniunctum, missis pru-  
 nitibus legatis, sibi ad stabile & perpetuum foedus conci-  
 uit, prudenter quidem ex praeteritis ad futura prospici-  
 ens. Quemadmodum enim Reges, & regnum Suetiae ob-  
 ntrouersas, quae aliquando cum Gothis inciderant, ad  
 auisima quaeq; incommoda corruerant, ita perseueran-  
 utriusq; partis concordia, nulla pars humanae felicitatis

Haldanus 48.  
 Rex internum.

Vnguinus Rex  
 Gothorum.

eis unquam defuisse uidebatur. Compositis denique  
 tria omnibus Reipublice partibus, ne ciuibus  
 suis grauior, quam iustum & æquum esset, imminere  
 tam suæ militiæ multitudinem à uisceribus ciuium  
 clam, classiq; impositam, contra piratas (qui tum  
 Sueeticum infestabant) eduxit, palam affirmante  
 ges nocentiores esse quocunq; publico hoste, qui  
 bam ignauiam in suis ædibus à militari exercitio  
 commemorantur, subiectisq; populis formidabiles, ut  
 uerò contemptibiles apparent. Vidi ego aliquando  
 neris Principes, eorumq; tyrannidem expertus  
 in substratum populum leones & tigrides erant, et  
 stes omni lepore timidiore notabantur: plures quæ  
 ne numero ciues, quam hostes opprimebant. Sed  
 luis (in quorū memoriā inuitus incido) omisso  
 danum fortissimum atque prudentissimum Regem  
 tor. Qui (ut diximus) suæ gregariæ militiæ turmas  
 ualibus bellis continuè exercebat, nunc Daniā  
 Rex erat, nunc Suetiam & Gothiam ab omni domi  
 rum & piratarum iniuria conseruando, nihilq; con  
 do quo subiectos sibi populos feliciores efficere possent  
 Inter ceteros autem piratas duo erant uegetioris  
 Vandali siue Carotes, Anundus & Tocho, qui acti  
 bellis circumpositas regiones molestabant. Hos Ha  
 maritima pugna aggressus extinxit.

## CAPVT XXIII.

**A**ttamen nonnulli in Suetia emerere sanguine  
 moribus nobiliores, qui tam sedulos Haldanum  
 res, & nunquam intermissas pro salute publica curas  
 grato animo estimaret: totisq; conatibus ipsam  
 nam uitæ & honoris discrimen adducere molirentur.

ius factionis caput erat quidam Siualdus clarissimo lo  
 o natus, qui apud Sueonum concionem multa abominan  
 ta facinora in absentem Haldanum congescit, argumento  
 umpto ab occisione Frothonis, quam non solum oratio  
 nis uehementia, sed multo lachrymarum profluuio ita au  
 ribus presentis populi inculcauit, ut parum abesset, quin  
 atim Regio honore (quæ summoperè ambire uidebatur)  
 onaretur. Quibus compertis Haldanus, coactis ad con  
 onem militibus, insinuat quomodo ingrati Sueonum  
 roceres, pro quorum pace & tranquillitate tot uitæ di  
 crimina sustinuerat, iniurias, & insidias, omniaq; hosili  
 tatis studia in se pertinaciter meditentur: proinde neces  
 sarium fore, illum rebellium conatum in prima origine suc  
 cili, ne longiorem moram affecutus altiores radices emit  
 t. His dictis totius classis robur & arma, ab atrocibus  
 stibus ad reprimendos ingratorum ciuium tumultus re  
 dcauit. At Sueones uisa magnitudine aduentantis exer  
 citus, mox à Siualdo defectionis autore paulatim defece  
 runt. Sed pertinax in bellace uiro animus, in nullo re  
 uersior apparebat. Misso enim ad Haldanum nuntio,  
 quit: Si te uirum fortem fateri uolueris, progredere me  
 in campum, ut unius aut alterius occasu cætera mul  
 tudo seruetur. Ego & septem filij mei ex una parte sta  
 mus, te & filijs tuis ex aduerso pugnabitibus. Non equi  
 tum, subintulit Haldanus, duellū detrecto, sed iniquam cõ  
 tionem, qua solus contra octo prouocor, iuste reprehend  
 . Tum Siualdus: Nil mirandum, ait, hominem men  
 & corpore frigidum occasiones querere, quibus se à  
 igna excimat. Ego & filij mei una caro censendi sumus.  
 tu hactenus frigidus & infœcundus toro cubuisti, affer er  
 in campum unita membra, quando ego in filios disper  
 iterum in certamen assumo. Hac qualicunqueratione

Siualdus quidam  
 contra Haldanum  
 num conspiratione  
 molitur.

Sueones à Siualdo  
 deficiunt.

Haldanus prouocatur ad pugnam, quam minime detrectat.

Haldanus piratas persequitur.

Anundus & Tocho piratas extinguuntur.

*Sivaldi cum se-  
ptem filijs ca-  
des.*

*Harthbenus*

*Helsingus pu-  
gil insuitate  
magnitudinis.*

Haldani magnanimitas se ad iniquū certamen adduci per-  
misit: uictorq; prostratis patre & filijs, à toto populo salu-  
tatur. Deinde absumpto uno pestifero capite, mox alteri  
priore perniciosius emerfit. Nam Harthbenus pugil Ho-  
singicus omnia alia potius, quàm Regem optimis mori-  
bus præditum pati uolens, non distulit ipsum, quem suum  
enormium facinorum uindictam formidabat, ad singula  
certamen denuò prouocare. Erat ille Harthbenus mo-  
strofa longitudine, utpote nouem cubitis in altum por-  
ctus, cui etiam duodecim athletæ commilitones fuere: quo-  
rum opera quoties illi præfaga pugne rabies incesse-  
uinculorum remedio aborti furoris impetus propulsa-  
tur. Ea fortitudine ad omne nefas abutens, nullius illustri-  
simæ uirginis aut foemine pudicitiam intentatam permi-  
sit. Siquidem raptas Regum filias stupro fedare gloriæ  
co ducebat, tantoq; se clariorem æstimabat, quanto ple-  
didiores concubitus uiolentius assequi potuisset.

## CAPVT XXIIII.

**H**unc Haldanus cum ab eo ad singularem pug-  
prouocaretur, magnanimiter contempfit, affir-  
se solum cum eo & duodecim commilitonibus ipsius con-  
gredi paratum. Quo contemptu Harthbenus perfunctus  
tim sex è suis athletis ferro consumpsit, deinde sex reli-  
sociatus, pugnam cum Haldano conferens, uictoria cum  
& uita, plaudentibus cunctis ad mortem tam insigni  
spurcissimi latronis. Hoc monstro oppresso, mox aliud  
primendum offertur. Nam cum comperisset Grimonem  
eximiarum uirium athletam, Hatheri Noruegici Regis  
liam Torildam sub duelli comminatione expetere, illi  
more monstra domiturus accessit. Nec bonæ spei bonus  
fectus defuit. Nam Grimonem (quauis athletica fortitudo

*Harthbenus cū  
suis commili-  
tonibus occi-  
dit.*

dine, atque magica arte conspicuum) ita oppressit, ut per-  
petuò mancum atque imbellem reddiderit. Itaque Haldanus  
Torilda potitus, filium Asmundum, à quo Noruegiæ  
Reges se prodijisse gloriantur, ex ea suscitauit. Tandem  
cum didicisset Ebbonem quendam plebei generis piratam,  
Vnguiui Gothorum Regis filiam Sigruiham in coniugem,  
& dimidium Gothici regni in dotem postulare, indignan-  
ter tam disparis conditionis copulam tulit, seq; ignoto ha-  
bitu deformatum inter nuptiarum auspicia in regiam Un-  
gini recepit: ubi præmissa acerrima obiurgatione in ple-  
bei hominis temeritatem, quòd auderet se Regibus coæ-  
quare, Surge, inquit, & ferro mecum decernens te uirum  
ostende, non antea uoto quàm uictoria potiturus. Mon-  
stris nocturnam pugnam Ebbo conuenire respondit. Qui  
tandem Haldano importunius perurgente, & sub lustris  
lune splendorem dicim referre affirmante, è medio conui-  
ui surrexit, primoq; impetu nequicquam se defendere ten-  
tans occiditur, uersis in funus & exequias nuptijs, quas di-  
sparitatis conditionis conciliasse uidebatur. Hic erat exitus  
plebei hominis, quem nec uirtus, nec generis claritas no-  
bilitauit. His per Haldanum in materno regno Gothorum  
feliciter actis, se in Suetiam recepit, diuq; in tran-  
quillitate regnando, gloriam sui nomi-  
nis apud omnes meruit im-  
mortalem.

*Asmundus Hal-  
dani ex Toril-  
da filius, à quo  
Reges Norue-  
giæ prodierunt.*

*Ebbo occiditur.*



IOANNIS MAGNI  
GOTHI ARCHIEPISCOPI  
PSALENSIS HISTORIAE GO-  
thorum Sueonumq; li-  
ber sextus.

## CAPVT I.



**N**unc autē cōtinuaturi res Gothicas, ex difficillimis antiquorum obscuris erutas ad calcem tertij libri peruenimus, indignanti simul & dolentissimo ferimus, tam fortem gentem, clarissimis triumphis inclutam, adeo paucos gestorum scriptores inuenisse, donec ad tempora illorum scriptorum, quibus conflictata est, perueniret. Tunc enim Romani scriptores suorum Principum laudes amplius non poterant commodē fortissimorum hostium uirtutibus silentio praeuere: quemadmodum Vatum praestantissimus AENEAM summis laudibus extollere uolens, Turmuis hosti non paruum militaris fortitudinis experientiam tribuit. Credendum tamen est historiam Romano auctore conscriptam, propensiore studio ferri in suorum, quam alienorum hominum laudes. Verum tribuendum est hoc auctoris humanis, qui etiam in uiris perfecta uirtute praeditis nonnihil sibi concedendum putant. Prudentis lectio est, ex plurima lectione quae probabiliora uidentur eligere. Nunc unde pridem digressi sumus redeamus. Dicitur superius Augustum Caesarem orbis domitorem, non minus gentis potentiam magis formidasse, quam Getarum. Ideoq; idem poeta Virgilius lib. VII. AENEIDOS de Rom

nis aduersus hanc gentem bella mouere uolentibus perterritus cecinit: Sive Getis inferre manu lachrymabile bellum. Et Augustus ipse postquam à principio imperij sui ipsam bellis acerrimis impetiuisset, parumq; profecisset, uoluit potius eam singulari amicitia sibi conciliatam fouere, quam eius fortitudinem ad bellum prouocatam experi. Proinde (ut ex Suetonio Tranquillo diximus) Commotio eius gentis Regi filiam suam Iuliam despondit, petita uicissim eius filia in matrimonium. Qua quidem affinitate effectum est, ut per plures annos (imperante Augusto) Gothi quieti, & Romanis confederati in Thracia, Daciaq;, & ad ripas Danubij permanserint, ac Casare Augusto morte sublato, Tiberioq; ad imperium assumpto, quum non ea pristina amicitia colerentur, consilium ceperint, quo ostenderent se, suamq; confederationem à Romanis neque utiliter negligi, neque securè contemni posse. Igitur coactis copijs se in uniuersam Moesiam Romano imperio subiectam effundentes, omnia ferro, flammis, rapinis deuastabant. Deinde post direptas urbes, depopulatos agros, multiplicesq; hominum strages, praedam onusti se in sua receperunt. Voluit quidem Tiberius eam Gothicæ gentis uiolentiam reprimere & uindicare, sed prius in fata cōcessit, quam exercitus ad illud bellum comparatus expediri poterat. Neque eius successor Caius Caligula aliquid contra eam gentem agere audebat, quamuis minis maximis ipsam terrere conaretur. Sed timeri non poterat à fortibus hominibus tam perditæ uitæ tyrannus. Quis enim illud monstrum nisi nimis propè positus timuisset? Mouit quidem exercitum in Germaniam, sed nihil fortiter contra hostes egit, qui in proprios ciues non solum fortis, sed uiolentissimus esse confucuit.

Augustus Ca-  
sar.

Gothi à Roma-  
nis contempti,  
terras eis sub-  
iectas inua-  
dunt.

Tiberius Caesar.

Caius Caligula Imp.

Dorpaneus 24.  
Rex Gothorū  
extra patriā.  
Domitianus  
Imp.

Gothi traicūit  
Danubium.

Exercitus Ro-  
manorū pro-  
figatur a Go-  
thū.  
Oppius Sabi-  
nus occubuit.

Domitianus for-  
midabat Go-  
thorum adue-  
ntum.

**D**orpaneus Gothorum Rexerat in Thracia, sive Dacia, quando ille Domitianus sordide auaritia mancipium, Romanum imperium, quod regendum susceperat, diuexabat. Huius auaritia effectum est, ut Gothi taderet amicitia & cōfederationis, quam sub priscis Imperatoribus ab Augusti Cæsaris tempore autore Agricola inierant, deliberarentq; Romanorum terras sibi uicinas ab auaro atq; indigno præside ad se armis & pacifice uel alio quocunq; modo pertrahere. Solent enim ille tam facilius ad hostes deficere, quibus ignaui atque auarissimi ranni dominantur. Nec diu deliberatū erat, antequam adunatis copijs Danubiū pertransirent. Conabantur quidem Romani milites, qui ibi in præsidij collocauit, resistere traicentibus, sed impossibile erat contra tantam hostiū uim atq; importunitatem præualere. Igitur recedentes, & in aciem se colligētes ad iustam pugnam præparabant: pugnatumq; est acerrimis armis & animis, nec uictoria sese Gothorum partibus applicans, cogere Romanos salutem à fuga mutuare. Sed nec fuga salua poterat, quos Gothi tanto impetu insequabantur, sternebantq; & trucidabant. Cecidit in eo cruento prælio Oppius Sabinus militaris industriæ peritissimus, totius Romani exercitus princeps: pauci admodum ex maximo exercitu Romam rediere, tristem bellorum exitum nuntiantes. Trepidatum est Romæ ne uictor exercitus tantam limitaneorum præsidiorum, & militum stragem ad interiora Romani imperij se liberè diffunderet, omnino pro uoto crudeliter uastaturus. Proinde Domitianus, se Deum & Dominum appellari mandauerat, ex ea spe ruina satis doceri poterat, quam parum possidet sua mentita diuinitas, quæ peregrinorum hominum præ-

tenite cedere cogebatur: contra quam denuò ingentes copias ( quibus Cornelium Fuscum in Republica experitissimum præfecit ) comparabat, atque in hostes, qui liberius Romanum imperium impugnabāt, emittere curabat. Sed nihil felicius pugnatum est secundo bello quam primo. Quamuis enim tantus esset Romanæ militiæ apparatus, ut contra hostilem gentem certissimam uictoriam sibi polliceri potuisset, tamen post atrox & uehemens prælium omnes Romanæ copiae unā cum suo duce profigatæ, deletæq; fuerunt: tamq; dirum uulnus tunc Romana Respublica sibi inflatum putabat, ut ( si Blondo Romano scriptori Cornelij Taciti uerba afferenti credi oporteat ) silentio prætercundum censuerint numerum suorum militum in ea pugna desideratorum, Sallustij historici exemplo, qui in simili casu inenarrabilem Romanorum stragem occultauit: immò ita uictus est Domitianus ( ut ait Dion Græcus ) quòd tributa Gothis soluere fuerit compulsus.

Romanorū ca-  
pie iterū suc-  
cumbunt.

Domitianus ad  
tributa Go-  
this pendenda  
fuit coactus.

CAPVT III.

**D**ecibalus post fata Dorpaneus in Gothorum Regem sublimatus, cœpit totis corporis & animi uiribus ( quæ ei semper & ubique aderant ) meditari, ut quemadmodum Dorpaneus transmissio Danubio, Gothicum imperium occupatis Romanorum prouincijs ampliauerit, ita ea quæ parta fuerant, prudenter conseruaret. Neque cum meditatio sefellit. Tunc enim Romani sub superba ignauiā Domitiani indignè conculcati, maiorem curam habebant, quomodo atrocem illum & domesticum tyrannum, quam quemuis extraneum hostem amouerent. Sed neque illo ( uti meruit ) trucidato, & per uilissimos neppillones sepulto, Nerua qui ei successit, cœrcendæ Go-

Decibalus 25.  
Gothorū Rex  
extra patriā.

Nerua Imp.

Traianus Imp.

thorum potentie par esse potuit, tum quia incommoda  
 neclute affectus impediretur, tum etiam quia breui tempore  
 quo imperabat, ad omnia restituenda quæ perditus Do-  
 mitianus amiserat, minus sufficere potuisset. At Traianus  
 qui eo defuncto ad imperium peruenit, efficaciores oc-  
 siones, quibus subductæ Romanorum prouincie resti-  
 possent, affecutus, nihil differendum putabat, quin in  
 cæteras etiam illæ quæ Gothorum uiribus occupatæ  
 rant, rursus potentia & armis ad mutilatum Reipub-  
 licæ corpus reducerentur. Igitur collectis ualidissimis copi-  
 quas existimabat Gothorum potentie pares, arma in  
 cibalum promouit. Sed non erat tam facile gentem forti-  
 mam à semel occupatis sedibus exturbare. Si enim Euse-  
 pio & alijs scriptoribus credimus, adeò diuturnum erat  
 lud bellum, quod Thracia siue Mœsia, Gothorum sedes  
 mibus rebus humano uitæ necessarijs penitus exhan-  
 retur. Tandem post multa acerrima prælia ad eas pacis  
 ditiones deuentum fuit, ut Gothi transito Danubio in  
 antiquas sedes remearent, essentq; Romanorum socij  
 confederati. Nec solum permisi sunt ueteres sedes in-  
 re, sed additi illis fuere amplissimi agri, in quibus habi-  
 uerant Taiphali, siue dicere maui Tribali, & Vandalici  
 prouincia decies centena millia passuum in circuitu (in  
 Eutropio) continebat. Itaque Romanæ prouincie, quæ  
 Gothi relinquebant, tam amplis sedibus compensari ui-  
 bantur, ut ex Romano bello uictores, aut uictoribus po-  
 redisse uiderentur.

Gothi transmissi  
 Danubio, re-  
 deunt ad an-  
 tiquas sedes.

## CAPVT IIII.

Ostrogotha 26.  
 Gothorū Rex  
 extra patriā.

**O**strogotha deinde Gothorum Rex effectus, di-  
 turnum felicemq; & amplum obtinuit principat-  
 tum, estq; inter præcipuos Reges qui ante eum fuerat

iuue collocandus. Nec frustra sibi proprium nomen, quod  
 omnibus Ostrogothis commune erat, assumpsisse uideba-  
 tur. Quippe quum Ostrogotha Orientalem Gothum pa-  
 tria nostra lingua significet, illi rectissimè applicatum ui-  
 detur, cuius auspicijs Gothorum regnum iterum orieba-  
 tur, atque in immensum excreuit, terroremq; Romanæ  
 potentie (ut mox dicemus) incutiebat. Cur autem O-  
 strogothi uel Vestrogothi dicantur, & quod Gothi & Ge-  
 te eadem gens sit, supra commemorauimus. Sed de his a-  
 liis. Nunc ad Ostrogotham redeamus: cuius historiã mox  
 subiceremus, nisi in memoriam Maximini Imperatoris  
 incidissemus: qui quum genere Gothus fuerit, inter ma-  
 gnos Gothorum Principes, aliquam historiæ partem sibi  
 iure uendicabit, ut ex hac gente etiam aliquem mundi do-  
 minum, & ad summam in terris dignitatem euasisse mon-  
 stremus. Eius historiã tradidere complures, inter quos præ-  
 cipui sunt Iulius Capitolinus, Cordus, Herodianus, ex qui-  
 bus pauca excerpanda curauimus, reliqua in suo fonte qua-  
 rendam relinquens.

Maximus Go-  
 thus Impera-  
 tor Romano-  
 rum.

## CAPVT V.

**M**aximus sub Alexandro Imperatore enituit, mi-  
 litare uero sub Seuero coepit. Hic de uico Thra-  
 ciae uicino barbaris loco, ignobili etiã patre & matre geni-  
 tus, quorū alter ex Gothis, altera ex Alanis geniti esse per-  
 hibentur, & patri quidem nomen Micea, matri Ababa fuis-  
 se dicitur. Sed hæc nomina Maximinus primis temporibus  
 ipse prodidit: postea uero ubi ad imperiũ peruenit, oculis  
 præcepit, ne utroque parente barbaro genitus Imperator  
 esse uideretur. Fuit ab initio pastor, mox prima stipendia  
 sub Seuero fecit Alexandri auro. Forma staturaq; fuit ui-  
 rili, decorus facie, ingenio ferus, superbus atque omnium

contemptor, interdum etiam iustitiæ & æquitatis fauitor. Seuero ab initio est conciliatus campestri certamine, quælixas sedecim, unum post alium prostrauit, cum quibusdam ignobilitatē est primò luctari iussus: mox altero sudore totidem milites. Quare aurea torque ab Imperatore donatus, accitusq; inter laterum stipatores, ac tum denum illustrari cœptus est, corporis uastitate & candore insignis, oculisq; uegetis sua sponte conspicuis. Miratur Capitolium ipsum sæpe uno die bibisse uini amphoram. Comedit libras carnis quadraginta. Cordus (autore eodem Capitolino) sexaginta scripsit. Sudorem sui corporis uberius fluentem calice excipiebat, ut interdum ex eo tres impleret sextarios. Tironium legionem, quam sub Germanico bello accepit instruendam, quotidie exercuit, unaq; ipse exercebatur. Quinos senosue milites quotidie sternebat: Tribunorum unus, uir spectatæ uirtutis cauillabundus: Quis mirum, inquit, si tribunus milites uincit? Hunc ex promotione congressum primo impulsu ad terram deiecit, clamans: Date alium, sed tribunum.

## CAPVT VI.

**F**Vit (ut Cordus scribit) octonis pedibus, atq; uno digito maior: pollice ita pingui, ut uxoris dextro chely pro annulo uteretur; ut tanta, ut equum pugno percussu nudaret dentibus, crura calce perfringeret, Topazios lapides fricaret digitis, maiusculasq; arbores dimidiaret. Quis uirum multiplex experientia effecit, ut Anthemum quidam eum uocaret, alij Herculem, aut Milonem Crothoniadem. Ego huius uiri fortissimi gesta ex Romanis scriptoribus libentius adduco, quia in ueteribus Gothorum historijs multo similes pugiles, immò præstantiores, & gigantea fortitudine præditi passim describuntur. Eodemq; tempore, quo

Maximinus

Maximinus suæ monstrosæ fortitudinis opera hinc inde exercebat, ille admirandi roboris gigas Starchaterus pugil Sueticus (cuius paulò antè meminimus) alijq; quàm plurimi, in prima Gothorum patriæ ditibus ubiq; clarissimis & memorabilibus facinoribus uiguerunt. Erat Maximinus Seuero semper charus, Caracallæ charior, sub quo magnos ordines duxit: Macrino abstinuit, tanquam sui Imperatoris occisore: Heliozabalum Aurelium impuram belluam contempserat, interim in Thracia apud suos Gothos familiariter conuersatus. At postquam comperisset rerum summam ad optimum Imperatorem Alexandrum deuenisse, Romam redijt, magnisq; honoribus ab illo est exceptus. Primum ordines duxit, multaq; fortiter gessit: tandem Alexandro apud Gallias militari tumultu occiso, ad imperiū peruenit, indignante Senatu, quòd sine sua autoritate imperaret. Bella grauissima cõtra Germanos gessit, eo cõsilio ut ad Oceanum usq; Sarmaticum Romanum propagaret imperium, omni Arctoa plaga longè lateq; domita. Sed nuntiata sibi Africæ defectione, in Italiã redijt, occupatusq; in Aquileiæ oppugnatione à suis (ob seueritatem) deseritur, deinde unã cum pulcherrimo filio eiusdem nominis à militibus trucidatur. Hæc ex Romanis historijs idcirco adduximus, ut ostenderemus saltem duos Maximinos Imperatores ex Gothicis prodijisse: immò inferius in uita Athaulphi ostendemus, tantam huius gentis potentiã extitisse, ut Romanum Imperatorem aliquando pro uoto constitueret.

## CAPVT VII.

**N**unc ad Regem Ostrogotham stylum conuertamus: cui in omnibus bellicis rebus felicissimi fuere successus. Eratq; eo tempore huius gentis possessio satis ampla, & in plura regna diffusa. Nam ultra Thracias etiam

Maximinus ad imperium succumbitur.

Apud Aquileiã cum filio occiditur.

Scythica Ponti litora tenuit: in quibus tanta terrarum fertilitas protenduntur, tot sinus maris, tot fluminum excursum, tot hominum mansiones, & populorum examina reperitur, ut iam etiam Romano imperio terrificata uideretur. Nummum igitur & difficile bellum inter hanc Gothicam gentem, & Vandalos, Marchomannos, Quados incidit: tunc maximam in rebus bellicis gloriam assecuti uidebantur, ideo quod inter omnes hostes quibus Gothi congresserant, uix maiores uires, quam in gente Vandalorum periebantur: quae tunc in Germania longas latasque sedes occupabat, Gothi tamen sub auspicijs huius Ostrogothae regis pugnantibus cedere cogebatur. Deinde Gothica armata in Romanas prouincias, accepta à Romanorum avaritia uacillatone, extendebantur. Cum enim tunc sub duobus Philippis Caesaribus patre & filio, millesimus condita urbis Romanae annus magno atque incredibili apparatu, ingenti quoque auctoritate letitia celebraretur, Gothi tum ob societatem, quam Romanis coniuncti erant, tum ob sua maxima in Romana Reipublica merita, sperabant sibi egregia munera, & donatiua militaria iuxta consuetudinem maiorum promittenda esse: id enim fuerat in pactis, ut Gothi duo maxima obsequia praestarent Romanis, unum uidelicet ne Romanas prouincias inuaderent: alterum ut alias fortissimas gentes ab earum inuasionibus coercerent: Romani uero & stipendia & muneribus ipsorum merita compensarent. Quod diutius facere distulissent, Gothi subtracta sibi stipendia indignè ferentes, ad praelia Romanis inferenda animos tendunt, non passuri se ab illis negligi uel contempni, quorum fortitudini uel pares, uel parum inferiores essent.

Vandali Gothis cedunt.

Philippi Imperatoris millesimus annus urbis condita.

Pacta inter Romanos & Gothos.

## CAPVT VIII.

igitur Rex Ostrogotha armata suorum magna multitudine, fines Romani imperij inuasit, Moesiamque & alias uicinas prouincias ferro, flammis, rapinis deuastauit. Tum Philippi Caesares considerantes quorsum Gothicus populus suam militiam extendere conaretur, statuerunt eam in radice suppressere, ne consecuta longi temporis incrementum inuisita permaneret. Itaque Decium ex ducibus suis Reipublicae peritissimum, multis & ualidis militum copijs subnixum, contra Gothos confestim emittunt. Qui super ipsos (cum magis praedandi, quam praeliandi negotio hinc inde disceptant) irruens, haud difficile eos ut transito Danubio in sua redirent coegit. Deinde magnum numerum limitaneorum militum, qui Gothorum inuisiones prohibere debuissent, exautorauit, quasi ipsorum dissimulatione, aut negligentia Romanae prouinciae hostium irruptionibus patuissent. Quibus à militia & stipendio amotis, alios quos fideles & animosiores existimabat, limitum custodiendo praefecit. Reduxitque tunc Romani exercitum incolumem, ratus se non solum bella, sed omnes bellorum occasiones prudenter auertisse. Sed erat monstruosae hydrae caput, quod absciderat, quodque statim ex se insuperabilem perniciem in Romanam Reipublicam propagabat. Hi enim, quos Decius ut inuites aut negligentes à militia non satis prudenter amouerat, grauius tulerunt se pro diuturno ac difficili labore eam ignominiam atque atrocem iniuriam reportasse. Proinde sine mora sese ad Gothos & eorum militiam conferunt, publico totius Romanae Reipublicae damno suas priuatas iniurias uindicaturi. Nec secus quam sperabant à Rege Ostrogotha excipiebantur, qui eorum consilijs persuasus, statuit omne robur suae gentis in Romanorum terras effundere: confestimque trecenta millia Gothorum perarmata denuo

Ostrogotha Romani imperij fines inuadit.

Decius dux Romani exercitus in Gothos.

Decius Romanum redijt.

Romanorum milites exautorati coniungunt se Gothis.

Ostrogotha rursus exercitum validum in Romanorum terras emisit.

in fines Romanorum eduxit. Quæ multitudo facile limitaneorum militum præsidia penetrans, ad omnes provincias quas uolebat peruenit, ingentemq; prædam ubiq; nullatenus sistente contraxit. At inter cætera illustria loca quæ tunc depopulabantur, erat Martianopolis natura & arte manitissima, quam ferunt Traianum ad honorem suæ fori Martiæ cõdidisse, cum didicisset ex ipsius manibus in præterfluentem amnem auream peluim excidisse, & rursus dolenti domine ex profundo spõte reddidisse. Itaq; Traianus numini loci gratificaturus, eam condidit ciuitatem, quam tandem florentem, & magnis diuitijs affluentem Gothi diuturna obsidione cingebant, uolentes eam à Romano imperio alienatam suæ subijcere potestati. Ciues autem tot & tam diuturnis incommodis affecti, tandem multo auro redimunt libertatem. Itaq; Gothi accepta ab eiuſgenti pecunia, spoliatisq; ipsius suburbijs, locupletem atq; incolumem exercitum in suas reducere regiones.

## CAPVT IX.

Interim uerò dum Gothi foris & in Romanis provincijs prædarentur, non sinebant aduersa fata ipsos donec à prædonibus liberos permanere. Siquidẽ uicina gens Gepidarum eandem uiolentiam illis domi inferre conabatur, quam ipsi in longinqua militia alijs inferebant. Gens autem Gepidarum ea est, quæ in postrema classe, dum Gothi (de Rege Berico) Gothiam exiure, uehebatur: quæ à præcedentibus ob tarditatem & inexperientiam rei nauticæ, sepe conuittoso nomine inelamabatur. Gepa enim in nobilitate Gothica lingua tardum & stolidũ designat. Quo quidem conuittio effectum est, ut Gepidæ se à Gothis alienaret, & rignumq; non contemnendæ uirtutis ex se suscitarent; quod postea non solum gentibus inferiori Pannoniæ (quam inuolabant)

lebant) uicinis, sed & suis cõsanguineis Gothis grauissima belli negotia procreauit, notamq; tarditatis & stoliditatis sibi à principio inustam, præclaris facinoribus abolcuit. Huius gentis Rex Fastida, cum Ostrogotha Gothorũ Rex Romanas provincias deuastaret, collectis suorum ualidissimis copijs, duxit in Gothorum terras, siue quòd illum inuidia Gothicæ uictoriæ stimularet, siue aliæ cause ipsum ad ea bella concitassent. Sunt enim qui scribunt Gepidas cum angustius in magna suorum multitudine habitarent, optauisse à Gothis cõsanguineis suis partem illarum terrarum, quas habebat amplissimas: sed cum diu eis negatæ fuissent, armis ipsas occupare uoluisse, præsertim dum Gothi in longinqua militia impedirentur, quos etiam (ut alij scripsere) putabat in deuictis provincijs sedes collocaturos. At Ostrogotha nuntiat sibi Gepidarum irruptionibus, indignè tulit suos gladios à ceruicibus malè meritorum hostium in uiscera cõsanguineorum reuocari. Proinde compositis in alieno solo rebus, ad propria se recipere contendit. Conueniunt igitur fortissimæ Gothorum & Gepidarum acies apud oppidum Galthis iuxta flumen Ancha: certatumq; est diu & pertinacissimis animis inter eos, quos inuicem armorum similitudo, & similis pugnandi cõsuetudo in mutuam perniciem concitabat. Demum uictoria ad Gothos conuersa, Gepidas (quamuis usq; ad nocturnas tenebras perseuerantissimè pugnantes) uictos, cæsos, ac prostratos prostrigauit. Tum Fastida Gepidarum Rex accepta grauissima suorum strage, trepidus in suam regionem se recepit. Neq; Gothi fugientem insequi curabant, rati ipsum satis pœnarum ob temerè attentatum bellum pependisse. Reliqua tempora Gothi in summa tranquillitate sub hoc Rege Ostrogotha deduxerunt: qui etiam pacifico fine quieuit.

## CAPVT

Martianopolis.

Martianopolitæ redemerunt multo auro pacem à Gothis.

Gepidæ ceperunt molestare Gothicas terras.

Gepidæ unde de nominati.

Fastida Rex Gepidarum.

Gepidæ cedunt à Gothis.

CAPVT X.

Cinna 27. Rex Gothorum extra patriam.

**C**inna à Iordane, & à Pomponio Læto Echina, ab Omba uerò dicebatur: qui post Ostrogothami Regem Gothorum sublimatus est. Huius tempore Romana Respublica uario modo periclitata fluctuabat, dissidentibus inter se Principibus eius de imperio, ad quod tandem Decius trucidatis duobus Philippis uelocius quam hostius peruenit. Nec cessauit ea discordia, donec per agrum plurimis terris ad extremos Romani imperij limites diffunderetur. Quocirca Cinna idoneam occasionem inuadendi Romani imperij aduenisse ratus, duos potentissimos exercitus conscripsit: quorum unus ad deuastandam Moesia octoginta millia pugnatorum habebat: nec minor erat alter, quem suo ipsius ductu contra Euthesiam nouam urbem promouit, quam Traianus in terris Sarmatarum ad suam gloriæ monumentum erexit. Decius igitur pacata utraque domestica Romanorum discordia, terribilem contra Gothos exercitum eduxit. Quod cum Cinna didicisset, uoluit potius honestè fugere, quam manus turpiter aut temerè serere. Itaq; in Thracia Philippopolim urbem opulentam expugnaturus retrocessit. Decius uerò ut cognouit hostem retro abiisse, non quieuit donec in Thracia ad radices Bemi montis (qui non procul à Philippopoli distat) perueniret. Sed prius expugnata & direpta est urbs à Gothis, ut tequam Imperator auxilia afferret. Tum Gothi auctis fortunis locupletati animos erexere, ausi iusta acie se Romanis exercitiibus (quamuis numero & uirtute praestantioribus) opponere: uicti tamen à Decio in illo primo congressu, ad angustias locorum, quæ in Dardanijs sunt, impulsu detrusq; fuerunt, iamq; pro uictis habebantur. Quippe duo potentissimi Decij Imperatores pater & filius, totius militiæ Romanæ fortitudinis stipati, obstinatissime

Philippopolis à Gothis expugnatur.

Gothi vincuntur à Decio primo congressu.

ipso obsidebant: expugnassentq; nisi Gothi à Decio amulicis pramoniti fuissent, quomodo preparatas insidias euadere possent.

CAPVT XI.

**S**unt (teste Pomponio Læto) qui scribunt Gothos misso ad Decium legato ab eo postulasse, ut omni præda, quam opulentam habebant, relicta, sinerentur in suas antiquas sedes trans Istrum remeare. Quod Decius obstinato ad eorum perditionem animo pertinaciter negabat, præfatus se omnino uelle perdere gentem adeo inquietam, quæ sola plus negotij faceret Romano imperio, quam cæteræ omnes, quæ uniuerso orbe continentur. Iamq; se uoti competentem credens, quandam ex limitaneis ducibus Mœsiæ Gallum Trebonianum ad obsidendos exitus, ne euadere possent, cum bona copiarum parte emisit. Hic dux pridem humanam Gothorum conuersationem expertus, persuasit eis ne pariter conglobati hostem exciperent, sed in duas turmas diuisi, alij se prope paludem in insidijs collocarent, dum alij impetu in Romanos facto fugam uersus paludem simularent, Deciumq; & eius militem ad insidias, in quibus omnino periclitaretur, protraherent. Gothi consiliū Galli primo aspectu reprobantes, putabāt illud magis in suam quam in hostium perniciem excogitatum: at dum ad nouissima remedia circumspecti cogentur, uisum est cæteris omnibus magis efficax & opportunum. Igitur in pugnam descendentes, admirationi fuisse Imperatori, qui iam eos uictos ac prostratos reputabat, ignoransq; se proditum, certam sibi uictoriam pollicebatur, statimq; exercitum præuidum educens, nihil restare credebat, quam uenire, uideri, uincere: sed alio sum sese alea belli conuerterat. Nam Gothi uti constituerant, ad primum belli impetum simulato

Decius obstinatus recusauit conditiones Gothorum.

Gallus Trebonianus dux exercitus Deciani contra Gothos.

Gothi simulato metu Decianis illudunt.

metu Decianos ad insidias perduxerunt, per ductosq; uel  
mentisima pugna excipiunt: fiunt utrinq; magne strages.  
Casarianis difficillimè in palustri loco præliantibus. De  
cius pater cum filio occubuerunt: senior fortè equo sedens  
uiuius ad manus hostium deueniret, insilijt in uoragine  
propinque paludis: nam quæ situm eius cadauer nusquam  
poterat reperiri. Pomponius Lætus ambos Decios  
præcipitatos existimat, ut uerendum Deciorum exempla  
imitati, se pro futura uictoria deuouerent. Cæterum  
suæ, siue consilio perierint, gratum fuit Senatui populoloq;  
mano eos perijisse.

Decius cum fi-  
lio occubuit.

Mors Deciorum  
grata Roma-  
nis.

## CAPVT XII.

Silendum tamen non est, Iordanem nonnihil diuer-  
spræmissa narratione continere. Scribit enim Decius  
dum cõcitato cursu contendit ad succurrendum Philippo-  
poli à Gothis obsessæ, peruenisse in medio itinere ad Be-  
roam, aliàs Berceam, ibiq; super eum dum equos lassos  
exercitum refoueret, Cinnam cum Gothis in modum  
nis irruisse, uastatoq; exercitu ipsum in Mœsiã profugis  
indeq; reparato exercitu rursus cõtra Gothos redijisse,  
interim Philippopolim ceperant, & Priscum ducem  
contra Decium conciliauerant. Ventum tunc fuit ad  
cem conflictum, in quo Decij filius sagitta faucibus erui-  
uulnere trucidatur. Quod pater attendens, quamuis ad-  
lites confortandos magnanimitè dixisse fertur, Nemo  
stetur, perditio unius militis non est reipub. diminutio  
men paterno affectu uehementer cõmotus in cõferendis  
hostes se immisit, aut mortem, aut filij ultionè exposcens  
qua quidem pugna nunquã redijt, nec cadauer eius (quod  
uis sollicitè quæsitum) usquam comparuit. Traditur  
suis ante ingressum pugnae in Abruto Mœsiae urbe

lasse, indeq; loco nomen Aræ Decij inditum fuisse. Ita Go-  
thi uictores non solum Romanam militiam, sed Romanum  
Imperatorem unã cum filio contrucidarunt: nec erat qui il-  
lorum uiribus & armis resisteret. Tandem Aemilianus pri-  
mo, ac inde Gallus cum Volusiano summam Romani imper-  
rii adepti, quemadmodum affirmat Iordanes, mox fœdus  
cum gente Gothorum pepigerunt. Quod fœdus Marcus  
Antonius Sabellicus omnem cladem ignominiamq; quæ  
unquam populo Romano irrogata fuit, excessisse procla-  
mat. Hic enim in uita Galli Imperatoris ait: Post omnium  
gentium stragem teterrimam, multo tetrior fuit omni cla-  
de populi Romani ignominia, qui Scytharum factus est tri-  
butarius, ex eo fœdere quod Gallus cum ea gente percus-  
sit. Sed quid, ô Sabellice, si illi Scythæ (sic enim Gothos per-  
contemptum appellare uideris, quando alij eos Getas ap-  
pellant) tributis contenti non fuissent, sed sua potentia Ro-  
manam Rempubl. mutuis disidijs tunc fœdissimè colla-  
psam obruissent? Nonne tunc Gallus Imperator & impru-  
dentissimus & perniciosissimus in Rempub. fuisset, quan-  
do quidem magis ciuium lucris, quàm inconcusse eorum li-  
bertati in temporibus difficillimis consuluisse? Fuit illud  
annuum tributum ducentarum drachmarum aurearum,  
quod tunc populus Romanus (teste Pomponio Læto) Go-  
this persoluit.

Ara Decij.

Aemilianus,  
Gallus, &  
Volusianus  
Impp.  
Romani fœdus  
ineunt cum Go-  
this.

Romani erant  
Gothorum tri-  
butarij.

## CAPVT XIII.

Rhesa & Veduca, pluresq; alij insignes principes in  
Gothorum gente, regnante adhuc Cinna (si uera sunt  
antiqua Gothicarum historiarum fragmenta, quæ uiderã)  
emerferunt, eo potissimum tempore, quo Valerianus ob-  
grauissimas persecutiones, quas innocentibus Christi seruis  
intulerat, ad ignominiosam Saporis Persarum Regis seruitu-

Rhesa & Vedu-  
ca illustres prin-  
cipes inter Go-  
thos.  
Valerianus  
Christiano-  
rum persecu-  
tor.



tem redactus fuerat, ita ut illi equū ascendenti tergum pro scabbello subnixus præberet. Deuenerat interea Romanorum imperium ad turpissimū quendam filium eius Galienum otio & luxuria deditum: sub quo nulla pars Reipub. sine nec ulla prouincia (una duntaxat Italia excepta) in quiete sita non fuit tumultuatum: totq; rebelliones eodem Galieno Principe extiterunt, immò tot tyranni, qui Imperatoris non tulerunt, quot à Cæsare Dictatore ad id tēpus in tam longum Imperatorū serie nunquā inuenti fuere. Assignantur à Tribellio Pollione triginta numero, qui uno tēpore alium in terris exercuere imperium: in quibus fœminæ etiam quædam Romano nomini illufere. Adeo uel Galieni inertia & debrius fuit omnibus, uel fato quodam id fieri contingit, quando omnia orta intereunt, imperium tot fortium uirtute propagatum & auctum, quia mox paulo post rit inclinaturum talibus fortunæ ludibrijs, prælagio quædam futuri excidij labefactari cœperit. Igitur Gothi præsertim licentioris euagationis audacia, (ut Eusebius breuiter commemorat) Pontum, Asiam, Macedoniam, & Græciam populati fuerunt. Simili breuitate Orosius eandem cladem perstringens ait: Græcia, Macedonia, Pontus, & Asia Gothorum inundatione deletur. Alij uerò, in quibus est locum, latius rem explicant, asserentes ipsos ductu Principis prædictorum classē bellicam uiribus & armis munitionem usq; ad Hellespontum promouisse, deinde Asiam inuadere norem peruasisse, Ephesum cepisse, & deuastasse, in quo illo famosissimo in omni terrarum orbe Dianæ Ephesum templo, quod olim suæ gentis fœminæ Amazones fundantem, uolentes fortè exemplo illius primi incendiarij

Galienus Imp.

Imperium Romanum declinat per inertiam tyrannorum effeminatorum.

Gothi rursus inuadunt prouincias Romanorum.

Templum Dianæ Ephesina incensum.

ex ea conflagratione nomen assequi sempiternum.

## CAPVT XIII.

Qui rursus prouecti in Bithyniā, Chalcedonem claram urbem subuerterunt: quam postea Cornelius Abitius aliqua ex parte reparauit, uisq; fuit nonnihil reflorescere, attamen ueteris ruinae uestigia diu præferebat. Troiam, Iliumq; quæ uix à bello illo Agamemnonico aliquantulum respirabant, rursus hostili mucrone deleuerūt, uicinisq; urbibus aut euerfis, aut populatis in Thracias abierunt: ubi ad radices Hemi montis urbem inuadunt Anchitanam, quam dudum Sardanapalus Parthorum Rex (teste Iordane) ex fundamentis crexerat intra limbum maris, & Hemi montis radices. Ibi Gothi calidarum aquarum balneis plurimum delectati, multorum dierum mansionem continuauerunt. Illæ enim quintodecimo milliario ab ea urbe distantes, ab imo sui fontis igne scaturientes tam salubres esse creduntur, ut uix in uniuerso orbe æquæ salutare pro reparandis hominū membris inueniantur. Tandem omnibus pro uoto potitis, præda ingenti locupletati in suam regionē redierūt. Emerfit demū inter tot negligentes Romanæ Reipublicæ præfides unus magnanimus capti Imperatoris Valeriani dux Martianus, qui cooperante Basilida prætorio præfecto etiā postea imperauit. Hic collectis undiq; copijs, duxit in Gothos per Mœsiam & Thraciā dignitates, conatusq; est eos extra Romanas prouincias effugare. Sed maiores tūc erāt Gothicæ gētis uires, quàm quod possent dispersis imperij uiribus superari: auctaq; fuit eorū potentia totis quindecim annis, quibus Romana Respub. uel ob Valeriani captiuitatem, uel ob Galieni secordiam infelicitè laborabat. Testatur id Trebellius Pollio in uita Galieni Gothi, inquit, Occupatis Thracijs Macedoniam uastauerunt, Thessalicam obsederunt: quæ omnia contemptu Galieni fiebant, qui publico Romani imperij malo nas-

Chalcedon urbs destruitur.

Troia, Iliumq; delentur.

Gothi aquis calidis delectati.

Martianus Imp.

Gothorum uires augebatur ex Romanorum principum igniua.

CAPVT

tus, nulli honeste & praeclare rei utilis uidebatur. Cetera eiusdem Galieni gesta Palphurius Curas, & Trebellius Pollio referant. Attamen insignem ineptiam, quam idem Trebellius eidem Galieno tribuit, silere non possum. Galienus, inquit, quasi aliquam rem grandem & triumphabilem dignam fecisset, simulatas gentes, utpote Gothos, Sarmatas, Francos, Persas in triumphum duxit, putans se Romano populo eludere posse.

Galieni ineptia.

## CAPVT XV.

Claudius Imp.

**T**Andem currente anno à nato Christo cccxxxi. perbissimus Claudius ignauissimo Galieno à suis terfecto, in imperio surrogatur, tantum ad arma & magis ca facinora promptus ac paratus, quantum alter luxuriosus, & omnibus flagitijs contaminatus. Hic Claudius nihil magis aut aequè necessarium putaret, quam Gothorum audaciam & potentiam à Romanorum ceruicibus, siue prouincijs coercere, totas, aut certe maiores Romani imperii uires contra fortissimam gentem (quae tunc plusquam ceteri populi timebantur) conscribere curauit. Sed non derunt Gothi, contra quos tanti belli moles instructa. Quippe qui prius c. l. millia ad deuastandas Romanas prouincias miserat, audita fama bellici apparatus, qui Romae fiebat, bellatorum suorum copias geminabant. Nec derunt ab ea Gothorum militia femineus sexus, qui multitudine corporibus uiriles animos inserens, promptius ad arma quam ad uoluptates conuolabat. Prius tamen quam ad pugnam ueniretur, longè et latè uagati, uelut procella quae quacumq; irent prouincias Romani populi afflueret. Enim uerò hinc inde in partes diffusi, multa prius Romanis laena intulerunt, quam aduersus tantam uim hostium Claudius potentem exercitum, quem comparauerat, effundere uoluit.

Gothi parant se contra aduentantem Rom. exercitum.

Mulieres Gothicae bello simul accinguntur.

taret. Primum itaque pugnatum est in Mæstia circa Martianopolim: terraque & aquis res gesta fuit. Quae quidem pugna cum exitum habuit, ut nulla potuerit maior clades (iuxta testimonium Pollionis) Gothorum rebus infligi. Tradit enim Romanus scriptor innumeros mortales aut caesos, aut captos, multos etiam naufragio periisse, ceteram multitudinem disiectam: nec semel & in uno loco, sed in pluribus locis pari felicitate pugnasse Romanos, praecipue circa Byzantium, & Thessalonicens, & ad oram Macedoniae, diuersisque terris, nullamque Gothis pugnam non interim funestam & exitialem fuisse, ut omnes Romanae prouinciae seruitorum multitudine spoliisque eius gentis repletae sint. Libet partem epistolae adducere, quam Claudius post uictoriam ad Senatum Romanum dedit, & ad Iunium Bocchum, qui Illyrico praesidebat, in qua nimis magnum mortalium numerum eo bello consumptum tradit. Deleuimus, inquit, trecenta uiginti Gothorum millia, duo millia nauium alto mare depressimus. Hic autem quid dicam satis haereo: unum tamen o Claudi, siue Claudiane scriptor hic admiror: si tot Gothorum millia in hoc bello corruerunt, rogo unde iterum tot Gothi cōfestim succreuerint, uiresque reparauerint, ut uix anno elapso difficillimum negotium potentissimo duce Aureliano, & toti Romanae Reipublicae facessere potuissent? Proinde si Gothi aequè doctus scriptor accidisset, quemadmodum Romanis, multa utique aliter de sua gente tradidisset: quamuis adhuc nonnulla uetustissima fragmenta Gothicae historiae in eorum prima patria inueniantur, ex quorum antiquitate aliquando consummatior historia de Gothicis rebus (ut spero) elicietur: interim oportebit ut nobis ex illis historiarum monimentis quae à Romanis traduntur, satisfactum putemus. Attendendum tamen est testimonium Liberiani, & Flauii Vopiscii, qui asserunt Trebellium in histo-

Gothi profugantur.

Gothi reuiuiscunt.

Trebellius histo-  
ricus scriptis suis  
in plura addi-  
dit veritati.

ria Claudiana adulationibus corrupti, plura addidisse  
ritati: quibus ego cō facilius cōsentio, dum excepto co-  
bellio, priscorum nullus tot occisorum recordetur. Pre-  
terea Sabellicus de ipso Trebellio ait, quod de Claudio è  
lia Constantini prognato, adulatione plena omnia scrip-

## CAPVT XVI.

Cannabas 28.  
Rex Gotho-  
rum.

**C**annabas, siue Cannabandes, Cinne Regi in Go-  
thorum regno temporibus ualde perplexis successit  
quando Aurelianus Romanum regebat imperiū: quod  
adhuc dux esset exercituum, præceptum ab Imperatore  
Claudio sub hac epistola accepit: Claudius Imperator  
Aureliano S. Expetit à te munus solitū nostra Reipublice  
aggredi: quid moraris? tuo magisterio milites uti uolens  
ductu tribunos: Gothi oppugnandi sunt, Gothi à Thracia  
amouendi, eorum enim plerique Europam uexant: omnes  
exercitus totumque militem in tua potestate constituo: spe-  
tam nobis eade uirtutem: tecum erit frater Quintilianus  
occurrerit. Ego alijs rebus occupatus, summam bellandi  
tuis uirtutibus credo. Quis iam dubitat quantus fuerit  
spectus, aut terror Gothici populi, contra quem Imperator  
fortissimum ducem, et proprium fratrem emisserit? In-  
bet etiam hic inferere epistolam, qua pridem Valerianus  
sue (ut inquit Flauius Vopiscus) Romanus Senatus gra-  
agit Aureliano, quod Gothos ad Nicopolim uicerit: Go-  
thias, inquit, Aureliane tibi agit Respublica, quod seculi  
tarum potestate liberaasti. Abundamus per te præda, abun-  
damus gloria, et his omnibus quibus Romana augetur  
licitas. Accipe igitur pro rebus à te optime gestis com-  
munes quatuor, uallares quinque, nauales duas, equales  
duas, puras hastas decem, uexilla bicolora quatuor, iu-  
rurolas Ducalis ornamenta quatuor, pallia procon-

Quintilius fra-  
ter Imperato-  
ris.

Epistola Sena-  
tus Ro. ad Au-  
relianium.

Aurelianus ma-  
ximis præmijs  
et honoribus  
donatur à Se-  
nato.

duo, togam prætextam, tunicam palmatā, togam pictam  
subarmalem profundam, et sellam eburneam: te enim Con-  
sulem designamus, et de more scipionem dabimus, ac fū-  
sces. Hæc Senatus. Valerianus autem ad Aeliū Xisum præ-  
fectum ærarij scripsit, ut Aureliano Consuli designato Cir-  
censes ludos ædituro, in eorum apparatusum ex fisco daret  
aureos Antonianos ccc. Philippicorum argenteorum tria  
millia nummorum, quinquages festiuitum æris, tunicas mil-  
litas uirides decem, lineas Aegyptias uiginti, mantilia Cy-  
pria paria duo, tapetia Africa decem, stragula Maura decem,  
centum sues, atque oues totidem, maiores hostias duas, mino-  
res quatuor: præterea conuiuium publicum Senatoribus  
Equitibusque Romanis ædi iuberet. Tum Aurelianus di-  
citur Imperatori his militaribus uerbis gratias egisse: E-  
go, inquit, domine Valeriane Imperator Auguste ideò  
cuncta feci, ideò uulnera patienter accepi, ideò equos et  
commilitones meos lassauit, ut inde gratias ageret Respubli-  
ca, et conscientia mea: at tu plus fecisti. Ago ego gratias bo-  
nitati tue, et accipio Consulatum, quem tu et Senatus da-  
tis. Deus faciat ut etiā totus populus Romanus sic de me iu-  
diceret. Si quis igitur dubitauerit quæ et quanta fuerit eo tem-  
pore apud Romanos existimatio de Gothorum potentia, is  
præmissa Valeriani uerba perpendat, et honorem tam in-  
signem consideret, qui præstitus erat uni duci, qui uel uno  
prelio superior, retroegisse hostes uidebatur.

Aureliani respō-  
soria ad Impe-  
ratorem.

## CAPVT XVII.

**E**go autē aliquando accuratè in historijs quaesui, an  
tanta fuissent Aureliani arma, ut per ea tanta poten-  
tie hostes uincere aut coercere ualisset: tandē inueni eius  
mirificā et optimā artē, qua nō solū Gothos, sed uniuersum  
orbē superare potuisset: artē in quā, qua effrenatā militū li-

Aureliani ars  
disciplina suis  
militaris aua-  
ritia coercenda

*Epistola Aureliani ad quemdam tribunum.*

centiam intra militaris disciplinae leges seueriter continebat: quam qui scire uelit, legat eius epistolam, qua ad quemdam tribunum militum dedit, quem praesidio praefectum. Si uis, inquit, tribunus esse, immo si uis uiuere, manus tantum contine: nemo pullum alienum rapiat: ouem nemo tingat: uiam nullus auferat: segetem nemo detrat: oleum salem, ligna nemo exigat: sua quilibet sit annona coteretur.

*Præcepta disciplinae militaria.*

hostili præda, non prouincialium lachrymis ditescat: ma deterfa sint, calceamenta fortia: noua uestis ueterem cludat: stipendium in baltheo habeat, non in pompa: quem, armillas, & anulum deponat: miles sanguinarius quum defricet: captum animal non uendat: alius alij mulus obsequatur: à medicis gratis curentur: haruspici nihil dent: in hospitij castè se habeant: qui litem fecerint, pulet. Huiusmodi erat militaris disciplina sub Imperatore Ethnico: quam si nostri Christiani Reges seruarèt, pro hostibus formidabiliores, & ciuibus amabiliore habentur, nihilq; tam nobili eorum uirtuti usquam prædaretur. Nunc à digressionem ad Cannabam reuertamur. Qui otioso animo ferebat tantum Gothici sanguinis iam pridem in Romano prælio exhaustum fuisse, tam erecto & confuso animo cogitabat residuas uires suas ita augere & commare, ut si Romani denuò contenderent collapsæ Gothorum gentis fortitudinem experiri, deprehenderent Gothos tantum superari posse, animos autem despondere non potest.

*Aurelianus factus Imperator.*

*Cannabas in prælio occubuit.*

Inter cæ Aurelianus Imperator effectus, magnam Romanæ militiæ uim in terras Orientales contra Palmirenos, & nobiam eorum Reginam educens, multa prælia in eo circa Illyricum & Thraciã, quæ à Gothis grauius deturba uexabatur, peregit. Igitur Cannabas ad tumultuariam excitatus, exercitum (quem subitus casus admisisse) exciuit, fortiterq; pugnant occubuit. Gothi tamen qui super-

erant, ne sic morentur inulti, magnam stragem in occisi Regis occisores commiserunt: qui postremo multitudini cedere coacti, manus uictas Romanis porrexerunt, multiq; eorum ad Aureliani triumphum Romam transmissi fuerunt. Methodius tamen, & Iordanes Gothis (ut Irenicus subscribit) eandem uictoriam tribuerunt.

## CAPVT XVIII.

**H**ic igitur Aurelianus post Orientis uictoriam uario apparatu insigniq; triumpho Urbem ingressus est. Tres siquidem Regij currus illi prelati fuerunt, argento auroq; insignes, Odenati Regis unus, alter Persicus ab eius gætis Rege dono missus, tertius Reginae Zenobiæ, quo infelix Regina se Romam uictrix inituram dixerat. Sed id omen in malum uertit: uincta enim eodem curru inuecta est, priusquam de ea sit triumphatum. Cerui quadrijuges quartum currum traxere, quem Cannabæ Gothorum Regi ademerat: eodemq; Aurelianus in Capitolium inuectus, ceruus (ut antè uouerat) Ioui immolabat. Præcesserunt elephanti uiginti, feræ Libyæ Palestinæq; cicutate ducæte, tigres quatuor, camelus, pardi, alces, gladiatorum paria octingenta, ex barbaris gentibus captiui, Blemie, Arabes, Indi, Bactriani, Hyberes, Persæ, Sarraceni, Getæ, Alani, Roxolani, Sarmatæ, Galli, Sueui, Vandali, & Germani. Fuerunt & Palmirenorum Principes, & Aegyptiorum, qui ex rebellionem ut hostes triumphati sunt: & quod omnium maximè conspicuum fuit (inquit Italus Sabellicus) mulieres quædam uirili habitu dimicantes, quæ cum Gothis captæ fuerant, quando pleræque aliæ in pugna perijissent: eas Amazonum progeniem esse titulus indicabat. Creditum tunc fuit à compluribus Romanis ipsam Gothicam gentem unã cum nomine penitus extinctam, nec in re-

*Triumphus Aureliani.*

*Mulieres in habitu uirili præstantes.*

Gothi iterum re-  
uoluerunt.

Mœsia duæ, quæ  
aliàs duæ Dacia  
uocabantur.

Aurelianus tri-  
cidatur.

Tacitus Imp.  
Probus Imp.

liquum tempus eius reliquias à Romana Republica  
dandas esse: attamen cò res breui deuenit, uiuente  
Imperatore Aureliano, ut uideret per eam gentem ualde  
Illyricum, Mœsiamq; deperditam. Præterea cum confide-  
raret Daciam, quã Traianus trans Danubiũ prouinciam  
constituerat, non posse per Romanas uires ab importuna  
Gothorũ armis defensari, desperata eius diuturniore per-  
fessione, exercitum inde reuocauit, deinde abductorum  
psa populos in Mœsia collocauit: quam suam, uel Romanorum  
Daciam uoluit appellari, quæ nunc duas Mœsias  
diuidit. Credendum tamen est ipsum multa uariã cogi-  
tatione secum egisse, antequam in illam populorum trans-  
migrationem consentiret, quos aliàs ibidem in præsentia  
Romanæ Reipublicæ collocasset. Nec satis feliciter e-  
xitudo illi successit. Quippe dum pacandis illis terris  
gentius quàm securius inuigilaret, domesticis instans in-  
titus opprimitur, Gothosq; magis irritatos, quàm Romanorum  
no imperio obsequiosos, in fata concedens reliquit. Huius  
successor Tacitus breui tempore imperans nulla dano  
Gothis intulit, nullaq; uicissim ab eis illata sustinuit. Pro-  
bus uerò summam Romani imperij affecutus, curauit omnia  
probe & prudenter administrando, ne à suo nomine  
uel innata probitate degenerans uideretur. Is enim populum  
quam in Germania feliciter triumphasset, Sarmatasq; pre-  
tenter repressisset, tetendit iter per Thracias, atque omnia  
Gothicos populos, quos in Romanorum amicitiam acce-  
pit: monuitq; ut in suis sedibus quiescentes, nullum danum  
Romanis prouincijs inferrent, à quibus etiam nihil nisi pacem &  
concordiam expectarent. Itaque hoc Probo, & illo Charo, siue  
etiam sub Diocletiano & eius collega Maximiano, qui successu  
annorum imperabant, Gothicus populus in Romanorum confide-

ratione permansit, uictoriamq; de Persis, quam Romani  
ductu Galerij imprudenter amiserant (ut mox dicemus)  
potenter reparauit.

## CAPVT XIX.

Sed operæpretium fuerit prius nosse Diocletianum ob  
maximas totius imperij difficultates, in quas incide-  
rat, sibi in consortem imperij assumpsisse Maximianũ cog-  
nomento Herculeum. Deinde cum plura contra imperium  
succrescerent monstra, quàm uno & altero Hercule  
expugnari possent, creauit etiam alios duos Cæsares,  
Constantium Claudij nepotem, & Galerium Maximinum,  
prudentem & optimè factum ratus, ut quò plures essent  
Imperatoris maiestatis assertores, cò pauciores fierent eius  
impugnatores. Sed prudentia illa Diocletiana, quæ  
Christi nomen insolentissimè contemnebat, & se pro Deo  
adorari iubebat, prohibere nequiuit, quin ubiq; terrarum  
plures uno tempore rebellarent, alius hinc, alius ibi, uel ali-  
bi. Inter cæteros Narseus bellum contra Romanos in Me-  
sopotamia mouit, contra quæ Galerius Maximinus à Dio-  
cletiano missus semel atque iterum conflixit. Fueruntq; eius  
prelia Romanis parum prospera. Quippe hostium  
multitudine superatus, totoq; exercitu amisso, ad Diocle-  
tianum qui non longè aberat, peruenit: à quo tam indigne  
ob rem ignauiter gestam exceptus est, ut aliquot millia pas-  
sum (ut erat purpura indutus) ante illius currum co-  
actus sit pedibus iter facere. Qua insigni contumelia affe-  
ctus, non continuò animum deiecit, sed reparandis uiribus  
toto studio intentus, Gothos ex Thracia, Mœsiaq; eduxit:  
quorum forti opera usus in Armenia prosperè cum Nar-  
seo cõslixit, uictumq; ingenti prælio castris exiit, uxorem  
& liberos unã cum Regia gaza cepit, & cum his multos

Diocletianus  
Imp.

Maximianus  
Imp.

Constantius Clau-  
dius nepos.  
Galerius Maxi-  
minus.

Galerius contra  
Narseum in Me-  
sopotamia in-  
feliciter pugna-  
uit.

Narseus secũdo  
confluctu pro-  
figatur.

Perfarum nobiles, ipsumq; in ultimas regni solitudines egit: sicq; priore contumelia deterfa, Romanis uictorian prius amiffam restituit. Gothos quorum auxilio uictor, diu in praelio habitos dilexit, uotisq; eorum grata compensatione satisfacere curabat, ipsiq; rursus Romane Reipublicæ ita inferuire studebant, ut semper eam auxiliarijs copijs sustentarent, donec suam militiam negligentibus ab ipsa expeti, simulq; militaria dona & stipendia negligenter considerarent. Proinde sub Augusto Constantino Magno ad apertam irruptionem in Romanum imperium conuergentes, Thraciam Mœsiamq; ferro & flamma inuasere, uicti tamen à Constantino, & in suas antiquas sedes redempti, plurimos ex suo numero amiserunt, ut Sabidus, & Blodus affirmare uidentur. Sed Iordanes illis aperte contradicit. Constantinus enim animaduertens eius gentis mores, quod beneficijs ac fœdere in officio cõneri potuisset, armis autem nec subiugari, nec deleri posset, ueterum cum ipsa confœderationem renouauit: in qua inter duos Gothi obligati fuerunt, ut sub Romanis signis pro stipendio (quando uocarentur) militarent: quod etiam & magnifice præstiterunt. Eorum namq; militari fortitudine semel usus est in Licinium sororium suum, quem Galerius Maximinus Cæsare creauerat, ipseq; Constantinus datus coniugem germana Constantia, Augustum fecit. Sed neque ea humanitas potuit pertinacis hominis animum à rebellionem reuocare: erat enim ingenij duri, bonarumq; uirtutum, & Christiani nominis persecutor, quamuis interueneret Reipub. maximè necessarius, & in remilitarijs peritissimus. Igitur cum Constantinus nihil apud eum beneficij proficeret, statuit armis agendum esse contra uicium: nec uno praelio, sed iterum atq; iterum ipsum peruenit. Habebat enim Constantinus in omni bello quam

Constantinus  
Magnus Imp.

Gothi humanitate deuinci potuerunt, armis autem superare non potuerunt.

Licinius.

feliciter gessit, auxiliares Gothorum copias sibi fideliter ac diligenter militantes, quibus Licinij exercitus (quamuis fortissimus, & sepe reparatus) cedere cogebatur. Hic tandem Licinius Christi, & omnis humanitatis inimicus, à suis militibus quemadmodum diu meruerat, trucidatus est.

Licinius interfectus.

## CAPVT XX.

Hildericus patri suo Cannabæ, cui cognomen erat Ouida, in regno Gothorum successit, eo tempore quo Romanum imperium Constantino Magno Imperatore regebatur: qui etsi Gothos inter sui principatus auspicia magno praelio fudisse, uiresq; eorum plurimum extenuasse diceretur, attamen (ut paulò antè diximus) postea ipsos in prima amicitia & confœderatione obseruabat. Quod satis probare uidentur illi duo præstantissimi Gothorum duces, siue Reges (ut scripsit Iordanes) Ariaricus & Atharicus, qui Constantini militiam continuè secuti, tantos se in eius maiestate conseruanda præstare curauerunt, quatum à principio eius felicibus successibus se obijcere studuerunt. Horum fideli ac diligentissima opera Licinium sæpissimè (ut meminimus) rebellantem superauit, & occidit. Deinde cum Constantinus famosissimam illam Constantinopolitanam ciuitatè urbis Romæ æmulam, ex suo nomine ædificaret, prædicti Principes quadraginta millia Gothorum ad Imperatoris, & nouæ urbis præsidium contra uarias gentes, quibus ea imperij sedes minus opportuna uidebatur, eduxerunt: qui se ubiq; tam uiriliter et strenuè gesserunt, ut apud suos & alienos, florentissimi regni Reges, non duces dicerentur. Neque tunc solum ad tantam gloriam Gothi, & eorum Principes ascendisse uidebantur, sed quotiescunque nacti fuerunt in Romana Reipub. magnanimos & magnificosq; Imperatores, toties aliquod præclarum opus,

Hildericus 29. Gothorū Rex extra patriā.

Ariaricus & Atharicus.

Cōstātinopolis.

et sempiterna laude dignum pro ipsa Repub. peregerunt. At ubi Imperialis celsitudo per Principes ignaues, et sordida auaritia inquinata occupata fuit, mox aliquid rebellionis ab ea gente meditata est. Quis enim populus, nisi ignaue abiectoque animo fuerit, se subijci sustineat tam sordide auaritiæ portentis, quibus uilissima metalla omnium uirtute præclariora uidentur, quique citius scurris et paraliu ingentem auri uim à probis ciuibus contra ius et fides extortam effundit, quam teruncium uiro alicui de publica omnium salute optime merito largiantur?

## CAPVT XXI.

Gebericus 30.  
Gothorū Rex  
extra patriā.

Vismarus Rex  
Vandalorum.

Gothi contra  
Vandalos.  
Vismarus occi-  
bit.

Vandali cū Ro-  
manis fœdera  
meunt.

Gebericus in defuncti patris Hilderici locū summo-  
gatus, pacem quam pater cum Romanis pepigerat,  
integrā cōseruabat. At cum Vadalis graue illi belli negotiū  
incidit, quos quia uicini erāt, cogitabat suo dominio subiū-  
gare. Habebant autē sub Rege suo Vismaro mansiōnem ad  
ripam Danubij Borealem, à Gothis autem ad Occidentē  
supra gentem Marchomannorū, qui ab illis ad Occidentē  
habitabant: à Meridie Danubij ripam, ab Aquilone Her-  
munduros habebāt. Igitur Vandalis hoc modo collocatis,  
contigit inter eos et Gebericum Gothorū Regem nonnulla  
controuersia incidisse, ob quā Gothi perarmata suorum  
maxima multitudine cōtendit in Vandalos: quos magno  
cerrimoque prælio superauit, occiso Rege Vismaro, multisque  
mortalibus. Tum Vandalorum reliquæ ea irreparabili  
strage suscepta, missis ad Constantinum Imperatorem le-  
gatis, orant se ad Romani imperij cōfœderationē admitti,  
sedesque in Pannonia liberæ sibi assignari. Quibus impe-  
tratis, fœdus cum Constantino pepigerunt. Nec ab illis se-  
dibus usque ad tempora Honorij Imperatoris extiterunt,  
quando ( ut infra dicemus ) à Stilicone ad occupandam

nas in Gallia sedes euocabantur. Gothi igitur Vandalorum  
uictores, cum uiderent eam gentem ad Romanorum pa-  
cem admissam, noluerunt amplius contra ipsam arma ex-  
tendere, obstante cōfœderatione, quam pridem cum Ro-  
manis iniuerant, qua cautum erat, ut omnes in gratiā Ro-  
manorum susceptos, amicitia non armis prosequerentur.  
Hic fortasse quispiam interrogat, quæ nam gentes sint, aut  
fuerint Marchomanni, et Hermunduri, quibus uicini e-  
rant Vandali: Ad quod respondendum puto, non solum in  
una plaga mundi, uerum in toto orbe terrarum crebrius  
esse gætium nomina commutata. Vnde si quis Ptolemæum,  
Strabonem, Plinium, aliosque ueteres tum Geographos, tum  
Historicos inspexerit, inueniet plurima gætium et terrarū  
nomina, quorū uestigia nusquā hac nostra ætate inueniuntur.  
Mutationes autē nominū multis modis accidere solēt.  
Quandoque enim Reges suppressis priscorū nominibus, sua  
propria subiectis populis cōmunicauerunt, quādoque uictri-  
ces gætes abolito uictarum nomine, rursus suum indiderūt:  
ut Hungari superatis Pannonibus Hungariam, Turci ex  
Asia Turchiam, Tartari ex Sarmatia Tartariam nomina-  
uerunt. Quod quia nostris seculis factū fuisse cōperimus,  
uctustis illis seculis idem factitatum fuisse non dubitamus.  
Proinde minus facile est ostendere, qui olim fuerint illi Mar-  
chomanni, nisi in testimonium attulerimus Cornelium Ta-  
cium, qui Germaniam, et eius populos diligentius ceteris  
Romanis scriptoribus tradere conabatur. Is Hermunduros  
circa ortum Albi fluij ponens, occasionem dedit,  
ut eos hodie Morauos existimemus: in quorum montibus  
fons est et scaturigo Albis fluminis. Iuxta Hermunduros  
Narsici, ac deinde Marchomanni, et Quadi agunt: qui-  
bus superandis M. Antonius, et Aurelianus, ac Probus  
Romani Imperatores non parum olim laborauerunt: atque

Marchomanni  
et Hermunduri  
qui sunt.

Ex mutationi-  
bus rerum ma-  
tata sunt no-  
mina gentium  
et prouincia-  
rum.

Hermunduri cre-  
duntur esse Mo-  
raui.

Narsici.  
Marchomanni.  
Quadi.

ob eam uictoriam à Romanis scriptoribus immortalilaudat extolluntur, in nullo inferiores aestimati ab illis, qui periculosa bella Punica superauerunt. Nunc ad Gothos, à quibus digressi sumus, redeuntes, consideremus ipsos sub potentissimo Rege Giberico post superatam fortissimam gentem Vandalorum in longeva pace, & temporum tranquillitate quieuisse.

## CAPVT XXII.

Armanaricus  
31. Rex extra  
patriam.

Herulorum gē  
unde nomen  
accepit.

**A**rmanaricus ex nobilissima Amalorū familia natus, in regno Gothorum successit. Qui obstanter cum Romanis inuito, nullas eorū prouincias bello cepit: quocirca nec Romanarum rerum scriptores meminere: suum tamen imperium tam late (teste Iordane) extendit, ut à plerisque Alexandro Magno compareretur. Tantum enim ad Orientem progressus est, ut totam Scythiam uictrici manu subiugaret. Nec ea amplissima uictoria amplitudini animi eius satisfecit: arma quoque Septentrionales terras extendit, præsertim in Herulorum gentem, & eius Regem Alaricum iuxta Meotidas paludes (Ablabio teste) habitantem: quæ nomen à locis stagnantibus (sic enim apud Græcos Helos sonat) assumptum uideatur: unde factum est, ut transpositis literis, pro Helis Heruli dicerentur. Causa uero siue occasio belli in Herulis suscepti, intolerabilis eorum superbia fuisse creditur, cum sibi primas partes in disciplina militari iactanter arrogarent, gloriam rerum à se præclare gestarum uocis proceritate extollendo. Addidit etiam eis animos, quod nulli circuitu eorum gens esset, quæ non leuem armaturam in specie sua ex ipsis elegerit: uelocitate enim & corporum agilitate (quæ non parum in militia ualet) omnes præceperant. At Gothi non passi sibi militaris glorie palmam per-

minus potentem populum auferri, qui pridem ualidissimas nationes suo imperio subiugarant. Proinde collatis utrinque agminibus, pro gloria decertandum restabat: in quo quidem certamine Gothi acerrimis animis progredientes, effecerunt ut corporum agilitas, de qua Heruli sibi nimium complacabant, plus ad uelocem fugam, quam ad persistendum in pugna, uel ad assequendam uictoriam utilis haberetur. Victi siquidem, & magna parte trucidati, documento esse potuere, superbi spiritus hominibus plus animi, quam corporis uigorem ad felicem bellorum exitum conferre. Illis igitur qui supererant, sub iugum & tributum missis, arma uiresque suas in Venetos conuertit. Qui autem fuerint illi Veneti, Iordanes ex Ablabio explicat, affirmans eos fuisse Sclauicæ gentis portionem. Tunc enim sicut nunc Sclauonica gens ad multas nationes diffusa, diuersa nomina fortiebatur, nec Slauonica gens à Vandalica, nisi solo nomine differebat. Igitur (ut Iordanes ait) Armanaricus potentie suæ arma in gentem Vandalorum tunc per latissimas Germaniæ terras, præsertim per littorata maris Germanici locatam extendit, eamque (quamuis fortissimam, & infinita multitudine ad prælia prodeuntem) superauit, superatamque suo amplissimo imperio coniunxit. Sed nec ea uictoria contentus, ad Estonum gentem suæ potentie arma conuertit.

Heruli uicti.

Veneti.

Sclauici & Vandalici solo nomine differunt.

## CAPVT XXIII.

**E**st autem Esthia in Australibus littoribus maris Sarmatici (quod ibi Sinus Venedicus dicitur) collocata gens quidē nostra ætate uiribus & armis potens, ut potest que ductu magni principis magistri Liuoniæ, potentissimorum Moscouitarum arma à suis, cæterisque uicinis terris reprimere, & sepe superare consuevit. Hanc gentem Ar-

Estonum gens.



manaricus magni nominis umbra stimulatus, magnifus  
 bellorū apparatu inuasit. Vnde haud difficile cognosci po-  
 test, totum illum latissimarum regionum tractum, qui est  
 à Danubio usque ad eundem Venedicum sinum, Arman-  
 rici regno paruisse, quum per ipsum non secus ac pau-  
 tum & subditum populum copias bellatorum transmi-  
 rit. Ipsa quoque Germania, & (ut diximus) tota Scythia  
 quæ ex Europa per Tanaim in Orientem latissime pro-  
 ditur, eius principatum adeo auctum, & amplum, mag-  
 ficumq; effecere, ut summis Monarchis qui unquam pe-  
 runt, merito comparari queat. Ait enim Iordanes ipse  
 omnibus illis populis & nationibus perinde ac propri-  
 laribus imperasse. Sed quum nihil stabile esse queat, quod  
 fortunæ uarietate gubernatur, non potuit illud amplissi-  
 mum Armanarici imperium ad æquam diuturnitatem  
 cum tāta amplitudine peruenire, aut ad heredes transmi-  
 ti. Quamuis enim diu feliciterq; regnauerit, utpote à tem-  
 pore robustæ iuuentutis usque ad decimum supra centesi-  
 mum annum, tamen in calce uitæ suæ irruentibus in se,  
 suam gentem Gothicam Hunnis, considerare potuit sum-  
 tissimi regni ruinam de proximo imminere.

Armanarici la-  
 som imperii.

Origo gentis Hū-  
 norum.

**N**unc igitur quia Hunnorum nomen in medium  
 nit, sæpeq; post hæc tempora eorum memoriam  
 bis nostris historijs facere intendimus, non inutile fore pro-  
 tamus, si ipsorum originem ex Iordane Rauennate, & A-  
 blabio Romano Senatore adduxero. Hi ambo Gothi  
 consensu affirmant ipsos ex Gothis circa Meotides palu-  
 des commorantibus, ea occasione quæ sequitur prodisse.  
 Tempore siquidem antiquissimo Gothi ex Scandinavia  
 fula cum suo Rege Berico (ut diximus) egressi, tandem

sub Filimero quinto post eum exitum Rege, ad illas palu-  
 des perucnerunt. Tum Filimerus noui regni in illis terris  
 fundator, operæ pretium iudicabat auspicia sui imperij à  
 morum correctione inchoare: factaq; de moribus inqui-  
 sitione, reperit in populo suo quasdam magas mulieres, pa-  
 trio sermone Adetrunas appellatas. Gothicus enim sermo  
 Runa artem, uel aliquando magiam significat: unde etiam  
 hodie lapides complures in Gohia characteribus Gothi-  
 cis inscripti, Runasten nominatur. Easdem mulieres de ma-  
 lesicio conuictas uel suspectas, in remotas Scythiæ soli-  
 tudines abire coëgit, ne earum commercio reliqua gens  
 contaminata, in nefarias operationes procliuia collabe-  
 retur. Ille aliquandiu in solitudinibus pererrantes, tan-  
 dem quosdam Scythici generis homines simili errore per  
 deserta uagantes inueniunt, quibus connubio sociatæ,  
 prolem per temporum interualla innumerabilem ædide-  
 runt. Est enim in regionibus frigidis eò maior hominum  
 fecunditas, quò rarior est ibi aeris cõtagio, quæ solet mor-  
 talibus fœtificum calorem minuere, fatumq; & mortem  
 plerunq; accelerare.

Adetrune ma-  
 gica mulieres  
 dictæ.

Magæ relegan-  
 tur à commu-  
 nis hominum  
 cœtu.

Magæ nubunt  
 Scythici uiris,  
 è quibus Hun-  
 ni procreati.

## CAPVT XXV.

**T**Ali ergo stirpe Hūni procreati, uenationibus & ar-  
 te sagittaria sese plurimum exercuerunt. Accidit in-  
 terra dum quidam eorum uenationibus ardentiore studio  
 intendere, iamq; ineuitabile fatum aduenisset, quo Deus  
 in gente stulta humanam superbiam castigare uellet, ecce  
 serua sese illis insectandam ex improviso offert, ingres-  
 sitq; paludem, nunc progrediens, nunc subsistens, indicent  
 sese præbuit: quam secuti uenatores, paludem Meotida-  
 rum (quam imperuiam ut profundum pelagus hæctenus  
 estimauerant) pedibus transire: mox quoque tatenus ut

Cernæ ductæ  
 Hunni palu-  
 des Meotidas  
 transeunt.

ignota terra ignotis apparuit, cœrua disparuit. Ita uenatores illi exploratis nouis sedibus, & uiuendi commoditate, totum Hunnorum genus ad occupandas eas nouas & spaciores terras excitabant. Persuasi igitur Hunni, tota suorum multitudine collecta, cum coniugibus, & pignibus, ac tenuitate fortunarum quas habebant, nouas sedes occupaturi paludes transferunt. Noua hominum facie terrorem intuentibus ingerebat. Nam breuis hominum statura, torua facies, luminum puncta potius quam odor color teter, insuetis Tartaream faciem præferbant. Firmat Iordanes ex Ablabio, ipsos primum ex incubis serpentibus genitos, alij Faunis agrestibus, quos aiunt sua incolere, & nihil humanum præter solam speciem ostendere, ortos prodiderunt. Crantzius (cui ego accedo) in uagabundis Scythiis in solitudine Scythica genitos arbitrat: qui etiam Berosi Babylonicus opinionem de Hunnorum origine adducit, asserens ipsum Noë post diluuium genuisse Tuisconem, qui filios reliquit Hunnum, Vandatum, Saurum, Marsum, & reliquos intra Tanaim & Rhenum omnes commorantes. Nec silendum est, quod Procopius de bello Persico libro 1. de Hunnis commemorat. Sunt, inquit, Hunni qui Euthalite uocantur, reliquis Hunnis nequaquam uicini, neque ad eos pertinentes, sed Persis propinqui Boream uersus: quorum ciuitas Gorga nomine, in Persidis confinibus sæpe cum colonis de ipsis finibus pugnat. Nec ut reliqui Hunni Nomades sunt, uitam agunt pastoralem, sed optimam iam pridem incolunt regionem, soli que Hunnorum albi sunt: neque item fœdi aspectu, neque ferarum modo ut illi uisitantes, sed sub uno degent Principe, politicam agunt uitam inter se, & cum uiciniis suis fasque colunt æque ac Romani, & alij omnes. Fortuitiores inter eos usque uiginti amicos habent, seu plures contingat.

Hunnorum statura & facies.

Diuersæ opinionēs de origine Hunnorum.

Tuisco Noë filius.

Hunnorum diuersitas.

contingat, qui conuiuæ continui sunt, quibusque communis pecunia simul & potestas est. Decedentem ex eis aliquem ad sepulchrum efferrimos est. Præterea commemorandum puto, ex nostris Septentrionalibus historijs haberi, quomodo Suconum Reges per mediam Russiam transeuntes, bella in Hunnos olim extenderunt: quanquam non desunt qui dicant ipsos Hunnos à Septentrionali parte Scandiæ ultra Helsingorum terras ex Medelpathia primum erupisse: in qua etiam hodie plurimi præstantissime fortitudinis homines inueniuntur, qui Hunni proprio nomine appellantur, qui que magna & præclara opera in tyrannos, qui patriæ libertatem uexauerant, peregerunt. Nostrique temporis Principes si tentauerint eos insolitis onerare tributis, citius uitam quam teruncium ab eis inuitis extorquebunt, nisi fortasse sponte allecti, aliquid præstare uoluerint. Ita ipsorum magnanimitas duci potest, cogi non potest. Hunni igitur (ut à digressionem redeamus) Gothi adhuc gens incognita, cum primum arcu & pharetra armati apparuerunt, ipso primo aspectu Gothos, qui populos & nationes subiugauerant, terruerunt. Quis enim non fuisset territus ad facies hominum tam insolitas? Erant genæ sine barba, colore atro, oculi sine supercilijs carbonum puncta præferentes: in ore non uox, aut uerba, sed horridus sibilus, aut stridor ignotus. Gothi tamen pristinae uirtutis memores, sese in aciem contra insolitos hostes collegerunt, rati se pridem contra homines decertasse, nunc tandem contra dæmonia, aut gigantes pugnaturus. Annabat eos undique parta uictoria. Præterea ipse Rex Armanarius omnium opinione inuictus, cunctorum animos ad certam uictoriam erigebat. Sed illum tunc nimis infelix casus ante belli congressum eripuit. Cum enim foeminam quandam mariti sui insidiatricem, uel deserricem, latè

Hunni in Medelpathia.

Hunni Gothos inuadunt.

Armanarius mulierem aduulteram eodem nauis

sententia pedibus equorum discerpi fecisset, fratres multo-  
ris Sarus & Annius, sororis mortem uindicando Regem  
Armanaricum non sine publico & summo omnium dolo-  
re ex insidijs adorti uulnerauerunt. Quo casu quemadmo-  
dum Gothorum animi plurimum deiciebantur, ita Hunni  
in summam audaciam erecti, atque in praelium progre-  
dientes, Gothorum terras nullo in aciem occurrente uis-  
tabant. Rex autem, cum dolori suscepti uulneris additum  
esset angor mentis ex Hunnorum grassatione contractum,  
in fata concessit, sortitus exitum tanta maiestate indignum,  
postquam (ut antea diximus) annum decimum supra ac-  
tesimum compleuisset.

## CAPVT XXVI.

Vinnitarius deinde Armanarici ex fratre nepos in  
regno Ostrogothorum successit, sed longe infir-  
ri felicitate quam Armanaricus. Ille enim (ut diximus) lu-  
tissimum sortitus imperium, inter summos & potentissi-  
mos Monarchas numerari merebatur: hic autem solus Os-  
trogothis imperabat. Vestrogothi enim iam suae prospere  
xerat libertati, cautiore effecti ex aduerso casu Ostrogo-  
thorum, quo ab Hunnis uicti fuerant, cum primum eorum  
latebris Aquilonis irrupentes, infelici pugna excipissent  
iidem tamen Ostrogothi animo constantiore & credito-  
re illum aduersae fortunae impetum sustinentes, sedes  
quas tenebant, uictoribus Hunnis relinquentes, ad Ponti-  
cum litus uetrem patrum suorum mansionem remigra-  
runt, uolentes potius patriam quam libertatem (quando  
utrunque retinere nequibant) amittere. Hunni tamen ne-  
que ea discessione contenti, bellum ipsis per Anthoaru  
Scythiae populos inferre minantur, nisi tributa in agrum  
promissae subiectionis pendere curent. Irritatus his mi-

nis Vinnitarius, maiorem quam potuit suorum multitu-  
dinem perarmabat, duxitque in Boxum Anthoarum Re-  
gem: à quo dum in primo congressu suam suorumque mi-  
litarem uirtutem ostentare niteretur, superatur. Qua ad-  
uersa fortuna turbatus, sed non perturbatus euasit. Repa-  
ratis enim quam primum copijs, animosior in uictores  
processit, ipsisque superatis Regem eorum Boxum cum fi-  
lijs, & septuaginta principibus laqueo stragulauit, ut pen-  
dentium cadauera ceteris metum generarent, dolerentque  
se alios libertate & patria spoliasse, à quibus spiritu & ui-  
ta iuste priuarentur.

## CAPVT XXVII.

AD hanc Gothorum uictoriam Balamber Hunnorum  
Rex uehementer commotus, coepit consilia sollicitè in-  
quire, quomodo renascentem Gothicæ gentis potentiam,  
priusquam inuincibile susciperet incrementum, euertat. De-  
num considerans omnem gentem in se diuisam facile superari  
posse, Sigismundum Hunimundi Magni filium, inter Go-  
thorum proceres potentem, pluribus Gothis imperantem,  
à Vinnitario promissionibus alienatum in suam partem  
trahere festinauit: eiusque auxilio fretus, super Vinnitarium  
exercitum ualde potentem, eduxit, certatumque diu & per-  
tinaciter: statuerat enim Vinnitarius gloriosam mortem  
seruili turpique conditioni antepone. Primo igitur & se-  
cundo certamine caesa infinita hostium multitudine, ui-  
ctor praelio excessit: nec aliquis (inquit Iordanes) com-  
memorare ualet, quantam stragem Vinnitarius de Hun-  
norum exercitu peregit. At tertio praelio reparatis utrinque  
uiribus, prope fluuium Eracum in cruentissimam caedem  
inuicem corruentes, dubiam diu expectauere uictoriam,  
donec Balamber Vinnitarium missa in caput eius sagitta

Vinnitarius pro-  
uocatus exer-  
citu duxit in  
Anthoarum Re-  
gem.

Boxum uictus, cum  
suis suspenditur.

Balamber Hun-  
norum Rex Go-  
thos seditioni-  
bus laboran-  
tes adortur.

Hunnorum ca-  
des.

Vinnitarius sa-  
gitta percus-  
sus interijt.

Armanaricum  
uulneratur,  
& moritur.  
Hunni terras  
Gothorum po-  
pulantur.

Vinnitarius 32.  
Gothorum Rex  
externus.

Vestrogothi di-  
uiserunt se ab  
Ostrogothis.

trucidaret. Sed neque interempto Rege Gothi se potellati uictoris permittere uoluerunt, nisi adiecta conditione, ut Regem cui parerent ex seipsis eligerent, in reliquo Hunnorum socij & confederati haberentur.

## CAPVT XXVIII.

Hunimundus 33.  
Gothorū Rex  
externus.

**H**unimundus, quem Iordanes affirmat potentissimū Armanarici Regis filium, concordi procerum consensu in Regem Ostrogothorum assumptus est. Qui et si esset in bellicis rebus plurimum strenuus, magnamq; spectantibus subiectis populis polliceretur, tamen nimis multum erat quæ magnitudini animi eius obsistebat. Erant in primis Gothorum uires tum per bella, tum per domesticam discordiam nimium extenuatæ, Hunnorum uerò potentia ubique insuperabilis imminerebat. Præterea Vestrogothi suæ libertati consulentes, nec in confederationem Hunnorum consentire uolebant. Itaque oportuit Hunimundum illius eximij animi sui propositum intra modestiæ terminos usque ad opportunum tempus continere, ne fortè quum simplex iugum temerè abijci properaret, geminum sibi & populis suis acceleraret. Ita enim Balamber Gothos non ut subditos, sed ut confederatos (ducta in uxorem nepte Vinnitarij Valdamate) habere cœperat. Præterea liberam potestatem eligendi Regis, ut in pactis conuentum fuit, ad ipsos transtulerat: quæ omnia amicitia, nō tyrannidis signa ostendebant. Attam cum Gothi omnia alia pati mallet, quàm inerti otio tempore, necessarium fore putabant, ut alicubi hostes, contra quos uires suas exercerent, inquirerent, ne Gothica inuentus omisso militaris disciplinæ studio nihil amplius haberet, quo se suamq; libertatem à tyrannorum impetu vindicaret. Tandem oblata est bellorum occasio inter Go-

Vestrogothi sua  
consulūt liber  
tati.

Valdamata ne  
ptu Vinnitarij  
nupsit Balambro.

Gothi querunt  
occasione bel  
landi.

thos & Sueuos, in quos Hunimundus copias ex Gothica iuuentute comparans, feliciterq; (teste Iordane) dimicans, uictor euasit: nec diu post magno omnium suorum mœrore uitam cum regno reliquit.

## CAPVT XXIX.

**T**orismundus prædicti Hunimundi filius, magno omnium procerum consensu in summa spe totius gentis in paterni regni sceptrâ peruenit: qui etiam omnium expectationi magno perè satisfecisset, nisi in primo iuuentutis flore cum conaretur famam extendere factis, extinctus fuisset. Non tamen ignauus periit, sed Marte cruento, Pugnat bellâ fulmina nulla timens. Siquidem secundo anno adempti regni, siue iniurijs Gepidarum lacesitus, siue illo uetulo odio utriq; genti cognato, siue etiam alia quacumq; occasione prouocatus, exercitum uiribus & armis instructissimum eorum terris inuexit: magnoq; prælio commisso Gepidæ superantur, cæduntur, fugantur: iamq; manus uictas uictori Gotho porrigebant, & subito subruentis equi casu uictor unâ cum uictoria expirauit. Quem infelicem casum Ostrogothi adeo dolenti & amaro animo tulerunt, ut nihil unquam amarius sibi accidisse putauerint: tantumq; defuncti Regis amori tribuebant, ut totis quadraginta annis nullum alium Regem in eius locum surrogarent. Eiusq; filium Geremundus subito patris casu perterritus, paterni regni sceptrâ contemnens, sese cum filio suo Viderico ad militiam Theodorici Regis Vestrogothorum (de quo inferius dicitur) tacita sui generis claritate contulit, multaq; & præclara facinora contra Attilam Hunnorum Regem pergit, uolens potius in aliena terra sub glorioso Rege militare, quàm in patrio regno Hunnis confederato, uel subiecto imperare: tantum displicuit magnanimo Principi uel

Gothi contra  
Sueuos.

Torismundus 34.  
Gothorū Rex  
externus.

Gothi contra  
Gepidas.

Gepidæ vin  
cuntur.

Torismundus vi  
ctor cecidit.

Geremundus cō  
tulit se ad mi  
litiâ Theodo  
rici.

Valamirus, Theodemirus, & Vindemirus fratres.

ipsa subiectio, uel sola subiectionis opinio. Deinde Valamirus cum fratribus suis Theodemiro & Vindemiro ad Ostrogothorum regnum tempore Attilae peruenit: de quibus quia inferius libro nono loqui intendimus, nunc quae erat sola nomina eorum commemorasse, ut interea à Thracia & remotioribus terris in Gothiam & Suetiam reuersi, diligentius inquiramus quidnam Gothi in sua patria erant, cum caeteri in procul positis regionibus tot bellorum motus sustinuerint. Sed operae pretium fuerit oculos ad id cum quinti libri (à quo digressi sumus) paululum reuocare.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V.

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; liber septimus.

## CAPVT I.



Euginus 49. Gothorum Rex interitum.

Sueonum & Gothorum regnum iterum coniunguntur.

Vocirca Euginus, siue ut alij dicere uolunt Vginus, mortuo consanguineo suo Haldano, post multas cōsultationes tandem ad Gothiā (cuius tunc Rex erat) regnum Suetiæ cōmuni procerum ac populorum cōsensu adiunxit. Quamuis enim Haldanus diu uiueret, ipsum in regno Suetiæ ip dubitatū successorem propter eius optima merita designasset, tamen quia ea designatio nullo procerū consensu confirmata fuit, necessarium erat ipsam post Haldani fata in difficultates nō paruas incidere, opponentibus se Eugini electioni illis Suetiæ primoribus, qui pridem Haldanū à regno ob seueritatē censuerāt amouendum: qui tunc (ut putabant) suorum uotorū facile com-

potis

potes euassent, nisi potentia & prudentia Vgini eorum conatibus obstitisset. Proinde quod Haldanus seuerius imperasset, quod nobiles complures puniisset, quod patriam multis tributis pro naualibus bellis onerasset, id totum uni Vgino imponit: praeualuit tamē ea pars, quae Haldano & Eugino ut iustis Principibus fauere uidebatur. Itaq; Euginus regnum Suetiæ difficulter affecutus, optimū Regem se tam Suecis quā Gothis praestare curauit: meruitq; sua summa & singulari probitate, ut etiā Daniæ proceres ipsum in suum Regem sponte sine ullo bello postularent. Erat enim in eo iustitia cum clementia & aequitate ita cōiuncta, ut omnes in quibus erat sanior mens, uehementer dolerent ipsum nō prius, sed in tam prouecta etate ad omniū regnorum illorum administrationē peruenisse. Quamuis etiā ab omnibus subiectis regnis & populis plurimū amaretur, et coleretur, ipseq; uicissim omnes & singulos ut pater filios amplecteretur, attamen à Danis ita dilectus erat, ut non ex Gothis, quorū nomini saepius inuidet, sed ex caelo ad eos descendisse uideretur. Causa tam eximij amoris ea fuisse creditur, quia iam Regius sanguis apud eos defecerat: credebantq; se Regia stemmata à uetustissimo Gothorū Regum sanguine feliciorē auspicio restituere posse: neq; enim quiescerunt, donec eis filium suum Siualdum Regem etiā uiuens designaret. Quo factō, Daniæ regnum sponte Gothorum regno se subiecit. At Suetiæ proceres, in quibus nimis diu durare solet uindictae appetitus, cum ad memoriam reuocarent Eugini & Haldani potentia, qua antea oppressi fuerant, statuerunt bellum Eugino inferre: nec diu huiusmodi animi sui statutum distulerunt, antequam electo ex se Rege Ragnaldo, expeditas Sueonum copias contra ipsum iam ueteranum educerent. Igitur Euginus (cui tunc ob aduersam ingrauescentis senij ualitudinem, tunc ob

Dani ultro se dederunt huic Eugino.

Siualdus designatur Rex Daniæ.

Sueci desinunt ab Eugino praeficiēte sibi Ragnaldum.

spectatam in omnibus probitatem parcendum fuisse) bello suorum Sueonum lacepsitus occubuit: qui apud Danos, & in aliena terra, cuncta felicia, & supra omne uotū prospera expertus est.

Euginus occubuit.

## CAPVT II.

Regnaldus 50.  
Rex internus.

**R**egnaldus & nobili, & Regio sanguine in Suetiā tus, passus est (ut diximus) se per factionem optimum in Suetia ad regni solium cōtra Euginū sublimari dāx quidem facinus, & in primo regni ingressu satis felix, sed non eodem cursu post lætū principium ultima successerunt. In prima siquidem pugna (cuius nunc meminimus) uel fene Eugino facile triumphauit, at non sic in secundo bello, quod contra filium eius Siualdum suscepit, euenit. Eliconim Regnaldus indignè ferens quòd ipsi Dani se ita sponte Gothorum Regi subiecissent, filiumq; Eugini Siualdum in Regem constituissent, cogitabat eodem exemplo quo patrem occiderat, etiam filium cōfestim tollere, ne quis apud Gothos uel Danos, nisi Suetico sanguine illustris imperaret. Quocirca electissimas bellatorum copias ex Suetiā

Regnaldus' eximio Eugino vadit contra Siualdum.

Prelum cruentum in Sielandia.

Daniā expedire curauit. Conueniunt ambo exercitūs Sielandia Danorum insula, fitq; atrocissima & pertinax pugna. Sueones pro gloria & imperio pugnant, Danorū pro salute & libertate. Nusquam poterat tantis odij tamq; graui ac diuturno praelio pugnari, quantum in hoc cruentissimo congressu, qui totis tribus diebus continuatus erat, solis noctibus pugnam dirimentibus. Tandem huic inportunissima pugnae cedes Regnaldi finem imposuit, cuius etis eius cōmilitonibus ad casum Regis consternatis. Erant in ea pugna (exceptis gregarijs militibus) quadraginta Sueonum fortissimi, in quorum etiam numero erat Starchaterus. Hi cum nullis unquam bellorum fulminibus concuti-

Starchaterus in terfuit pugna.

confueuerint, in hoc tamen praelio sublato Rege, salutem à fuga querere non ueiebantur: quos etiam fortissimus & inuidius pugil Sueticus Starchaterus insecutus, documentū prebuit, nullum hominem tam præstantibus esse uiribus, quin aliquando suam fragilitatem agnoscere compellatur.

## CAPVT III.

**A**mundus Regnaldi in Danico bello occisus filius, patri in Suetiæ regno concordibus procerum uotis ferrogatur. Huic fuere plures filij in bellicis rebus, & militari disciplina instructissimi, Hacho, Heluinus, Hagbartus, Amundus. Ad hunc igitur Hachonem natu maiorem, cui tunc apud Sueones maxima piraticæ autoritas deferebatur, omnes illi Sueonum fortissimi, qui Regnaldiano bello superfuere, quasi quædam reliquæ delapsæ eius commilitum amplectuntur. Neq; ignauiter eorum fortissima opera usus in Hybernos, & alias Occidentalis Oceani insulas transferre curauit, multosq; populos & terras partim sub iugum misit, partim in cineres redactas desolauit. Interea fratres eius Heluinus, Hagbartus, & Amundus, ne domestici co otio contabescerent, classem armis uirisq; potentissimā eduxere: eoq; præsidio sese satis munitos existimantes, totum mare Gothicum piraticis uexauere operibus. Incidit inter hos, & Sigari Danorū Regis filios, Algerum & Alphiū, nauale atq; atrox praelium, quod tam pertinacibus utriusq; uiribus agebatur, ut neutra pars alteri cederet, donec nocturnæ tenebræ telorum usum pugnantibus prohiberent. Tunc enim clausis oculis corporeis, coeperunt oculi mentis in utraq; parte efficacius aperiri, considerantibus hinc inde damna, pericula, uulnera, occisiones, quas inani gloria seducti perpeti cogebantur. Quocirca reddita diurnaluce, placuit utriusq; partis Principibus, ad pacem con-

Amundus 51.  
Rex internus.

Hacho,  
Heluinus,  
Hagbartus,  
Amundus filij  
Regis.

Hacho Hyber-  
niam inuadit.

Gothicum litus  
uexatur à pi-  
ratis Regnaldi  
filij.  
Algerus.  
Alphius.

cordiamq; perpetuam conuenire: tantaq; amicitia acerbis odio successisse uidebatur, ut se intimo ac fraterno complecterentur affectu. Sed uehementior quam diuturnior existens, finem magis molestum, quam optatum accepit. Hagbartus enim pactæ amicitiaë fiducia fretus, cum Sigari filij petita Dania in aulam Regiam per eos comiter acceptus est: in qua cum uersaretur, à filia Regis Signeiam ob uirtutem, quam ob generis nobilitatem adamatur: non potuit generosi animi adolescens non amare illustrissimam uirginem, à qua se tam grato amore concupisci compererat. Sed obseruato opportuno tempore ignorantibus ceteris fratribus, ipsam sibi in sponsam data inuicè fide assumptam.

## CAPVT IIII.

Signe filia Regis Daniae.

Signe ambitur à pluribus.

Hildigisleus.

**E**Rant eo tempore multi Dani, & Teutones, qui eadem uirginem in coniugem postulabant: in quorum numero præcipuum locum habebat quidam Hildigisleus, claro inter Teutones loco natus. Is cum comperisset sibi Regia puella præferri Hachonem, uel Hagbartum, Amundi Regis filios, indignanti & grauisimo animo tulit illi cõtemptum, præsertim cum intellexisset sibi à uirgine exprobratum, quod præter uultus uenustatem, & claritudinem, nullis præclaris facinoribus, siue rerum gestarum gloria illustraretur, Hagbartum uerò Sueticum (quæ sibi Hachonis nomine summis laudibus extulerat) in militibus exercitijs, & magnitudine rerum gestarum illustrissimum nominasset. Proinde Hildigisleus non ad arma moriturorum, sed ad insidias more mulierum acceptas iniurias dicaturus se cõuertit. Boluesium enim quendam natura & moribus pessimum, amicitias abrupte, & odia serere solitum, magnis muneribus datis inducit, ut fœdus quod Sigari filij cum Hagbarto & fratribus eius pepigerat, derin-

Boluesius.

ri odio

ri odio permutarent. Nec segniter artem, quam ab incunte ætate ad multorum perniciem didicerat, executus est, hortans ad Regios iuuenes, ut Suecorum amicitia nusquam utilem, sed ubiq; periculosam atq; insidiosam deuitarent. Cuius malignæ suggestioni tantum tributum erat, ut Sigari filij promissæ fidei oblitii, ad arma uelocius quam honestius conuolarent, ipsosq; Sueones ad publicum & naualem cõflictum prouocatos trucidarent.

## CAPVT V.

**E**Cidere in eo prælio fortissimi proceres Amundus & Heluinus: at Hagbartus nolens in aliena regione iniquis uiribus Martis alea experiri, ab ea pugna prudentius declinauit. Sed denuò copias cõtrahēs, et acerrimum bellum instaurans, gloriosam uictoria de fratrum occisoribus reportauit. Deinde sumpta muliebri ueste, omniq; fortitudine deposita, ad Signem Sigari filiam se recepit, siue ut se de occisione fratrum eius excusaret, siue ut furtiuo portiretur amore, parum in Sueticis historijs expressum inueni: quanquam Saxo Danicus multa eius temeraria facta commemorat, uidelicet quomodo filia Regis uiolauerit, quomodo deprehensus in eo scelere fuerit, quomodo cõplures electos milites, antequam cõprehendi poterat, trucidauerit, quomodo in cõcione ad pessimi Boluesij consilium dånatus fuerit, quomodo in furca strangulatus interierit, tandè quomodo Signe ob infinitum amorem, quo erga unicam sponsum suum ducebatur, se ipsam iugulauerit, atq; igni pariter cum tota aula regia exurenda tradiderit. Hic iterum & merito exclamandum esset in illa humani generis portenta, quæ exemplo illius perditissimi Boluesij ea cõsilia imprudentibus Principibus suggerūt, unde regna, nationes, populi incredibili celeritate eueruntur, et tamē nō desinūt ignaui proceres

Amundus et Heluinus ceciderunt.

Hagbartus amore Signe alleclum redijt.

Hagbartus suspenditur. Signe se ipsam iugulat.

*Biluisius.*

talium consilijs se, & omnem suam, ac suorum salutem committere. Erat eodem tempore in aula Sigari Biluisius, qui omnia ad amicitiam & pacem à tenera ætate conuertere didicerat. Is summopere conatus est persuadere ut Sigari filij foedus cum Hagbarto & fratribus eius initum nequam rumpere, sed conseruarent: cuius optima consilia quia contempta, uel neglecta fuerunt, secuta est in primis dignorum liberorum clades & occisio, filia uiolatio, & in primis exitus, ac tandem Regis Sigari mors: omnesq; Danobiles unà cum omnibus Regij sanguinis reliquijs propter ea Boluesij consilia penitus extincti fuerunt.

*Fæderis non seruati pœna per soluitur.*

## CAPVT VI.

*Hacho 52. Rex internus, uinçte patre regni administratio nem suscepit.*

**H**Acho Amundi Regis filius antequàm in paternare digna succederet, ea magnifica opera gessit, quæ eadri illius ætatis proceres potius admirari quàm imitari uoluerunt. Patre Amundo in graui ætate ad Regiæ dignitatibus assumpto, hic in se omnem administrandi regni sollicitudinem suscipiens, tam circumspectè omnibus Reipublicæ partibus satisfecit, ut quemadmodum contra hostes, & in bellicis rebus incomparabiliter strenuus esset, ita in cunctis & amicos nullum benigni Principis officium præteriret. Paterno igitur regno prudenter consulturus, totam patriam militiam ita diuisit, ut altera pars in patria, & mari eius littoribus alluente sub ductu fratrum (quos nunc nominamus) militaret, dum ipse interim altera parte militum suecinctus, arma Occidentalibus Oceani insulis inferret. Quicum in tam remotis finibus constitutus esset, certisq; nuntijs didicisset duos fratres suos bello nauali à Danis oppressos, tertium uerò ignominioso mortis genere in sue familiaris, & Suetici Regis contumeliam absumptum, nihil alterius morandum ratus, totius exercitus sui robur ex Hæbri-

nia in Danos conuertere properauit. Erant tunc nonnulli, qui unà cum pugile Starchatero eius militiam deserentes, uarias causas, cur in Danos pugnare nolent, afferebant: at Hacho nihil eorum desertione motus, copias quas residuas habebat, Daniæ litoribus, quibus Sielandia ambitur, impo- nit, rectoq; & quàm celerrimo cursu per saltus & nemora usq; ad regiam (in qua tunc Sigarum uersari intellexerat) contendit. Nec accelerationi prospera fortuna desuit. Nam primam & secundam uigilum stationem suspensio tacitoq; tenere præteruetus, cum extremas syluarum latebras penetrasset, iussit abscissos arborum ramos singulorum suorum manibus gestari. Quod cum milites in tertia statione constituti animaduertent, mox Sigaro nuntiât se insolitam & suspendam rei nouitatem admirantibus oculis subiecisse: uisum quippe erat, nemus suis sedibus auulsum ad regiam usq; properare.

*Hacho cum suo exercitu in Sielandia regiam aggregauit.*

*Stratagemâ*

## CAPVT VII.

**T**um Sigarus animo ad insidiarum considerationem cõuerso respondit, eo sylvarum accessu sibi extremâ fata portendi: moxq; militem (quæ inopinatus casus obtulit) contrahens, obuiam aduenienti hosti progreditur: fit atrox ac uehemens pugna, Suecis suo more uindictâ pertinatissimè sitientibus: neq; enim est ulla gens, quæ tardius ad iram prouocatur, quæq; iniurias acrius uindicare contendit. Cecidit eo prælio Sigarus Danorum Rex. Hacho uerò uictoriam in crudelitatem uertens, nulli sexui, aut etati pepercit, regnumq; Daniæ tam seueriter opprimebat, ut illud nequaquam ad tributum, aut subiectionem, sed ad extremam desolationem expugnasse uideretur: nec quietiisset donec magnam eius partem desolatam reddidisset, nisi ita-

*Sueci tardi ad iram, uelocet ad uindictâ*

*Sigarus ceteris uisit.*

et cetera nuntium de obitu patris, quo ad paternum re-



gnum subito reuocabatur, accepisset. Substituit tamen alterum eiusdem nominis ducem Hachonem cognomento Estuosum. Quem cum Dani post Sueonum abcessum uiribus destitutum uiderent, confestim ad arma reuersi, statuerunt se à Suetico iugo eripere, & in pristinam libertatem uindicare: filioq; Sigari Sivaldo in regem assumpto, prolium uehementius quam unquam prius instaurant. Pugnæ pugna adeo uehemens & cruenta, ut prostratis antea multis millibus, tandem ambo exercituum duces Hacho & Sivaldo corruerint: erantq; paucissimi, qui sibi post tam miserabilem cladem fuga cõsulere potuerint. Hic fuit finis infelicis pugne, in qua omne Regij sanguinis stemma in Dani extinctum, ad unam sceminã Gyritham (ut mox dicemus) peruenit. Hacho autem Amundi filius non (ut Saxo scribit) in Scotorũ regno profugus perijt, sed apud suos Sueones, postquam in paterna sceptra successerat, nonnullosq; annos feliciter regnauerat, in fata concessit.

## CAPVT VIII.

Siuardus 53. rex  
internus.

Aluilda filia Regis.

Alfus trucidat  
ingentes serpentes  
tanquam  
dracones.

Siuardus interim dum Amundus, & post eum filius eius Hacho in regno Suetie presiderent, ad Gothorum sceptra peruenit: ex cuius filia Aluilda Regius sanguis iterum per Daniã disseminatus, clarissimos Reges & principes successu temporum procreauit. Hęc Aluilda ab Ætuncubulis tantæ uerccundie fuisse perhibetur, ut os populi iugiter obnuptum habens, à nullo unquam uiro suam pudicitudinem (quæ maxima erat) uideri pateretur. Proinde quò magis se, uultumq; suum à uirorum aspectu reuoluebat, eò amplius illustrissimi iuuenes ipsam uidere conuoluebant. Tum Alphus quidam Sigari Danorũ Regis filius, trucidatis summæ atrocitatis serpentibus, qui uirginis clauiculae tubabantur, ipsam in coniugem postulabat. Conspexit Regia

si Regia uirgo in iuuenem genere & operũ claritate conspicuum: at mater uirginis ipsam acrioribus uerbis obiurgando, à uirili cõsortio deterruit, affirmans nimis turpe & probrosum esse, aliquam uirginem tam facile in uiri amplexi, clisis pudicitie neruis, consentire, eoque facto à præclaris præclarum uirginum moribus, quibus semper plus pudicitia quam uita placuit, degenerare. Quibus conuictis filia à matre affecta, cepit nõ modò Regis filium (quamuis forma, genere, uirtutibus clarissimum) uerum etiam omnes uiros tam pertinaci castitatis proposito auersari, ut firmiter secum statueret, nunquam alicui uiro copulari. Deinde ne annos suos otio, inertiaq; labefactari pateretur, uestem scemineam, animumq; muliebrem in uirilem audaciam commutauit, & quæ pridem puella fuerat pudicissima, deinceps in piratico exercitio uirorum fortitudinem superare, aut æquare uidebatur. Nec paruus erat uirginũ numerus, quæ se à uoluptatibus abstractas, ad idem militiæ propositum paratissimas offerebant.

## CAPVT IX.

Mirandũ tamen non est ibi sæpe inuentas fuisse puellas in militari disciplina ab ipsis cunabulis educatas, quæ potius bellis quam nuptijs delectarentur. Viri enim Gothi magna seueritate matrimonia sua obseruantes, uxores suas in tori socias, & pares labores, nõ in dominas, siue ad delicias assumere consueuerunt. Proinde apud eos non mulier uiro, sed uir mulieri dotem assignat, ne coniunx ob magnitudinem dotis insolecens, aliquando ex placida consorte proterua euadat, atq; in uirum dominari contendat, sed castissimam illam Romanam Lucretiam iugiter imitanda, lane, textureq; dedita, inter lubricantes ancillas medijsq; adibus commoretur, sitq; semper ad uiri impe-

Aluilda à matre  
tre obiurgata  
deterretur à  
nuptijs.

Aluilda piraticam  
exercet.

Apud Gothos  
non mulier uiro,  
sed uir mulieri  
dotem assignat.

*Gothica femina nō torpent otio.*

rium parata, nunc hæc, nunc illa difficillima negotia domi & foris administrare, perinde ac si uirilem fortitudinē haberet. Immo nec primis dominabus, aut ipsi Regina cōitari permittitur. Quocirca minus difficile fuit Aluilde magnæ uirginem turbam secum ad militiam educere, eaq; ardua & præclara facinora ædere, quæ à fortibus uiris difficilè præstari potuissent. Interea uerò cum uictrices turmas longè lateq; per mare Gothicum circumferret, accidit eam quendam portum deuenire, in quem multi piratæ ad astituendum sibi Principem conuenerant.

*Aluilda cū sua classe in mari Gothico circumfertur.*

## CAPVT X.

*Aluilda princeps piratica*

**H**iergo non solum ob formæ pulchritudinem, sed ob res præclare ab ea gestas, ipsam in piraticæ Principem elegerunt. Nec spe sua decepti fuerunt: quippe tam prænūc omnia belli negotia exequabatur, ut foeminam exuisset quiuis credere potuisset. Alphus autem fama militiæ tunc comperta, se quoq; ad piraticum opus accingit, aut mori, aut uirginem unice dilectā inter tot uastissimi maris discrimina reperturus. Nunc siquidem in altū proiectus, horridis procellis repellabatur, nunc in angustiores sinus reclusus, latronum insidijs excipiebatur. Tandem postquā in maria perlustrauerat, & tot pericula sustinuerat, omnia difficillima amantiū studia in se expertus fuerat, optato

*Alphus querit Aluildam.*

*Aluilda inuenitur.*

su in extremis Finningiæ, siue Finlandiæ recessibus, tēpore algidissimæ hyemis ipsam inuenit, non muliebriter ad aspectum amatoris applaudentem, sed cruenta tela pro amatorijs signis retorquentē, tamq; pertinaciter se defensantem, ut omnibus persuasum esset, ipsam plus pudicitiam, quam uitam conseruare uoluisse. Demum erecto per Alphum sereno gno pacis, ad mutuum colloquium deuenitur: in quo exrepugnante hoste charissimam coniugem efficit, plurimum

*Alphus potitur coniugio Aluide.*

letatus eam sibi in mari occurrisset, quā in aula Regia repugnante suera matre assequi nequiuisset. Genuitq; ex ea filiam Gyriham, unicam Regij sanguinis in Dania repperitricem. Plura huius Gothici Regis Siuardi opera in obligationem unā cum multis aliorum Regum gestis abiuerunt, nisi quod ab Ingone Sueonum Rege (cuius historiam nunc subiiciemus) bello impetitus occubuerit.

*Gyriha procreatur ex Alpha & Aluilda.*

## CAPVT XI.

**I**ngo postquā Amundus, & filius eius Hacho paucis annis in Suetiæ regno præfuisent, unanimi procerū ac populorū cōsensu in eiusdem regni soliū collocatur. Hunc est Ericus Upsalensis affirmet Vilmcri filiu, & ad principatū uiriusq; regni, Gothorū uidelicet & Sueonū, à principio, & eodem tempore peruenisse, attamen aliæ historiæ (quas probabiliores in hac parte existimo) testantur ipsum antea pluribus annis Sueonū regno præfuisse, & demū post graues cōtrouersas, atrociaq; bella, in quibus Siuardus Gothorum Rex oppressus interijt, in Gothico regno successisse. Præterea idem Ericus scribit hunc Ingone postquā utriusq; regni monarchiā affecutus fuisset, celebratis apud Upsaliā comitijs, inuolabili decreto cōsentientibus Principibus populisq; Sueonū statuisse, ut caput, & sedes regni Suetiæ in metropoli Upsala deinceps censeretur, quemadmodū olim Humelum Regem præcepisse memorauimus. Iustū quippe iustum est Ingoni & proceribus, ut præcipua æstimatio de illo loco haberetur, in quo præcipua Deorū cultura tunc seruabatur. Fuisset etiā eodem tempore operæpretiū in spectis celebrioribus regni Gothiæ locis, decretū edidisse, an apud Ostrogotos, uel Westrogotos Regia sedes collocanda fuisset, quāuis dudum Scarinus (ut antè diximus) Scarā ciuitatem ex suo nomine erectam, caput, & regiam omniū

*Ingo 14. Rex interuenit.*

*Ingo successit in regno Gothorum.*

*Upsalia metropolis utriusq; regni.*

*Scarenfis ciuitas apud Westrogotos.*

Gothorum haberi uoluiſſet. Sed hæc & ſimilia ad Principum uoluntatem ſuborta aliqua neceſſaria cauſa permittari conſueuerunt. Reliqua huius Ingonis tempora felicia pacatq; fuerunt, donec ſenio conſectus, apud metropolim Uſſalam (quam cæteris regnorum ſuorum locis ſemper prætuleraſt) uitam & regnum morte commutaret.

## CAPVT XII.

Nearchus 55.  
Rex inter-  
mus.

**N**earchus præmortui Ingonis primogenitus, paternam fata in utroq; regno Gothiæ & Suetiæ ceſſit, tantaq; iuſtitia, & æquitate, ac clemētia ſubiectis populis imperauit, ut ob ſingulares & ſummas uirtutes ſuas, non ſolum optimis Principibus, ſed iſtis Dijs ſimilis habetur. Siquidem regna ipſa à prudentiſſimo patre adoleſcente inſtituta accepit, ut facile ſe optimum Regem ibi præſtare poſſet, ubi publicus ſubditorum conſenſus ad pacem, & concordiam, omniaq; uirtutum ſtudia ſummo conatu conſpirabat. Proinde nec alijs in circuitu Principibus & populis bellum intulit, nec ab alijs illatum ſuſtinuit. Quis enim (niſi admodum imprudens) auderet alicui Regi, ſue Principi bellum inferre, quem noſſet à fortiſſimis & fidelibus ſubditis contra omnem bellorum impetum fideliter muniti, & defendi? Itaq; in huius optimi Regis hiſtoriam nihil moleſtius inferri poteſt, niſi quod breuiſſima fuerit eius principatus, qui in multos & felices annoſ extendi meruiſſet.

## CAPVT XIII.

Frotho 56. Rex  
intermus.

**F**rotho deinde (quem alij rectius Froë nominant) Ingonis optimi Regis filius, poſt præmatura Nearchi fratris fata tam ob ſpectatiſſimam memoratorum Regum probitatem, quam ob maximam ſpem, quam omnes de eius præclara

præclara indole cõceperant, utriuſq; regni monarchiam, nullo ex proceribus uel populo cõtradicante, aſſecutus eſt. Hic publicæ omnium expectationi & ſpei ita ſatiſfecit, quod in nullo à patris, uel fratris ueſtigijs degeneraſſe nota retur: immò quemadmodum eius imperium aliquantò diuturnius erat, ita etiam facilius ab omnibus prædicabatur. Quippe eo regnante tam tuta ubiq; erat proborum innocentia, ut ſubiectis populis nihil niſi iuſtū, æquū, & pium eveniret: ipſq; optimus, & immortalis laude dignus Rex, potius uitam ſuam, quam iuſtitiam, ſiue innocentiam uiolari permiſiſſet. Hæc cum de Ethnico Rege ſcribo, uehementi dolore perfundor, nos infelices homines, qui Chriſtū per quem Reges regnāt colimus, tam remotos eſſe à taliū Regū præſidio, & tutela. Sed abſit ut ob id animum deiſciamus, qui in æternam felicitatē recipiendi ſumus, quando illi humani generis tortores ad ſempiterna tormenta derudentur. Nunc ad Frothonem reuerſi, uideamus quid ei ſimplicium Gentilium gratitudo pro tam eximijs beneficijs rependere ſtuderit: illud nimirum, quod putabat omnē humanum cogitatum transcendere. Quippe ut diuinas uirtutes in eo relucere credebatur, ita ipſum in Deorum numerum referebat: & fortiaſſe longè rationabilius, quam Romani ſuum Iouem Cretenſem, omnium flagitiorum genere ſordidum, quem iam in numerum infernalium dæmonum relatum non dubitamus.

Frotho in Deos  
relatus.

## CAPVT XIII.

**V**rbarus poſt optimorum Regum Ingonis & filiorum eius fata, conſentientibus incolis in regna ſucceſſit. Hic quemadmodū ab incunte ætate in arte militari & præſantiſſimis moribus educatus fuerat, ita filios ſuos Norðianum & Oſtenum in ſpem regni genitos, per nobiliſſimū

Vrbarus 57. rex  
intermus.

et fortissimum Gunnonem satrapam erudiendos curauit, quo inter cetera multa militaria exercitia, quae ad firmas ac uenturasque uires attinebant, etiam uitandi inferendisque ictus consuetudinē studio exercitij genere contrabebant. Solitū quippe erat Gothorum iuuenes adeo perficere artem gladiatoriam addiscere, ut aduersae frontis supercilium in uitabili ictu ferirent: quo si quis recepto, uersilitate palpebrae timidius conuiceret, mox aula electus stipendijs degebat. Tantum enim uirium animis eorum à natura consuetudine sine exercitio militari insitum erat, ut etiam receptis in uultum ictibus, nec leues quidem superciliorum nutus æderent, atque aduersus omne percussoris irritamentum in eodem habitu animum continerent, in nullo mollesse gerentes, quam pugiles Olympici, de quibus Cicero, et fidelissimi autores testantur, quod grauissimas plagas excipientes, et caestibus contusi, nihil omnino ingemuissent. Proinde affirmare ausim, quod Aquilonaribus militibus nunquam illud Ennianum iure potuerit impropari:

Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres. Aut illud Salmacida spolia sine sanguine et sudore.

Sed talis semper inuenti sunt, ut eis nullus labor insoluit, nullus locus asper, aut arduus esset, non armatus hostis formidolosus, non mors ipsa terrorem eis incutere ualisset, quoadque in duello morientes, soluto in risum ore, per summam doloris dissimulationem spiritum efflauerint, tamquam in æto animo fuerint, ut bello intercepti sepe in libertatem restitui potuissent, si quantulascunq; preces pro uita protergatione porrigere uoluissent. Sed precariae uitae usum ad mi magnitudine contemnentes, uitam perinde atque paruum aliquod beneficium respuerunt, mortis sententiam sponte complectentes: adeo salutem dedecore, uel dedecoris specie mercari uirtus ignorat. Ex quibus moribus

scilicet animaduerti posse existimo, quomodo Gunno Regios liberos instituerit, quos tunc oportuit non solum natalium claritate, sed illustrissimorum gestorum magnitudine ceteros omnes superare. Reliqua huius regis Urbani gesta ueterum negligentia confepulta, ad meam notitiam minime peruenerunt,

## CAPVT XV.

Osteno in defuncti parentis Urbani regna perueniens, quamuis esset ad pacem concordiamque inclinatissimus, ut pote qui à puero didicisset, quantum horrores atque incommodi bella afferre soleant, attamen ob grauissimas iniurias, quibus à Noruegianis laccsusus erat, animum ad bella et cædes conuertere cogebatur. Illi enim Norwicum fratrem eius, quem pridem in Regē assumpserant, strictis insidijs necauerunt, surrogato in eius locum Reginaldo, qui tam etate, quam ægritudine corporis laborabat. Quod cum Osteno compertum fuisset, statuit fratris occisione ita uindicare, ut non solum necis autores, sed tota Noruegia doleret, se inflictae uindictae acerbitate desolata. Tunc subiens Gunno licentiam laccsendae Noruegiae, importunis precibus ab Osteno impetrauit. Qua impetrata, animum suum ad omnem crudelitatem pertinacissime confirmauit, praefatus se charissimi alumni Nordiani necem uindicatorum, ut nulla unquam posteritas obliuisci possit crudeliter occisi, et seueriter uindictae Regis euentum. Primūque Iatrie prouinciam adortus: omnia eius loca ferro, flamma, caedibus, impacabili furore uastabat: tantaque uerbentia uictoriam prosequeretur, ut promiscuae caedis audidus, nihil conditioni, aut sexui, uel etati indulgendū putaret. Sed neque miserationis, aut uerecundiae respectū egit, quominus foemineo ferrum sanguine cruentaret, matresque

Osteno 58. Rex interitus.

Reginaldus Norwegiae Rex.

Gunno dux exercitus in Norwegiam.

Anglanti-feria.

Gothorum magnanimitas.

cum liberis communi stragis seuitia trucidaret. Sordida ei omnis præda, & à rapinis totum animi sui propositum auertebat, ad id solum intentus, quò publicas vias, & sentias cadaueribus obstas, cruoreq; undiq; perfusas, calcare mallens funesti, quam auari uindictis nomen habere.

## CAPVT XVI.

Noruegia suba-  
ctio.

**T**andem iricolæ proximum & indubitatum pri-  
lum publica deditioe præuenientes, à suo Re-  
Regnaldo deficiunt: qui nihilominus spem repellendi ho-  
stis assumens, audent se, suorumq; paucitatem in apertum  
belli discrimen immittere, animo quam corpore uegetior.  
alienis nanque humeris sulca uestigia proferens, in pira-  
lium descendit. Quod quum imprudentius quam filium  
gestisset, à Gunnone oppressus occubuit. Gunno igitur  
uictoriam assequutus, didicit Regnaldum desperatis ac-  
tèa rebus, filiam Drotham in subterraneis latebris mi-  
cum Regijs thesauris, & supellectili, ac necessaria fami-  
lia, & apto in longum tempus sumptu inclusisse. Quibus  
auditis, omnes ingenij sui neruos ad eam inuestiganda  
intendit. Quam tandem repertam in coniugem duxit: &  
nuitq; ex ea filium Hildigerum nihil à paterna seueritate  
degenerantem, quemadmodum inferius suo loco subie-  
mus. Hic Saxo Danicus multis uerbis exaggerat, quom-  
do Gunno iste deuictæ gentis superbiam domiturus, se-  
nem Noruegianis in Regem præfecisset: quod si factum  
fuisse, profectò longè minus perniciosum morsum illi re-  
gno inflixisset, quam ille unus morsus erat, quo à Norue-  
gia auulsa fuere insule Orchardum. Sed hæc uideantur  
quorum interest, ego ad Ostenum reuertar: quem longe  
clementiorem erga deuictam gentem Noruegianam fuisse  
credo, quam Danorum histoyie persuadere comendant.

Regnaldus oc-  
cubuit.

Drotha filia Re-  
gnaldi.

Hildigerus fili-  
us Gunnonis &  
Drothia.

Canis præfici-  
tur Noruegia-  
nis in Regem.

Nec diu illi uictoriae superuiuens, regnis & uita priuatur,  
apud Upsalâ metropolim in Regijs monumētis collocatus.

## CAPVT XVII.

**F**liolmus, quem alij Siolmum uocant, in regno Go-  
thorum iterum à Suetia diuiso, consentientibus Go-  
thie proceribus, ad Regia scepra sublimatur. Osteno  
nanque subita facti uocatione, & sine liberis defuncto, sub-  
orta est inter utriusque regni proceres de nouo Rege sub-  
stituendo controuersia: ob quam necessarium & oppor-  
tunum uisum est, duos potius eligere Reges, qui se mutuo  
fidei confouerent, quam per discordiam in apertum &  
perniciosum bellum proflire. Igitur Suetia Attilum, Go-  
thia hunc Eliolmum eligente, parum minus quadraginta  
annis distinctis Regibus gubernabantur. Imperabant me-  
dio tempore Gothis Reges sex, Sueonibus uerò quatuor.  
Primum igitur illos sex, deinde reliquos quatuor breui-  
ter persequemur. Quippe ut breuissimo tempore regna-  
uerunt, ita nobis de suis gestis parum admodum relique-  
runt, quemadmodum hic Eliolmus, cuius uirtutes pau-  
cas, uitia uerò plura inuenio: inter quæ primum locum  
habere uidetur, illa imprudens apud suos seruos familiari-  
tas, propter quam Augustus Cæsar Iulium auunculum (te-  
ste Eutropio) uehementer arguebat, quòd milites commi-  
liones nouo blandoq; more appellasset: quando enim affe-  
ctabat charior fieri, auctoritatem Principis emolliuit. Eliol-  
mus uerò milites suos indulgentius quam prudentius tra-  
ctans, non solum commilitones, sed combibones suos effe-  
cit; quotidianoq; conuictu ad exemplum Saturnalium fe-  
storum, quæ seruos dominis in mensa coæquant, unâ cum  
eis comedere, & in longam noctem potare utile, hone-  
stiq; putauit. Quod nimirum sub termino uitæ sue

Eliolmus alijs  
Siolmus, 19.  
Rex interuenit.

Suetia iterum à  
Gothia diuisa.

Familiaritas eò  
semper parit.

Saturnalia ser-  
ua.

expertus est, ut honestate uacuum, ita neque ullam utilitatem afferre potuisset. Cum enim solito & turpi more, noctem cum suis potando duceret, ab ipsis ebrietate suffusus, in ingens dolium cereali liquore repletum, quod pro celebranda bibacium gula in media aula collocatum erat, pro ludibrium precipitatus interijt, relicto ad posterum Principes documento, quòd quamuis fideles serui diligendi, uandì, promouendi sint, attamen à nimia familiaritate (quæ contemptum parit) prudentius coercerantur. Hic erat etiam bibacis Regis admodum ridiculus, quem commemorando non minore rubore perfundor, quàm Saxo Danicus, quando cogitur suorum Danorum ebrietates ad memoriam reuocare, inductis uerbis equitis Britannici, quæ asserit Danos facilius uitam, quàm uinum deserturos.

## CAPVT XVIII.

**S**uercherus Eliolmi filius, postquàm pater morte apud suos Vestrogothos assumptus est, ad Gothici regni administrationem peruenit. Quæ quoniam diuturna non fuit, intentionem, quam pro Reipublice restitutione optime instituenda habebat, ad optatum effectum deducere nequiuit. Fuit enim à paternis moribus tantum remota, quàm uirtutes à uitijis remotissimè distant. Erat siquidem pater sordidæ ebrietatis mæcipium, filius aut uisa patris uitij ignominia, nihil præclarius sobrietate duxit: patris plus histrionibus & scurris, filius uerò proceribus & prudentibus magnopere, & semper delectari consuevit: illi gloria, huic negotia magis placuerunt: illum ignauiæ, huic prudentia memorabilem effecit. Quippe ut ille nihil in moribus Regia maiestate dignum habebat, ita huic omnia (preterquam temporis diuturnitas) cumulatissimè affuerunt, quæ ad felicem beatumque statum regnorum, & Principum

opportuna creduntur. Sed durum & incuitabile fatum tam admirandæ indolis Principem in primis regni auspicijs oppressit. Cum enim Daniæ regnum in uarias atque discordes praefecturas distractum, Gothicis armis subijcere statuisset, iamque ad id copias paratas, & proximè transmittendas haberet, ecce subito equi casu brachium dextrum subiectis faxis ita collisit, ut breui post tempore, cum casus ille ex solitudine suscepti belli maiora sumeret incrementa, uitam præmatura morte commutaret, dolentibus cunctis subditis, qui sibi à tam optimo Principe omnia prospera & felicia pollicebantur. Creditur apud ciuitatem Scarensem non procul à collibus Kindiæ unà cum patre tumultus.

## CAPVT XIX.

**V**alander prædicti Suercheri filius, non modò in patrum principatum, uerum etià in bella quæ contra Danos susceperat, surrogatus est. Exercitum enim, quæ pater ante occasum suum parauerat, in Hallandiam, & Schonungiam, celerius quàm credi poterat, effudit. Tum Ostarus earum prouinciarum præfectus, ob inopinatum hostis insultum, & copias suis uiribus superiores, pugnam deditione præuenit, promisso annuo tributo, & fideli in omnibus famulatu, ea conditione adiecta, ut Valandri ope contra Danorum incursiones defenderetur: fuisseque tunc Valander in reliquis Daniæ partes progressus, nisi Attilus Suetiæ Rex occasione ex eius absentia nactus, Ostrogothos Suetiæ uicinos improuisa pugna adortus fuisset: ob quam necesse fuit arma à Danorum ceruicibus excussa, in defensionem patriæ reuocare. Facto igitur cum Attilo congressu, saucius è bello excessit, concordiamque cum eo pepigit, ut neuter alterius terminos, siue populos, ferro, uel flamma, aut alio quocunque genere hostilitatis infestaret. Facta

Valander &  
Rex interitus.

Schonungiam  
bellum.  
Ostarus Suetiæ  
præfectus  
subiugatus  
Valandro.

Attilus rex Suetiæ.

Eliolmi bibacium  
fatum ridiculum.

Suercherus 60.  
Rex interitus.

Ignauis et prudentis Principis comparatio.

opportuna

Retho pirata a-  
trocissimus.

ea pace, non diu distulit, antequam naualem exercitum in  
Rethonem atrocissimum piratam, quem Rutenorum Rex  
mari Venedico, siue Suetico infestando immiserat, coparu-  
ret. Verum cum in eius belli procinctu multa sollicito dis-  
anxio animo administraret, somnumq; admodum fessus ca-  
ptaret, subito fato exinguitur. Creditum à plerisque fuit, ip-  
sum à demonio, cui se ob assequendam uictoriam deuote  
erat, suffocatum. Suntq; historie, quæ corpus eius apud  
Strogothos Regijs exequijs tumulatum fuisse affirmant.

## CAPVT XX.

Visbur 62. Rex  
internus.

**V**isbur in patris Valadri regnum succedens, quem  
modum parum idoneus erat, ita exiguo tempore  
lium clarissimo Principe dignum occupauit. Fuisset quippe  
aptius inter sordidi questus mercatores collocatus, quam  
inter præclaros & magnificos Principes, quibus summa  
cura erat, honestatem utilitati præferre. Siquidem ut om-  
nes tyranni consueuerunt, auarè simul & crudeliter im-  
perabat. Quicquid auri & argenti usquam in toto regno  
erat, id suum esse dicebat. Proinde nunc mutuo, nunc domo,  
nunc minis, omnium ciuium bona in suum inexplebilis  
scum congregauit: nulla erat concio, nullus procerum,  
populi conuentus, nulla publica, aut priuata placita, ni-  
comitiia, in quibus non conquirebatur de inopia Regio-  
rone, quam omnibus modis adiuuandam affirmabat: in-  
modo sub specie consruandæ Regiæ dignitatis tot rapina,  
tot spolia, tot furta in ciues, totq; sacrilegia in Deorum  
plis commisit, ut publicus patriæ hostis existens, minus me-  
cere non potuisset: & tamen nihil unquam præclarum  
eas ingentes diuitias sudore & sanguine pauperum compa-  
ratas, efficere curauit. Erat enim in bellicis rebus omnium  
imbellissimus, at pacifici & optimi ciues ipsam omni  
gride

Tyrannorum mo-  
res.

gride truculentiorum experiebantur. Proinde in summum  
omnium incolarum odium adductus, etiam proprijs seruis  
contemptus fuit. Nec poterat à proprijs filijs non despici.  
Qui cum considerassent se post eius fata nihil præter infamiam  
ex turpiter acta uita eius assecuturos, statuerunt præ-  
grandem eius thesaurum in primis occupare. Obseruato igi-  
tur opportuno tempore, cum ille sibi nihil prorsus ti-  
meret, sed uti esset diuissimus, ita se putaret securissimum,  
ecce eius filij (ut ait Ericus Upsalensis) ipsum cum tota sua  
sordida familia immisso igne combusserunt. Et nihil un-  
quam melius fecisse uidetur, quam quod genuerat eos fi-  
lios, à quibus tam iuste fuit trucidatus.

Scelerati filij sce-  
leratum patrem  
combusserunt.

## CAPVT XXI.

Domalder 63.  
Rex internus.

**D**omalder ingratisissimus Visburi filius, quemadmodum  
patri à se pridem combusto in regno successit, ita in  
secordia, & omni crudelitate eius esse imitator non erubuit.  
Cumulasset etiam suam atrocem scuitiam in signi auaritia,  
nisi pater omnia, quæcunque pretiosa erant in toto  
regno, ad se rapuisset. Quo factum erat, ut quum filius ni-  
hil usquam rapiendum inueniret, rapax & auarus uide-  
ri nequibat. Fuit tamen subiectis populis non solum in-  
uicilis, sed perniciosus Princeps: familiamq; sibi similem,  
& ad omne flagitium audacem fouebat, cui non solum  
permisit omnia nefaria in obsequiosos ciues inferre, sed  
preceptum addidit aulicis suis, non quidem palam, sed  
occulte, ut caute opprimerent quoscunque uiderent in  
populo gratiores. Ita nullus erat in tota militia eius, qui  
non commendauerat se illi aliquo enormi facinore: & si  
qui inuenti fuissent ad honestatem quam crimina pronio-  
res, mox stipendijs defuncti, extra aulam præcipites eicie-  
bantur. Proinde multi se apud tyrannum de rebus atrociter

Tyrannus.

gestis extollebant, qui omnem uiolentiam, & atrociam sibi summoperè horruerunt. Erat igitur extrema infelicitas regni, quando Regij satellites in speciem defensionis patriæ, atque innocentia comparati, ore quidem iustitia & equitatis ministros se affirmabant, re autem uera hostes etiam ciuium, omnisq; honestatis & uirtutis. Quicquid usquam in frumentis erat, id suis equis deuorandum apponebant, cùm interim infelices parentes uiderent liberos suos, suppente ad panem frumento, fame atque inedia patris ipsiq; pariter cum eis in fata concedere cogebantur. Denim in loculis unde emerent habebant, nec qui uendendi inueniebantur: tantum quippe à Visburo spoliati fuerant, ut nec agris seminandis, nec liberis in uita seruandis sufficerent. Quocirca quum fames non modò Gothi regnum, sed & Suetian ( quæ omnibus rebus ad humanum uictum necessarijs abundare consueuit ) tam acriter inuaderet, unicum remedium à templorum Pontificibus, & Othino idolo Upsaliam ministrabant, contra præsentem omnium terrarum Septentrionalium ruinam persuadebatur, uidelicet quòd Regem Domaldrum tanquam atrocem humani generis hostem, uinculis constrictum

Fames in Gothia et Suetia.

Remedium contra famem.

Domalder immolatur Cereri.

## CAPVT XXII.

Domarus 64. Rex internus.

**D**omarus præmortui Domaldri filius, siue ( ut dicunt ) ex fratre nepos, ad paterni regni sceptrum

consensu procerum ( qui magis ad Regij sanguinis successionem, quàm eius, aut patris merita attendebant ) peruenit. Veruntamen ad Gothici regni gloriam restituendam nihil efficere poterat. Quum enim fauore ciuium nimium destitutus esset, eius quoque imperium minus efficax reddebatur. Tanta siquidem pertinacia in Gothorum animis paterni odij reliquiae confirmatae fuere, ut priuatas offensas restituendae Reipublicae præponderarent, salutemq; patriæ potius periclitari, quàm auspicijs huius Domari restitui paterentur. Difficile quippe adulta odiorum semina radicitus euelli queunt: raroq; humana mens quem semel graui fastidio persecuta est, sincero amicitiae studio amplexatur. Itaque quum Domarus uideret se à Gothis contemptui, aut odio haberi, nec bella in alios intulit, nec subditos ad imperata cogere audebat, sed animo parum Regio incedens, eos ubique metuebat, quibus ( si conscientia paterni, autiq; demeriti non fuisset ) formidini esse debuisset. Sed non erat is animi angor in eo diuturnus. Siquidem ultima fata ( quæ solent sepe à mœstis inuocari ) uitam pariter, & mentis anxietatem ab eo post breuem imperij cursum abstulerunt.

## CAPVT XXIII.

**Q**uemadmodum paulò superius diximus, mortuo Osteno Gothorū & Suconū Rege, ortam fuisse inter ipsos populos cōtrouersiam, qua necesse fuit hos & illos Regem proprium assumere, ita nunc ad hunc Attilum ( qui tunc à suis Suecis in Regem sublimatus erat ) animum conuertentes, intelligimus ipsum fuisse uirum in bellicis rebus, & militari industria admodum instructum, multaq; bella in Danorum præfectos ( qui tunc populare, siue ueteris diuisum regimen in Daniam induxerant ) prospere

Attilus 65. Rex internus.



Dania suba-  
ctio.

gessisse. Proinde ( ut parum antè meminimus ) Valandrum Gothorum Regem iusto bello impugnasse uidebatur, quòdo ille transmissio in Daniam exercitu, alterius belli factum in se transferre niteretur. Quippe iam cum Atili in gratiam redierant, eiq; tributa pendentes, se satis suos existimabant. Quòd autem Ericus Vpsalensis de huic Attilo ascribi, quòd canem aliquem Danis in Regem praefecisset, non est integrum. Veteres enim Danorum historiae illud facinus Attilo Hothebroti filio ( de quo praediximus ) attribuunt: hic autem Attilus erat omnia militia praeditus, bellaq; tum in Danos, tum in Rutenos, et alias procul positas nationes fortitudine militari, et contumelijs extendebat: magisq; ea honesta militia profecit, quam si militem numero et fortitudine longè praestantiorum, sed in omnem lasciuia proiectum, eduxisset. Quippe si eius imperio Gothia unà cum Suecia subiecta fuisset, ipsiusq; consilijs tota utriusque regni monarchia moderata fuisset, nequaquam Moscovitarum Principum piratas in sinum Gothanum tam liberè immisisset. Saepè enim uerisimum fuerat, Suecos et Gothos in unam militiam adunatos, terrorem suis hostibus incussisse, septos uerò facillè ab inimicis deuictos et afflictos. Hic uero Attilus post plura et magna gesta apud Vpsalam defunctus est, locumq; in Regijs monumentis ( promissum optauerat ) impetrauit.

## CAPVT XXIII.

Dignerus 66.  
Rex internus.

Dignerus deinde in Suconum regno procerum procerumq; consensu, quamuis etate prouectus fuerat, matur: quem quidam à Regio sanguine alienum, quidam uero Osteni ex sorore nepotem affirmant: omnes tamen optimis moribus nobilissimum, atq; in rebus bene gerentem

rebus expertissimum fuisse consentiunt. Totum siquidem studium suum eò conuertit, quòd ostenderet se maiorem curam de augenda et conseruanda Republica, quam de sua propria salute assumpsisse: summeq; cauit, ne sui satellites quemcunque contra iustitiam opprimerent, praefatus Regiam dignitatem, et Regios prouentus à subditis populis nulla alia ratione impendi, nisi ut eos in pace et tranquillitate defendat, atque conseruet: à quo officio quantum deficeret, tantum se à proprio honore separatim ostenderet, assequereturq; ex Regia sublimitate sempiternam infamiam, à qua immortalem gloriam consequi potuisset. Erant huic Dignero cōtrarijssimi mores ad eos, quos eodem tempore habebat ille perditissimè uitae Visburus Gothorum Rex, cuius paulò antè meminimus. Erat ille sordidissime auaritie mancipium, plus perniciofa metalla, quam pretiosam uirtutem aestimans: hic omnia ad liberalitatem, magnificentiamq; et ad uirtutum officia referebat. Ille subditos ciues iniustis atque intolerabilibus tributis onerabat, et tamen de continua rerum inopia querulabatur: hic de Regijs prouentibus, quos ueterum leges praescripserant, optime contentus, sese in omnibus diuitem, et bene fortunatum ostendit. Ille publico omnium suorum odio laborans, uitam in omni momento miseram, et formidine plenam deducebat: hic ab omnibus perinde ac communis patris dilectus, iucunda et continua tranquillitate gaudebat. Ille tandem per proprios filios cum tota ignaua familia sua immisso latenter igne combustus, perpetuum suum dominis dedecus ad futura tempora transmisit: hic ad se uentem bonam post felicis beatæq; uitae cursum perueniens, egregia et nunquam casura laude ab omnibus, et in omni euo iustissime meretur extolli. Igitur quòd magis felices tunc fuerunt Suecones, eò infelicior mei Gothi suam

Tyranni et boni Regis differentia.

aduersam sortem deplorantes, doluerunt se à uetustissimi Sueonũ societate imprudenti consilio diuulsos. Sed nõ crã æquẽ facile Rẽpub. in præcipitẽ casum corruere, & ad eo in pristinum statum reuocari. Quippe illud est temerã riorum, quorum infinitus ubique est numerus: hoc autẽ est officium sapientum, qui nimis pauci in toto orbe terrarum reperiuntur.

## CAPVT XXV.

Dagerus 67. rex  
internus.

**D**Agerus optimo patri Dignero, nullo proceresistente, in regni Sueti. scepra successit. Hic potentissimo patri in omnibus uirtutũ partibus adeo fuit erat, ut nulli ex incolis iustẽ cõqueri potuissent, se optimũ Regẽ amisisse, cum omnia paternã probitatis officia in bello abudẽ reuixisse consideraret. Prima igitur auspiciã administrationis à domestica concordia assumens, omnes proceres, qui aliquid latentis, siue aperti odij in mutua perniciem fouere uidebantur, sollicito studio ad necessariã concordiam adduxit. Quã partẽ, totas ingenij uires eo inuertit, ut Gothos in ueterem Suecorum confederationem reuocaret. Nec difficile suo proposito uiam inuenit. Domarus enim (de quo proxime diximus) ob maxima pã demerita, omnibus Gothorum proceribus & populis uisus, nihil magis in uotis habebat, quã regiam dignitatem tot insidijs expositam uel deponere, uel aliqua alia benesta conditione permutare. Quocirca in societatem Dageri consentiens, effecit ut Gothi in pristinam cum Sueonibus concordiam redirent: iamq; in proxinctu erat, ut ad Dagerum conferret, & subito irruentibus in se suis, & nimiam (ut prædiximus) exhalauit, dolore insuperabilis subditorum rebellione, aut translatione regni susceptã quamuis nonnulli dicere uelint, ipsum sanum atque inuictum

Domarus regno  
Gothorũ cedit.

lumen ad Dagerum peruenisse, uitamq; diuturnam, & ab omni solici. uide liberam usque ad optatam senectutem apud eundem deduxisse.

## CAPVT XXVI.

**I**Taque hac singulari prudentia Dagerus suum imperium augens & confirmans, terrorem omnibus in circuitu hostibus incussit: attamen multis iniurijs à Rutenorum principe lacepsitus, ualidum exercitum ex Gothis, Suecis & Schoningis contraxit: cui duos Schoningie satrapas, Borcharum & Ostarum, præficere curauit. Hi primam belli fortunam contra quendam Rethonem Rutenorum piratam, cui nullum humanitatis uestigium inerat, experturi, tanto ardore bellum nauale cum eo conscrue- runt, ut ambo exercituum duces Borcharus & Retho, datis acceptisq; uulneribus, primo bellorum impetu absumerentur. Erat autem Retho tam sordidæ auariitiæ, ut nudatis coram se negotiatoribus, qui in eius manus incidebant, femoralia eorum scrutaretur: tantẽq; atrocitatis, ut semper noua & exquisita tormenta, quibus infelices homines torquerentur, inueniret. Quandoque enim uno pede in terra alligato, alterum arbori uiolenter inclinatẽ alligabat, quẽ rursus suẽ naturẽ relicta, hominem crudeli spectaculo distrahit. Igitur deletõ tam crudeli hoste, Dagerus filium suum Alaricum (quem Saxo Aluerum uocat) totius naualis exercitus præfectum constituit: qui ad patris præceptum tam potentẽ & prudenter in omnibus se gessit, ut breui dierum spatio totam militiam sibi creditam in uniuersas Rusi. regiones effunderet: effecitq; ut Rutenorum Princeps Dageri imperio subiectus, tributa persolueret, atque ad omnia imperata sese obnoxium fieretur. Tandem post adeptam tam insignem de potente

Dagerus bellum  
in Rutenos mo-  
uit.

Retho Rutenor-  
um pirata.

Borcharus.

Alaricum.

Rutenorũ suba-  
ctio.

hoste uictoriam, Dagerus relicto in patria filio Alarico, uolens etiam ex militari disciplina gloriam consequi, tutius exercitus robur in Daniam traicere festinauit: quam tunc citius, quam felicius subiugauit. Cum enim remissis Suetiam copijs, regni Daniæ statum ordinaturus remansisset, Danorum insidijs impetitus opprimitur, documentum ad posteros relicto, ne quis facile suam salutem permittit inimico semel reconciliato.

## CAPVT XXVII.

Alaricus, aliàs  
Aluerus, 68.  
Rex intermus.

**A**laricus (quem alij Aluerum uocant) Dagerus filius, post mortem patris ad Regiæ dignitatis litem, tum propter eius eximia & clarissima facta, tum ob singularem spem, quam de eo tota patria conceperat, benignissime sublimatur. Hic quum à Rutenis, quos aliàs subiugauerat, tributa per legatos postulare, Russi persequentes eos excipientes, per insidias trucidauerunt, bellumque arma, non tributa se deinceps Sueonibus soluere uellentiauerunt. Motus tam atroci & insigni perfidia Alaricus, gentem fortissimam ex omnibus sui imperij subiectis contrahit, secumque in perfidum hostem educit. Tandem habebant acies ad pugnam paratæ, & unus ex præcipuis Sueonum pugilibus Hildigernus, ab Alarico postulat sibi ire aliquem ex Rutenorum fortissimis ad duellum provocare. Quod quum impetrasset, mox ad Rutenos excurrit ut fortissimum ex toto agmine ad singulare certamen tantum. Quo clamore Ruteni prouocati, cogitabant quomodo ex suis insultanti hosti opponerent. Cunctantibus cæcis Haldanus præcipue fortitudinis pugil, qui nuper ad Dacorum militiam ex Schoningia aduenerat, se ad duellum offert. Erat hic Haldanus Borchari Schoningiani satrapæ filius, ex Drotha Noruegiæ Regis filia susceptus, quem

Ruteni à Sueonibus expugnati, tributa soluuerunt.  
Hildigernus pugil Sueticus.

Haldanus pugil.

occiso nobilissimo marito Gunnone Suetico, sibi in coniugem acceperat non inuitam. Nam idem Gunno occiso antea eius patre Rege Reginaldo, ipsam in suum coegerat coniugium, filiumque Hildigernum ex ea procreauerat. Quocirca cum Hildigernus natus maior, sciret hunc Haldanum esse suum uterinum fratrem, recusauit cum eo cõgredi, prætextendo ipse in re bellica inexperientiam: Ego, inquit, septuaginta fortissimorum pugilum cæde claritatem nominis acquisiui, hic autem Haldanus uix militarem disciplinam in limine salutauerat. Discat igitur prius uires suas cum æqualibus experiri, deinde si sic uisum illi fuerit, mecum congre diatur.

## CAPVT XXVIII.

**H**is conuitijs Haldanus nihil motus, sed forti animo respondit: Si tibi uideor imbellis, & ob ætatem cõtemptibilis, accedat alter ex uestro agmine, qui mecum congre diatur. Moxque unum adductum obruncat. Deinde duo sunt illi obiecti: quibus occisis, tres secum pariter congressuros postulat: quibus oppressis, numerum per uices adauxit, usque ad undecim: quibus demum congressus, uictor euasit. Tum Hildigernus uidens ipsum ad parem militiæ gloriam secum peruenisse, congressum ei diutius negare noluit: sed campum ingressi, tanto armorum fragore fortissimi pugiles inuicem concurrerunt, ut putaretur terra ad eorum congressum contremuisse. Tandem Hildigernus sentiens se mortiferum uulnus accepisse, proiectis armis Haldanum his, siue similibus uerbis alloquitur: Ego, inquit, tuus uterinus frater sum ô Haldane. Drotha enim, cuius uera suxeras, me quoque in hanc lucem ædidi, sed nimis diuerso omine: te quidem ad pompam, & prosperos uitæ

Haldani fortissudo.

Singulare certamen duorum fratrum.

successus, me autem in hac uiridi iuuentute prematuro sibi  
extinguendum. Ad hæc Haldanus animo nimium conspuer-  
natus, & in summum dolorem adductus, inquit: O mihi  
frater, cum me fratrem tuum cognouisses, cur tam perniciosa  
taciturnitate siluisti? Ego prius in me arma, quam in te  
conuertissem, immò pro te uitam meam libenter impo-  
dissem. Nunc igitur quis mihi tribuat ut tecum moriar,  
cum sepeliar, tecumq; omnia extrema experiar? tuus  
frater, hæc culpa: tuo silentio nostram fraternam ne-  
tudinem uiolasti: tua taciturnitas me infelicem partici-  
pauit: te mihi nulla unquam restituet ætas: te quo ad me  
pro, lachrymis prosequar sempiternis.

## CAPVT XXIX.

Hildigerni  
mors.

**T**VM Hildigernus magna se ratione fraternam nece-  
tudinem tacuisse dicebat, ne uideretur cõgressum  
midè denegare, aut scelesto animo attetare. Quibus dictis  
spiritu in conspectu lachrymantis fratris efflauit. Alaricus  
autè ad unius, aut plurius pugilum necem nihil territus, sed  
constanti animo in pugnam progressus, priuatiuè athletici  
occasum publica uictoria uindicauit. Victi namq; Reges,  
tributa solita pendere non recusabant. Igitur Alaricus  
cum egregio & memorabili triumpho in patriam re-  
sus, tranquillitati in reliquam ætatem studuit, legibusq;  
moribus regnum componere curauit, donec ad senectutem  
nos perueniens, inter amicorum manus expiraret. Vnde  
Ericum Vpsalensem in errorem lapsum fuisse opinor, qui  
asserere uidetur ipsum ab Erico fratre suo regnandi  
dine ducto, trucidatum, eamq; cædem, alio telo non sup-  
tente, freno peregisse. Nec silentium puto Haldanum (cum  
nunc memini) ob res fortiter & magnificè gestas, Gyrithi  
Siuardi Gothorum Regis neptem, unicam Daniæ regi-  
heredem,

Gyritha Gothi-  
ca.

heredem, in cõiugem obtinuisse. Quam cum sterilitatis ui-  
tio obnoxiam consideraret, maximamq; (ut Saxonis uer-  
bis utar) prolis creandæ cupidinem haberet, conciliandæ  
cõsecunditatis gratia Vpsalam nobilissimam Suconum ur-  
bem petiit: ubi responso monitus fuerat, suscitandæ sobolis  
causa fraternis primùm manibus parentare. Postquàm ora-  
culo paruit, optatæ rei solatium impetrauit. Siquidem filiū  
ex Gyritha suscepit, cui Haraldo uocabulum adaptauit.  
Hinc facile colligitur, illud præceptum à Danorum Regi-  
bus usq; ad hæc tempora diligenter obseruatū fuisse, quod  
Hummelus Gothorum Rex, filio suo Dano, primo Danorum  
Regi (ut antè memini) cum ipsum Daniæ Regē designaret,  
prescribere curauit, uidelicet ne in aliqua parte Daniæ  
Deorum delubra construeret, sed apud Vpsalam Sueonum  
metropolim diuinitatis cultū uenerabūdu prosequeretur.

Haraldus ma-  
ximus Danorū  
Rex nascitur.

Hummelus Go-  
thorum Rex.

Vpsala metro-  
polis.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; liber  
octauus.

## CAPVT I.

**S**UCCESSIT deinde in numero, & ordine Re-  
gum Ingemarum, quem alij Ingonem uo-  
cāt. Cum enim esset inter Alarici filios na-  
tu maior, tam ob paterna merita, quàm  
ob concordem procerum consensum, Go-  
this Sueonibusq; Rex constituitur. Hic cum ad animum re-  
uocaret se fortissimo patre, & qui latissimè imperauerat,  
genitum, noluit paternæ hereditatis titulis contentus esse.

Ingemarum, a-  
liàs Inzo 69.  
Rex interuenit.

Ruteni Suecis  
tributa pen-  
dunt.

Bellum ob Scho-  
ningiam.

Othinus.

sed paterna gesta superare, aut æquare desiderans, tributa à Rutenis, quæ patri promissa fuerat, extorsit. Deinde Haraldus Danorum Regi, quod Schonungiâ Gothici regni partem occuparet, bellum indixit: non (ut Saxo inquit) profectum imperij gratia, sed ut suorum regnorum fines iuuetur. Territus ad eius belli denuntiationem Haraldus, cepit diuina, et humana, atq; Acheronta mouere, ut scire posset an Ingemari potentia tutò congredi possit: importunas preces idolo Othino (qui præcipuè apud Vpsalam uenabatur) offerens, rogabat, ne sibi in tantis bellorum periculis laboraturo deesset uelut. Tum illi uisa est astare imago monoculi senis, qui hispida ueste indutus, Othinum seminabat, uenisseq; ut futuri belli euentum ei denuntiationemq; struendarum acierum, siue ad nauale, siue ad campestre bellum, ostendat. Erat is profectò malus dæmon ex antro inferni aduolans. Proinde uideamus quàm comòdè ad militarem disciplinam acies bellicas instruere docuit. Nisi me fallat opinio, ita militiam confundere, et non ordinare imperauit, ut nulli, aut certè quàm paucissimi uiui et salui per suam militarem disciplinam euaderent. Iussit enim (teste Saxone) ut terrestribus bellum cogitaturus, uniuersam aciem in tres turmas diuideret, et eorum unamquamq; uicenarij ratione densaret, mediâ uiginti uirorum numero reliquis porrectiorem extenderet, quam etiam in conij, siue pyramidis acumen digere, alarum recessus utrinque secus diseretis ambagibus obliquaret. Cuiuslibet uero turmæ seriem hac ratione contingeret, ut à duobus frons inchoans, consequentibus locis inchoatis duntaxat incrementa reciperet, et quidem in secunda linea tres, in tertia quatuor: eodemq; modo posteriorum ordinandos, habita congressione, statueret: sicq; consequentes gradus idem proportionis tenor instrueret, donec

coniu-

coniunctionis extremitas alas æquaret, cornu uerò quodlibet denis ab eo ordinibus formaretur. Post has item turmas, instructam iaculis iuuentutem admittat: à cuius tergo grandæuorum cohortem adhibeat, quæ labantes sociorum uires ueterana quadam uirtute firmaret. Deinde funditorum alas gnarus locorum supputator annecteret. Post hos cuiuslibet ætatis, aut ordinis homines, absq; conditionis æstimatione passim adsciceret. Ceterum postremam aciem ternis, instar primæ, cornibus interstinctam, similiq; graduum proportionem digestam explicet, cuius tergo superiori coniunctum agnini, ipsum auersæ frontis obstaculo tueretur.

## CAPVT II.

AT si nauale fortè prælium incidisset, partem classis fecerneret, quæ eo proposito inchoante cõflictus, multuolantes hosticas reflexione circundaret. Hæc idcirco nulla uerborum mutatione facta, ex Saxone adduxi, ut uideamus ipsum malum dæmonem fallacissimè et inceptè militarem industriam Danis tradidisse. Quis enim pugnandè modus contra Sueones ineptior dari potuisset? præsertim qui nec in saltibus, nec in inuijs syluarum latebris, immò neq; in aperto campo contra expertam militiam profuisset. Si quis enim eam centuriandi artè intimius inspexerit, deprehendet ipsam non ad Danorum uictoriam, sed ad extremam perniciem excogitatam, maxime si ad iustam pugnam deuentum fuisset, quâ tunc Haraldus in Suetia, et in terra hostibusq; impar cõsultius cuitauit, oblata sibi facillio re occasione extinguendi inimici. Habebat siquidem Rex Ingemarum pessimam coniugem Danico sanguine ortam, ipsius Haraldus consanguineam, quæ abiecto omni honestatis respectu, cum nonnullis domesticis inimicis ad insidias

Acies bellis  
naualis.

Acies belli camp-  
estris.

ingulo mariti iniiciendas cōspirauit: idq; ad importunam Haraldī suggestionem, cui tunc præclarior uisum erat, le-  
sa honestate uincere, quàm sine uictoria ad propria transire. Cum enim Ingemarus insuperabilem exercitum comparasset, essetq; de uictoria certus, ecce impudentissima con-  
iunx admissis clam intra cubiculum latronibus, ipsam summa trabe catena aurea suspendi procurauit, non pro-  
cul ab eo loco, in quo nunc Holmensis ciuitas edificata conspicitur: infamis nimirum mulier, & publico omnium  
talium odio infectanda, quam nec uirtus, nec humanitas, nec pudor, aut ulla naturæ ratio à tam detestando facinore reuocabat. Veruntamen nec ea militaris industria, quam malignus spiritus sub nomine Othini Danos docuit, nec maligna consilia, quæ mulier omni nequissimo demonia sceleratorum adinuenit, efficere ualuerunt, ut uictoria ad partes Haraldī se inclinaret. Quippe mox ut sceleris impunitas à Regina perpetrati, ad publicam notitiam celeritè erupisset, præcipui amici Regis Ingemari uictoriam fratre eius Olauo aduolantes, ipsam Reginam adhuc in flagranti crimine deprehensam, uiuam defoderunt. Denique Ingello Ingemari filio ad regni solum sublimato, Danos adoriantur, ipsosq; & eorum Regem Haraldum magno impetu in fugam conuerterunt: in quo bello Olauus in mari frater, dum uictos Danos pertinacius insequeretur, occubuit.

## CAPVT III.

Ingellus Ingemari filius, post patrem, qui per Daniæ mulieris insidias crudeliter interemptus erat, in regno Gothiæ & Suetiæ successit. Hic erat in rebus bellicis strenuus, & in arte militari nulli secundus, primaq; audax præditus. Proinde (no. i ut Saxo scribit) belli inducias per legatos

legatos postulabat, nec post chari parentis occisionem latebris circumspexit, aut sub aduersæ ualitudinis simulatione in tam humilem aut iacentem fortunam corruerat, ut Danorum clementiam, quæ longè magis languebat, imploraret, sed exercitum, quem iam paterna sedulitas comparauerat, educēs, tam perniciose proposito hostes adoriebatur, ut si Haraldus celerioris fugæ præsidio sibi non consulisset, in extremæ sortis pericula cum tota sua militia incidisset. Fugatis igitur Danis, Ingellus classem ad naualis belli usum comparat, quam armis & milibus instructissimam, Daniæ litoribus imponit, expositoq; milite, pugnam acerrimam contra Haraldum instaurat, nihil ardentius desiderans, quàm priuatam trucidati parentis necem publica Danorum strage uindicare. Nullum igitur bellum magis cruentum uideri poterat, per quod Ingellus cruentam uictoriam affectus, noluit Haraldum fuga elapsum, ad interiora Daniæ ob præparatas insidias infectari, sed propinquam illo loco arcem demolitus, sororem eius captiuam in signum adeptæ uictoriæ secum in Suetiam perduxit, ut exemplo Iulij Cæsaris seruari eam, à qua, uel propter quæ tandem perendus esset. Ille siquidem raptus occasionem præstitit, qua multa hominum millia tam Gothorum, quàm Danorum perderentur. Cum enim Haraldus didicisset sororem uiolenter abductâ, uehementer indoluit suo sanguini tam insignem iniuriam irrogatam. Quocirca classem bellicam demum contra Suetiam comparat, aut sororem recuperaturus, aut uitam amissurus. Committitur utriq; prælium atrocissimum, in quo Haraldus infeliciter pugnant superatur, atq; in suam Daniam uictus, & multa infelicitate oneratus remeauit. Nec diu distulit, antequam potentiorum exercitum contra Ingellum excitaret.

Dani à Suetiæ bello naualis superantur.

Raptus.

Dani rapti.

Ingemarus à cōiuge Danica suspensus.

Danica Regina uina defoditur.

Dani fugantur.

Ingellus 70. rex sueciorum.

## CAPVT IIII.

**E**Rant interim in Suetia multi perspicacis ingenij m-  
 dere nitebantur, quòd talis coniunctio tristes exitus ple-  
 runq; parere consuevit: nec essent mores illius Danice ma-  
 lieris adeò integri, ut propter eius amplexū tot uiri, totaq; tota  
 patria in apertum belli discrimē exponenda esset. Sed et  
 in iuvene Rege pertinax præliandi ardor, quo maiora  
 litum copias, quàm unquā prius conscribi mandat. Qu-  
 cum Haraldus comperisset, consilium à suis sapientibus  
 per futuro bello inquiri. Hi constitem suadebāt potius  
 mittendam esse Sueonum Regi sororem, quàm usurus  
 tot fideles ciues, & subditos suos ante suum conspectū  
 delictis trucidari. Itaq; missis ad Ingellum legatis, pacem  
 pacisq; conditiones sibi præscribi optat, sororem in legiti-  
 mam cōiugem offert, omniaq; integræ amicitie officia  
 gro animo polliceri uidebatur. Nec poterat Ingellus  
 iustis & honestis conditionibus pacis refragari, cum ipse  
 rum procerū suorum sententia ad concordiam magis, quàm  
 prælium inclinaretur. Pacatis igitur cū externo hoste  
 bus, non longè post perniciosus bellum illi in patria, et  
 propinquis mouebatur. Quippe postquam ipsi uiderat  
 lam Danicam cōiugem impudicè uiuere, esseq; uni uir-  
 multis uerò exposita, non cessabāt monere Regem, ut  
 apertam coniugis pudicitiam, quæ etiam in eius, & totius  
 regni uergebat infamiam, coerceret. Quam monitionem  
 importunius depromptam, amaro atq; indignanti animo  
 excipiens, occasionem sui præmaturi interitus impruden-  
 ter adduxit. A fratre siquidem inter iniuriosa uerba, quæ  
 ultro citroq; ferebantur, occisus occubuit. Et ita duo sum-  
 simi Reges Suetiæ, pater & filius, à duabus Danicis mulie-  
 ribus infelicitè perditū, documentum posteris reliquerūt.

Dani à Suecis  
 pacē petunt.

Danicæ cōiunx  
 impudica.

Danicæ mulie-  
 res Suetiæ Re-  
 gibus publice  
 patriæ malo  
 uisisse.

in simili rerum euentu maiorem prudentiam adhibere  
 contendant. Narrant Danorum historiæ omnes eorum Re-  
 ginas ex Suetia adductas, semper fuisse continentissimas, &  
 optimas, suosq; maritos felicissimos effecisse: at illas, quæ ex  
 Dania in Suetiam uenerant, non ita se habuisse comperio,  
 ut optimæ dici potuissent.

## CAPVT V.

**G**ermundus præmortui Ingelli filius, in paterna sce-  
 ptræ concordibus procerum populorumq; suffra-  
 gis peruenit. Hic à paternis moribus, & illo perpetuo ar-  
 dore præliandi nunquam degenerans, quemadmodum ui-  
 uendi principium à patre suscepit, ita ab eodem accerrimi  
 odij seminaria in Danos assumere non omisit. Enim uerò  
 postquam ad memoriam reuocasset eas iniurias, quas pa-  
 tri, auoq; eius irrogauerant, cœpit totis ingenij sui uiribus  
 cogitare, quomodo iniuriarum magnitudinem uindictæ  
 magnitudine compensaret. Igitur comparatis undiq; mi-  
 litum copijs, bellum in Daniam transportauit. Occurrit  
 ei Haraldus Danorum agminibus undique circumfultus:  
 fit pertinax & atrox pugna. Sueci enim & Gothi, iam  
 assueti Haraldum superare, indignum putabant, si ab eo  
 uincerentur, quem toties à se uictum meminerunt. Nec  
 minores Haraldo animi creuerant, quòd in propria ter-  
 ra, ubi auxiliares copiæ semper adhiberi poterant, cer-  
 tamen ageretur. Victi nihilominus Dani, manus uictas  
 Germundo porrexerunt, suppliciq; deditioe insidias, Danorum sub-  
 actio.  
 quas clam meditabantur, celauerunt. At Germundus Sue-  
 tici simplicitate præditus, putabat manus, & ora, ac cor-  
 da eorum conuenire, exercitumque quem prudenter ad-  
 duxerat, imprudentissimè ad Suetiam remisit, nimium  
 sis confidens, qui nimium iurare consueuerunt. Hi enim

Germundus 71.  
 Rex interna.

Danorum sub-  
 actio.

Danorum dolus  
in suum Regē.

ut latera eius stipatoribus nuda animaduernerunt, mox ipsum contra promissam fidem & iusurandum invadentes captiua, captivumq; ignominiosa morte, quali ipsi iustissimè afficiendi fuissent, affecerunt. In loco enim, qui à vulgo Othasund, siue Othini sinus dicitur, erecta trabe ipsum strangulantes, documentum posteris præbuerunt, ne nimiam hominibus fidant, qui plus libertati, quam honoris tribuendum putant. Hæc itaq; ignominiosa mors Gemundi, non solum occasionem, sed causam præstitit illi memorabili bello, de quo mox dicemus. Sed hæc attendendum est, non memorem Danicum huius Germundi non meminisse: dicit enim Haraldum Danorū Regem cooperatorem esse, ut Ringo post Ingelli fata in Suconum Regem assumetur. Sed ut ille suis historijs Danicis auctoritatem tribuit, nos fidem rejicimus in historias Sueticas, quas nobis proposuimus imitandas: prudens lector postea quod verius fuerit amplectatur.

## CAPVT VI.

Haquinus Ringo 72. Rex in-  
ternum.

**H**Aquinus Ringo Germundi filius, inter clariores Gothorum & Suecorum Reges, qui unquã antea fuerunt, commemorandus, publico patrie consensu ad regiam maiestatem post tristia fata parentis assumitur & perpetuo & impacabili odio in Danos, qui patrem eius Iose ingulauerant, ferebatur: expectauitq; ad plures annos idoneam occasionem, qua posset acceptam iniuriam in totum Danorū regnum vindicare. Interea accidit ipsum per quosdam certiores nuntios à Rege Danorum (qui amicitiam egregie simulabat) missos instrui, quomodo idem Danus cominaretur se eisdem artibus, quibus antea necem Ingelli, & Germundi accelerari fecerat, Ringonem quoq; multo post tempore sublaturū. Erat inter hos medios nuntios

Othinus proditor Danus.

quis quidam insignis proditor Danus, (quem Saxo Othinum uocat) cuius tanta fallacia erat, ut etiam si Regum ar-  
fissima concordia fuisset, tamen mutuam odij pertinaciam eis ingenerasset. Ringo igitur cum intellexisset uitam suam aut clandestinis Haraldi insidijs impetendam, aut publicis armis comminatum periculum auertendum, prælegit aperto Marte contra insidiosum hostem pugnare, quam ab eo submissis latenter scarijs intra domesticas latebras iugulari. Proinde Haraldum per nuntios monendum curat, ut si in animo eius aliquod latens odium constitutum esset, illud potius uirilibus armis, quam occultis dolis extinguat. Itaq; Haraldus, postquã compertum habuisset suas occultas insidias in apertam notitiam Ringonis peruenisse, omnes operas suas adhibebat, ne Ringo ex improviso Daniæ fines intraderet: missisq; nuntijs septennes inducias ab eo impetravit, ut illo annorum numero transacto, pugna pro utriusq; partis iustitia & gloria decerneretur.

## CAPVT VII.

**V**erum cum Haraldus cōsideraret suorum Danorū uires minores esse, quam quòd Gothorum & Sueconum potentie resistere possent, militiam suam ex Germanis, Saxonibus, Sclauis, Liouonibus, Vandalis, Anglis, Scottis, Hybernis, Frisonibus, atq; ex totius Danici regni robore cōseripit: tantamq; copiarū eius multitudinē fuisse (referebat Saxone) inuenio, ut numero quidem cōprehendi nequiuisset. Solos siquidē agminū ductores cōmemorat, quos pretiosissimos Reges, præstantissimosq; proceres, et clarissimos duces fuisse affirmat. Iisdem adiungit præcipue fortitudinis pugiles, qui instructis ad bella corporibus, ingenij quoque uirtute pollebant, proceritatis habitum animorū dotibus decorates. Nec solum in arcubus, ballistisq; & sagitta-

Haraldi Dani-  
ci Regis exerci-  
tus.



ria arte peritissimi erant, sed & pœses patrio sermone docere didicerant. Talibus enim studijs animum cum corpore exercuerant. Præterea ubi putabat viros non sufficere adiecit & pugnaces mulieres, quarum muliebri corpora uirilem animum erogasse uidebatur. Erantq; inter speciosæ uirgines, quæ non modò comiter, sed etiam pœciter cultæ acies bellicas ductauerunt. At classis Danicæ eas innumerabiles copias in Gothos transfœtura eroga frequens fuisse memoratur, ut fretum, quod Schoning Selandia quatuor Italicis milliariibus separat, eius magnitudine repleretur, confertissimaq; nauium coniunctione pedestre iter inter utrunq; litus (instar pontis) exhiberet. Ringonis autem exercitus longè minore pompa & apparatu, sed maioribus animis atq; militaribus exercitijs sese aduenda Martis arma præparabat. Tantum quippe spatio in fortitudine, & militari experientia suorum Gallorum & Sueonum reponebat, ut nullus, aut ualde rarus miles, quem ab exteris regionibus in suam militiam conuulsisset. Iuncti erant eius militiæ Gislemarki, qui Frodo erant necessarij, & fidissimi numinum arbitri, utriusque manu prompti, consilio uegeti, proximaq; Ringonem familiaritate complexi. Præterea Tilemarki in armis fortissimi, quibus uirtutis plurimum, fastus uerò minimus in Olo etiam fortissimus pugil Noruegiani Regis filius, septem Reges manu atq; industria promptissimi stipant. Ringonis militiam sequēbatur.

## CAPVT VIII.

CAETERUM in tota Suetica classe nauium duo milia quingentæ continebantur, Gothica uerò classis in collateralis insula Gotlandiæ, in portu Garnensi Sueticam expectabat: quas in unam classē coactas, Olo in portum, qui Vicus dicitur, prospera nauigatione perduxit.

duxit, Ringone interim terrestres Sueonum & Gothorum copias ductante, usq; ad locum præstituta pugna, in campis Brauellinis, qui in Verendia (quæ est pars Gothiæ Meridionalis) longè lateque extenduntur. In quo quidem loco expositis utrisque copijs, quæ classe, & quæ terrestri itinere adductæ fuerant, apparuit ingens hominum multitudo, quæ uix poterat numerari. Siquidem cum unum cornu eius esset in portu Vicensi, alterum in Verendiam per distantiam quadraginta milliarium Italicorum, siue ccc. stadiorum porrigebatur. Hanc igitur multitudinem locis & ordinibus confusam, Ringo insigni equo circumiens, omnibus militaris disciplinæ præceptis ita satisfecit, ut nihil in toto exercitu, nisi optimè ordinatum uideretur. Interea classis Danica superatis uasti maris periculis, ad designatū certaminis locū peruenit. Tum Ringo reuocatis ad memoriā ueteris militiæ legibus, magnopere prohibuit, ne quisquam aduentantem hostem lacefferet, donec ingentē turbam, quam adduxerat, centuriasset. Nec signa canere permisit, quoad usq; hostis omnia pro uoto suo ordinasset, præfatus se nihil dubitare, quin illa innumerabilis & incondita multitudo faciliè corruat, quæ cæco ductore in pugnam se conferre non formidat. Nec sibi opus esse (inquit) magna erga suos exhortatione, qui prioribus temporibus Danos à Gothicis terris non solum represserant, sed superauerant, & ad subiectionem, tributiq; pendenda coegerant. Nec unquam tantas fuisse Danorum uires, ut per eas solas Sueones, aut Gothos superauerint. Quocirca nec iam armis Danicis cedendum esse, præsertim cum tradita sint in manus furiosi, & capularis seminis, qui non minus mente, quàm oculis captus, alienas terras inuadit, qui suas nequit gubernare. Quibus uerbis Ringo animos suorum in spem certæ uictoriæ crexit.

Campi Brauellini.

Exercitus innumereabilis.

Ringonis Suetici Regis exercitus.

Olo Noruegicus.

## CAPVT IX.

**A**T Haraldus, dum suos adhortari conatur, male delirantis senectutis uerba tremulis labijs, in capite deprompsit: Quia, inquit, soror mea aliquando Sueonum Regina fuit, nullus iure potuit filiastrū eius Regem, in Regem eorū cōstituerē, nisi ego: talis iure daret mihi tributa pendere. Sed nunc asserit se à patre sum incolis regnum habere: armaq; pro auro, cōtemptum gratia, odium pro dilectione rependens, cogit me decem senem ad bella prodire. O igitur nobilissimi Dani, uos omnibus hominibus nobiles predicatis, nolite permittere illos impotentes Gothos & Sueones uestram Etam uirtutē superare. His miserabilius quā cōmodū queruloso sene depromptis, summa utrinq; uis bellum: nec meminerunt Septentrionaliū regnorum hūiorū alicuius belli tam atrociter ibidem gesti, tantāq; sanguinis effusione cruentati. Valuit multū in eo praelio fūditurum opera, sagittariorūq; strenuitas, & promptitudo. Ita enim ui periti arcuū Gothi, neruos intenderant, ut de peos quoq; iaculis transuerberarent. Nec alia efficacior dis exitit causa. Loricās, galeasq; perinde ac inermia pora sagittarū acumina penetrabant: maxime aut per Dlacharlos ingens de Danis clades (teste Saxone) accepta. Cū autem Haraldus luminibus orbatus, triste suorū mur propē exaudiret, quærit à Brunone ( qui per insula officio aurigæ fūgebatur ) quomodo Ringo suam gentis centurias digessisset. Cui auriga: Corniculata, inquit, ac pugnata. Haraldus ad hæc: Putabam me solum nouisse militarem disciplinam, qui ipsam à Deo meo Othino didici. Hæc dicentem, pluraq; dicere parantem Bruno è saltato curru in terram præcipitando trucidauit. Hic erat eius

Sagittæ & fūditurum pugnāt Sueci & Gothi.

Mors Harald.

annis regnans, uarioq; bellorum euentu cum tribus fortissimis Gothorum Sueonūq; Regibus pugnans, tandem à quarto eorum omnium potentissimo Ringone superatus occubuit.

## CAPVT X.

**A**T Ringo cognito Haraldī interitu, mox receptū canī iussit, reuocatis militibus suis, qui Danorū terra absq; intermissione pulsabāt. Diciturq; talē orationē ad deuotissimos Danos habuisse: O uiri Dani, cū sæpius quā felicius hæc terras Gothicas impugnetis, nec pugnādo aliud, quā extrema uitæ discrimina assequimini, quis sapiēs affirmauerit uos in eo facto prudentes esse, aut prudenter agere? Erratis profecto, & nimium erratis, si putaueritis hæc duo regna nostra, Gothiā & Suetiā, fideliter unita, per uestram potentiā superari posse. Quā est nunc insuperabile reddidisse uidebamini, adiunctis uobis fortissimis Saxonibus, bellacibus Anglis, audacibus Scotis, imperterritis Hybernīs, pugnacibus Frisijis, ualentissimis Liouonibus, potentissimis Vandalis, septemq; maximis Regibus, attamē uicta, prostrataq; succubuit. Proinde si qua rerum necessitas, aut gloriæ cupido uos ad tot uitæ pericula compellit, ad alias gentes uestre potentiæ arma conuertantur. Est in nostris terris propitio Deorū munere magna argenti uis, omniumq; metallorū inexhaustæ fodinæ. Sed sunt etiā arcus, ballistæ, tela, siamæ, gladij, omniaq; bellica instrumenta quibus non sine fortunæ defensionantur. His dictis iussit Haraldī corpus inter innumera occisorū cadauera inari: cui reperto adeo solennes magnificasq; exequias impedit, ut omnibus palam ostenderet, se magno atq; præstantissimo animo omnes trāsa sui tēporis iniurias obliuioni tradidisse, recteq; existimasse illos esse abiecti atq; degeneris animi homines, qui more pestilentium in mortuorum hostium cadauera desequuntur:

Ringonis ad Danos oratio.

Ringonis magnanimitas.

monuitq; omnes, ut non solum Regium funus, sed omnium Regionum procerum, uirorumq; fortium corpora, digna atq; honestis exequiis decorarent. Tradit Saxo à parte Danorum triginta millia, à parte uero Suconum & Gothorum duodecim millia procerum cecidisse: uulgi uero multitudo, quæ hinc inde corruerat, à nullo poterat numerari.

## CAPVT XI.

**H**Ac uictoria Ringo potitus, Sueonum Gothorum imperio Danicum sociauit: & ut Danis aliquid decoris irrogaret, mulierem, sive uirginem Hetham in Regem præfecit, quasi inuere uoluisset, ut fœmine obiderent, qui se super cæteros uiros æstimarent. Olonem uero Noruegianum, cuius fortissima opera usus fuerat, Sebomgie, & Hallandiæ præfectum constituit. Sed nō diu placuit Danis fœmineo subesse imperio. Proinde Olonē importunis precibus adoriuntur, rogantes, ut Danici nominis gloriam fœmineo imperio subesse nō patiat, sed ea à Regno throno amota, sibi Regiam maiestatem assumat. Nec dissimulauit ambitioso persuadere, regnum occupare. Impetratum ad id Ringonis consensu, uocata à se Hetha Danis gno iubet abstinere, esseq; demceps sola Iuthia cōtētiā tamen annuū tributum imponit. Deinde ad inmatam peritatem reuersus, breui effecit, ut Dani secum missi dicerent: Nōne fuit satius nos tristia uirginis Hethæ superba pati imperia, quàm seuisimam Olonis tyrannidem quotidiano timore sustinere? Sed nō fuit tam facile regem deicere, quàm constituere.

## CAPVT XII.

**I**gitur importunis precibus inuictum pugilem Starchaterum adoriuntur, ut accepta in mercedem ingente op-

Dania subactio  
Hetha mulier  
Danis præfici-  
tur.  
Olo Noruegia-  
num.

Starchaterus  
Olonis occi-  
ditur.

riopia, tyrannum è uita auferat. Ille uero considerans tyrannidem nihil aliud esse, quàm publicam humani generis pestem, operas suas pro communi omnium libertate pollicetur, Olonemq; balnea ingressum, atq; inermem, turpius quàm fortius transuerberat. Quo factō, tantus perpetrati fœderis horror fortissimi pugilis animū inuasit, ut penè sibi ipsi manū intulisset. Permañsitq; ea læsæ cōscientiæ poenitudo in ipso, usq; ad extremum uitæ terminum. Quippe in se reuersus, nimium doluit se tam insidiosè, & turpiter, nullaq; militaris honestatis ratione habita, trucidasse tyrannum, quæ utiq; sine tanta infamiæ nota abstulisset, si aperto Marte, & prænuntiata hostilitate ipsum aggressus fuisset. Tandem (prout superius diximus) postquam ad ultimam senectutem deuenisset, ab Hathero inter Sueones nobilissimo, uoluntaria morte occisus occubuit. Interea Ringo amplissimi imperij sui terminos in pace & tranquillitate conseruare cupiens, iustitiam ubiq; seruari præcepit, legesq; ad pacificum subiectorum populorum conuictum utiles, ac necessarias promulgauit. Præterea in locum occisi Olonis, filium eius Omundum (annuo uectigali imposito) Daniæ Regem creat, Ringonemq; eiusdem nominis apud Noruegianos regnantem, in suam militiam contra Hybernenses adiunxit: multaq; et præclara facinora in Occidētalibus regnis peregisset, nisi absente Ringone Noruegiano, Omundus prælium in Noruegiam transtulisset. Demum hic felix, ac gloriosus nominis Rex Ringo, postquam Gothis, Sueonibus, & Danis, diu & feliciter imperasset, atq; ad optatam senectutem peruenisset, Upsaliæ sceptram uitamq; morte cōmutans, locum in Regijs monumentis accepit.

## CAPVT XIII.

**E**gilus Haquini Ringonis filius, cognomento Vendil kraaca, in patris regna successit. Huic prima difficul-

Tyrannus quid  
est.

Omundus Rex  
Dania.  
Ringo Norue-  
gianus.

Egilus 73. Rex  
internus.

Dani in legatos  
saniunt.

tas cum Omundo apud Danos regente incidit. Cum enim Egillus missis legatis tributa promissa ab eo postularet, non solum postulationi non paruit, sed nuntios ignominiose morte afficiens, ipsos in proceram arborem secus viam publicam suspendit. Motus ea insigni cōtumelia Egillus, excruciatum prauialidum ex omnibus partibus regnorū suorum cōscribi curauit, eiq; Danum quendam Thonnonem profecit, qui antea ex Dania sub profugi titulo in Suetiam inde in Regis militiam peruenerat. Erat enim cloquio hūmus, obsequio promptus, conuersatione supplex, atq; in omnibus artibus, quibus Suetica simplicitas decipi poterat, structissimus. Hic igitur primum familiaritatis gradum apud Egillum affectus, mox cuius esset fidei et integritatis aperuit. Factus enim tribunus militum, totam militiam sibi creditam in Regem et regnum perfidissime conuertit. Nam cum Omundus didicisset totam Egilli militiam Thonnoni Dano creditam, in summam spem rerum feliciter perrendarum erectus, totum animi sui conatum eo conuertit, quod posset Thonnonē in suam partem inclinare. Nec difficile fuit Danum à Dano pro publica Dania libertate conuertare. Thonno igitur maximis promissis sollicitatus, totam Egilli familiam (ut dicere cœpimus) in caput proprii principis animauit: iamq; Egillus eisdem domesticis insidijs oppressus fuisset, nisi copijs tumultuariè comparatis sensitissima pericula auertisset. Nunquam enim aliquod se uile bellū tanta incrementa in regnis Aquilonaribus susceperat, quāta istud, quod à Thonnone Dano inchoatum et propagatum. Neq; etiam aliquod importunius, aut diuturnius fuit. Quippe octo seruilia bella à Thonnone contra Egillum gesta fuerunt, suppeditante semper Omundus Danorum Rege recentes copias, et commeatum. Tandem Thonno ut alter Spartacus, in nono bello cum uniuersis

Thonno Danus  
proditor.  
Danorū profu-  
gi repellendi.

Bellum seruile.

sis copijs à Rege Egillo, Sueticis militibus succincto, superatur, et mortem insigni traditore dignam sufferre coactus, laqueo strangulatur. Itaque Egillus à domesticis et feruilibus insidijs liberatus, animum ad pacis studia sollicitate et prudentiter accommodabat. Sed quum esset strenuus iustitiae et equitatis cultor, non paucos proceres, quibus ea fueritas minimè placebat, offendit. Hi furiosum taurum maleficio procuratum, Regi publica uia incedenti obiecerunt, à cuius cornibus impetitus, uitam pariter et sceptrum reliquit.

Thonnonis pro-  
ditoris suppli-  
cium.

Egillus à tauro  
occisus.

## CAPVT XIII.

Gotharus Egilli filius, in defuncti patris regna concordibus procerum ac populorū suffragijs assumptus, cogitare cœpit iuxta exemplū Regis Algothi, de quo praediximus, quomodo illud nimis inueteratum odium, quod inter Suones et Danos à prima regnorum fundatione continuatum fuerat, abolere posset: iamq; longa rerum experientia compertum haberet, nihil minus ad id ualere, quàm bella et dissensiones. Quo circa ad diuersa studia se conuertens, statuit cum omnibus uicinis Regibus et Principibus, concordiam amicitiamq; componere: Danorum uerò Regem Omundum ut singulari affinitate sibi coniungeret, nobilem quendam Ebbonem inter Suones illustri loco natum, tam honeste legationi praeficiens, fidem ipsius pulcherrimam haud difficulter impetrauit. Si quidem prudens et diligens nuntius, obtento patris et fidei consensu, Gotharum multiplici ratione exhilarabat. Quippe non solum clarissimae affinitatis, uerum etiam publicae et necessariae pacis legatum sese fuisse monstrauit. Sed cum nihil praeter nuptiarum apparatus restare putaret, denuò Ebbonem legatione onerat, maioreq; et de-

Gotharus 74.  
Rex intermum.

Ebbo legatus.

centiore comitatu stipatum in Daniam remittit, ut sponsam ex paterna domo eductam, cum Regia & consueta pompa, usque ad Suetiam deducere curet. Ebbo igitur magifico apparatu, & honesta familia instructus, ad Schoningiam, siue Halladiam Daniæ regno uicinam, peruenit: ubi insigne quoddam latrocinium in publico hospitio expertus est.

## CAPVT XV.

Hospitium duorum latronum.

**E**Rant enim duo fratres, quorum habitationes multis fraudes, & insidias, ac hostilitatem prætereuntibus clam inferre consueuerunt: iamque complures aduenas, eo primum malignoque ingenio, sub quieto noctis silentio somnum captantes, oppræsserant. Horum hospitio Ebbo susceptus, splendidiusque & liberalius, quam fidelius tractatus, talem in cubiculum quasi nocturna quiete fruiturus deducitur. Ibi abeunte domestica familia in omnes angulos, tectum ipse oculis suis circumspexit, uidentemque supernè pensilem trabem acuto ferro munitam, capitibus subiectorum immo- nere. Proinde re tacitus considerata, iubet comites suos transpositis seorsum corporibus, fessa membra fouens præfatus salubriora loca, quæ ab illis angulis essent remotiora. Paruerunt iubenti Ebboni comites: at cæteri, qui prudentiores putabant, locum semel occupatum mutare noluerunt: qui sub media nocte, demisso defursum ligno, obtruncati fuerunt. Nec longa mora interiecta, domestice trones præmissis luminibus adueniunt, legatum Regium, eiusque socios, quos putabant thesauros ad futuras nuptias afferre, spoliaturi. Sed quem credebant trucidatum, adueniunt uiuum, & ad pugnam præparatum. Quocirca sumptis confestim armis, aperto bello inuadunt, quos occulit

Insidia nocturna.

cultis insidijs perdere nequiuertunt. Facta igitur atroci pugna, caesisque compluribus comitibus, Ebbo uix uita seruatus euasit, nuntiumque tanto tristiore se Gotharo restituit, quanto feliciorum se pridem (deductis prosperè negotijs) exhibuerat.

## CAPVT XVI.

**G**Otharus tunc ea infelicitate nuntij uehementer commotus, cogitabat eas insidias à Siuardo Omundi filio (cui credebatur illas nuptias non placere) præparatas, statuitque eam iniuriam in Omundum, & totum Daniæ regnum uindicare. Nec Omundus se aut segiorem, aut impotentiorum ad excipiendum hostem ostendit. Quippe ut Gotharus omne robur regnorum suorum contra Daniam educere properabat, ita Omundus quicquid præstantioris militiæ usquam in toto regno, aut confœderatis terris habebat, aduenienti hosti opponere contendebat, tantum de uictoria certior, quâ tum sciuit suam innocentiam ab iniuria Ebboni illata alienam. Sed non semper uictoria innocentiam comitatur. Siuardus enim ab Omundo Danicæ copias ducere iussus, facto cum Gotharo conflictu superatur. Non solum uictoriam, sed & maiorem Daniæ regni partem eo infelici congressu amisit. Progressus postea Gotharus, non prius à deuastatione cessauit, donec sponsam quam concupiuit, à medijs aulae Regiæ penetralibus extractam, secum in Suetiam usque perduxit. Erat tum inter illustriores proceres Sueonum Simon Snare, magnæ inter omnes autoritatis. Hinc Gotharus Selandiæ, Hallandiæ, Schoningiæ præficiens, præcepit, ut toto studio reliquam Daniæ partem suæ potestati subiugare conaretur. Quod æquè sollicitè uti præceptum erat, efficere curauit. Vocatis siquidem in suam militiam Sclauis, primum Iuthos,

Bellum Suecorum in Danos.

Daniæ subactio.

Simon Snare.

deinde Fionenses superauit, Daniæq; uires ita effregit, ut longo post tempore nequiverint in pristinum statum suscitari. Quamuis enim Siuardus collectis undique copijs, arma in Simonem Schoningiæ præfectum conuertisset, ut superato, se & patriam in libertatem uindicaret, attamen nec potentia, nec fortuna par esse potuit hosti potentissimo, qui Gothari uiribus auctus, ubique inuictus apertabat. Nec contentus erat Siuardus Martis aleam semel tentasse, sed sepe bellum Simoni intulit, rursusq; ab eo latum sustinere cogebatur.

## CAPVT XVII.

**I**Nterea uerò cum homines per Gothiam & Suetiam, ad plures annos plus bellis, quam agris exercendis intrudere cogerentur, necessariò secuta est in illis regionibus frumenti inopia, & fames, non ob terræ sterilitatem, quæ per abundantem panem cultori rependere consuevit, sed quia (ut dictum est) agricolæ uomeres in gladios conuertebant. Quocirca Rex & procures, uocatis ad plebiscitum populis, deliberant, quomodo se à præsentissimo famis periculo prudentius eripiant. Quibusdam consultus uidebatur, senes, & pueros, omnemq; imbellem ætatem, acorato per ferrum fato, extinguere, quam sinere eos longinedia, quæ esset omni morte durior, cruciari: alij uerò lud consilium nimis inhumanum iudicabant, quo abiectione omni commiseratione, crudele ferrum sanguine inopertum, aut imbecillæ ætatis cruentaretur. Tandem communi omnium incolarum consensu decretum est, ut tam Gothi quam Sueones, in tres turmas diuiderentur, quarum tertia, quæ missis in urnam sortibus designaretur, patriam egredi, & sedes in alienis terris ui, uel fauore acquirere cogeretur. Coniectis igitur sortibus, qui extorres una cum

Fames in Suetia  
& Gothia.

Longobardorum  
exitum.

coniugibus & liberis iudicabantur, magno animo præsentis fortunæ uarietatem amplexi, mox duos præstantis animi iuuenes, Haconem & Hibbonem, duces, quibus parerent, elegerunt. Deinde in Moringiam, & ciuitatem Calmarniæ (quæ caput est Gothiæ Meridionalis) profecti, classem transuehendæ multitudini idoneam cõfestim præparabant. Qua præparata, mox in insulam Gotlandiæ, deinde in Teutonica littora, superato maris periculo, se contulerunt. Postremò superatis maximis difficultatibus, per maria & terras, per bella & labores, per regna & nationes, quietem in Italia inuenientes, gentem Longobardorum armis & uiribus illustrem, fundauerunt, in ea parte, quam olim Umbri habitabãt: qui inde à Tyrrhenis sunt eiecti, Tyrrheni à Gallis, Galli à Romanis, Romani à Longobardis: qui postremò illi terræ nomen indiderunt, quæ iacet inter Alpes & Apenninum, ut testatur Sabellicus.

Haco et Hibbo.  
Calmarnia.

Gotlandia.

## CAPVT XVIII.

**H**ic scio contra me insurgere Danos, qui suum Saxonem mordicus tuentes, dicent longè post hæc tempora Longobardorum exitum fuisse, uidelicet sub Rege Snione, qui sextus ab hoc Siuardo Danis imperabat, anno Christi (ut Danica historia testatur) sexcentesimo octogesimo sexto. Quod quàm alienum sit à ueritate, satis ostendit Paulus Diaconus, & alij rerum Longobardicarum scriptores. Crantzius etiam iuxta supputationem ex Eusebio, Hieronymo, & Florentino, diligenter continuatam usque ad Carolum Magnum, affirmat eorum exitum fuisse anno nato Christo trecentesimo octogesimo secundo: quem tamen Raphaël Volaterranus anno Domini quingentesimo uigesimo assignat, fortè ex littoribus Danubij. Deinde unã cum Sabellico asserit eorum ingressum fuisse in Italiam circa

annum Christi quingentesimum sexagesimum octauum, quanquã Blödus scribat eos paulò post, hoc est quinto, vel sexto anno Italiam intrauisse, sedente Papa Benedicto primo, cum alij dicant tempore Papæ Ioannis, qui hunc benedictum immediatè præcesserat. Ex quibus omnibus facile colligimus, Saxonem in ea supputatione lapsum fuisse, qui si considerasset eos tot habuisse Reges, multaq; temperagrasse, & plurima bella gessisse, antequam Italiani gredenterentur, nequaquam eorum exitum è Scandiana insula tam tardum affirmasset, quippe cum terminus regnorum in Italia assignetur, imperante Carolo Magno circa annum Christi octingentesimum, postquam auctore bellico in Italia CCIII. annis regnassent.

## CAPVT XIX.

Longobardorū  
Reges & præ-  
sides.

**P**rimum enim à Scandiana insula profecti (inquit Paulus Diaconus) Achonem & Ibbonem (ut dicitur) habuere duces. Iisq; fato functis, primum ea gens Agelmundum sibi Regem constituit. Eoq; à Bulgaris sibi accolis interfecto, Lanusio surrogatus est: qui Agelmundum necem ulcisci cupiens, in Bulgaros arma conuertit, eiq; maxima clade affixit. Lanusioni defuncto tertius Rex thus est successus: qui cum annis quadraginta regnasset, dochum filium sibi instituit successorem. Et post eum quatus Godocus Longobardorum regno præfectus est: in primus gentem illam in Romanorū provincias (teste Bedo) introduxit, terrasq; contiguas occupauit. Godoco defuncto successit Classo. Eiq; mortuo surrogatus est in septimum Regem filius Tatho: qui profligatis Herulis, paulò post interfectus fuit. Octauus Regum Vuacho, Vallarum cum filium habuit successorem. Post quem decimus Longobardorum Rex fuit Andoinus: à quo primum in Pannoniam

niam traducti annis duodequadraginta, prope Danubiū. Deinde sub ipso Andoino primum, & postea sub Alboino eius filio, qui Rex undecimus fuit, annis quadragintaduobus habitauere, dignitate, & maxima potètia aucti. Quippe eo tempore Alboinus Comundum Gepidarum Regem interfecit, eiusq; filiam Rosamundam sibi matrimonio copulauit: & Imperatoris Constantinopolitani, eiusq; ducum amicitia sibi parata, eis concessit duodecim millia equitum, qui in expeditionem Italicam à Narsete ducti, Totilam interfecerunt. Inquit Sabellicus: Florentissimum Longobardorum equitatum nulla uis tenere potuit: sed præceps per æqua & iniqua, quã uoluit, sibi fecit iter. Partem itaque multò difficillimam Italiæ emensus, circa Padum confedit.

## CAPVT XX.

**D**ucturus in Italiam Alboinus, magna usus prudentia, sibi undiq; prospexit. Nam ne in Pannoniam, si aliqua ingrueret necessitas, præcluderetur reditus, illam Hunnis concessit precario inhabitandam. Quos quidem Hunnos nequaquã ex Scythia tunc uenisse, sed ex illis fuisse constat, qui tot post Attilæ mortem incommotis affecti, & uarijs conflictati cladibus, partim Auares se dixerunt, partim in Pannonijs circa Danubium confederunt, omnibus subiecti, uel Gothorum, uel Gepidarum, uel Longobardorum gentibus, quas in illis uicinis regionibus cõtiguit habitare. Eumq; in modum Hunni gens clarissima, uariam habuere suarum rerum fortunã: qui Vestrogothos patrijs expulere scabibus, Ostrogothosq; prius subiectos, & simul Gepidas, Herulosq; Scythia eduxerunt. Et aliquando duce Attila in Romanis prouincijs, ac in Italia potentissimi fuerunt. At post eius mortem à Gothis derelicti, uaria

Alboinum.

Longobardorum  
in Italiam in-  
gressus.

Hunni.

Auaret.

incommoda sustinuerunt, donec præter omnem spem beneficium Alboini sedes quietas in Pannonia obtinerent, in quibus usque hodie nõ sine magna gloria & felicitate perseuerant, non modò se, suamq; regionem, uerum etiam totum orbem Christianum à potentiissimi Turce insultu, fideliter diligenterq; defensantes. Igitur Alboinus ex Pannonia cum omni Longobardorũ gente per Noricum (quæ Bauaria prius, mox Austria dicta est) Liburniam, atq; Iapidiam, Italiam ingressus est, anno tertio decimo Imperatoris. Ea quidem parte, qua semper fuit exterarum gentium armis obnoxia, in Carnorum ora, quæ nunc Forum Iulium, tumultuose confedit. Sunt qui dicunt Alboinum, cum primò Italiae limen esset ingressus, aliore quodam loco constitisse, unde in planitiem latè iacentem, uisgens erat prospectus, atque ad suos conuersum dixisset, est, uiri fortes, illa Italia, quam sequimur: iam eam capere tenemus. Forum Iulium, & omnia illi circumiecta loca, continuo deditioem fecere. Regnatum itaq; est per Longobardos in Italia ab hoc Alboino sub triginta duobus regibus, usque ad ultimum Regem eorum Desiderium: qui ob sacrilegia, & ingentes iniurias, quas Summo pontifici & Romanae ecclesie irrogauerat, à Carolo Magno Imperatore superatus, regnum tam potens & inclitum, quam in se, aut in sua posteritate deinceps recuperari amisit, Deo tam acriter & aperte uindicante iniurias ecclesie irrogatas.

## CAPVT XXI.

**H**is summam de Longobardorum egressu commemoratis, ad Gothorum Regem redeamus. Qui post Longobardorum exitum reliquam populi multitudinem ad nouam Reipub. normam perducturus, legem in primis

*Ecclesie iniurias uindicat Deus.*

adidit seueriorem, quàm efficaciorẽ, de seruanda in cibo & potu sobrietate: quæ est ab omnibus ob summam rerum inopiam utilis ac necessaria iudicaretur, tamẽ inuenti erant non pauci, qui potius uitam, quàm gulæ consuetudinem deposuissent: magisq; in uetitam ebrietatem, quàm alias in permissam ferebantur. Et hi erant, qui nobilitatem à parentibus, ignobilitatem à seipsis contraxerant, quiq; abiecta magna parte humane rationis, quicquid alimenti apud pauperem plebeculam inueniebatur, in suam & canum suorum ingluuiem satiandam extorquebãt, in minimo uitio reponentes, quando panem à pauperum liberis proxime perituris eriperent, canibusq; deglutendum abijcerent. Nec ea uiolentia pauperes oppressisse contenti, matronarum & uirginum pudicitiam incestare, inter præclara facinora computabant. Proinde Gotharus tam insigni nebulonum temeritate commotus, quosdam ex eis, ut ceteri terrentur, meritis supplicijs affecit: qui eo exemplo deteriores effecti, insidias in Regis caput parauerunt, tantum aberat, ut terror pœnæ homines in malo obstinatos, ad melioris uitæ frugẽ reuocare potuisset: quin potius uisum erat illis, patrocinium suæ turpitudinis à Danorum Rege Iarmero (quem admodum etiam nunc sæpius experimur) implorare. Igitur Danus Rex tales homines in eorum consuetudo studio conseruaturus, exercitum ex tota Dania coactum, cum ipsis in Suetiam direxit. Cõparauerat etiã Gotharus nõ paruum exercitũ, ueruntamen antequã in consiliũ deueniretur, suborta est inter Gotharũ & fratrem eius Fastonẽ perniciofa cõtrouersia, de legũ seueritate moderanda: quæ tantum inualuit, ut Fasto ipsum Gotharum inter mutue contentionis uerba, præcipiti furore trucidaret. Et nihilominus patriam ab imminentibus hostibus potenter ac prudenter liberauit. Quem etiam nonnulli

*Ebrietas.*

*Nobilitum prauis mores.*

*Iarmerus Rex Danorum. Nobiles Suetiæ Iarmerum uocant.*

*Fasto 75. Rex in Suetia.*



*Gudmūdus 76.  
Rex internus.*  
affirmant gubernacula regni in aliquot annos feliciter  
nuisse, eiusq; filium Gudmūdum post paterna fata in prin-  
cipatu successisse: cuius gesta, quia ab hominum memoriis  
exciderant, ab his historijs excidere permisi.

## CAPVT XXII.

*Adelus 77. Rex  
internus.*

*Consiliarij bo-  
ni.*

*Consiliarij ma-  
li.*

*Haraldus Ve-  
strogothus.*

**A**delus deinde Gothari per domesticos & fratre  
nas insidias trucidati filius, uel nepos, à proceri-  
bus populisq; administrando regno præficitur. Hic prima  
omnium à prudentibus consiliarijs persuasus, nobilitate  
qui pridem ob patris seueritatem Danici Regis auxilium  
implorauerant, in gratiam reuocauit, ne desperata cre-  
torum uenia, plures secum in desperationem adduceret  
resq; illas desperando attentarent, quæ uniuersam Re-  
publicam in ruinam irreparabilem præcipitent. At  
men odium, quod inter patrem, siue patruum suum, & fra-  
terum Danicæ Regem, seminatum propagatumq; fuerat,  
quaquam extingui sustinuit, sed ad plures annos occupa-  
nem, qua patris iniuriam uindicaret, expectauit. Tandem  
cum compertum haberet, Iarmerum malignis consiliarijs  
primum familiaritatis gradum secum tribuisse, omnijs  
eorum peruersa consilia atrociter agendo, communibus  
se locum odij dedisse, statuit non diutius expectandas  
se, sed confestim illum perdere, qui hominibus periculis  
cõtinuè inuigilaret. Nec deerat occasio, qua facile uocis  
pos euaderet. Quippe iam Vandalos, siue Sclauos, & Vi-  
ranos, & Liouones multis, magnisq; & enormibus iniurijs  
laceptos, in se prouocauerat. Qui missa legatione ab-  
solum sollicitant, ut secum arma in sanguinarium tyrannum  
suscipiat. Nec grauati postulatis assensit, qui forsitan ead-  
em his postulaturus fuisset. Collectis igitur aliquot ex Sueo-  
copijs, quibus Haraldum Vestrogothiæ Principem præ-  
ficere

ficere curauit, Sclauorum (quos hic Saxo Helleponticos  
uocare uidetur) exercitum auxit. Tum accedit Iarmero,  
quod omnibus tyrannis in extremam necessitatem col-  
lapsis, frequentius & iustius euenire solet, uidelicet ab om-  
nibus subditis contemni & derelinqui. Proinde non ausus  
in publicam aciem contra irruentes hostes prodire,  
ad arcem quandam, mirifico opere pridem à se constru-  
ctam, confugit, credens se in illa tutum præsidium habi-  
turum, quæ natura & arte fortissima uidebatur. Sed for-  
tis non erat, quæ per tyrannidem, & ex sanguine paupe-  
rum erecta erat. Interea tamen quum obsidione preme-  
retur, læto aspectu ex arcis fastigio prospicit, quomodo  
Sueones & Sclauis, partitionem prædæ acturi, sese mutua  
clade conficerent: constituitq; in ipsos tam discordes, re-  
pentè irrumpere, nisi quàm primum in concordiam re-  
uersi, sese ad arcis expugnationem præparassent. Quorum  
insultum ut Iarmerus intolerabilem animaduerneret, ad  
uota conuersus, Othini dæmonis auxilium implorat: ade-  
ratq; uocatus Othinus, & ita Iarmerum in re bellica in-  
struxit, quemadmodum pridem Heraldum contra Rin-  
gonem centuriandi artem docuisset. Enimuerò hunc & il-  
lum ad infelicem exitum, & turpissimam mortem adduxit.  
Huic quidem præcepit, ut hostium acutas bipennes lapillorum  
iactu repelleret. Quod quàm minime profuit, secutus belli  
uentus ostendit. Siquidè hostes, postquàm ad mota testudine  
& ariete, primos portarum aditus occupassent, conuulsis  
postibus, irruptaq; eade, Danos usq; ad unum obtruncant.  
Iarmerus uerò, qui se Othini præsidio & instructioni cre-  
diderat, utraq; manu, ac pedibus spoliatus, trunco (ut ait  
Saxo) inter cadauera corpore rotabatur. Parta hac cruenta  
victoria, amisissq; militum copijs, Haraldus maiore spolio  
victor, quàm militum numero sese Adelo restituit, sublatumq;

*Arx Iarmeri.*

*Othinus dæmō.*

emulum, nō sine ingēti audientis lætitia nuntiavit. Tum de-  
delus cūm pro adepta uictoria Deo uero gratias agere de-  
buisset, ad idolorū tēpla sacrificaturus, cum magna equitū  
pōpa accessit. Quō cūm peruenisset, e demq; Dianæ (cuius  
cultum Gothi à Græcis persuasi admiserāt) ingressurus  
set, subito equi lapsu corruēs expirauit. Nec longē ab eob  
co Regias sortitus est exequias, & monumentū. Verūm q  
eam Dianam non Asiaticam, sed Scythicā fuisse existim

## CAPVT XXIII.

Ostans 78. rex  
internus.

**O**stans post prēmaturam Adeli patris sui mo-  
tem, Gothiæ & Suetiæ Rex surrogatur: qui longē  
minora præstitit, quā patria ab eius fide atq; integritate  
expectauerat. Factus siquidem Rex ita suos consanguineos  
erigit, & magnificare contendit, ut omnes credere  
possent, ipsum non ob salutem regni & incolarum, sed so-  
lūm ob suam, suorumq; gloriam & fastum, ad regni sibi  
gūm conscendisse. Quicquid usquam in prouentibus Re-  
galibus erat, quod proceribus de Repub. bene meritis  
feudum conferri consuevit, illud in nepotes, & sortidiorum  
eorum familiam erogandum erat. Præterea exactio-  
tributa, grauamina populis imponebantur, ut publico  
muniūm mœore Regia illa generatio inclyta fieret, &  
lix. Vbiq; inter Sueones & Gothos querelæ, dolorq;  
ob inuictum tam tyrannicum principatum, at in cun-  
Regiorum consanguineorum, cantiones, tripudia, & om-  
nia lætitiæ genera audiebantur, ut quiuis sapiens iudi-  
dicere potuisset, tale regnum nihil aliud fuisse, quā pu-  
blicum latrocinium. Accidit interea Ostanum cum suis con-  
tribulibus à Suetia in Gothiam ob nonnulla regni negotia  
descendere: in quo quidem transiit, quædam nobilium ge-  
neratio circa oppidum Nicopense Regis aduentum obse-

Tyrannus.

quiosus & studiosus, quoad fieri poterat, excepit, om-  
niāq; humanitatis studia, quibus putabat rigorem animi  
eius emoliri posse, adhibere curauit. Sed ingratum erat,  
quicquid ingrato præstatur. Quocirca nobiles illi ui-  
dentes se, & omnia obsequia sua in oculis tyranni sorde-  
re, simulq; aduertentes ipsum ob inciuiles mores, & cru-  
delia facinora, in conspectu totius patriæ, omniumq; in-  
colarum uilipendi, atque in summo omnium odio uersari,  
obseruato idoneo tempore, ipsum unā cum eius into-  
lerabili progenie, & nequissima familia, somno uinōque  
sepultum, inmisso igne (sicut pessimè meritis erat) com-  
buserunt, plaudentibus cunctis bonis, illud horrendum  
monstrum de medio sublatum, quod potius super belluas  
& feras in desertis nemoribus, quā super liberos homi-  
nes imperium habuisset: eiusq; cineres ad perennem igno-  
miniam in præterfluentem torrentem iniecti suere. Dein-  
de illis nobilibus, qui tam nobile tyrannicidium perege-  
rant, decreta est publica laus, & honor sempiternus.

Tyrannicidarū  
laus æterna.

## CAPVT XXIIII.

**I**ngemarus improbissimi patris Ostani optimus filius,  
Cognomento Canutus, quia sæpe conabatur paternos  
mores suis consilijs immutare, palamq; ostendebat omnem  
patris tyrannidem sibi uehementer displicere, noluerunt  
illi generosi patriæ liberatores, eius innocentiam cum sce-  
lerato tyranno igne consumere, sed operam adhibere, ut  
procul à Rege atq; eius familia locatus saluaretur. Nec il-  
lud insigne beneficium in eum contulisse contenti, effecerūt  
etiā in publicis regni comitijs, in quibus de restituenda re-  
gni libertate agebatur, ut communi procerum populo-  
rumq; consensu in Regem assumeretur. Factus igitur Rex,  
tantum se in omnium uirtutū officijs exercebat, quantum

Ingemarus 79.  
Rex internus.

*Militia stultū.*

pater in omnium uitorū sordibus inquinatus apparatus. Militaris disciplinae negotia ita ad pristinum usum et gloriam reducebat, ut iuuetus, quae sub corruptis Ostianis temporibus à strenuitate et fortitudine maiorum defecit, nunc ad capeffendam uirtutem prouocata, egregijs militum operibus praeteriti temporis negligētiam aboleret. Pater enim domi et in patria omnibus Reipub. partibus, cōspiciatq; fortissimorum militum copijs, traiecit in Rusiam quam commisso leui et incruento praelio, ad deditio- haud difficulter adiegit. Rusi enim non tantum ad eius tentem militiam, quantum ad eius fame bonitatem respicientes, promisso tolerabili tributo, gaudebant se in societatem et confederationem deuenisse. Deinde

*Rusia suba-  
ctio.**Liouonum suba-  
ctio.**Curetum suba-  
ctio.*

Liouones et Curetes conuertens, pari industria uictoria affecutus est. His peractis, cogitabat domesticae quieti aliquot annos indulgere. Quibus euolutis, militiam suam Hyberniam, Scotiam, Britanniam eduxit, bellaq; et praeres insultus in illas insulas fecit: ueruntamen an uictor, an uictus euaserit, plenè ex historijs, quas sequor, non timo. Postremò optime paratam et armatam classiam Danos conuertens, eos post commissam acerrimam pugnam in deditioem suscepit. Quibus superatis, quam minus prouideret, atque in insula Balthici maris (quae Longam uocant) quasi securus uersaretur, Danorum perfidia et insidijs impetitus occubuit.

*Dania suba-  
ctio.*

## CAPVT XXV.

*Holstanus 80.  
Rex internus.*

**H**olstanus deinde, postquam pater eius Ingegnrus in fata concesserat, Rex Gothorum contentibus proceribus efficitur, Suecis ad Biornonem (de quo proximè dicemus) conuersis. Huic Holstano praebelli difficultas cum Siualdo Danorum Rege (qui Brode

ro successerat) emerfit. Affirmabat enim Siualdus terras Schoningiae, et Hallandiae, à Daniae regni integritate euulsas, ad Gothiae regni fines uiolentius, quàm iustius applicatas. At Holstanus Gothici regni terminos optimo iure defendens, asseruit ipsas terras Schoningiae nullo unquam iure, aut ratione, ad Daniae regnum pertinuisse, nisi forsàn aliquando uiolētis Danorū armis occupatae fuissent. Possessio autē uiolenta nullius temporis praescriptionem admittit. Nec diutius ualet uis, quam ius in armis uersatur. Cessantibus armis, quod iniustitia detinuit, iustitia restituere confueuit. Contra Siualdus dicere potuit: Si Schoningia, et Hallandia non essent de integritate Daniae, tunc Dania regnum ob sui exilitatem dici nequiret. Quid ad nos Gothos, inquit Holstanus, de amplitudine, uel exiguitate uestrae Daniae? Si enim originem gentis uestrae considerare uolueritis, inuenietis Ericum Gothorū Regem ante tempora Abraham patribus uestris in insulas Danicas sub tributo inhabitandas concessisse. Schoningia autem, uel Hallandia, quas ipsa natura à Danorum insulis, interiecto sinu maris, auulsit, nullo unquam iure ad uos Danos pertinebant. Haec aut his similia tunc, quemadmodum nunc, dici poterant, donec post multa uerba ad arma deueniretur: quae etsi Danus Gotho comminaretur, mors tamen, quae Siualdum Danum abstulit, abstulit et bella, quousque in defuncti patris locum succederet Snio, qui patre aliquantulum callidior, non per arma, sed per nuptias ad

*Schoningianū  
bellum.**Dania regnum  
exiguū.*

strahere Gothici regni partem nitebatur. Missa nanque solenni legatione, filiam Holstani in matrimonium postulabat. At Holstanus prudenter considerans, quorsum tenderent haec nuptiae, legatos cōstitim à se indignabundus abiecit: quos denuò, et importuniorē temeritate in eodē negotio reuersos, publico suspēdio consumpsit, praefectumq;

*Legati ignomi-  
niosa morte  
consumuntur.*

Schoningia Eschillum, adiuncto sibi socio Achillo, contulit, praeuonitum, quod peruigili cura illas terras à Dani Regis insultu custodiret. Deinde se ad Biornonis Suetia Regis amicitiam couertens, data ei in matrimonium filiam quam Snio postulabat, constantem ac perpetuam considerationem cum eo coniungere festinabat. His comperit Snio uehementer doluit Holstanum insidias callidè etrogitatas prudentius deuitasse: animaduertitq; armis esse, nō dolis. Quocirca expectato idoneo tēpore, comperataq; ex Dania, et uicinis terris militia, traiecit in Schoningiam: contra quem cum Eschillum incautius pugna superatus occiditur. Et ita Schoningia, quae iure ad Gothos attinebat, armorum potentia Danis paucō temporē cessit. Interea Holstanus in senium, et tandem ad mortem uergens, Gothiae regnum unā cum filia, Biornoni Suetia Regi commendauit.

## CAPVT XXVI.

Biorno 81. Rex  
internus.

**B**iorno igitur utriusq; regni Gothiae et Suetiae Regis armis et uiribus defensaret, attamen nulla uis tantorū rat, qua poterat eius calliditatem superare. Cum enim cōsideraret suā potentiā minorem esse, quam posset in noni bellū cum aliqua spe felicioris euentus inferre, et mentem omnino secum constituerat. Gothorum Regis filiam quamuis iam Biornonis uxor esset, sibi in spem adipsius regni per matrimonium copulare. Quod quia nimis arduum erat, quendam sub specie inopis et mendici in illam Biornonis transmittendum curabat: qui egregius simulatoris officio fungens, omnem operam adhibebat quomodo posset in Reginae colloquium, sub specie mendicandae opis, peruenire. Erant tunc, quemadmodum nō-

Mendicus pro-  
satur.

plures Dani in aula Reginae seruietes: horum callido ingenio usus, haud difficulter uoti compos euasit. Siquidem eorum consilio se in arctum angulum, per quem Regina transire cōsueuerat, abdidit: quae cum adueniret, ut sui miseretur exclamat. Deinde propius accedens, quasi petitā opem accepturus, submurmurat: Snio te amat. Regina quoque in arte dissimulandi nullo astuto uiro inferior, progreditur. Deinde actis negotijs, per uiam, qua egressa fuerat, reuertitur, mendico in eodem loco perseverante, quasi per importunitatem accepturus opem, quam prius Regina negasset: quae tunc palam uerba consolatoria praemittens, occultè insinuauit: Amantem me amo. Gaius optato responso mendicus, non quieuit donec simili astutia locum, et tempus inuestigasset. Tempus erat brumae initium, et locus prope sinum maris in Boeckerœr, quasi diceretis sigorum cogerem. His ex simulatore mendico compertis, Snio iam in summam spem assequendi Gothici regni erectus, tempus designatum expectat: cuius commoditate fretus, Regiam (ut sperabat) sublatis mariti opibus lauandi specie digressam, nauigio in Daniae partes deportandam curabat. Secuta deinde fuisse atrociam inter Reges bella, quae tales raptae semper comitari consueuerunt, multaq; mortaliū milia, in quibus nulla illius rei conscientia, aut consensus inerat, perierunt. Non enim semel, sed saepenumero, et accipiti euentu, uariāq; uictoria (ut dicit Saxo) dimicatum est inter hos Reges, cum alter iustas nuptias uiolatas uindicaret, coniugemq; reposceret, alter iniustas tueretur. Durauit illud perniciosum bellū in plures annos, cum tanta utriusq; partis pertinacia, et incommodo, ut sublatis agricolis, ipsi quoq; agri desolati iacerent. Proinde nonnullis appareret Saxonem rectè opinatū fuisse, quod Longobardi propter huius famis incommoda Scandianam patriam exilio

Dani obsequio  
insidias occultans.

Daniae Rex alia  
nae coniugis rō  
ptor.

Bellū Sueonum  
in Danos.

commutassent: sed in his à recta temporum supputatione multum dissentire conuincitur, prout superius in Gothorum dixerimus. Immo Albertus Crantzius circa hunc passum insurgens, queritur Saxonè Danicas historias nimis multas tradidisse. Quod etiam nulla ratione negari potest. Quippe cum omnis scriptorum turba affirmet, triginta duos Reges Longobarðis, ab eorū ex Scandiana insula exitu, usque ad ultimū ipsorum Regem Desiderium, supra quadringentos annos successiue præfuisse, ipse Saxo per tot seculum tummodò tres Reges, Biornem, Haraldum, Gormonem signat: Sueticæ uero historiæ interim uigintifex Reges merant. Crediderim ego eundem Danicum scriptorem ratione res Danicas per tot tempora dissimulasse, ne indignes patriæ suæ calamitates, quas tunc multis modis passus est, commemoraret. Siquidem ut ex Sueticis historijs colligimus, postquam (ut dictum est) Snio Danorum Rex, Biornonis Sueticæ Regis coniugē per insidias raptam, secum in Daniã transtulisset, occasionemq; cruentissimis bellis profuturisset, Daniã ipsa eisdem bellis non solum uastata, sed et desolata, ad extremam ruinam deuenit: in qua nunc Suetia & Anglis, nunc Noruegianis & Suecis, siue Gothis, nunc Vandalis & Teutonibus, nunc Gallis & Frisonibus parui uix regni nomen & titulum retinere ualebat. Cecidit uero in his ea diuturna pugna ipse Snio Danus: & Biornus Sueticus post adeptam de Danis uictoriam, uxoremq; recuperatam, parum superuiuens, in suta apud Upsaliam concessit.

## CAPVT XXVIII.

Raualdus 82.  
Rex inter-  
uus.

**R**aualdus autem præmortui Biornonis filius, circa annos Christi quadringentos sexaginta quatuor, Sueonum, Gothorumq; & Danorum regnis præfuit. Hic et si in omnes subiectos populos esset moderatissimus

mi animi, attamen tanta seuitia in Danos ferebatur, ut nullam penitus gratiam apud ipsum inuenire possent. Siquidem tenacissima memoria suæ matris raptum, quo in Daniã deducta fuerat, conseruans, omne ingenium suum eò cõuertere studebat, quò omnibus posteris compertissimum ficeret, tam temerariã illustrissimæ Reginæ abductionem, grauissimis pœnis aliquando punitã, uindictamq; fuisse. Erat in eius consilio Siggo quidam, generis nobilitate conspicuus, ceterum moribus adeò dissolutis, & peruersis, ut putaretur ab aliquo extreme uilitatis rustico procreatus. Ab hoc Raualdus persuasus, multa crudelius, quàm modestius in Danos cõmisit. Nam illustrissimas nobilissimorū uirorū coniuges, maritis inspectantibus, & nihil contra niti audentibus, ad infelicis stupri cõmercium passim à suis Succis rapi permisit: sepeq; eas in publica prostibula publicæ omnium libidini seruituras relegabat. Similemq; uim in uirgines per suos exerceri consensit. Hæ enim quantò illustriore loco natæ erant, tantò uilioribus cerdonibus, histrionibus, & similibus infumæ fecis hominibus matrimonio tradebatur. Itaq; unus unius Sueticæ Reginæ raptus, omnium Danicarū mulierum raptu ita compensatus erat, ut uniuersi Daniæ incole duram pœnitentiam usq; ad filios filiorum sustinerent. Proinde Dani longè prudentius egissent, si à tam atroci iniuria nulla necessitate prouocati abstinuissent. Tunc enim alijs populis in uirtutum officijs pares, parem Regis benignitatem nacti, & in omnibus eorū uotis experti fuissent. Ceterum hic Raualdus morbo, an bello decesserit, uel ubi locorum sepultus fuerit, non potui apud auctores, quos sequor, inuenire.

## CAPVT XXIX.

**S**uarmannus Raualdo in regnis Gothorum, & Sueonum, ac Danorum succedens, incertum reliquit, plusne

Consiliarius  
malus.

Danicarū mulierum  
uoluntatis.

Suarmannus 83.  
Rex interuus.

crudelitatis per uniuersum Daniæ regnum in uiros, quos  
 eius successor Raualdus in fœminas exercuerit. Quibus  
 cum uideret Danos Sueonũ Gothorumq; iugum nimis eg-  
 uatè sustinere, occultisq; & insidiosis molitionibus ad  
 missæ libertatis iura recuperanda continuè anhelare, ta-  
 to furore accensus erat, ut per sua numina iurauerit, se  
 nicas in insulas, occisis earum incolis, in solitudinem red-  
 rum: fecissetq; tam crudeli proposito satis, nisi quidam  
 dentiores consiliarij, Suetica modestia præditi, iuuen-  
 animum eius à tam atroci uindicta reuocassent, præ-  
 omni homine, maximè autem à Regibus & Principibus  
 longè abesse debere non modò crudelitatem, sed omni-  
 delitatis opinionem. Quibus consilijs persuasus, parum  
 tius quàm decreuerat, delinquentes puniturus, magni  
 norum numerũ proscripsit. Nec pauci erant, quos in  
 gliam, Galliam, Germaniam, cæterasq; tum uicinas, tum  
 remotas terras uendidisse dicitur. Ceteris autem, qui  
 uo numero in Dania residebant, tam seueriter domina-  
 tur, ut longè humanius egisse uidebatur in eos, quos nisi  
 mo pretio uendiderat, aut in longinquas nationes denu-  
 tos proscriperat. Qualis uerò erga suos Gothos & Sue-  
 nes fuerit, parum ex historijs compertum habeo. Præ-  
 mihi persuadeo, quòd apud eos satis moderatum, boni  
 Principem se gesserit: alioquin in Sueticis historijs tyran-  
 dis notam minimè euassisset. Solent enim res crudeliter  
 citerq; gestæ, tenaciore memoria retineri, & diligentius  
 perpetuam posterorum considerationem destinari, cum  
 interim optima bonorum Principum gesta citius dilaba-  
 tur, uel tenuissima memoria ad futurorum notitiam trans-  
 mittantur. Euenit huius Suartmanni obitus in terra  
 gothorum, circa annum Christi quingentesimum nonum  
 postquam annis circiter uigintiocto regnasset.

CAPVT

## CAPVT XXX.

Tordo igitur posthac in paternum principatum sur-  
 rogatus, in nullo se clementiorem erga Danos exhibuit,  
 quàm isti duo memorati Reges, per quorũ manus tam  
 inchyta regnorum scepra acquisiuit. Quocirca cum Da-  
 nie proceres animaduertent suam Daniã, armis & exer-  
 citibus Sueticis Gothicisq; miserabiliter obtritam, situ &  
 squallore marcidã, culturæq; inopem iacere, præterea se,  
 & uniuersos Daniæ incolas, adeo insigni paucitate cõtem-  
 pitibiles, ut nihil prorsus reliquũ spei haberent, quo uel se,  
 uel charissimas coniuges suas, siue liberos tueri possent, im-  
 mò tam deiectas, & desperatas omnes suas fortunas, ut nihil  
 ultrà ad suam ipsorum calamitatẽ addi potuisset: proinde  
 communi inter se consilio habito, firmiter decreuerũt, aut  
 honesta morte occumbere, aut dudum amissam libertatem  
 aliquando recuperare. Sed cum rursus attenderent Gotho-  
 rum uires tantas esse, ut Danorum uiribus nequaquam su-  
 perari possent, cœperunt se paulatim ex patria in Angliã,  
 Galliam & Germaniam, cæterasq; terras ad suos, qui pri-  
 dem à seuro Rege proscripti fuerant, subducere. Deinde  
 missis hinc inde nuntijs, consilia liberandæ patriæ inquire-  
 bant, seq; mutuò confortare, exhortari, & urgere non ces-  
 sabant, donec exercitum ingentem ex Anglia, Hollandia,  
 & Gallia compararent: sibiq; quendam Heroldum, siue (ut  
 uerius puto) Haraldum ex suis, Danico sanguine illustrissi-  
 mum, gerendi belli ducem præfecerunt. Hic autem præci-  
 pius inter eos proceres erat, quos Rex Tordo concitatio-  
 re quam prudentiore animo in Britanniam pridem relega-  
 uerat, satis ita disponentibus, ut ille seruandus proscribere-  
 tur: à quo tandem Dania pristinae libertati restitui sperare-  
 tur. Itaq; Heroldus primum ab illis Danis, qui in Britannia  
 confugerat, uel qui proscriptione damnati illuc inuili per-

Tordo 84. Rex  
internus.Daniã amissã  
libertatem  
spirant.

Heroldus.

Consiliarij  
boni.Dans proscripsi  
& redditi.

uenerant, deinde ab illis, qui per Galliam, & Germaniam dispersi fuerat, in Principem assumptus est. Insuper de sua gente primam agere curā, nō distulit praeualidam classem comparare: & citius quā Tordo opinabatur in Daniam adueniēs, magnā eius regni partem occupauit. Occupauit etiam Tordonem, nisi se celerius ad Vestrogothos recepisset: apud quos paucis diebus manens, in superabilem certum contraxit. Quo succinctus, cōfestim in Daniam retotantq; Danorum multitudinē, nondum in regno non recuperato confirmatā, facili Marte superauit, & profugit. Quo euenit, ut Heroldus collectis infelicis pugnantibus, denuo in Angliam nauigaret.

## CAPVT XXXI.

Præerat eo tempore Britannis ille inuictissimus Arturus, de cuius amplissimo imperio, & multis triumphis, plura in historicis monimētis traduntur, quae facile credi possint. Hic igitur ab Heroldo contra Tordonem opem ferre rogatus, non grauātē amici precibus nouit, præfatus se nihil libentius unquam egisse, quā illud bellū cum Rege potentissimo acturus esset, qui illa summa Gothorum & Sueonum gente, cæterisq; ualidissimis populis stipatus esset. Educitur itaq; ex Britannia, & Hollandia, maxima classis, in qua innumerabilis pugnantium multitudo ad Daniam liberationem aduehebatur: & etiam maximis Scotorum copijs, quas eorum Rex Angliæ schelus ducebat, aduicta, à Tordone non minore potentia ad nauale bellum præparato, intra illud fretum, quod Cimbro à Gothis separat, excepta est. Statimq; ad certum prælium deuenit: quod toto triduo adeo pernicibus animis ob summam utriusq; partis uirtutem agebatur, ut neutra earum saltē coniecturare posset, quorsum

uictoria sese inclinaret. Tandem Germanica classis Gothos Sueonesq; à tergo inuadens, Arthurum, cuius signa sequebatur, uictoriae compotem sine mora effecit, ipsosq; ut potius se, suamq; patriam conseruare, quā Danis impere curarent, coegit. Itaq; Arthurus tam gloriosam uictoriam affecutus, Daniam ipsam non Danis (ut sperabāt) sed sibi, suisq; Britannis, ac Scotis subiectam esse uolebat. Quo facto infelices Dani, cum se ab uno Sueonum Gothorumq; iugo liberatos putarēt, geminum, immō multiplex, idemq; longē atrocius sibi impositum experiebantur: sub quo diutius oppressi, non modō ab Anglis & Scotis, uerū etiam à Noruegianis, quibus Arthurus (teste historia Scotica) consanguineū suum Loth in Regem præfecerat: præterea à Wandalis, & Teutonibus, à Gallis, & Frisijs, cæterisq; populis Arthurō subiectis, plurimū diuexabantur, quamuis Anglorum iugum sæpius excutere tentantes, Arthurum ad pertinacem indignationem prouocasse uidebantur. Quanto autem tempore Dania sub tam graui tyrānorum iugo laborauerit, historiae quas sequor, nō explicat: si tamen cōiecturare liceat, pluribus annis, aut seculis, tam infelicitè oppressa desolataq; iacebat. Solent enim feliciora regna post tot bellorū tempestates tardē resurgere, quādo tenuia (quale est ipsa Dania) nunquā, aut tardissimē ad pristinas fortunas restitui possent, cum interim Suetia pluribus annis (modō domestica cōcordia adsit) potentissimos exercitus alere, & potentissimis hostibus absq; aliqua sui læsione resistere queat. Sed nunc ad Tordonē redeamus: qui pace, uel inducijs inter se, & Arthurū positis, ad plures annos quietē feliciterq; regnauit: quē alij apud Vestrogothos in ciuitate Scaresburg, alij apud Suetios in Upsalia sepultū affirmāt. Nec apud me illæ historiae probabiles uidentur, quæ asserunt Arthurum Suetiæ Gothiæq; imperasse, quāuis eas (ut nunc di

Sueones & Gothi ab Arthurō Anglo uicti.

Arthurī imperium latissimum.

Dania subactio.

Arthurus Anglus.

Anglicus schelus Rex Scotorum. Bellum tri-duanum.

ximus) aliquando expugnare contendebat.

## CAPVT XXXII.

Rodolphus 85.  
Rex interuus.

**R**odolphus Tordoni fatis absumpto, in regni-  
 plissimis succedens, adeo magni & præstantis  
 animi erat, ut nullos aut certe paucissimos summorum  
 tutum suarum imitatores habere possit. Enimvero post  
 aliquot annis apud Gothos Suecosq; cum admirabili  
 dentia & maxima morū honestate præfuisset, coepit  
 dam ingenti animi magnitudine animaduertere, quā  
 na caducaq; sit omnis huius mūdi pompa, et gloria, præ-  
 tim Regum & Principum: qui cum sint omnium hominum  
 infelicissimi, nihilominus sese ceteris omnibus felicioribus  
 stimant. Quocirca ne ea uanitate usq; ad ultima fata  
 tus detineretur, contempto desertoq; tam lato & magni  
 co imperio, se totum in pristinam libertatem uindictam  
 sumptoq; secum honestissimo comitatu, potius elegit in  
 lienis terris peregrinari, quā in proprijs per continuas  
 afflicti animi molestias imperare. Non enim contentus  
 Germanicas & Vandalicas terras perlustrasse, nisi etiam  
 peragrata Græcia, tandem ad Gothos in Italia regnum  
 perueniret, discretisq; quantum in armis apud exteras  
 tiones ualuisset. Hic est enim, de quo Iordanes Gothicā  
 sua Historia sic habet: Rodolphus non ante omnes, sed  
 te multos annos, cum in Scandia Rex esset, contempto  
 prio regno, ad Theodorici Regis Gothorum gremium  
 uolauit, & ut desiderabat inuenit. Ceterum rediens  
 post tot peregrinationes in patriam, an extra ipsam mo-  
 tuus fuerit, omnino ignoro, quia autores, quos se-  
 quor, id ipsum ignorare ui-  
 dentur.

Iordanes.

CAPVT

## CAPVT XXXIII.

**H**Athinus, à cuius nomine Regia sedes Hathuna a-  
 pud Suecos nomen accepit, in latissimo principatu,  
 quem Rodolphus insigni magnanimitate cōtempserat, suc-  
 cessit, eo ferè tempore, quo Iustinianus ille legum conditor  
 imperabat. Huius Hathini memoria apud Procopiū Græ-  
 cum historicum memorabilis inuenitur. Quippe in secun-  
 do libro belli Gothici mentionem Herulorum faciens, asse-  
 rit eos tempore ipsius Hathini, quem Datinum uocare ui-  
 detur, Regem ex insula Tylensi, quam Plinius, & alij ple-  
 riq; Scandianam uocant, sibi elegisse. Cuius uerba prout ab  
 eo posita sunt, prius assumā, deinde ea omnibus modis am-  
 plissima Scandianæ insulæ conuenire probabo. Heruli si-  
 quidem, inquit ille, eorū Rege Amarico temerè interfecto,  
 cum suorū morum ut feritatem, ita & animi præ se furorē  
 tulissent, pro patrato iam scelere nil aliud causæ asserēbāt,  
 nisi quòd sub nullius se uelle in posterum dicerent imperio  
 esset, ametsi antehac nemo ferè, qui in hos imperiū habuis-  
 set, à privato quouis differret, ut cui omnes sine discrimine  
 & asidere, & conuesci unā impudenterq; & ut cuiq; pla-  
 citum conuitari, iurgariq; soleāt, adeo ut nullis uspiam ho-  
 minum Heruli fuerint intemperantia, & leuitate inferio-  
 res. Iamq; eos facti pigebat: nec sine Principe esse, nec sine  
 duce ad bellū uitā se ducere posse apertius affirmabāt. Itaq;  
 cum multū ac sæpe ea de re cōsultassent, præstare omnibus  
 ussum est, ut ex Tyle insula, unde eis origo esset, aliquem  
 sibi Regio ex genere confestim excirent, qui his imperaret.

Hathinus 86. 7  
Rex interuus.Iustinianus  
Imp.  
Procopius.

Heruli.

## CAPVT XXXIII.

**C**onstat autem Tylem hanc insulam longè plurimū  
 undequaq; potentissimam esse, quippe quam decies  
 ferant maiore esse, quā Britannia sit, à qua longius abest,

Tyles insula de-  
scriptio.



ut in Boreā sita. Hac ipsa in insula deserta plerāq; sunt, et  
ingentibus uacua spatij loca: quæ uerò frequentiora eadē  
cuijs sunt, et hominum cultu, nationes tredecim numero  
colunt, affluentissima quadam mortalium multitudine, ut  
gesq; singulis nationibus præfunt. Et apud has uniuersa  
mirandum quid fieri contingit. Siquidem circa supremū  
æstatis tempus, dum in autumnum hæc se circumagit,  
quadagesimum plurimum diem haudquaquam sol in  
ciduum uergit, sed per omne id tempus supra terram  
stet, et uisitur. Dein non minore quam mensium sex inte  
uallo, circa hyemis postrema, eadem in insula per dies  
quadraginta nusquam comaret, sed perpetua hæc offu  
ditur nocte: unde et per id temporis negotiorum omnia  
remissio tenet qui in ea regione sunt homines, quando  
dem nullo pacto uersari inter se bi mutuò queant. Mā  
rò hanc insulam adcundi, etsi nimum peroptant, ob  
nunquā occasio est, ut miranda ista conspicerem: ab his  
men quærendo, et sciscitando, qui inde se ad nos conu  
runt, num ea in insula statis temporibus sic oriretur, ut  
ditur, sol, et occideret, certiorum esse eius rei compen  
mam, ex eorū præsertim relatu, qui solem identidē affu  
rent per dies hos quadraginta nec occidere quidē, sed  
regionis hominibus in Orientē alibi comparere, et  
nullis in locis ad Occidentē, ad horizontemq; rursum  
redeuntē, eundem sese in locū recipere, ubi et die super  
orientē conspexerant: et hunc in modum noctē unam  
computare iam pertransisse: rursumq; cum noctū temp  
aduenerit, ut lunæ, ita et syderum cursibus aliorū  
uerfis dierum hos spatia contemplari: deniq; dierū quinq;  
et triginta magnæ huius et perpetuæ noctis trāsactio  
tempore, in montium cacumina ex eorū cōsuetudine no  
nullos emittere speculatū, ut sicunde fortē, et ex aliqua

Diei et noctiū  
longitudo.

cula solem prospexerint, hominibus statim inferiora tenc  
tibus loca renuntient, post quintum diem ut his sol omnino  
illuceat, fore: tūc uniuersos, ut fausta sibi renuntiata, pane  
gyricis laudibus celebrare: et hæc ipsa in tenebris agere.  
Et Tulithis hæc quidem hominibus præcipua quædā sunt  
solennia, cæterorumq; maxima. Mihi uerò formidine deti  
neri insule huius habitatores uidentur, tamesi id eis in sin  
gulos annos contingat, ne se prorsus sol ipse destituat.

## GAPVT XXXV.

EX his uerò, qui Tylum hanc insulam incolunt, barba  
rorum natio quædā, ac sola, qui Scricfinni uocatur,  
belluarum in morem uitam ducunt, ut qui nec uestibus ope  
riantur, nec calceati incedāt, nec uino utantur in potū, nec  
ullum habeant è terra eduliū, quandoquidē nec eam exco  
lunt, nec semine quicquam operentur: sed cum uxoribus ut  
ri uenationibus student. Bestiarum nanq; et animantiū,  
cæterorumq; uim maximam his exhibent syluæ, quæ uastæ  
ea in regione procul dubio sunt, et editissimi montes: unde  
ferarum carnibus diuescantur assiduo, quas uenando com  
prehendūt: et earum tergoribus uestiuntur, cum apud cos  
lini, lanæ uenullus sit usus, nec cōsuendi ars ulla, uel instru  
mentum, sed belluinis hi neruis inuicem tergora colligant  
tes, totum integunt corpus. Atqui barbarorum id genus ui  
tam sic transigit. Alijs uerò in rebus Tulithæ omnes, non  
magnum in modum à cæteris mortalibus differūt. Deos si  
quidem, ac dæmones plurimos colunt, cœlestes partim, ut  
rentur, partim aërios, et qui terræ ac mari præsideant, et  
cuiusmodi alijs, qui in aquis, ac fontibus, fluijsq; uersari tra  
dūt: hisq; frequētissimè immolat cuiusuis generis hostias.  
Sed uictimarū potissima apud hos uir aliquis est, quem om  
nium primum in prælio ceperint: hunc nimirum mactan  
do, Marti sacrificant, ut quem Deorum maximum die

Scricfinni Ty  
lenfes.

cant. Sed ea est apud hos immolandi consuetudo, ut non solum hostiam mactent, sed in arborem uiuam hanc primo suspendant, indeq; inter senticeta & uepres proiecta, sicut riji ac miseris modis excruciendo conficiant. Id uita gens Tulenses ducunt, gens sane in terris haud dubie unica, quo hominum exuberet multitudo. Et hos quidem fuisse constat, ad quos olim cohabitandi ob gratiam, aduenienteruli diuerterint. Nunc uero Herulorum est gens, qui ad Romanos (ut diximus) meruerant, sui Regis caede patriae primoribus quosdam ad Tylen insulam mittunt, qui genter peruestigando ad se demum deducerent, si quem te regio ex sanguine oriundum ea in insula inueniret. Tum illi, ubi eò est peruentum, plerosq; comperiunt Regij generis homines ibi adesse, è quibus uno duntaxat qui sibi per placuisse delecto, ac secum deducto, reuertebantur. Sed qui forte deducebatur, morbo correptus emoriit. De rursus Heruli insulam repetunt, & alterum quosdam, Datinum nomine, secum abducunt. Hunc Aorodgeti manus frater, & ex Herulis, qui Tules erant, iuuenes de centi sequuntur.

## CAPVT XXXVI

**L**ongas igitur in itinere faciendo his moras tradibus, Herulos, qui ad Tylen insulam nuntios missi, cogitatio subijt, nullo suo ex commodo id se facturos, sicut iniano inuito ex Tyle Principem sibi exciuerint. Unde confestim Byzantium mittunt, Imperatorem rogatum, decem quem mallet sibi ut traderet. Tum ille Herulorum quempiam Byzantij diu uersatum mox mittit, Suartmannum nomine, quem Heruli tum primum benigne susceptum, uolentem quidem ut Regem salutant, & uenerantur, iubentiq; consueta obsequuntur, & parent. Haud multo

multos inde post dies aduenit, qui his nuntiaret in proximo esse, qui ex Tyle insula ad se missi cum Rege redirent. Suartmannus uero uenientes hos perditurus, obuam ire Herulos mox iubet. Tum illi Regis uoluntate probata, hinc statim sequuntur. Verum ubi diei iter a suis hi abfuerit, nocte clam Rege deserto, uno agmine omnes ad eos, qui nuper ex Tyle aduenierant, ultro transfugiunt. Suartmannus uero ab omnibus destitutus, Byzantium solus profugit; quem Imperator Iustinianus in principatum restituere omnibus uiribus nitentur, sed Heruli Romanorum potentiam ueriti, ad Gepidas defecerunt. Haecenus ex Procopio Tylenensis insulae descriptio ad uerbum assumpta, Scandiam insulam adeo ueraciter exprimit, ut in nullo, nisi solo nomine (teste Francisco Irenico) ab ipsa differat. Causa autem, siue occasio, cur etiam Tule nominetur, assignari poterit. Si quidem nauigantibus à Britannia in Borealem, siue Aquilonarem Scandiam, primo in ipsius litore occurrit terra Tylemarchiae (quasi diceretur Tylenisium patria) haud exigua Noruegiani regni portio. Cetera quoque ita conueniunt, ut nulla prorsus differentia inter hanc, & illam inueniri queat. Scripsimus, quos Procopius in extremis Tyles partibus collocat, Iordanes, Paulus Diaconus, Irenicus, compluresq; alij, ultimis Scandiae desertis attribuunt. Constat praeterea nullam aliam insulam potentissimam, & affluentissimam quadam mortalium multitudine inhabitatam, à Procopio assignari potuisse. Quam enim aliam decies maiorem tota Britannia, tredecimq; nationes, & totidem regna in se continentem adduceret? quippe cum Plinius ipsam alterum orbem uocari dicat. Nec alibi quam in Scandia, diuturnior dies in aestate, & rursus prolixior nox per hyemem inuenietur. Quòd autem in tam prolixa noctis tempore intermissionem om-

Heruli ex Scandia Regem petunt.

Datinus Rex Herulorum.

Suartmannus.

Scandia & Tyle eadē insula.

Tylemarchia.

Tylenensis insula ampliando.



nium negotiorum affirmet, non assentio, cum comperim sit lunare sydus, paucio intermisso tempore, nocturnos con-  
gressus, parum minus quam solem ipsum diuturnas opera  
adiuuare; restantq; absente sole duo crepuscula, videlicet  
matutinum, & uespertinum, in quibus paucule diei reliquae  
noctes ipsas (ne penitus noccant) illustrant: immo suppo-  
res ipsi, ut sphaericalis ratio satis ostendit, continua luce, no-  
lis interrupta tenebris, perfruuntur. Caeteris uero Scandi-  
nis, ut magis uel minus suppolariibus accedunt, noctes da-  
augentur, uel diminuantur. Scricfinni uero non adeo di-  
tuti sunt indumentis, quemadmodum idem Procopius dicit,  
qui asserit eos nec uestibus operiri, nec calceatos incedere.  
quinimo ut ait Iordanes, pretiosius induuntur, quam ma-  
gni Principes, qui nullum indumentorum genus pretiosius  
putant, quam zabellinis, & hermelinis pellibus subditi.  
Et haec quidem pelles omnibus Scricfinnis, cuiuscumq; ho-  
runt sexus, etatis, aut ordinis, adaptantur. Suntq; apud  
pretia uili, & ferè nullo, praesertim hermelinae, quas mi-  
nimum uilissimas putant, eo quod foedissimus sit eorum co-  
ualium coitus, lepraq; ex earundem pellium contactu ga-  
retur. Proinde prudentius agerent Principes, si a sceler-  
linas procul remouerent. At dicit uinum eos non habere  
fateor equidem id uerum esse. Sed quid opus est Scandi-  
nis uino, qui sine eo robustiores sunt caeteris mortalium  
no utentibus, & eius haustu non raro periclitantibus? In  
quidam Romanus Imperator suis militibus: Cur de defici-  
uini conquerimini, cum Tyberim habetis? Ad caetera uero  
quae Procopius de Tylenibus dicit, opportuniore loco re-  
spondebimus. Interea ad Hathinum redeunt, attendunt  
ipsum Herulorum legationem benigno promptoq; animo  
excepisse, eisq; Vlfonem fratrem suum in Regem constitu-  
tuisse. Quem cum mox in ipso itineris ingressu mortuum  
didicisset,

didicisset, in magnam suspicionem deuenit, ipsum dolo &  
insidijs deducendum perissequi. Proinde missis confestim post-  
terga abeuntium copijs, Herulos ad se reuocauit. Qui post-  
quam innocentiam suam euidenter argumentis declaraf-  
sent, ab Hathino eiusdem nominis filium in regni successo-  
rem impetrauerunt: quem abeuntem Tordo, alijs Aordo,  
germanus frater, una cum Herulorum nobilissimis dedu-  
cit: deductusq; non solum Herulis, sed etiam Gepidis Rex  
constituitur. Caetera huius Hathini gesta, ingratae obliuio-  
nis silentio perierunt.

## CAPVT XXXVII.

**A**tilius deinde ad rerum summam perueniens, ma-  
gis conseruandis, quam extendendis regni finibus  
intendebat, plusq; paci & tranquillitati, quam bellis ani-  
mum applicabat. Cui demum satis absumpto, Tordo tam-  
apud Gothos, quam Sueones, ad Regia sceptrum conscendit:  
quae postquam paucio tempore tenuisset, in fata concessit.

Atilius 87. Rex  
internus.Tordo 88. Rex  
internus.

## CAPVT XXXVIII.

**A**lgothus deinceps Regium nomen & sceptrum for-  
titus, nihil minus Gothicae Reipublicae praestitit, quam  
Iunni & optimi Reges ante ipsum unquam praestiterunt.  
Quippe ut sui nominis interpretationi, quae totum bonum  
significat, satisfacere, diligentissime cauuit, ne quicquam age-  
ret, quod totum bonum non esset. Siquidem primum om-  
nium post acceptam Regij nominis gloriam, tam in regno,  
quam cum uicinis terris & populis, firmam ac diuturnam  
pacem componendam curabat, legesq; omni humanitate  
plenas, expolis prius cunctis tyrannorum institutis, promul-  
gauit. Inter caetera autem multa, & optima constituit, ut

Algothus 89.  
Rex inter-  
nus.

omnes causæ, siue controuersiæ, prius ad arbitriū optimorum uirorum, qui in disidentium territorio inueniebantur, componerentur, quam ad aliquod iudicium deueniret: recte existimans, summum ius, summamq; iudicia, summum esse iniuriam, nisi bonorum uirorum arbitrio præueniatur. Proinde in omnibus tribunalibus primas partes equitati, miserationiq; tribuendas esse uolebat: nihilq; rigidum aut seuerum, siue præcipitanter in iudicijs fieri permittebat. Quo factò, omnes Reipub. partes ab ipsa radice secescere uelle monstrabat. Enimuerò cum æqua, incorrupta iudicia ubiq; seruarentur, paci & tranquillitati omnes subsulebant. Factumq; est ut Algothus illius domesticæ potestate commoda assecutus, animum suum ad indaganda nationum secreta, quæ ad Septentrionem in suppolariibus regionibus contineri dicebantur, applicaret. Fama enim didicisset nonnullos monstrosi generis homines, quos Memmingi uel syluarum Satyros uocabant, illic mansionem complexos, magnarumq; rerum, & eximiarum opum acribus possidentes: at locorum aditus inuis, & uix superabilibus impedimentis obsitus asserebatur. Quocirca non pauca uehicula pro se, ac suis comitibus adaptat, ceruicinos, ceruos iugales applicari præcepit. Sunt autem ceruicinos, quos Albertus Magnus Rangiferos appellat, non paucos numero etiam nostro tempore in illis terris sub polu- gentibus, cursu quidem uelocissimo præstantes, ut polu- uno die tantum itineris peragere possint, quantum uulgi- equus uix toto triduo absoluit. His itaq; ceruis Algothus instructus, inuistata celeritate eximia montium iugata ascendit, commissosq; cum syluarum Satyris prælio, uictus euasit. Deinde ea uia, qua uenerat, in Suetiam reuersus, armillas, gladios, arcus, sagittas, ceteraq; eiusdem generis spolia uictis crepta, inter amicos distribuens, nil sibi prætere-

Suppolarium re-  
gionum mira-  
bilia.

Ceruicinos.

Algothus Saty-  
ros suppolares  
denicit.

rum gestarum gloriam uendicabat. Eoq; singulari facinore Hotherum olim Suetiæ Regem æmulatus fuisse uidetur: quem Saxo asserit simili profectioe & industria eo peruenisse, uictumque Memmingum syluarum Satyrum, armilla gladioque spoliasse. Post hæc Algothus uocatis in concionem proceribus, consilia gerendi belli in Rotherum Russiæ Principem inquirat. Hic enim Rotherus, cum pridem compertum habuisset, Algothum in suppolariibus regionibus diutius occupari, piraticam in Orientales Suetiæ partes (rupto fœdere) transferre non distulit, omniaq; rura littoribus proxima, ferro, flamma, rapinaq; defœdauit. Deinde audito Algothi reditu, in sola fugassem omnem reponens, in suam regionem remeauit. Algothus autem tam atroci iniuria prouocatus, confestim quas poterat copias eduxit, quibus non modò paria, sed longè grauiora damna Russiæ incolis irrogabat. Quippe quæ ille in Suetica littora commiserat, hic maiori exercitu succinctus, in uniuersam Russiam cumulato scœnore repēdebat. Enimuerò omnes Russorum terras flamma, cædibusq; inuoluens, non quieuit donec eas in suam redigeret potestatem, efficeretq; ut Russi imperata facerent, & Suetiam perpetuo tributo agnoscerent superiorem. Reliqua eius gesta apud autores, quos sequor, non inueni: sed quòd deinceps publica & perpetua pace gauisus, ad optatam perueniret senectutem, sepultus Upsaliæ in antiquorum Regum monumentis.

Hotheri uictoria in Satyros.

Rotherus pirata.

Russie sub-  
Elio.

## CAPVT XXXIX.

Costagus post fata Algothi in regnorum administratione successit, iusto iniustissimus, proboq; repro- bissimus, & agrestis tyrannus. Hic enim quamuis à principio Ostanus dictus esset, attamen ob tyrannidis magnitu-

Costagus, aliàs  
Ostanus, 90.  
Rex internus.

dinem Gostagi nomen obtinuit. Gostagus siquidem bonum, siue prædiorum raptorem, lingua Gothica exprime-  
re uidetur: quod utique nulli unquam tyranno iustus po-  
terat adaptari, quàm huic sceleratissimo homini: qui ab-  
erat à sanguine Regio remotus, ita quoque ab omni uirtu-  
te & honore remotissimum sese omni tempore ostendebat.  
Filius hic erat cuiusdam nobilis uiri ignoti nominis  
qui ab omnibus adeò ridiculus estimatus erat, ut eo loquente,  
siue ignauius balbutiente, cuncti qui aderant, immo-  
co ora risu laxarent. Mater quoque eius Thorilla  
marito nupta, omnibus exposita erat. Quocirca ex illius  
parentibus, quid aliud quàm tale omnium uitium  
portentum poterat generari? Duabus tamen potissimum  
causis, ad regnorum sceptrum conscendit. Prima, quòd  
præuæ malignæque naturæ uita, per summam astutiam  
cultare sciret: altera, quòd regni proceribus in bello  
nito, ut gentem illam post fata Algothi rebellantem sub-  
garent, occupatis, ipse plebeie multitudinis auxilio  
tutus, tyrannidem nullo resistente arripere: in qua adde-  
deliter, & auarè, atque impiè præfuit, ut uix ullus ad-  
gine rerum usque ad eius tempora, cum tanta feruori-  
beris hominibus dominaretur. Nullius res securam  
gum-obseruantia: nulla domus, siue possessio ab iniuri-  
bera: uite integritas, morù honestas, omnisque iusti & o-  
ratio, euersa Repub. sublata est: homicidia, adulteria,  
ne, furta, omniaque enormium scelerum genera, loco delin-  
simorum facinorum ducebantur. Que enim uirtus ad-  
& quod flagitium deesse potest in illa Repub. cuius  
publicus patriæ hostis efficitur, nihilque ab infamissimi latro-  
differre uidetur? quem admodum hic Gostagus, qui  
uam fortunam inuasisit, ut nullus eorum sciret quid suum  
set, aut quandiu rerum suarum dominus existeret. Con-

Tyrannis Osta-  
ni incredibilis  
& belluina.

arios, & ministros sibi similes habebat, per quos suæ  
iniustitiæ insaniam passim & ubique exercens, omnibus ci-  
uibus, qui opulentiores putabantur, insidiosos delatores  
excitauit. Eratque omnibus cuiuscunque sortis hominibus  
liberum, quoscunque locupletes, etiam in Senatu regni cõ-  
stitutos, deferre. Nec facilis erat delatis uia euadendi, cum  
conficta crimina eosdem haberent iudices, & testes, quos  
tyrannus subornauerat delatores. Quo euenit, ut etiam do-  
mini à seruis coram eo delati, omnium fortunarum, & ui-  
tæ discrimen sustinerent. Eo nanque ingenio omnium ci-  
uium fortunas confiscauit: putabantque illi secum clementer  
agere, qui miseræ uitæ reliquias unà cum opibus non amife-  
rant. Nec quicquam ex tot tantisque opibus in regni utilita-  
tem impendit. Arces, castella, oppida, prædia, uillas, pos-  
sessiones, quæ ad Regios prouentus spectabant, funditus  
desolari permisit: & dum uideret proceres, aut ciues do-  
mos, siue arces erigere, illiberali ioco ad suos consiliarios  
ait: Sinamus hos homines domos pro nobis parare, quas  
postea cum uouerimus occupabimus.

## CAPVT XL.

Næque sibi in gerendis bellis dissimilis erat. Quippe  
iis ingruentibus, nihil ex illo immenso thesauro suo,  
pro suorum subditorum salute deperire passus, adeò into-  
lerabilia tributa eis imponebat, ut prius uitam è ciui-  
bus, quàm guttam sanguinis ex hostibus eliciturus uide-  
retur: compertumque erat ipsum prius mille ciues perdidisse,  
se, quàm unum hostem inuasisse. Enimuerò ut erat contra  
fideles subditos inexorabilis tyrannus, & leonis fortitudi-  
nem præ se ferre uidebatur, ita in hostes bellum gesturus, om-  
ni lepore timidior apparebat. Solebat ante eius tempora Re-  
ges Gothorù primas in acie partes agere, & se uiros osten-

Tyranni timidi  
in hostes.

dere, at ipse deserto exercitu in propinquas arbores, ad montes ascendens, belli euentum speculabatur. Sepe etiam ad pueros & calones, qui ob imbelliam retrorsum ad nicticulos missi fuerant, inuentus est, dum acerrimis animis bella cum hostibus ageretur. In expugnanda uero montanarum, uirginum, & illustrissimarum foeminarum patria, nulli secundus habebatur. Vix enim ulla nox in hoc anno preterijt, in qua ab adulterijs, stupris, incestu, & foedissimo concubitu abstinerit. Quo etiam in portu, aperto uultu inter latrones incedens, obuios quos occidere, uel uerberare, inter ioca ducebat: & ne quid enormi petulantiae deesset, muliebri ueste indutus, effrenatum scurram sese ubiq; & totis noctibus ostentabat. haec & alia grauiora eius facinora, quae sciens prudenter praeterire, dissimulanda uidentur, partim ob ueri Dei ignorantiam, partim ob summam illorum temporum infirmitatem. Ethnicus enim erat, & illi infelici temporis reprobatus, quo spurcissimus Mahumetes suae uesaniae doctrinae seducendis hominibus obrutus: quam nec Sabinianus papa ob suam ignauiam, nec Imperator Phocas ob suamupidam imprudentiam, auertere curauerunt.

Hactenus de Gostago: qui utinam nunquam suis tantum patriae nostrae opprobrium natus, neque suorum scelerum imitatores habuisset. Tandem inuenit est aliquis optimae spei uir, Arthus nomine, qui tantam patriae calamitatem diutius non patiens, collecta populorum multitudinem, pessime meritum Regem, & ab omnibus delictis comprehendit, ipsumq; confestim unâ cum pessimis consiliarijs eius, prinde ac uilissimos latrones, laqueo consumpsit, atque insepultos abiecit,

## CAPVT XLI.

Arthus iste optimi Algothi Regis filius, post infelicem Gostagi tyrani interitum, Gothorum Sueonumq; monarchiam dignissime affecutus est. Hic est ille Arthus de Suetia, quae nonnulli inter nouem praestantissimos Principes collocare uolunt: quauis nonnulli sint, qui eum locum Arthura Britanno assignent, Principi quidem ob rerum gestarum magnitudinem incomparabili, cui tamen hic Arthus Sueticus in nullo cefisse uidetur. Praesuit ille multis populis & regnis: huius autem imperium fluuius Tanais ad Orientem, & Albia ad occidentem, longissimo terrarum tractu continebatur. Ille Christianus: hic Ethnicus fuit. Ille circa annos à nato Christo quadringentos septuaginta: hic autem anno sexcentesimo trigesimo imperabat. Ille imaginem diuinae uirginis Mariae scuto suo impressam: hic tres coronas Suetici regni insignia habebat: ob quas Germaniae proceres hunc inter nouem praecclaros (de quibus diximus) connumeradum putant. Erat hic Arthus in omni morum honestate adeo conspicuus, ut eius nomen apud Gothos excellentissimo & optimo cuiq; adaptetur, quemadmodum facinorosi à Romanis Neronis dici consueuerunt. Nec uidetur nomen Arthi multum differre ab illo Scythico nomine Arthe, de quo Ioannes Annius supra Berosum multa adducit. Siquidem tota huius Suetici Arthi familia, admirabili morum decentia composita incedens, nihil usquam in suis factis turpe, aut indecorum admisit. Vestitus erat simplex, modestus, mundus, nitidus, nihil in se uanitatis habens. In uerbis summa urbanitas, nullius mendacij conscia, nec ullum turpiloquium, siue scurrilitatem admittens. Tantamq; in uictu frugalitatem habuisse dicitur, ut nulla unquam ebriosa potione sibi indulgisse putaretur. Et quum tales essent Arthi familiares ac ministri, summa inuicem

Arthus 91. Rem  
inuenitur.

Arthi & Arthi  
vi Regis com-  
paratio.

Mahumetes.

pace gaudebant, domiq; non secus ac agni conuersatione  
foris autem, & contra hostes, leonum ferociam imitaba-  
tur. Erat tunc prouerbij uice acceptum, ut Germani pro-  
ceres satis laudasse uiderentur, quem Arthi Suetici  
lia dignum affirmarent. Sunt adhuc nostro æuo nomi-  
læ domus Arthi, quas illustres appellant, in oppidis Va-  
dalicis secus mare Germanicum, utpote Gedani, & Sa-  
dis, in quas honestiores ciues sese laxandi animi causa  
rinde ac aliquam summæ honestatis scholam frequen-  
ter recipere consueuerunt. Tali igitur familia Arthi  
stris, inuictusq; effectus, plurima bella in Moschos,  
uones, Curetes, & alias uicinas gentes feliciter gesta-  
menq; suum cunctis per Europam nationibus, forma-  
bile & gloriosum effecit. Fateor tamen plurimam par-  
tem gestorum eius, quæ olim obiter inspexi, à memoria  
mea excidisse. Silendum uerò non est, ipsum absque  
ris decessisse, & post fata in Regijs monumētis apud  
liam collocatum fuisse.

## CAPVT XLII.

Haquinus 92.  
Rex internus.

Carolus 93. rex  
internus.

Carolus 94. rex  
internus.

Birgerus 95. rex  
internus.

Ericus 96. Rex  
internus.

**H**Aquinus deinde Gostagi tyranni filius, ad sepe  
peruenit, scelerato patre minus sceleratus. O-  
lius Carolus succedens, parum superuixit, factus sum-  
li, de quo scriptum est: Ostendunt terris hunc tantum  
ta, nec ultra esse sinent. Huic succedit eiusdem nomi-  
lius Carolus. Itemq; post ipsum Birgerus regnorum  
gia conscendit. Cuius filio Erico splendidus in suis  
qb eius præclara in patriam merita, assignatus est. Sed  
dem eius tempore Dania à diutina seruitute, qua  
nis regnis subiecta fuerat, respirans, Regem sibi præfer-  
rat Biornonem: cuiusque ductu Erico Suetico Regi  
lum inferre placuit. Sed non erat tanta Danorum uis,  
confirmata

confirmatam Sueonū Gothorumq; potentiam uel in mini-  
mo labefactare posset, præsertim hoc Erico regnante, qui  
subiectos populos non aliter ac indulgentissimus pater cha-  
rissimos liberos foueret & amaret, rursusq; ab eis contra  
cuiuscunq; potentissimi hostis impetum inuictus reddere-  
tur. Quæ autem bellorum materia tunc inter Sueones &  
Dacos inciderit, historiæ quas sequor, miro silentio præ-  
tereunt, quæ etiam nec eius mortem, nec locum, in quo post  
ultima fata quiescit, assignare curauerunt.

## CAPVT XLIII.

**T**orillus, siue Totillus, parum idoneus posthac admi-  
nistrandis regnis præficitur. is enim sordidæ auari-  
tæ mancipium effectus, diuina & humana ad eò pertur-  
bavit, ut ex delubris Deorum, qui apud Upsalam magni-  
fico diuitiarum apparatu colebantur, omnes thesauros  
usque ad nudos parietes eriperet, omniumq; ciuium for-  
tunis perinde ac publicus prædo insidiaretur. Quo effe-  
ctum est, ut Haraldo Danorum regi cōgressus, à suis, qui-  
bus auaræ & crudeliter imperauerat, desereretur, uitaq;  
ac imperio priuaretur. Cuius filius

Torillus 97. rex  
internus.

## CAPVT XLIIII.

**B**iornus circa annos à nato Christo septingētos sexa-  
gintaquatuor, Rex à Gothis & Suecis constituitur:  
qui (ut accepi) diuturna pace gauisus, summa cum tràquil-  
litate in fata concessit, uno filio Alarico relicto, qui post  
patris mortem ad rerum summam peruenit.

Biornus 98. rex  
internus.

## CAPVT XLV.

**A**laricus igitur amplissimo regnorū imperio poti-  
tus, iuxta patris exemplū, paci tràquillitatq; ma-

Alaricus 99.  
Rex internus.

gnoperè consulebat. Omnes nanque per circuitum Regum  
 & Principes, sibi prudenter concilians, beneuolentia con-  
 citiaq; eos superabat, quos armis ( nisi maiorem boniflu-  
 tis rationem habuisset) facile superare potuisset. Inter ce-  
 teros autem uicinos Principes, Gormonem Danie Regis  
 singulari beneuolentia complexus, filiam suam unice  
 Sigritham illi in matrimonium dedit. Deinde uicini  
 Sigritham illi in matrimonium dedit. Deinde uicini  
 Biorno regni successore suscitato, fatorum necessitate  
 cumbere coactus, sepulchrum apud Vpsalam metropoli  
 in Regum monumentis assecutus est: de cuius filio Biorno  
 infra lib. xvii. plura dicemus. Interim exordium ab  
 Gothis in alienis terris militantibus, quos in fine sexti  
 reliquimus, assumemus.

Biorno 100.  
 Rex internus.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; liber  
 nonus.

CAPVT I.



Magna fortassis ordinis & tempo-  
 rio, hic exigere uidetur, ut in rebelli-  
 thicis commemorandis primum locum  
 habeat Vestrogothi, qui primum in  
 liam & Hispaniam ingressi fuerunt.  
 inae Ostrogothi, qui postea urbem Romam, & totam  
 liam ab Odouacris tyrannide liberauerunt. Attamen  
 sum est mihi commodius fore, quod prius Ostrogothorum  
 gesta, usque ad ultimum eorum Regem Teiam, quae  
 modum ante cōclusionem sexti libri incepimus, ab solido

deinde Vestrogothorum historias, à principio usq; ad ulti-  
 mum eorum Regem Rodericum, qui in Hispania regna-  
 uit, in locis idoneis expediã, ut facilius qui fuerint Vestro-  
 gothi, uel Ostrogothi, cognoscatur. Est tamen in primis  
 considerandum, Ostrogothos Hunnorum genti confœ-  
 deratos fuisse, antequam eius Rex Attila diuinæ iracun-  
 diæ flagellum, per Europam arma circumferret. Proinde  
 constitui prius nonnihil de Attilanis gestis adducere, ut  
 aptior deinceps illorum Regū memoria, per quos ipse ad  
 sempiternam memoriam peruenit, habeatur. Quis autem  
 fuerit Attila, maximè docet Priscus historicus. Is enim à  
 Theodosio iuniore (cuius erat epistolarū magister) ad Bledam  
 & Attilam Hunnorū Reges, orator in Scythiam mis-  
 sus, Imperatori scripsit, ingentia se flumina, id est, Tisiam,  
 Tibisiamq; & Driccam transiisse, atq; ad loca peruenisse,  
 ubi Indigoia, siue (ut alijs placet) Vidicula Gothorū for-  
 tissimus, Sarmatium dolo aliquantò antea occubisset: nec  
 procul inde uicium fuisse, ubi Attilæ regia habebatur. Erat  
 hic uicus à forma & magnitudine urbis nihil diuersus, in  
 quo lignea mœnia, ex tabulis nitentibus fabricata uidit:  
 quarum tabularum compago ita solida uidebatur, ut uix  
 ab intento posset iunctura tabularum comprehendi. Erant  
 triclinia ambitu prolixiore distincta, porticusq; in omni  
 decore dispositæ, area uerò cortis ingenti ambitu cingeba-  
 tur, ut amplitudo ipsa Regiam aulam ostentaret. Fuit At-  
 tilla breui statura, patenti pectore, capite grandiore, minu-  
 tis oculis, rarus barba, canis aspersus, simo naso, tetroq;  
 colore, incesso superbus, oculorum aciem huc illuc toruè  
 circumferens, extabatq; in ipso motu corporis animi ela-  
 tio, bellicæ rei cupidus, sed manu temperans, consilio uti-  
 lis, supplicantiibus exorabilis, propitius in fide semel rece-  
 ptis: & Attila quidem talis fuit.

Priscus Histori-  
 cus.  
 Attila & Bleda  
 Hunnorū Re-  
 ges.

Indigoia Gotho-  
 rum fortissimus.

Attila statura.



**H**uius itaque Attilæ, & Bledæ fratris ductu, Huni  
Thraciam, Mysiam, Illyricumq; sædē populantes  
Byzantio imminabant: uicti tamen uno prælio à Theodo-  
sij ducibus, aliquandiu quieuerunt. Cæterum Attila (negoti-  
um minus unquam quiescebat, quàm quum uictus esset)  
exercitum summa ope reparat, ualidisq; auctus copijs  
Valentiniani opes decreto inuadit. Fuit hic motus præ-  
illo multò terribilior, sed Romanis rebus minus cala-  
tosus. Nam bellum à Bledæ fratris nece, quem Bleda  
cautum peremit, auspiciatus, multorum procerum animos  
ad diuersa cogitanda commouit. Erat enim Bleda mi-  
ris ingenij, qui & periculosus prohiberet expeditiones  
& Reges Gothorum, & Gepidarum, qui copias conu-  
xerant, & in quorum fide staret tota uictoriæ spes, socios  
tanquam fratres, non subditos ab illo haberi, tractariq;  
contenderet. Ipso autem Bleda interfecto, Attila ipsos  
potius subditos, quàm socios habere cœpit. Duxitq;  
postea tanquam sui exercitus duces, quocunq; essent  
libido illum, audaciaq; traxerunt. Totum igitur animi  
studiū eò cōuertit, quò posset primas mūdi gentes, Ro-  
manos & Vestrogothos, sibi subiugare: conatusq; est apud  
tranq; gentē odia, dissensiones, omniaq; inimicitiarū  
ta inmittere. Primum quidē legatos ad Valentinianū  
peratorem mittens, asseruit se neq; eius amicitia, neq;  
romanam Rempub. in aliquo uiolare uelle, sed contra Theo-  
dericum Vestrogothorum Regem sibi esse certamen, m-  
eum, & urbem Romam libenter excipi optaret. Cæterum  
epistole partem uistatis salutationum blandimentis  
oppleuerat, ut ipsum, cui scripta erat, men-  
dacijs circumuentum, in ruinam  
præcipitaret.

**E**odem ingenio circa Theodericum Vestrogothum  
Eusus, hortatur ut à Romanorum societate discedat,  
recolatq; quanta prælia, & cum quanta feritate ab eis sus-  
stinuerat. Sic homo astutus, antequam bella gereret, arte  
pugnabat, annixus utrosque tandem quietos reddere, quo-  
ad in eorum intima penetraret, ac illis cœundi præripe-  
ret facultatem. Præterea AEciū præcipuū Romanæ mi-  
litiæ ducem sibi amicissimum tentauit, cum quo aliàs sæ-  
dera de transitu in Italiam inierat, ipsiq; multa polliceba-  
tur, si Vestrogothos per suam, & Romanorum à bello  
cessationem punire liceret. Tunc prudens Imperator Va-  
lentinianus, attendens quò tenderet callidissimi hostis in-  
tentio, legatos ad Vestrogothos, eorumq; Regem Theode-  
ricum confestim dirigere curauit: Prudentiæ, inquit, u-  
estriæ est, fortissimæ gentium, aduersus orbis conspirare  
tyrannum: qui optat mundi generale habere seruitium:  
qui causas prælij non requirit, sed quicquid commiserit,  
hoc putat esse legitimum: qui ius fasq; contemnens, hostem  
se exhibet nature. Cunctorum proinde publicum hic me-  
retur odium, qui omnibus sese ostendit inimicum. Recor-  
damini (quod certè non potestis obliuisci) quicquid Hun-  
nus agit, insidijs agit. Vnde & nobis tacentibus, potestis  
neferre hanc Hunnorum superbiam? Vos igitur armorum  
potentes, fauete proprijs doloribus, & communes iungi-  
te manus, auxiliamini etiam Reipublicæ, cuius membrum  
tenetis. Quàm sit autem nobis expetenda, amplexandaq;  
societas, nemo prudens ignorat. His & similibus legati Va-  
lentiniani Regem permouere Theodericum. Quibus ille  
respondit: Habetis Romani desiderium uestrum: fecistis  
etiam nobis Attilam inimicum & hostem: prosequemur  
ubique occurrit: & quamuis infletur de diuersis

AEcius Romæ  
1966.

Valentiniani e-  
pistola ad Ve-  
strogothos.

Vestrogothi Ro-  
manis contra  
Attilam con-  
federati.

Bleda occiditur.

Attilæ astu.

superbarum gentium uictorijs, sciunt tamen Gothi non  
fligere cum superbis.

CAPVT IIII.

Vestrogothorū  
innumerabi-  
lis multitu-  
do.

**H**is dictis Vestrogothus innumerabilem multitu-  
nem contra uenturum hostem eduxit. AECIUS

Quæ gentes Ro-  
manis confæ-  
derata.

que fœderibus cum eo ictis, quantacumq; potuit auxilium  
subiectis imperio prouincijs, Italiaq; contraxit, misitque  
omnes Romanorum quondam prouincias oratores: quorum  
suasione adducti Burgundiones, Meroueus Fran-

AEcius Attilam  
in Italiam uo-  
cat.

corum Rex, Saxonesq; & complures alij populi in eodem  
fœdere contra Attilam consentiunt, magis Attilæ ob  
quàm Romanorum studio adducti. Erat Hunni superbi-  
& seueritas omnibus terris nota: quæ res fecit, ut neque

Attila in Gal-  
liã dicit exer-  
citum poten-  
tissimum.

Theodericus Vestrogothus magnis pollicitationibus  
dixi) ad societatem belli inuitatus, flecti ad eum potuit  
nec AEcius promissa, quæ ab Hunno repetebantur, pro-

Remensium cla-  
des.  
Nicasius Remē-  
sis Episcopus.

stiterit. Rumor enim erat, AEcij impulsu res Romanorum  
perij Hunnum (ut iam dixi) inuadere statuisse, igitur  
tila considerans sibi introitum ad Italiæ imperium pro-

manorum & Vestrogothorum concordiam impediri  
Galliam potentissimo exercitu succinctus transire dis-

uit. Habuit nanque secum tres Ostrogothorum Reges,  
lemirum, Theodemirum, & Vindemirum: qui nequaquam  
sponte, sed quia confœderatione cum Hunnis cogebantur,  
arma in Romanos, & consanguineos Vestrogothos con-

uertebant. Aderat & Gepidarum Rex Ardarius. Pro-  
terea Narchomanni, Quadi, Heruli, Turingi, copiam  
usque ad quingenta millia armatorum auxerunt. Germaniam  
itaque cum strage & ruina peruagatus, in Galliam  
Hunnius irrupit, Remensesq; primò adortus, miserabili  
clade affecit. Perijt ea clade Nicasius urbis Antistes, uir  
sanctissimus

sanctitate illustris: caput ceruice defectum diuina eloquia  
protulisse dicitur. Deinde Hunnus Aurelianam ciuitatem  
fortissima obsidione cingit. Sed cum eius populus ad piam  
exhortationem sui sancti Episcopi Aniani pœnitentiam  
egeret, magno & singulari miraculo liberatur.

Anianus Aure-  
lianus Episco-  
pus.

CAPVT V.

**I**N Cathalaunicis est inde campis acerrimè pugnatum,  
I haud procul à Tholosa. Sunt autem campus Cathalauni-  
ci, qui & Mauricij nominantur, centū leucas (ut Galli uo-  
cant) in longum tenentes, & septuaginta in latum. Leuca  
autem Gallica mille quingentorum passuum quantitate me-  
tuitur. Fit ergo area innumerabilium populorum pars illa  
terrarū. Nulla hominum memoria maiores in Europa ex-  
ercitus, infestioribusq; animis acie dimicarunt, nisi fortè in  
campis Brauellinis in Gothia: quam quidem pugnam su-  
perius in historia Ringonis, eodem tempore factam fuisse  
commemorauimus. Fuit itaq; hoc Hūnicum praelium ab initio  
cruentum: tantaq; uis hominum confecta, ut humani san-  
guinis riuus fluxisse dicantur. Quæ fama eò facilius fidem  
inuenit, quòd tanta sit utrinque eo die cædes ædita, quan-  
ta uix ullo alio praelio: eratq; adhuc Mars anceps, quum  
uox quædam sine certo autore emissa, diremit certamen.  
Qualis autè illa uox fuerit, autores quos sequimur, non po-  
nunt. Ad CLXXX. millia hominum acie occubuisse dicun-  
tur, exceptis XC. millibus Gepidarum, & Francorum: qui  
(ut asserit Iordanes) ante congressionem publicam, nocte  
sibi occurrentes mutuis concidere uulneribus, Francis  
pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorum parte pugnan-  
tibus. Et ita totus numerus desideratorum esset CCLXX.  
millium: quem etiam numerum auxit fortissimus Theode-  
ricus Rex Vestrogothorum, Torisimundi Regis immediatè

Campi Catha-  
launici.  
Leuca Gallica.

Campi Brauel-  
lini.  
Bellum atrocis-  
simum.

succedentis pater. Fuitq; ea pugna Hunnis multo fa-  
stior, adeo ut Attila de morte sibi consciscenda post pug-  
cogitarit, nisi Vestrogothi ad imprudēs, aut callidum  
cij consilium in Hispanias reditum maturassent. Quo  
perito, Hunnus afflictarum uirium sibi conscius, tra-  
confesum Rheno, exercitum male affectum in Pannonia  
reduxit. Exerccet tamen in eo itinere multa crudelis ty-  
ni facinora. Tungarensē civitatem primò obfedit, de-  
captam diruit.

Tungarēsis urbs  
diruta.

## CAPVT VI.

S. Lupus Episco-  
pus.

Attila diuina i-  
re flagellum.

Post hoc uentum est ad Treccas, quarum Episcopo  
rat S. Lupus. Qui Attilæ occurrens ait: Tu quæ  
qui uastas terras nostras, & populum Christianum  
gis? Ego, inquit ille, sum Attila, diuine iræ flagellum  
quam uocem sanctus Episcopus iussit portas ciuitatis  
riri, dicens: Bene uenerit flagellum Dei. Miro autem  
do Attila, totusq; exercitus eius cæcitate percussus, tra-  
uit per mediam ciuitatem, ab una porta ad aliam, non  
lædendo. Eodemq; transitu crediderim (inquit Cæ-  
sius) occurrisse agmen sanctarum undecim millium  
ginum ab urbe Roma, Ursula duce: quod apud Agrippin-  
Coloniam martyrio consecrauit. Sed ratio tempo-  
pertē contradicit. Nam sanctæ uirginis passæ sumus  
Christi CCCXXXVII. tempore Antheri Papæ, & Basili-  
mini Gothi Imperatoris. Attila uerò incidit in annu  
sti CCCCLV. Itaque Hunnus in sua reuersus, magis ob-  
ceptam cladem irritatus, quam à re bellica deterri-  
paruit: eratq; in bello reparando uehementer occupatus  
atque id unum præter cætera meditabatur, quæ uel  
arte Tholosanæ pugne ignominiam aboleret, repul-  
retq; Romano nomini cumulatam cladem. Duo tunc  
perpiti

Ursula & XI.  
millia uirgi-  
num.

perpites erant, Torismundus Vestrogothorū Rex, & AE-  
cius Romanus patricius, quorum uirtus in prælio Catha-  
launico præcipua fuit. Hi Attilam in mora anxium habe-  
bant, quominus continuò bellum inferret Italiæ. Ceterum  
fortuna Romani imperij, quæ in perniciem omnia trabe-  
bat, eam impendentium malorum breui sustulit moram.  
AECIUS enim apud Romanos ob suspiciones affectatæ ty-  
ranidis, & Torismundus apud Vestrogothos, una ferè &  
eodem tempore trucidantur. Attila igitur accepto tam-  
leto de duorum maximorum inimicorum suorum morte  
nuntio, Italicam expeditionem maturauit, ratus nihil su-  
peresse amplius, quod suis conatibus obstaret. Regesq; &  
primores gentium, qui ad id tempus cum Hunnis confæ-  
derati fuerant, secum in militiam assumens, primùm Illy-  
rici sinus oram circumuectus est, & Tragurum, Sibini-  
cum, Belgradum, Iaderam, Sugriam, Polam, Parentum,  
Hemontiam: quæ oppida tunc, quum in Maximiani Impe-  
ratoris Constantinopolitani cura essent, nullo firmata præ-  
sidio diripuit, atque incendit.

AECIUS Romæ  
necis occisus.  
Torismundus oca-  
cisus.

Attila urbes im-  
perij Constanti-  
nopolitani  
euerit.

## CAPVT VII.

AD Arslam uerò fluuiū, & Tergestinum sinū, Italiæ  
limites, non nihil reperit copiarum, quas præfectus  
Liburniæ & Aquileiæ, Valentini Dux, ut commissam si-  
bi prouinciam tutaretur, adduxerat. Sed illico repulsus mi-  
les Romanus intra Aquileiam se recepit: cuius fuga terrori  
addita, quem nomē Attilæ pridem dederat, effecit, ut ciues  
Aquileiani mulieres, liberosq; quorum ætas armorum  
impatiens esset, ad Gradensē insulam mitterent, thesau-  
ros illuc, & sacram supellestem transportantes: princi-  
piumq; erigendæ inclytæ urbis Venetæ eo tempore posue-  
runt. Obfedit itaq; Aquileiam quàm diu, & acerrimè, atq;

Attila Romanæ  
imperij terras  
deuastabat.

Gradensis insu-  
la.

Venetæ urbis o-  
rigo.

pertinaciter. Nec minoribus animis à Romanis defenditur. Tandem post triennem & durissimam obsidionem urbs illa in manus Hunnorū deuenit: quā Attila ingressus adusq; solum euertit. Inde mouens Paduam, Vicentiā, Venetiam, Mediolanū, Ticinum (quæ Papiā dicitur) perperam tancam ciuium deditionem cepit, & tamen abiecto humanitatis respectu, diripuit, & euertit, aut lacerauit. Tunc Leo Romanus Pontifex commiseratione Christiani perductus, ad Attilam Mincij constitutum, se contulit, et ab Italia uastatione per summam facundiam, quam ad acciperat, confestim auertit, mirantibus cunctis, quod ad eius exhortationem in propriam regionem remouit. Sunt qui scribunt, Honoriam Valentiniā Imperatoris sororem, ipsum per eunuchum ad Urbem (ut eum interficeret) clam reuocasse, ut ita (procurante malo demerito loca Sanctorum, quæ precibus summi Pontificis seruauerant, petulcæ mulieris malignitate corruissent. Rex tunc tandem in suam regionem Attila, uirginem speciosam post multas quas adhuc habebat uxores, in cōiugem duxit in cuius amplexu, prima nocte miseram animam exlauit. Reliqua illius seuisimi Attilæ facinora referant, ego ista ante Ostrogothorum historiam obiter, & in proposito commemorasse uolebam.

## CAPVT VIII.

**V**alamirus igitur, & Theodemirus, ac Vindemirus ex gēte Amalæ, et ex patre Vādalarico, uno tempore Ostrogothorū Reges fuere, multaq; egregia uictoria primò cōiunctim, deinde separatim effecere. Quibus enim admodum inuiti in Hunnorum societatem & confederationem descendissent, tamen ita prudenter se in rebus gesserunt, ut & Hunnos ad deteriora non peruenirent.

arent, & suam libertatem, quoad fieri poterat, à crudeliū hominum barbarie tuerentur. Eratq; in tribus fratribus mira charitas, & grata intuentibus cōsideratio, cum Theodemirus pro fratris Valamiri imperio fulciendo militaret, Valamirus autem pro ornando germano contenderet, Vindemirus utriq; obsecutus, ab utroq; plurimum amaretur. Nec opinari possum ipsum Attilam Hunnorum Regem, ad tantam potentiam peruenire potuisse, nisi Ostrogothorū confederatione roboratus fuisset. Siquidem (ut habet Sabellicus) auxiliariis eorum copijs succinctus, Sarmatas, Thraciam, Mysiam, Macedoniam, Illyricum, Germaniam, & Galliam afflixit, & demum Italiam parta ubiq; uictoria peragravit. Quo tandem post aliquot annos in patria defuncto, præfati tres Ostrogothorum Reges, indignum putantes se Hunnis, qui parum humani essent, confederatos esse, mox ab eorum societate primi omnium (teste Sabellico, & Blondo) defecerunt. Horum exemplum secuti sunt Gepidæ, Marchomanni, Quadi, Heruli, & Turingi. Euricus uerò, & Hernacus, Attilæ filij, Hunnicis freti armis, Valamiro, & fratribus eius, qui tunc in Pannonia diuisis quidem locis, sed unitis consilijs habitabant, tanquam defectio nis autoribus arma inferebant. Cōtiguit ergo ut Valamirum solum, & solius familie suæ præsidio munitum inuenirent: quos tamen ille (quamuis cum paucis suis) excepit, diuq; fatigatos ita prostravit, ut uix pars aliqua hostium (teste Iordane) remaneret, quæ in fugam uersa, eas partes petebat, quas Danubij amnis fluentia prætermeant: Gothicaq; & Hunnica lingua Huniuad, hoc est, Hunnorum uadum appellatur. Factumq; est uno eodemq; tempore, ut ambo fratres Valamirus, & Theodemirus, quamuis separatis terris agentes, summo atq; desideratissimo gaudio afficerentur. Cum enim fortuna Valamiro uictoriam peperisset, ecce

Attila Ostrogothorum auxiliario inuictus euasit.

Gothorum defectio Hunnorum regni euertit.

Humanad;

Leo Romanus  
Pont. Attilæ occurrat.

Honoriam Valentiniā  
soror.

Valamirus 35.  
Rex externus.  
Theodemirus  
36. Rex externus.  
Vindemirus 37.  
Rex externus.

Theodericus  
nascitur.

quam felici euentu Aurilena concubina puerum magna  
peperit Theodemiro, uidelicet Theodericum futurum  
mane urbis, & Italiae liberatorem.

## CAPVT IX

**S**UCCESSU temporis Valamirus, eiusq; germani, du-  
siderent ab Imperatore Leone negligi, & dona-  
sua strenue genti, ut pacis foedera custodirent, et  
mitti, aut nimium tardari, missa legatione apud ipsum  
queruntur, se despici, & alios non ita meritos in sum-  
ius gratia uersari. Statimq; dum Leo nihil responderet,  
re commoti arma corripunt. Illyricum penè totum de-  
rentes uastauere, nec prius quieuerunt, quam Imperator  
nimo mutato ad pristinam amicitiam se conuertens, leg-  
tionem mitteret, per quam nō. solum praeteritorum con-  
rum, sed etiam praesentis anni munera tribueret, de-  
turis sine ulla controuersa mittendis polliceretur, ci-  
citiamq; & foedera induciarum cum eis renouaret. Quo-  
omnia ut fideliter constanterq; conseruarentur, Impera-  
tor filium Theodemiri Theodericum, qui iam ostensa  
gebat annum, in obsidem accepit: qui apud ipsum tri-  
pem, quod elegans forma, & moribus esset, non minus  
gratiam, quam si filius esset inuenit. Deinde Ostro-  
siue quod eis parua uiderentur munera quae ab Impera-  
re accipiebant, siue quod ardenti spiritu cuperent capi-  
tam fortitudinem militarem ostendere, coeperunt circa  
positas provincias depraedari. Quod cum Dinzio  
norum Rex, Attilae filius, compertum habuisset, suorum  
armat in Gothos: à quibus ita denud uicti, repulsi  
runt, ut iam ex illo tempore qui supererant Hunni, de-  
strogathos arma sumere formidarint. Taliter Hunni  
pliti praelio uicti, Hernacoq; cum tota penè confanguntur.

Ostrogothi Leo-  
ni Imperatori  
belli inferunt.

Gothi quietis  
impatientes.

Hunni à Gothi-  
uicti.

tate Attilana in pugna amisso, in Scythiam repelluntur, a-  
deo rebus duplici pugna accisis, ut iam inde nihil memora-  
bile gesserint. Et Hunnorum opes breui sic retro abierunt:  
quamuis adhuc (ut diximus) in Hungaria feliciores eorum  
reliquiae cum gloria, & commodo totius orbis Christia-  
ni perseuerent.

## CAPVT X.

**P**OST haec cum Ostrogothi iam Hunnis deuictis, & Ro-  
manis confederatis, nullius hostis potentiam formi-  
dare uiderentur, confestim bellorum occasionem à Sueuiæ  
Rege Hunimundo allatam acceperunt. Hic enim cum Dal-  
matias hostilitate inuasurus, per terras Gothorum iter a-  
geret, quidam ex eius militia armenta Gothorum in cam-  
pis errantia secum abegerunt. Motus ea iniuria Theodemi-  
rus, intempesta nocte Sueuos dormientes inuasit, eosq;  
ad lacum Pelsodis conferto inopinato praelio, ita oppres-  
sit, ut etiam ipso Rege Hunimundo capto, omnem exerci-  
tum eius, qui gladium euaserat, subderet Gothorum seruitu-  
ti. Et cum multa esset (ut ait Iordanes) misericordiae, ueniã  
uictis condonauit. Receptisq; in gratiam Sueuis, ipsum Re-  
gem Hunimundū, quem iure belli captiuauerat, in filium  
adoptauit, atq; in Sueuiam remisit. Sed ille tam insignis &  
insperatae gratiae citò immemor, Sciros Danubij accolas,  
& Gothorum amicos, ad id induxit, ut rupto foedere, se-  
cum in Gothos ex improviso arma conuerterent. Quibus  
etiam Hunimundus se ipsum praeficiens, ut ingratae, ita e-  
tiam sceleratae militiae ductor effectus, Gothis (quorum gra-  
tia uiuebat) mortifera bella inferre non erubuit. Gothi igitur  
cum uideret duas uicinas gentes, quas putabat amicissi-  
mas, ad bella cōsurgere, nihilq; magis in uoto habere, quam  
Gothici nominis memoriam abolere, confestim (prout ne-

Hunimundus  
Sueuae Rege  
Gothos ad  
bellum pro-  
uocat.

Sueui à Gothi-  
superati.

Hunimundi suus  
ma ingratis-  
do.

cesse erat) arma corripunt, & se, suamq; iniuriam uide  
 contendunt. Interim uerò cum ea belli tempestas ardens  
 ferueret, Valamirus dum ad cohortandos suos ante  
 progreditur, perturbatus equus, cui insidebat, corru  
 forem; deiecit: qui mox inimicorum lanceis confusus  
 cubuit, dignior profecto longiore & feliciore uita. Era  
 nim (teste Iordane) suavis eloquio, doli ignarus, fide  
 rus, & seruantissimus aequi.

## CAPVT XL

Theodemirus  
 36. Rex exter  
 1166.

Sciri per Go  
 thos delesi.

Sueui, & eorum  
 cōfederati de  
 lentur à Go  
 this.

Bellū cruentum.

**T**Heodemirus Valamiri frater, mox ipsius fratris  
 dem insigni hostium strage uindicauit. Gothi  
 ubi uidebant optimum Regem corruisse, tam acriter  
 hementer preliabantur, ut penè nulli de gente Sarm  
 nisi qui nomen ipsum cum dedecore ferrent, remanserunt.  
 Ita enim omnes ad internecionem delati fuerunt. Quam  
 exitium Hunimundus uindicaturus, maximam Sueuorum  
 Sarmatarum, Gepidarum, Rugorum, ceterarumq; gen  
 tium potentiam contraxit, castraq; ex ingenti multitudine  
 Etā, ad amnem Bolliam in Pannonijs collocauit. Theode  
 mirus autem uocato in belli societatem Vindemiro fratre  
 niore, ad arma coactus accessit, confertoq; praelio uictor  
 uasit, adeo ut campus corruentium inimicorū cruore  
 sperfus, rubeum pelagus appareret: armaq; & ca  
 ra in modum collium cumulata, campum longe plus  
 decem millibus passuum oppleuerunt. Qua uictoria  
 summam lætitiā concipientes, putabant sibi nunquam  
 liquid magis gratum accidere potuisse, quam Regis  
 Valamiri sanguinem, & suam ipsorum iniuriā, cum  
 inimicorum ruina uindicatam fuisse. De innumerabilibus  
 uero hostiū multitudine pauci ad sua reuersi, sempiternam  
 minis infamia notati manserunt. Expectabat deinde Theo

demirus occasionem inuadendi terras Sueuorum, à quibus  
 iam iniuriose iam fuerat prouocatus. Accidit interea (quod  
 sepe accidere solet) Danubij fluuium adeo dura glacie con  
 gelari, ut nihil debilior esset supportandis plaustris, & iu  
 mentis, quam fortissimus aliquis pons diligentissime stru  
 ctus & confirmatus.

## CAPVT XII.

**H**Anc itaq; opportunitatē nactus Theodemirus, ma  
 gnū exercitum (emenso Danubio) Sueuis impro  
 nis adduxit, & tam Sueuorum gentem, quam etiam Ale  
 mannorum, utraq; inuicem cōfederatas, denno uastauit,  
 subegit. Inde quoq; uictor ad proprias sedes, id est, ad Pan  
 nonias, reuersus, Theodericum filium suum, quem ad By  
 zantiū obsidem dederat, à Leone Imperatore cum magnis  
 muneribus remissum, gratisimo animo excepit, Gothi  
 deinde secum considerantibus, quam necessariū foret suam  
 ipsorum iuuentutem in militaris disciplinæ studio exerce  
 ri. Per illud enim terras, urbes, principatus, regna, opesq;  
 maximas acquisuerat: illo uerò collabente, opes quoq; col  
 lapsæ fuere. Proinde omnes cum magno desiderio Theode  
 mirū adcentes rogant, quacunq; parte uellet ductaret exer  
 citum. Qui postquam cum fratre Vindemiro, & Gothorū  
 proceribus de suscipiendo bello deliberasset, sortemq; mo  
 re gentis in urnam conieciisset, consistim in terras Orienta  
 les, Vindemiro in Italiam transeunte, exercitum sortem &  
 animosum deducendum curabat. Primū igitur transmis  
 so Sauro flumine, Sarmatas sibi occurrentes in amicitiam re  
 cepit: ulteriusq; prosperam & undiq; felicem militiā pro  
 mouens, primam Illyrici urbem Naissum inuadit: in qua  
 cum filio Theoderico commoratus, comites circumqua  
 que per Illyricum transmittit: qui ubiq; uictoriam, & ma

Danubius con  
 gelatur.

Theodemirus  
 Sueuos et Ale  
 mānos denno  
 uicit.

Theodericus à  
 Leone Imp. ad  
 patrem remis  
 situr.

Gothorum exer  
 citiū militare.

Theodemirus in  
 Sarmatas &  
 Illyricum.

Illyricum à Go  
 this subactū.

ximas opes affecuti, nō sine magna lætitia se suo Regni  
tuerunt. Qui aduertens tam suam, quàm filij Theoderici  
licitatem crescere, & cumulari, non contentus erat. Illu-  
cum subiungasse, sed Nussitanā urbem egrediens, Theode-  
cam petijt. Quam cum arcta obsidione cinxisset, missa  
tione, & magnis muneribus à Clariano patricio, quicquid  
Princeps direxerat, ab obsidione reuocatur. In itoge-  
Gothis fœdere, Romanus dux loca eis, quæ incoleret,  
tē concessit: ubi cum Rege suo armis depositis, pacem  
posita quieuerunt. Nec diu postea Rex Theodemir  
tali ægritudine correptus, uocatis Gothis Theoderici  
lium regni sui designat hæredem, & ipse mox rebus  
sit humanis.

## CAPVT XIII.

Vindemirus se-  
nior 37. Rex  
externus.

Vindemirus tamen optimus Ostrogothorum  
suam præclaram memoriam ante magnifica  
derici gesta sibi iure uendicauit. Hic enim etsi duobus  
mortuis fratribus suis natu minor esset, uirtute tam  
disciplina militari, ac morū probitate eos superabat, an-  
tē æquabat. Erant enim omnes tres optimi, & prudē-  
mi Principes: qui si eo tempore Gothis non contigisset  
ctum prorsus de Ostrogothis fuisset, ut uix nomen con-  
si forte in primæua Gothorū patria) remansisset. Quod  
aut amore erga suam gentē semper & cōtinuē ducenda  
partim ex operibus, quæ communiter cum cæteris  
bus gessit, partim ex illis, quæ ultimo fato proximè  
constare potest. Cum enim à fratre Theodemiro, & Go-  
rum proceribus, ac populis rogaretur, ut in Italianam  
tūc Anthemij imperio subiacebat, partē Gothice gē-  
cere curaret, libenter & quàm primum paruit, spera-  
ciente illa graui cōtrouersia, quæ tunc in Romana Repub-

Anthemius Im-  
perator.

inter hūc Anthemium, & Rechimirū feruiscbat. Credidit  
enim se & Gothos suos, ex uictoria unius aut alterius par-  
tis, pacificas & securiores sedes ibi consequi posse. Verūm  
cum post longa itinera, difficilesq; labores, Italiam ingrede-  
retur, uno eodemq; tempore limina Italiae intrauit, & limi-  
na humanæ uitæ (ut Iordanes credidit) exiuit, relicto post  
se filio regni successore eiusdē nominis Vindemiro: de quo  
nunc pauca, ut Regum successio cognoscatur, subiiciemus.

## CAPVT XIII.

Vindemirus inior præmortui Vindemiri filius, quē  
alii per errorem Bilmirum uocant, in Italia inter  
maximos eius terræ tumultus, Rex à Gothis cōstitutus, in-  
cidit in reliquiis illius periculose cōtrouersie, quam pri-  
dem ingratus Rechimeris Anthemio Imperatori Romano  
excitauerat. Erat hic Rechimeris Anthemij gener, præla-  
tusq; Cisalpinæ Gallie. Sed neq; gratia, neq; affinitas obsti-  
tuit, quo minus cæca dominandi libido seruum armauerit in  
dominum, ducem in Imperatorem, generum in socerum.  
Reuersus enim ex Gallia, terribilem armorum apparatus  
adduxit, Anthemiumq; in Urbem compulsus, arcta obsi-  
dione fatigat. Interea quædam historie affirmant Vinde-  
mirum seniore, huius Vindemiri patrem, magna Gotho-  
rum multitudine comitatum, Romam aduenisse, proq; Im-  
peratoris, & Romanorum liberatione, contra Rechime-  
rem in uia Cassia se obiecisse, commissosq; in conspectu Vr-  
bis acerrimo prælio, circa Hadriani molem eundem Vinde-  
mirum in medio pugnandi ardore cecidisse. Hinc puto à  
Iordane dictum esse, quod in limine Italiae corruisset, quem  
aduersa belli fortuna in Romanæ urbis limine pro Roma-  
norum libertate pugnantem extinxit. Cuius mors tantum  
terrore Anthemio incussit, ut summa Reipub. ciuibus per-

Rechimeris Im-  
perator.

Vindemirus se-  
nior in Italia.

Vindemirus in-  
ior 38. rex ex-  
ternus.

Rechimeris in-  
gratitudo.

Gothi pro Ro-  
imperio pu-  
gnant.

missa, se in ordinē redigi pateretur, uictoriq; Rechimeri atq; Olimbrio Rechimeri successori, celerrimo facto dolo p̄tis, Glicerius sufficeretur: qui hunc Vindemirum iuniorē ne eius aduersario nepoti patricio auxilium prestaret, muneribus & pollicitationibus allexit, allectumq; p̄sidentem Gallie Narbonensis, ad quam pridem pater Vindemirus ab Anthemio p̄ses designatus fuerat, creauerat. Muneribus igitur simulq; mandatis à Glicerio ratore acceptis, Vindemirus in Galliam tendit, seseq; parentibus Vestrogothis coniungens, unum corpus effecit: & sic Gallias, Hispaniasq; tenentes, omnium hostium atq; insultum, potenter constanterq; represserunt.

## CAPVT XV.

**T**heodericus Ostrogothorū Rex, cuius celeberrima memoria in omnibus Italiae historijs, & Romanis gestis habetur, antequam à patre Theodemiro Gothorum Rex designaretur, multis p̄claris facinoribus adolentiam suam omnibus Gothorū proceribus & populis commendauit. Quippe uix septimum annum pueritiæ fugressus, pro publica suorum pace (consensu patris Theodemiri) obses ad Imperatorem Leonem ducitur: apud totis undecim annis gratissimè conuersando, summam tiam Principis, & totius curiæ Imperialis affectus est. De cum Leo considerasset, Theodemiri regnum postea actum Valamirū, ad maximam potentiā ascendisse, et nim Ostrogothorū, & Daciae, Moesiaeq; & utriusq; Partiae Rex) cogitabat ut aliqua sibi gratia potentissimi Theodemirus non ignarus quid sibi uellet illa Imperatoris beneficentiā, ne gratia uinceretur, inducias, quas cum Leone pactus fuerat uiuo adhuc fratre, in pacem commutaret.

Theodericus haud multò post, cum decimumoctauum annum ageret, assumpta patris militia ad numerum sex milium uirorum, in scio patre, Danubioq; transmissio, terras Sarmatarū inuasit. Quibus deuastatis, & Rege eorum Baibaio, qui se Romanos uicisse extollebat, interempto, praeda onustus, & uictoria clarus, ad patrem nihil tale ab adolescente expectantem reuertitur.

## CAPVT XVI.

**I**nterea mortuo Leoni Imperatori successit in imperio Zeno Isauricus: qui hunc Theodericum Gothorum Regem, ad se in Byzantium humaniter inuitatum, humanissime excepit, amplissimoq; honore affectum, in filium adoptauit, deinde Ordinarium Consulem (quod tunc summū decus in toto orbe credebatur) declarauit. Nec tantum id prestitisse contentus, sed etiam equestrem ex ere statuam, ad sempiternā gloriam Gothici Principis ante regiam palatii collocauit. Iamq; nihil reliquum esse uidebatur, quod à prudentissimo atq; humanissimo Imperatore in adoptiuum filium, eundemq; optimum Regem conferripotuisset, praeter imperium, & coronam, quam Theodericus tantū ueneratus est, ut potius uitam posuisset, quàm illam ab indulgentissimi patris, siue Imperatoris capite ante fatalem cursum amoueri sustinuisset. Fuerunt ea omnia per sapientem Imperatorē facta, ne fortissima illa gens Gothica, quae omnia praeter otium maluit, negotiū aliquod insuperabile Romano faceretur imperio. Erat ergo per beneuolentiam, siue beneficentiam, in amicitia officijs continenda, quae armis domari, aut coërceri nequibat. Compertum enim erat, mores Gothorum eosdem esse, quos adhuc habent, uidelet ut bonis rationibus ducantur, cum omnino nequeant etiam morte proposita compelli: quos etiam in eorum

Theoderici adolentis uictoria.

Zeno Imp. Theodericum filium adoptat, et misericordie extollit.

Gothorum mores.

Imperatores multi pauco tempore. Vindemirus Galiarum p̄ses.

Gothi Gallias, Hispaniasq; dominati.

Theodericus 39. Rex externus.

Leo Imp.



*Hispani genere  
si filij Gotho-  
rum.  
Theodericus à  
Zenone Arria-  
num efficitur.*

generosis filijs apud Hispanos esse, per longam consuetu-  
nem accepi. Summa igitur, & summe humanitatis officia  
erant omnia, quæ Zeno in Theodericum contulit, excepto  
Arriana perfidia, quâ illi ad inenarrabile damnum totius  
orbis Christiani uel impiè, uel nimis imprudenter insidit.  
At uerò Theodericus non solum erga Imperatorem, sed  
etiam Senatium gratissimus erat, & quibuscûq; potestatis  
causis aulicos omnes, Romanamq; iuuentutem non minus  
banis, quàm militaribus studijs amplectebatur, omnibus  
se charum reddere curabat, ut nemo non eum tanquam  
manum diligeret.

## CAPVT XVII.

**D**um hæc apud Constantinopolim geruntur, ubi  
quotidie maioribus afficitur calamitatibus. Sic  
dem crudelis Odouacer non iam eam oneribus premens  
sed rapinis quicquid collibuit extorquebat, nulli rei  
cens sacræ, aut profanæ. Spes una supererat Romanis in  
perio. Postea uerò quàm Theoderici fama, moresq; in  
Romã perlatis, cum ad Zenonem Imperatorem, tum ad  
quotidie nuntij à primoribus Romanorum uentitabant,  
sufficitis rebus opem postulantes, instabantq;, ut aduen-  
torem acceleret, certus, quòd cum primum Romanis  
attulerit, omnis Italia à crudeli Odouacere defestura.  
Theodericus aut tot importunis Romanorum literis, et  
dignis nuntijs superatus, ad Italiam, & urbis Romæ liber-  
tatem cœpit omnes animi sui conatus applicare, nihil de  
Gothis, quos ad talem militiam uehementer inflammari  
nouerat, dubitans. Sed restabat in tam arduo negotio Im-  
peratoris consensus: quem opportuno tempore sic (ut  
necianus Venetus habet) allocutum fuisse accepi: Nisi  
marem, optime Imperator, rem de qua sum dicturus, non

*Odouacer Heru-  
lorum Rex Ita-  
liam opprimis.*

*Romani Gotho-  
rum auxilium  
implorant.*

*Theoderici ad  
Imperatorem  
oratio.*

minus tibi gloriæ, imperioq;, quàm mihi commodo futu-  
ram, supersedissem uerbum facere. Ingentia tua erga me,  
patremq; meum merita deprecantur, ut imperij gloriam &  
dignitatem, cuiuscunq; meæ præferam utilitati. Voces quoti-  
die, optime Princeps, ad me ex Italia perferuntur, quoniam  
pacto Herulus ille Odouacer eam terram, olim imperij se-  
dem, deuasit, quibus oneribus, iniurijsq; afficiat. Roma-  
norum procerum nuntij, in summam uersti rerum omnium  
desperationem, aliam quantumlibet uel miseriam uitæ  
conditionem ferre se posse dicunt, tyrannidem huius ho-  
minis nequaquam pati posse: implorant auxilium afflictis  
rebus. Non dubito quin eadem quoq; ad te perlata sint. At  
uero altera ex parte Gothicæ gentis primores, quibus hæc  
nota sunt, quotidie meas aures obtundunt, instant, urgent,  
ut prouinciam istam suscipiam: queruntur se gentem nec  
ignobilem, nec inertem, per desidia iam annos ferè decem  
torpere otio: homines autem alios nescio quos, ubiq; iam  
terrarum raptis imperij prouincijs, florere opibus, & di-  
gnitate: Westrogothos, Sueuos, Alanos in Vasconia, Aquita-  
nia, atq; Hispania, Vandalos in Africa, Burgundiones in  
Gallijs: & demum Herulos, & Turingos Italiam, præcla-  
ram regionem non tantum obtinere, sed conculcare: so-  
los Ostrogothos omnium gentium infelicissimos, desidia  
tabescere. Fateor, optime Imperator, non posse me his uo-  
cibus non moueri, ut qui seditionem aliquã interdum me-  
tuum, moneo tamen eos, & interdum redarguo: Quid  
nobis uultis? nunquid non stipendium uobis penditur?  
Nihil huiusmodi querimur, inquirunt. Torpere inertia, sor-  
dere ignauia, tabescere otio non possumus. Hæc illi. Nam  
quod ad me attinet, his me Imperator humanissime hono-  
ribus afficis, quibus plures & maiores optare non possim.  
Habes me pluribus annis ut filium: explorare quid iubeas

constitui, idq; optimum ducere, quod iusseris. Nam si hanc imperij nomine prouinciam suscipiendam, nihil possum gratius audire: habebis me & pro Gothorum duce, uel pro milite. Sin uerò maiorum rerum cure indumento sunt, quominus huic rei animum adhibeas, non dubitabo maiestatem tuam consulere, quid hac & mihi agendum, & illis respondendū uideatur. Nam Græcus, aut Italus non sum, tamen non est mihi de negociis moribus informari: nec iam Gothi alieni consuetudinibus moribus informari, cum quibus annis serè dicitur conuersantur. Neq; illud negligendum uidetur, magis mihi spem esse, si tu annueris, breui rem hanc feliciter confectum iri. Hostis quàm nullius sit ingenij, optime nullius consilij, omnia temerè agit: copiarum modice, ac tantum Italarum serè omnes. Sed quod maximum est, in omnibus eius terrarum mortalibus, in quem bellum gerendum est: nobis uerò & copiarum ualidæ sunt, & auxilia non deerunt. Plures fortasse quàm uelim, ad huiusmodi bellum current: in primis autem Romani imperij dignitas, & estimatio. Spemq; maximam præbet, à quo dignus habesim, quem honestet hoc munere: et si cætera desint, hoc solo nomine ausim ceptū aggredi. Itaq; tū his rebus, tum defectione Italiæ, quæ ut signa noua conspexit, transiuram ad nos esse non dubito, felicia omnia spero. Puderet præterea si nihil aperiam, quod cogitant de imperio subierit, plus ne commodi an incommo- ex hoc bello sit capturum. Commoda ( ut uidetur ) sunt. Liberaueris tu ærarium stipendio Gothorum, & tribus latissimarum prouinciarum, quibus nunc insidias. Ea pecunia uti poteris ad res Persicas, & Africanas. Nihil est enim quod ab Aquilonis parte, quam insidemus, metuas. Præterea imperium liberabis inuidia, qua nunc

borat. Latius enim per orbem terrarum fama increbuit, Romanos sibi rapere omnia, neminem pro socio, omnes pro seruis habere: unde fit, ut prouinciæ sæpius exagitentur. At uerò cum uiderint, imperium alios quoq; ad communionem admittere, queri desinent, & animis etiam atq; etiam mitescent. An illud quoq; parui æstimandum, quod imperij dignitas & estimatio, amissione Italiæ tampridem depressa, non restituetur solum, sed augebitur: cum qui nunc iactant plus potuisse inimicos imperij, quàm imperium, uidebunt amicos etiam imperij nunc plus posse, quàm inimicos. Illud autem commemorare officij nostri est, & cogitare sapientiæ tuæ. Quia si res uoto respondet, sanè Italia non tam mihi recepta fuerit, quàm imperio. Poteris tu quidem quicquid erit terrarum, mariumq; quicquid præterea copiarum & exercituum, ad gloriam imperij referre, cuius beneficio restituta sit. Neq; tua minus erit Roma re ipsa, quàm titulo. Sin uerò ( ut bellorum interdum se habent euentus ) aduersi aliquid acciderit, nihil erit amissum imperio, nullum periculum tuæ res adibunt. Illud profectò quispiam pro commodo suscipiat, qui cum inter aduentitios ea contentio sit futura, non potest imperium, nisi de utriusque gentis laboribus, tutius securiusq; reddi. Dixi quæ uisa sunt. Si quid fortè liberius excidit, aut quod minus maiestatem, sapientiamq; tuam decuerit audire, accipias pro tua mansuetudine in bonam partem, ueniamq; dabis aut etati, aut armorum studio, cui me genitor magis, quàm uerbis assuescere uoluit. Deus bene uertat quicquid statueris.

**H**anc optimi Regis orationem prudentissimus Imperator attento beneuolōq; animo auditam, gratissimo responso dignā iudicauit. Proinde negotio tam arduo tamq; difficili ad Senatū (prout necesse erat) relato, prout uniuerso Senatui uisum erat, non solum honestis Theoderici petitionibus annuendum esse, sed preces addere, quod præstanti atq; integro animo pro Romanorum Italiz liberatione cogitauerat, studioso prosequeretur. Deinde Zeno Theodericum sacro uelamine (quod erat tunc maximum à Principe factæ concessionis stabilimentum) insigniuit. Hic silere non possum, quomodo Larnardus Aretinus asserat, hæc omnia à Zenone ob firmabilem Gothorum potentiam facta fuisse, quasi hostium fuisset Imperialem celsitudinem in tam arduo negotio callidius, quam seriosius processisse, ut se à Gothorum liberaret. Dimissurus Zeno Theodericum, magna cura eum extra Byzantiū comitatur, Senatūq; & populum Romanū, ac totam Italiam eidem cōmendauit. Igitur Theodericus in Italiam cum ingentibus Gothorum copijs trahitur, primam sui propositi difficultatem inter Pannoniam & Noricum ab Attilanz multitudinis reliquijs experit. Si quidem Gepidarum Rex, qui fuerat Ardarico dedito surrogatus, & Bulgaris Bulgarorum dux, illum in itinere aggressi, magnis incommodis ipsum, atq; ipsius exercitum in primis affecerunt: à quo tamen constanti atq; acriminioso ita superati fuerunt, ut magis necesse haberent acriminiosius uulnera curare, quam circa uias obstruendas inuigilare. Itaq; Theodericus ferro uiam aperiens, cum labore in Italiam peruenit: nec longè à Sontio dirute Aquileie castra cōmuniuit. Cumq; ibi ad reficienda corpora tantum iumentorumq; aliquanto tempore resedisset, Ostro-

Theoderico à Zenone Roma et tota Italia cōmendatur.

Theodericus Gepidas & Bulgarios uicit. Sontius fluminis.

cer, qui de Gothorū accessu iam antea cognouerat, cum expeditissimis copijs Herulorum, & Italarum, ac Turcilingorum Theoderico occurrit. Nec multum inde moræ fuit, sed confestim est ad cruenta arma druentum, quibus ingens hominum multitudo uicta, cæsaq; corruebat. Superatus tamē Odouacer, ad Padū, cuius uada & ostia classe præsidijsq; communiuerat, concessit.

Odouacer superatur.

## CAPVT XIX.

**T**heodericus autem inde progressus, Veronam uoluntaria ciuium deditioe affectus est: & iam de Odouacere persequendo animo cogitabat. Cum ille ex improuiso cum ualidiorē adhuc exercitū affuit, tum Theodericus ob uictoriam antea adeptam, fiducia plenus exercitum eduxit. Pugnatum est denuo, atq; acrioribus animis in campis Veronianis. Fuitq; ea pugna Herulis nihilo felicior Sontia. Odouacer enim sub primo belli ingressu, ab Italarum Padanorum auxilijs (teste Sabellico, & Blondo) derelictus, parte suorum Herulorum multo maxima, quæ pertinacius in pugna perseverauit, amissa, uictus acie excessit. Inde Romam confugiens, cum portas clausas, ciuesq; de mœnibus resistere uidisset, suburbana tecta, & agrum Urbis circumpositum, ferro uastauit, & igni. iam enim Romani de cura, quam Constantinopolitanus Imperator de eorum liberatione gerebat, certiores effecti, Odouacris imperium contemnebant, ipsumq; Ostrogothum Theodericum, ut legitimum Regem ac Principem, prompto affectu expectabant. Is omni Transpadana Gallia in fidem recepta, aliquantulum Mediolani constitit, dum exercitum duobus grauissimis prælijs afflictū reficeret, ut reparato auctoq; exercitu, fortior in Odouacrem contendat, qui interea pluribus diebus frustra circa impugnationem

Veronæ.

Odouacer secundo à Gotho uictus.

Theodericus Transpadanam Galliam in fidem recepit.

Vrbis consumptis Rauennam petierat, cum his copijs reliquas habebat. Cœperat enim exercitus laborare in meatuum inopia. Stabat adhuc magna pars Italiae pro Helis. Et quod plus angebat Theodericum, pleriq; ex his pridem Odouacrem in acie deseruerant, promissis magis allecti, atq; ab Atusa Aemiliae & Flaminiae praefecto, magne autoritatis uiro, persuasi, in fidem eius redierunt.

## CAPVT XX.

Ticinum, aliàs  
Papia, Gothorū  
sedes.

Odouacer triennio à Gothis  
obsidatur.

Dromones.

**I**nterrupto itaq; uictoriae cursu, Theodericus Ticinū sibi belli sedem elegit. Comperto autē quod Odouacer sese Rauennae continere cœpisset, audacior factus Ostrothus, impedimentis cum imbelli multitudine ad Ticinū lectis, munita prius arce, & urbe ipsa moenibus ac praedio confirmata, cum robore copiarum Rauennam profectus, Odouacrem triennio obsedit, cepitq; primo anno omnes illius prouinciae ciuitates & oppida, praeter Ariminum, & Caesenam. Interea bis iusta acie certatum est, in utroq; praelio Odouacer uictus, redactusq; ad extremum inopiam, se & urbem Theoderico tradidit, sibi aliquā Italiae portionem sibi, suisq; popularibus assignandam. Afirmat autem Agnellus in uita Ioannis Episcopi uennatis, quod Theodericus Odouacrem iusta acie caedi ausum, in patentibus Candiani campis bis praeliorauerit, quodq; ea uictoria elatus, subito Ariminum perderit, & sine mora in deditionem acceperit, deinde dromones in Ariminenſi portu captos, ad Rauennatum portum (qui Portellum dicebatur) immiserit. Sunt autem Dromones uerbo Graeco, Gothico autem sermone Promones, ues subducciores, tabulatis undiq; ad propugnaculum caelae specie communitae. Itaq; Theodericus Portellum dromonibus clauso, partem copiarum in insula, quae

Bidens amnis, Padusq; & mare efficiunt, locauit. Ipse cum caetero exercitu Rauennam in circuitu obsedit. Vnde ad tantam rerum penuriam in urbe est deuentum, ut sordidas & maligni saporis herbas, clausi comedere cogerentur. Qua impulsus difficultate Odouacer, hortante urbis Episcopo deditionem fecit.

## CAPVT XXI.

**I**ngressus est autem Rauennam Theodericus, Episcopo Ioanne cum clero, & sanctorum reliquijs obuiam prodeunte. Continuitq; se Odouacer eo die, & postero, in palatio quod dicebatur Hilautum, Rauennae tunc insignis, sperans aliquam partem Italiae sibi & Herulis attribui possidendam. Sed Theodericus petitis eius annuere nolens, misit qui illum, & filium adolescentem, primoresque gentis interficerent. Herulorum uero plebem circa Augustam Praetoriam sub Alpibus, dato illis Regulo, collocauit. Breui exinde omni Italia, & demum Roma, summo Senatus populiq; Romani applausu est potitus. Enimvero nullus externorum Regum libentius est Romae uisus, maiore ue studio & congratulatione ciuium in Urbem acceptus: nullum rursus in se mitiorem est aut Roma, aut Italia experta. Quod maxime ex eo euenit, quia praeter illam suae naturae benignitatem, qua ad optimaqueque inclinabatur, etiam optimos consiliarios semper secum habere uoluit, praesertim sanctos Episcopos Catholicos, quanquam ipsemet Arriani dogmatis assertor esset: in quorum numero erat S. Episcopus Ticinensis Epiphanius, cuius consilio libenter obsequabatur, in illis potissimum operibus, quae humanam commiserationem praeseferre uidebantur. Hoc enim consultore & autore, maximam captiuorum multitudinem (data ingenti Regiorum

Theodericus Ra  
uennam in-  
gressus.

Theodericus summa Romano-  
rum gratulatione exceptus.

Epiphanius episcopus Ticinensis.

Gundibaldus  
Burgundio-  
rum Rex.

prouentuum parte) redemit. Missusq; est ab eo iude-  
stianissimus Episcopus Epiphanius ad Gundibaldum  
gundionum Regem, pro redemptione plurimorum  
rum, quos pridem ex Italia in captiuitatem abducere  
quum maxima auri uis, quam Theodericus ex fisco  
rat, non sufficeret ad omnium captiuorum redemptionem  
Gundibaldus quinque millia ex eis sanctissimo Episcopo  
gratis et sine pretio donauit. Theodericus deinde  
Roma Senatui permessa, in Rauenna urbe sedem suam  
locauit: ubi ad tantam Regiæ dignitatis, et honoris  
tudinem, opumq; affluentiam conscendit, ut paucos  
res Italia postea habuerit.

## CAPVT XXII.

Theodericus ni-  
citorum Regis  
affinitate ro-  
boratur.

**I**nter cætera autem, ut externas uires domesticis  
geret, Andrestam Clodouci Francorum Regis  
duxit uxorem: sororem uero suam Amalafredam  
rico Vandalorum, et filiarum unam Alarici Vep-  
thorum Regis filio Almarico despondit, alteram  
baldo Burgundionum, Amalabergam uero neptem  
mifredo Turingorum Regibus, in matrimonium  
xit. Eucharis etiam nobilissimo Gotho, ex Bal-  
profapia oriundo, Veterici filio, tertiam filiam An-  
entam in uxorem tradidit: quo genero per aliquot  
bus superuixit) annos, tanquam filio usus fuit. Post-  
rò, et ex prisco Romanorum Principum instituto  
ministrabat Occidentales Romani imperij prouincias  
à nullis dictarum gentium Regibus tenebantur. Ne-  
enim unquam cum Francis, Burgundionibus, et  
this bella suscepit, sed eos atque alios externos imperi-  
pressores, quoad potuit, in pace continuit, missis  
bus cum epistolis, ne aliqua inter eos nata dissensio,

Amalafuenta.

Constantinopolitanis Imperatoribus, Romanisq; uiam faceret  
ad Occidentales terras inuadendas. Ipsaq; interea tam de-  
xterè mansueteq; regnum administrabat, ciuitates et po-  
pulos tractabat, ut cum Augusto Principe, Traianoue, aut  
alio ex ijs, qui Patres patriæ, siue optimi Principes iudicati  
sunt, meritò conferri potuerit. Enim uero quòd Rauennæ  
geret, non tantum est ab eo factum, quasi Romanorum fe-  
rociam (ut tradunt quidam) horreret, desperaretq; posse  
fieri, ut Roma diu Regem externum ferret, uerum etiam  
quòd uidebat nunquam fore, ut Gothi Romanisq; conue-  
niret, quorum diuersi mores, diuersaq; sacra essent. Erant  
enim Gothi Arriani, cum tunc (ut nunc) Romæ Ortho-  
doxæ fidei uigerent instituta.

Theoderici re-  
gnum felicissim-  
um.

Rauenna curia  
Regis sedes.

## CAPVT XXIII.

**A**D tollendam igitur omnem discordiæ materiam,  
uel (quod alij scribunt) loci opportunitatem se-  
cutus, Rauennæ (quod satis constat) annis fuit circiter qua-  
draginta, Urbis administratione (ut dixi) Senatui permis-  
sa. Nec absens unquam destitit ipsum ordinem per literas  
hortari, ne pateretur Urbem multis cladibus alijs super  
alias deformatam, senioq; confectam, situ et squallore coo-  
peram iacere, sed publica Urbis ædificia instaurarent: ij-  
demq; studiose prouiderent, ut priuata non corruerent,  
sed diruta instaurarentur. Eoq; præcepto multa sacra et  
profana loca, in ueterè formam consurgebāt. Palatiū, ther-  
mae, Capitoliū, porticus, cloacæ, aquarum ductus restituti.  
Præfectos, architectosq; diligentes et expertos, cuiuscunq;  
opificij officinis, ut omnia in pristinam formam melioremq;  
instaurarent, præfecit, qui curam diu noctuq; sustinerent,  
ne Urbis ornamenta, statuae, et ingeniorum monimeta, ex-  
tere aut marmore excisa, extraheretur. Sepulchrū Augusti

Roma à Gothis  
instaurata.

in campo Martio inter Tyberim & uiam Flaminiam  
tustate collapsum restituit. Saxa Amphitheatri, quibus  
maiori ex parte corruerat, loco moueri, nisi in solida  
ruum Urbis reparationem, prohibuit. Statuas Principum  
aeneas, aut marmorcas, equestris, pedestresq; nomina  
multas, & generali edicto omnes conseruari iubebat.  
beriq; curā, ne illae interirent, quibus fides posteris  
retur, uiros fuisse præstantissimos, per quos ad ampli  
orbis imperium res Romana conscenderat.

## CAPVT XXIII

**P**Ræterea leges, & instituta per manus maiorum  
dita seruari, moresq; (si quid à prisco uicium  
degeneratum esset) castigari mandauit. Estq; per  
uetus ciuitatis forma, quam prius Reipub. oppressa  
far cum libertate euerit, in integrum à Gothico Regem  
stituta, excepta disciplina militari, à Romanis non  
dem inuiti (ut quibusdam asserere placet) passim  
tam diuturna & florentissima pace reuocari, sed in  
sapientie in toga impendentes, scirent magis militiam  
perare, quam onerosa militiæ negotia exercere, ad  
riam reducentes, seuerū illum Catonem aliquando  
Rempub. Romanā nequaquā fortitudine militari,  
filio, sapientia, prudentia, imperium suum ab Orontem  
ad Occasum extendisse. Quod autem Theodericus  
armorum uniuersum prohibuisset, haud uerissimū  
me est: fuisse enim illud non parui timoris indicium  
lōgè absuit, cum Romanos & Italos omnes pernicissimos  
rissimos filios semper amauerit: estq; rursus ab Theoderi  
cus ac communis omnium parens, circiter annos quinquaginta  
ginta (ut supra notatum est) quibus regnabat, obsequium  
Omnia spectaculorum genera (ut olim sub Caesarum)

Romana liber-  
tas per Cesare  
euerfa, à Go-  
this restituta.

Cato.

Theodericus pa-  
ter patriæ.

Regis impensa sunt ædita. Præterea ut honorem Urbis sue  
glorie præferret, uetuit ex auro, uel argento monetam cu  
si alia forma, quam ueteri, dum Romana Respub. floruis-  
set. Ut autem ciues Romani uel nouis erigendis, uel instau-  
randis uetustioribus ædificijs, maiorem haberent commo-  
dilitatem, parandæ calcis officinas in pluribus Italiæ insulis  
seri procurauit, calcemq; postmodum ciuibus, quorum  
principia ædificiorum cernerentur, liberaliter & sine pre-  
tio est largitus, multaq; alia pro publica & priuata Roma  
urbis instauracione, supra hominū fidem effecit. Quod  
qui à fideli & copiosissimo teste uoluerit certius intelligen-  
te, legat Casiodori eius epistolaris scriptorum uariorum  
libros, in quibus abundè comperiet, ipsum Regem religio-  
sis Christiane, sacrorum locorum, cerimoniarumq;, &  
pontificum Romanorum dignitatis curam enixius, quam  
multi alij Christiani Imperatores gessisse, nihilq; unquam  
prætermisisse, quod ab optimo Principe optari potuisset.  
Nec slessenda est eius pietas in S. Petrum, cuius templo Ro-  
me in Vaticano trabem argenteam, mille & quadraginta  
libras pensantem, cum duobus cerofratis argenteis, quo-  
rum singula septuaginta libras pensabant, liberaliter ob-  
tulit, tempore Hormisdæ Papæ. Pari quoque humanitate  
suus est erga uniuersas Italiæ urbes: quod maximè ostendit  
editum, in quo ciues iubet toto anni tempore, præterquā  
tempore mensis & uindemiæ, ciuitates & oppida frequen-  
tare, obireq; munera, quibus antea quietis Reipublicæ tē-  
poribus consueuerant. Non solum enim agricolæ, sed e-  
iam honesto loco nati, ob bellorum motus, quibus Italia  
diu afflicta fuerat, rura incolebant, uolentes potius  
ignobiliter uillicari, quam in luce homi-  
num cum uite periculo uer-  
sari.

Romani Pontif.  
à Gothis pluri-  
mū honorati.  
Gothorū libera-  
litas in S. Pe-  
trum.

Gothorū ingens  
humanitas in  
uniuersam I-  
taliæ nobilita-  
tatem.

Italia urbes Go-  
thorum libera-  
tate restitu-  
ta.

**S**unt urbes quedam ab eodem Rege, & Gothicis excultæ, Ticinum, Mutina, Regia domo-  
bique constituta. Arinini templum protomartyri  
phano crexit, uel consummauit. Rauennæ D. Ma-  
basilicam, Spoletum sumptuosissimo ædificiorum  
retu excoluit. Sipontinis tributa remisit, ut urbes  
mirutam restituerent. Aponi balnea, quæ sunt in ag-  
duano, muro clausit, ædesque balneis apposuit, ut  
modius frequentarentur. Præterea (ut Iustinianus  
netus habet) maxima liberalitate usus est erga ipsa-  
duanam urbem, dudum excisam. Iacuerat enim anno  
ab Atilæ demolitione dirutis mœnibus, & sine uir-  
nimento. Miseratusque est urbem nobilissimam ad  
infelicem redactam conditionem, ut ipsa per se se  
non posset: deinde uallo, & fossa eam muniens, in  
nam dignitatem, atque hominum frequentiam col-  
uit. Sed Rauennæ Theoderici indulgentia, omnium  
urbium tunc maximè aucta est, excultaque ædifi-  
urbe Roma & Constantinopoli marmoribus adu-  
ratq; Theodericus talis in ornanda & conseruanda

Rauenna.

Theodericus o-  
mnium Impera-  
torum optimus.

ut & ipsam ab omni externa iniuria tueretur, &  
tanta pace & tranquillitate conseruaret, ut omnes  
mos Principes, qui unquam ante ipsam fuissent, in  
clementia, bonitate, & æquitate superauerit. Eius  
(inquit Procopius) nemine inferior, qui à principibus  
gnitate Imperiali probatioribus fuissent. Gothos quibus  
Italos, pari quadam & summa beneuolentia sua  
humanitate prosequeretur, ita ut omnes  
(quod utique difficillimum est) e-  
ius imperium oblecta-  
ret.

CAPVT

**O**btinuit interim Theodericus non solum Italianam,  
Romamque Italiæ caput, sed & insulas, prouin-  
ciasq; quæ ipsi terræ adiacent, & cum his Dalmatiam, Li-  
burniam, eamq; Illyrici partem, quæ ad Hadriam spectat.  
Tenuit & Narbonensem Galliam in Comata Gallia. Præ-  
terea circa Rhenum gentes quasdam suo regno adiecit.  
Pars ad hæc Pannoniæ, quæ ad Sirmium uergit, cuius præ-  
sidio defensa est aduersus Bulgaros, qui relictis sedibus,  
quas circa Istrum prope Pannoniam & Noricum habue-  
runt, Thraciam populati sunt: quam Zeno iniuriam num-  
quam reprimere poterat, tum quia res imperij nimis affli-  
te erant, tum quia Byzantio nuper conflagrato, Imper-  
ialis fiscus euersus esset. Ad postremum ut tutior esset Ita-  
lia ab omni externarum gentium insultu, omnia Alpium  
caustra, à mari ad Tridentinum saltum, Gothorum Prin-  
cipibus attribuit, Tridentumq; muro cinxit. Verucam e-  
ciam (quæ est Monsfalco in agro Aquileiensi) à fundamē-  
tis crexit. Atque his Theodericus artibus, & prudentissi-  
mo studio affectus est, ut diu Italia cum magna Europæ  
parte, nullis bellorum terroribus fuerit obnoxia.

Gothorum im-  
perium latissi-  
mum.

Tridentum à Go-  
this munitum.  
Monsfalco.

**T**andem Romani tam quietæ & feliciæ secula in Sum-  
mi Pontificis electione turbauerunt. Siquidem de-  
puncto Papa Anastasio, clerus & populus in controuer-  
siam deuenit. Cum Symmachus in Lateranensi (quam ap-  
pellabant Constantinianam) & Laurentius in beatæ Vir-  
ginis (quæ Noua dicitur) ædibus, uterque Romanus, in  
Pontifices eligerentur, delata est res Rauennam ad Regem  
Theodericum: qui quamuis ecclesiasticas causas suo iudi-  
cio minime subijci cognosceret, conciliandis tamen parti-

Romani distur-  
bam pacem tur-  
bant in eligendo  
Pontifice.

bus operas suas impendit, ratus ad æquitatem pertine-  
 quod ille qui prius, & à meliore parte fuisset electus,  
 Pontificatu permaneret. Obtinuitq; Symmachus, qui  
 stiana usus clementia, Laurentium competitorum adu-  
 riumq; Nucerinis Episcopum dedit. Verum cum p-  
 tur illa cōtrouersia plenè sedata, Romani ad tumultum  
 surgebant: in quibus utraque pars suos defensores in-  
 sed diuersis studijs, & intentione non æquè incor-  
 Symmachi enim pars iure agens, à uindicta & in-  
 temperabat: at Laurentianæ partis defensores ad uin-  
 uersi, in uirgines, & sacerdotes immania exercebant,  
 tumq; innoxij sanguinis ubique est perfusum. Nec  
 tumultuantes, donec Symmachus coram synodo scilicet  
 iectis criminibus purgasset. Quo factò, una omnia  
 ce Laurentius condemnatur. Præterea Clodoueus Fran-  
 corum Rex, nõ paruum negotium Theoderico fecit, qui  
 Alarico Westgotho, Hispaniarum Regi, eò quòd Armi-  
 hæresim foueret, bellum indixit. Deinde coactis undecun-  
 copijs, in Hispanias aduersus eum duxit. Alaricus u-  
 haud segnius à Burdegala Vasconie urbe mouens, in  
 lido occurrit exercitu, hostemq; ad se uenientem in  
 uis occipit. Fuit id prælium atrox, & aliquandiu  
 ad postremum Alarico cadente, uictoria partibus  
 douei accessit: qua elatus, quotquot Arrianæ sectæ  
 reperit, diripuit & destruxit. Almaricus Alaria  
 Theoderici gener adolescens, cum quibus potuit  
 exercitus reliquijs, intra Pyrenæos saltus, ut Elip-  
 tueretur, se recepit.

## CAPVT XXVIII.

**T**vlit iniquo atque indignanti animo Alaria  
 Theodericus, & hanc soceri sui uictoria, non

affinitate motus, quàm Arriano nomine, cuius erat ipse stu-  
 diosissimus: & iam sua sponte meditabatur, quomodo Al-  
 marico genero optularetur, ut infrà libro xvi. dicemus.  
 Interea Anastasius Imperator Constantinopolitanus, re-  
 nuntiatà sibi uictoria Clodouei, gauisus est ultionem de Ve-  
 strogothis imperij sui euerforibus, sumptam fuisse suis tem-  
 poribus: missaq; legatione Clodoueo de prospero rerum  
 successu gratulabatur. Attulerunt, qui ad id missi sunt, illi  
 tunicam blatteam dono, qua soli utebantur Imperatores,  
 & alia quædam insignia: epistolasq; misit, in quibus eum  
 Patricium Consulemq; appellauit. Eratq; Clodoueus Tu-  
 ronis constitutus, quando tantum ab Imperatore Roma-  
 no munus accepit. Proinde post solennes Christianorum  
 cærimonias, eam induit uestem, & sedens in equo, num-  
 mos in multitudinem, quæ magna ad eam solennitatem  
 aduenerat, dispersit, acclamante populo, non Patricium  
 fore, & Consulem, sed Augustum etiam Clodoueam. Qui  
 ea sociatus pompa, Parisios accedens, eorum urbem tunc  
 primam regni Francorum sedem ( prout hodie est ) con-  
 stituit: edificauitq; magnificentissimo apparatu templum,  
 quod Principi Apostolorum pro uictoria uouerat. Que  
 cum intellexisset Theodericus Ostrogothorum Rex, tunc  
 in Italia potentissimus, ægerrimè tulit, uel quia soceri Clod-  
 douei audaciam damnauit, uel quod magis est uerisimile,  
 indignè tulerat, quòd tantam cum Græcorum imperato-  
 re omicitiã coniunxisset, ratus hæc omnia in suam, &  
 Ostrogothorum contumeliam fieri. Super omnia uerò  
 displicuit, quòd nepotem ex filia Almaricum paterna pos-  
 sessione depulerit. Proinde coactis undecunq; quadra-  
 ginta millium copijs, quibus Ibbam ducem præfecit, easq;  
 in Vasconiam, quam Westrogothis ademptam, Clodouei  
 exercitus occupabat, emisit. Fuit igitur inter Ostrogothos

Schisma inter  
 Symmachum  
 & Laurentiū.

Clodoueus Frã-  
 corum Rex in  
 Alaricum Hi-  
 spaniarū Re-  
 gem pugnat.

Alaricus mori-  
 sur.

Anastasius Imp.

Parisius prima  
 Francorum, &  
 des.



Ostrogothorum  
& Frācorum  
bellum.  
Franci uicti &  
profligati à  
Gothis.

et Francos acerrimus congressus: et tandem Ostrogothi uictores euaserunt, prostratis et profligatis triginta milibus Francorum in Vasconia: quæ recepta est pro Alarico defuncti Alarici filio, cui iam inde regnum inuolunt mansit Theoderici præsidio: qui quandiu deinceps in uentis mansit, præstitit Vestrogothorum res tutas in Italia ab omni Francorum iniuria.

## CAPVT XXIX.

Theoderici liberalitas in Ligures.

**N**equè silenda est Theoderici liberalitas, quibus in Italia magna frumenti copiam ex horreo publico erogauit, quia Ostrogothorum exercitus per Liguriam in Vasconiam transiens, ipsam nonnihil afflicta. Ita enim habuit iustitiam cum æquitate atque humanitate coniunctam, ut nullus unquam magis. Affrangeret ad probandum duo non prætereunda exempla à Iuliano Vencio. Asserit enim Theodericum fures ad eum acerbissime infectatum, ut liceret per omnem ferè Italiam perianuis dies et noctes agere. Alterum autem, quod mulier defuncto marito secundas nuptias amatori pondisset, et conditionem addidisset, filium domo eorum raram, questus est filius de matre apud Theodericum: et uerbis constantem mulier suum esse filium, suppositum habebat. Quum eniteretur, multis hinc atque hinc argutis contendebatur. Rex ingenio sagax, ut ueritatem ereret: Atqui, inquit, o mulier, potes si me audis facile molestia liberare: quin tu iuuenem istum, qui filium tuum se facit, maritum accipe: minor est etate, et facie liberaliore. Mulier omnino commota, primum subsistit, et responderet. Quum aliquandiu se collegisset, multis uillationibus eam rem subterfugere, neque sibi ipsi cogitare cepit, sed omnia ambagibus inuolueret. Theodericus

Theodericus in fures acerrimus.

Theoderici mira dexteritas in iudicijs.

tor orta est suspicio. Itaque finxit se poenam addere, nisi consentiret. Tunc adacta mulier sceleris horrore, suum esse filium concessa est.

## CAPVT XXX.

**M**ortuo interea apud Byzantium Imperatore Anastasio, successor, et filius eius Iustinus, Christiane pietatis amatissimus, uolens omnes hæreses in Christiane religionis excitatione, et præsertim Arrianam uersianam radicibus extirpare, omnes eius sectæ Antisites in toto Orientali imperio eiecit. Tulit eam rem Theodericus permolestè: imbibitam enim à Zenone Imperatore Arrianam labem, usque ad ultimum diem mordicus tuebatur. Quocirca aduersarios suos exilimabat omnes, quos Catholice fidei assertores inuenit. Hinc optimos ciues Romanos, Symmachum et Boëtium, ad delationem duorum factiosissimorum ciuium Romanorum, Opilonis et Gaudentij, suspectos habebat, quasi Iustini partibus studerent, cuius optimam popularemque administrationem longè suspectiorem timebat. Deinde quum Theodatum nepotem ex Gallie Narbonensis administratione ad Hebrurie provincie principatum reuocasset, permisit Senatui, ut unum aliquem patricij sanguinis (quem uellent) mitterent, qui provincie præesset. Quod idè fecit, ne Senatus de eius solita clementia dubitaret. Sciuit enim uerum esse, quod Princeps, qui uni facit iniuriam, omnibus comminari uidetur. Atamè semel irritatus Regis animus, his suspitionibus sentire non destitit: quin legationis prætextu, Ioannem Pontificem, et ex Senatorio ordine quosdam clarissimos Principes (adiuncto his Ecclesio Rauennate Antisite) ut res minus suspecta esset, procul Italia ablegauit.

Iustinus Imp.  
Arrianos Ep.  
secpos profert  
bit.

Symmachus &  
Boëtium

Ecclesius Rauennate  
Antisites

Theoderici legati  
ad Iustinum  
Imp.

**H**I ad Iustinum ire iussi, hanc mandati summam se  
deferebant: Audisse Theodericum Iustini eum  
de Catholicis, & Arrianis: non dubitare hoc in summa  
tumeliam factum, quem iam pridem in sensum habuerat  
& Anastasius pater, & Iustinus filius, nulla quidem  
culpa, sed ob Italicum regnum iustis armis questum,  
seruatumq; & auctum summa cum iustitia, & dilige  
prouidè quoque agi cum Iustino, si imperium ipse  
tam diligenter administret, ut illi supersit tempus  
tiumq; ad sacerdotia iudicia curanda: censere prop  
tius esse, ut Reges Pontificesq; seorsum quisq; munus  
obeant: certent inter se uerbis sacerdotes, dummodo  
temperant & armis. Moneant igitur Iustinum, ut ab ipse  
edicto: quod nisi fecerit, certiore faciant, quicquid  
iniuriæ intulerit Arrianis ecclesijs, idem quoque se  
tholicis illaturum. Excepit Iustinus Pontificem munda  
neratione, demissusq; ad eius pedes, ut Dei uicarium  
lo adorauit. Incidit inde difficilis consultatio, utrum  
riani restituendi essent: estq; Pontificis & legatorum  
chrymis eò deuentum, ut Iustinus potius Arrianos  
næ prouidentia permitteret, uti per se aliquando  
tem respicerent, aut opportuniore tempore omnibus  
ris ea pestis exploderetur, ne Roma, & omne Italicum  
men ex ea re maiorem cladem adiret. Datum est Pon  
& legatis, ut Arriani restituerentur, suoq; in statu  
rent. Dimissurus oratores Iustinus, ut in illorum  
etiam suo consulere, à Ioanne Pontifice ( Consulibus  
manis, Senatoribusq; subministrantibus) uoluit con  
ri. Verum quanto maiore honore legati à Iustino  
bantur, tanto maiore inuidia Theodericus inflama  
eos redeuntes excepit, quasi omnia humanitatis offi

Iustinus Imp. pe  
des Papa oscu  
latur.

Romanus Pont.  
pro quiete Ar  
rianorum orat.

Papa orat ut Iu  
stinus Arria  
nos restituat.

ab Imperatoria benignitate in eos collata, in ipsius contu  
meliam facta fuissent.

**P**roinde iam ex optimo Rege seuerus tyrannus esse  
Aus, non erubuit sanctissimum Pontificem, & inte  
gerrimos legatos, uarijs criminibus in simulatos, in tetrum  
atque horrendum carcerem conijcere, deinde fame atque  
inedia, & pedore cruciatos extinguere. Nec dissimili furo  
re desauit in nonnullos Romani Senatus Principes, in quo  
rum numero Boëtium, & Symmachum iam pridem apud Pa  
pam relegatos, interfici iussit: Boëtium quidem, quasi li  
brum illum nobilissimum, quem de Trinitate aduersus Ar  
rianos conscripsit, in eius contumeliam composuisset. Ipse  
non multo post, ut nonnulli uolunt, apoplexia, nonnulli uen  
tris profluuium, magnis cruciatibus extinctus est, anno tri  
gesimo octauo post adeptum Italiae regnum, & toto tem  
pore (excepto nouissimo anno) adeo clementer admini  
stratum, & auctum, ut optimum quenque antiquorum  
Principum non æquasse solum, sed superasse uideretur.  
Est Procopij autoritate proditum, paucis diebus post Boë  
tij & Symmachi caedem, cum cœnanti Theoderico caput  
piscis esset oblatum, refugisse Theodericum, quasi Symma  
chi faciem oblatam uidisset, quæ inferiore labro mordicus  
apprehenso, toruis sibi oculis minaretur, territumq; eo  
osento in mortiferum incidisse languorem, statimq; defi  
cientibus membris in cubiculum secessisse, ubi lecto de  
cumbens, & parumper quiescens, magnam togarum uim  
ut sibi ingereret, iussisse. Deinde Elpidio medico omni  
bus quemadmodum accidissent diligentius explicatis, in  
Symmachum Boëtiumq; patratum à se scelus acerbo luctu  
delebat: quo denique deplorato, ex accepta calamitate

Theodericus se  
tyrannus.

Boëtium.

Osentum fatale.

Theoderici pu  
nitentia.

dolore ingenti affectus, haud longè post moritur, cum pri-  
mum id iniustitiæ & ultimum in suos subditos exemplum  
exercuisset. Fuisse nimirum longè felicior eius exitus, si su-  
orum Gothorum consilia ita in extremo anno attendisset,  
quemadmodum semper antea audierat, & illorum scrib-  
tiosorum Romanorum, Gaudentij & Opilionis, delatio-  
nes suspectas & perniciosas à se longius remouisset. Pro-  
de huius tanti uiri morte relictum mortalibus exemplum  
nullam esse rem fortunæ uicibus non subiectam, non quæ  
non liberos, non imperium, non denique uirtutem ipsam  
quam Ethnici Philosophi supra omnem fortunam statu-  
runt: cripiuntur omnia illa, & euanescent: at constantis  
sempiterna felicitas est, quam optimus Deus mortalibus  
gratis infundit, nec igni, nec ferro, nec ipsa quoque com-  
pitis ægritudine labefactandam.

Gaudentius,  
Opilio.  
Fortunæ uicissi-  
tudo.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V.

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; liber  
decimus.

CAPVT I.



Amalafuenta deinde paterno imperio  
titur, quam nonnulli ob Gothicæ  
guæ ignorantiam Amalafuentam uocant,  
cum sunt apud Gothos in nullo usque  
Suenta uero iuuenulam, & Suen-  
lescentulum significet. Igitur Amalafuenta iuuenulam et  
Amalorum nobilissima familia genitam ostendit. Hæc  
erat Theoderici, cuius non extant prole masculina, in-  
gen

Amalafuenta  
40. inter Re-  
ges externos.

gno cum filio suo Atalarico, septenni puero, quem ex Eu-  
chario Gotho, & magnæ nobilitatis uiro susceperat, suc-  
cessit: de cuius egregijs laudibus plurima à grauissimis au-  
toribus scripta inueniuntur, præsertim ab integerrimo ui-  
ro Cassiodoro, Romanæ urbis Senatore, à quo nonnulla  
breuiter excepimus. Inquit enim neminem eam mulierem  
sine ueneratione uidere potuisse, audire loquentem fuisse  
miraculum, Græcis Latinisq; literis egregie fuisse imbu-  
tam, omnium gentium nationumq; , quibus cum Romano  
imperio aliqua esset cōsuetudo, linguam nouisse, uernacu-  
le uocis sono, quasi inde duxisset originem, loquatam: tan-  
te autem grauitatis, ac in simulando & dissimulando pru-  
dentie, ut cum improbos redargueret, acrisq; increpa-  
ret, nihil sibi quod acerbum esset illatum & dicerent, &  
sentirent. Quibus ex rebus tantam sibi comparasse dicit  
tum autoritatem, tum amorem, ut illi non paruissè, etiam si  
nulla timeretur poena, nefarium duceretur.

Amalafuenta mi-  
rifice laudat.

CAPVT II.

Hæc sapiens mulier primam curam post susceptum re-  
gnum adhibuit, ut publicam gratiam, quam pater  
suggestione malignorum hominum imprudenter deceptus  
amiserat, prudentius agendo recuperaret. Quocirca Sym-  
machi & Boëtij filijs, ablatam paternam scueritate patrimo-  
nium restituit, alijsq; compluribus operibus summa laude  
merito extollendis, paternam culpam abolere contendit.  
Filium Atalaricum ut Romanis moribus, & disciplina in-  
strueretur, summopere curauit, ut facile in optimum Prin-  
cipem euasisset, nisi tres Gothi illius educatores, rapinis  
(quibus assueti erant) inhiantes, prudens id Regine con-  
siliium peruertissent, affirmantes Gothorum proceribus ne-  
quaquam placere, eorum Regem sub magistrorum formidine

Amalafuenta  
clementia.

Puerorum cor-  
ruptores.

educari, qui minas & uerba incutientes, non fortem Regem, sed meticulosum seruum efficerent, cum contra magis expediret, uitam inter Gothorū duritiem acturum, omni maiorum reuerentia solutum, inter coeuios uiuere, amag; & equos tractare, quibus animi uigor, generositas à maioribus accepta indies augetur. Illudq; sedulo didicant, Theodericum ipsum liberos ad ludimagistros mittendos quocunq; pacto censuisse, idq; frequentius uisum fuisse: Haudquaquam eos quos ferule timor iam seruauisset, gladios & lanceas magnifacuros. Vnde perducabant, Amalafuenta ut minimè præteriret Theodericum patrem, qui cum tantarum Rex sit urbium factus, & regnum susceperit, nulla ex parte contigerit litera ipsa, nec auditas quidem usquam perceperit. Quocirca Reges inquit, pedagogos istos missos nunc facite, & Atalaricum qui secum uiuât coeuios dato, ut etate una & floridius uentur, & ad uirtutem uirilitemq; impellantur.

## CAPVT III.

Disimulatio per  
viculosa.

**H**aec etsi Reginam non latebant quorsum tendere tamē ne refragari eorū postulationi uideretur sensit. Adolescensq; æqualium cōuersationi traditus, ut admodum tempore in lasciuiores uitam, scortaq; & uindines, ac cæteras huiusmodi uoluptates transuectus. Matri uerò, præsertim post Iustini Imperatoris suam, cuius potentiam formidabat, adeo repugnans esse cepit, propter malos suosores, ut neque adire illam, neque illi qui dignaretur, quibus artibus cum prudentissima Regina intelligeret se ab aduersarijs oppugnari, regnoq; priuari, non tulit dolorem magni animi mulier, sed tres illi Gothorum proceres, qui autores suosoresq; malorum consiliorum patro erāt, primū in diuersas Italiae promissa

Consilium malum, consilio-  
tius peruenit.

ne Regiam indolem penitus corrumpere, emittere, deinde de mysis clam percussoribus occidi curauit. Quo peracto adolescentem sibi reconciliauit, ipsumq; melioribus consilijs imbuens, efficit, ut spem de se bonam (si per fata licuisset) polliceretur.

## CAPVT IIII.

**A**talarius igitur paulò adolescentior Theoderici ex filia (ut dictum est) nepos, quamuis à principio ad quorundam malignorum suggestionem contempta matre regni gubernacula præripere conaretur, attamen prudentia matris ad mitiorem animum reuersus, talem se deinceps exhibuit, ut Casiodorus affirmet, ipsum omnia ad exemplar aui Theoderici gessisse, & quoadq; melioribus consilijs usum fuisse. Quamuis enim sectā Arrianā à patre acceptam tueretur, Bonifacium tamen, & Ioannem (cui etiam Mercurio nomen erat) Summos Pontifices, qui successiue per eius tempora fuerunt, non solum prosecutus est magnis fauoribus, & honore, sed & à Romano Senatu, ac populo honorandos curauit. Extant etiam eius decreta de Episcopis à Romano Pontifice, & nullo alio ordinandis: de rebus sacris à nemine distrahendis: & demum de ecclesiastica libertate seuerius conseruanda. Præterea Romam, & omnes Italiae urbes à ciuibus frequentari, bonisq; artibus operam dari præcepit. Salarium in urbe Roma liberalium artium præceptoribus (quod multis annis omissum fuerat) constituit. Publica Urbis ædificia uel fortuito casu, uel uetustate collapsa, quæ pater instaurare inchoauit, adeo diligenter continuauit, ut necessariū fuerit aliunde marmora adduci, quæ iam in ruinis, & exhaustis ruderibus deficiebāt. Itaq; omnia ad prudentissimæ matris consilia, & materni aui exempla disponens, nihil ab eo perperam perpetratum cre-

Atalaricus 41.  
Rex externus.

Casiodorus.

Gothorū in Sum-  
mos Pontifices,  
& clerum fa-  
uor.

Romani Pont.  
auctoritas.  
Ecclesiastica li-  
bertas.

Studiū per Go-  
thos restitutum

*Indigna Opilio  
nis traditoris  
exaltatio.*

dimus, præter illius pessimi delatoris Opilionis, qui op-  
tis uiris Symmacho & Boëtio uitam, clarissimog. Regi  
Theoderico optimam famam abstulerat, sublimationem  
ad ærarij præfecturam, quem iustius legibus puniendus  
tradidisset.

## CAPVT V.

**T**Andem est ingesta in regnum pueri non parua  
cultas, ob Francorum Burgundionumq; in Italia  
irruptionem: quam hunc maxime in modum factam  
didicimus. Clodomirus, Childelbertusq; Clodouei Fran-  
corum Regis filij, mortuo patre paternum regnum iudi-  
cauerunt, ut eorum nepoti Theoberto (quem in Metabo-  
bus Regem constituerat) partes Burgundiæ Germaniæq;  
quas occupauerat Clodoueus, quæq; in Alpibus ad Italia  
spectant, assignarent. Qui quoniam rapinis assuetus  
fuit, uicinas Italiæ partes molestare, atq; uastare con-  
dit. Quod cum Amalasuenta intellexisset, missis ad Fran-  
corum Reges legatis, ostendit ualde necessarium sine  
omni controuersiæ materia inter Italiã, & Principibus  
liæ uicinos, quantotius aboleatur, ni uelint omnes ab im-  
peratore Iustiniano impugnari, & expugnari. Impetrat  
prudens Regina per eam legationem, fœdera inter Al-  
ricum filium, & Theobertum constitui, & confirmari.  
Theoberto Romanam prouinciam in uim ipsorum fœde-  
rum retinente. Nec parum cumulata sunt pueri Regni  
commoda, quod Regina Theodatum consobrinum suum  
populis Hetruriæ ob iniquas exactiones accusatum, ad re-  
stitutionem compulerit. Is enim tam iustam Regine senten-  
tiam perinde ac grauem iniuriam interpretatus, cepit  
autor est Procopius) agere apud Iustinianũ Imperatorem  
de Italiæ ad imperium restitutione. In his cogitationibus  
occupat

*Francorum Re-  
gum belli ap-  
paratus in Go-  
thos.*

occupato Theodato, Reginaq; in multa rerum perplexita-  
te fluctuante, præmaturus Atalarici Regis obitus omnes  
eorum cogitationes in noua consilia permutauit.

## CAPVT VI.

**A**nno enim octauo, siue (ut alijs placet) decimo, post  
quam à Regina matre in regni consortium assum-  
ptus fuerat, diem clausit extremum. Tum Regina in maio-  
re perplexitate cõstituta, cogitare cœpit, quomodo suæ or-  
bitati, & publicæ Gothorum saluti melius efficaciusq; con-  
sulare posset. Tandem postquam diu multumq; de rerum  
gerendarum ordine deliberasset, Theodatu Hetruriæ, &  
magnæ partis Italiæ Principem, qui solus ex Theoderici  
sanguine restabat, ad se inuitatũ, magna & singulari huma-  
nitate excepit, cũq; (teste Procopio) multis idoneisq; uer-  
bis ad id inducere contendit, ut præteritarum controuer-  
sarum oblitus, cogitare uelit, quomodo Gothorum regnũ  
singulari Theoderici prudentia fundatũ, erectum, & au-  
ctum cõseruari possit, & si iureiurando se obligare uellet,  
ut præteritarũ iniuriarum memoriã à se penitus abijceret,  
ipsa eum primò in suum maritum, deinde Regem, & regni  
consortie assumeret. His Theodatus omnibus auditis, que-  
cumq; Amalasuente animo essent, fraudulenter per sacra  
iurans, facturum se omnino pollicetur. Hoc pacto Amalaf-  
uenta partim propria sententia, partim Theodati iuramen-  
to elusa, hunc in Regem constituit, futurum credens, ut quẽ  
pater Theodericus uiuens multis magnisq; beneficijs (con-  
siderata eius indole, quæ optima uidebatur) affecerat, in  
nullo prorsus ab auitis uel paternis moribus degeneraret.  
Videbatur enim adolescens ingenio esse mitiore, & ad di-  
sciplinam uirtutesq; liberales accommodo. Erat enim li-  
teris Græcis, Latinisq; liberaliter eruditus, multum in

*Atalarici mors*

*Theodatus He-  
truriæ prin-  
ceps.*

*Theodatus fit  
Rex benefi-  
cio Amalaf-  
uente.*

*Theodati indo-  
les optima.*

Theodatus histo-  
riam scripsit.  
Theodati fordi-  
da auaritia et  
imbellia.

Philosophia uersatus. Platonem plurimum in manibus ha-  
bebat. Scripsit sui temporis historiam. Videbaturq; laudis  
& gloriae cupidior, ceterum natura imbecillus, & inco-  
nstans, multis uitijis ita laborabat, ut nulli rei praterquam  
cumulandae pecuniae, cui auidissimè inscriuebat, uideretur  
idoneus. Regina tamen impellente, unicum inuitus regni  
ædidi uirtutis officium. Nam dum Amalasuenta Rauen-  
constituta ipsum in regni consortem assumpsit, Theo-  
datus Metensium Rex, multa Burgundionum armato-  
millia in Liguriam, atq; Aemiliam, Alemannos uerò in  
netiam misit: quibus Theodatus magno Gothorum lub-  
rumq; exercitu succinctus, obuiam iuit, commissosq; pro-  
lio, utraq; gentem nõ sine illarum cæde Italia eiecit. De-  
inde misso exercitu, quem in utraq; expeditione habu-  
erunt, prouinciam Romanam per legatos recuperat. Interim ca-  
mnia Reginae uirtus multas ipsius Regis ineptias, prudentem  
omnia administrando tegebat.

## CAPVT VII.

Theodatus ali-  
às Theodeatus  
42. Rex exter-  
nus.

**T**heodatus ergo summa Amalasuente gratia ad Go-  
thici regni sustigium sublimatus, quandiu omnia  
giae maiestatis negotia ex cõsilio sapientissimæ cõiugio  
quebatur, tam diu publicæ omnium subditorum utilitatis  
sueq; propriæ consuluit honestati. Ex eius siquidem con-  
silijs, omnia illa præclara facinora, quæ Casiodorus in  
Epistolis Theodato attribuit, prodierunt. Hinc enim per  
à Iustiniano Imperatore, & Francorũ Regibus, ac eorum  
nepote Theoberto, per datas multiplices epistolas, missosq;  
oratores, etiam ex Senatu, enixius petita; hinc Summi Pontifi-  
ficis ueneratio, & suscepta accuratius cleri, sacerdotumq;  
rerũ protectio: hinc aduicta magnis sumptibus à Constantinopoli  
marmora, quibus Romam ornari curauit: hinc  
la lib-

Theobertus rex  
Franciæ.

Summi Pontifi-  
cis & cleri re-  
ueratio.

la liberalitas processit, qua in Ligures, Aemiliensesq;  
& Venetos usus fuit. Ipsis enim populis ob accepta à Bur-  
gundionibus Germanusq; damna, tertiæ partis unius anni  
annonam ex publico est largitus. Quam quidem annonam  
Ligures, Aemilienses, Papienses, & Veneti, ex Taruisino  
& Tridentino horreis acceperunt. Hunc etiam Regem scri-  
bit Casiodorus elephantes tunc ex ære uia sacra, ad natu-  
ralem bestiae magnitudinem extantes, quæ ruinam mina-  
bantur, instaurari iussisse, ea (ut uidetur) ratione, quod pue-  
ri adolescentesq; Romani, uisa bestiarum magnitudine, in  
quas eorum parentes pro patria & decore pugnaissent,  
animos ad fortitudinem maiorum eleuarent. Sed breuis ho-  
pes erat uirtus in corde tyranni. Pauco enim tempore euo-  
luto, optima Regina compertum habuit, se nihilò feliciorẽ  
fuisse in consobrino, quam in filio arrogando. Deposito si-  
quidem respectu, quem ad illustrissimam Reginam habe-  
bat, auarum ignaumq; se prodidit, laborem fugere, iner-  
tiæ sese dedere, odisse tam uirtutem, quam uirtuti deditos,  
congregandæ pecuniae incumbere, ut dicere non dubita-  
ret, se sibi prouidere, ne forte si dimittendum fuerit regnũ,  
uitam non posset ducere. Infelix in utroq; Regina, cuncta  
ut poterat administrabat.

Elephantum  
statua.

Theodatus filius  
tyrannus.

## CAPVT VIII.

**F**erebat indignè quoq; Theodatus omnia, quæ pru-  
dens Regina attentabat, & iam neq; ipse facere, neq;  
Reginam permittere poterat. Moxq; homo ingratis-  
simus, ad summam ingratitude adactus, quasi aliena uirtus si-  
bi dedecori esset, eam in lacus Vulsinensis infulam relega-  
uit: deinde ut atrox facinus atrociorẽ crudelitate cumula-  
ret, noluit eam aliquo simplici mortis genere interire, sed  
crudelissimis uiris, quorum ipsa propinquos ob filij corru-

Amalasuenta ab  
ingratis-  
simo  
Theodato re-  
legatur & oc-  
ciditur.

ptionem iustissime necari fecerat, eam (prout uellent) occidendam reliquit. Quis enim dubitat, quin illi ipsam ueris, atq; exquisitis supplicijs affluerint, quando per ingratissimū Regem licuit eam pro sua ipsorum uoluntate tradere? Quæ res ut Italos præ cæteris omnibus, ita Gothos uniuersos intolerabili mœrore afficit. Erat enim hæc femina (ut supra ex Cassiodoro ostendimus) quibusuis humanis uirtutibus excellentissime decorata. Quocirca Theodatus omnibus inuisus, publico atq; inextinguibili odiorare cœpit. Improbum quippe scelus omnes detestabatur: tantūq; ex eius enormitate inuidiam confluxit, ut nullus propè, aut procul positus, ipsum sine horrore poterit nominare, aut nomen eum audire. Statimq; Iustiniani oratores, qui nuper aduenerant, audita illustrissime femine morte tam indignè perpetrata, præsentè Theodato, & adstantibus Gothis, Deū & homines simul obtestabatur, eos omnino ob id scelus à Iustiniani federe disjunctos esse, nec ab ipso aliud quam conflictum & uindictam expectarent. Theodatus uerò prorsus imprudens, Amalafuentium interfectores in summo honore cultūq; habebat, illiq; se nec uelle palam ostendebat: & tamen ipsi imperatori, extra inter Imperiales legatos præcipuo, persuadere comedit, Amalafuentiam non suo iussu, aut consensu, sed quædam Gothorum temeritate interemptam.

## CAPVT IX.

*Iustinianus bellum in Gothos parat ob cede Amalafuentis.*

**I**mperator autem ubi non didicisset quem admodum eam Amalafuentia actum fuisset, confestim se ad bellum parabat, uindicta de tam nefario uxoricida suscepturus. Quocirca Theodatus animaduertens, cœpit more omnium tyrannorum trepidare leuis & inconstans homo, nunc per legatos pacem deprecari, nunc, si bellum inferat, mitti se de-

se defensurum, atq; ita se tum uerbis, tum factis gerere, ut facile intelligeret Iustinianus, se bellum suscipere in hominem qui minari sciret, uincere autem nesciret. Pœnituit tūc Theodatus (sed erat pœnitentia nimis sera) quod optime Regine pro gratia odium, pro beneficijs iniurias, pro regno necem rependisset: attamen cum consultius existimasset, Imperatoris gratiam quàm uindictam expectare, multos nuntios, plures literas, sedulasq; intercessionem, quibus instans bellum auerteretur, adhibuit: atq; inter multas, quas ad Imperatorem, uxoremq; eius epistolas dedit, unam diligentius ornatiusq; scripsit, in qua Romam, Italiamq; loquentes facit, pacè optimo Regi, doctissimo Principi, Romæ & Italiæ amantissimo patri, mitissimoq; domino implorarent. Tantusq; erat illi timor, ut parum putaret Senatores Romanos mittere oratores, nisi etiam Agapitum Summum Pontificem pariter emisisset: quem tamen nullo prorsus comœtu, siue uatico uiuit, ut bono Pontifici necessarium fuerit aurea argenteaq; uasa, sacrorū usui deputata, ex beati Petri sacrario accepta, apud usurarios collocare, quò itineris expensas ab eis acciperet. Qui à Iustiniano non ut malè meriti Regis legatus, sed ut Dei in terris uicarius exceptus, atq; cum summa ueneratione in Constantinopolim introductus est. Passusq; est Imperator se ab eo exorari, ut iniuriam nefarie cædis in Amalafuentiam illatæ, quam Agapitus deprecandam aduenerat, Theodato remitteret.

## CAPVT X.

**E**git deinde Iustinianus cum Agapito, ut Eutyctianæ opinionè cōprobaret: à qua pientissimus Pontifex laqueum cū magnopere abhorreret, instaretq; Imperator minas precibus miscès, Putabā, inq; Agapitus, uenisse me ad Chri-

*Theodatus pacem à Iustiniano petit.*

*Agapitus Papa sit legatus Theodati.*

*Eutyctiana hæresis.*

stianissimum Principem, sed ut deprehendo, ueni ad Theodanum. Tam libera uoce delectatus Imperator, uel quod Deus id fecit, in cuius manu sunt corda Regum, Ambrasius huius hæresis fauore eiecto, Mennam in Constantinopolitana Episcopum ordinauit, tantum absit, ut ob eam rem iam inde aliquo modo Agapito infestus fuerit. Nec multo post Agapius Constantinopoli mortuus est. Deinde corpus eius loculo plumbeo Romam delatum, et in Vaticano sepulchrum est: quamuis alij affirmant, ipsum in Urbem uersum, continuo decessisse. Quo defuncto, Theodatus Romanum (quod nullus ante eum tyrannus facturus est) in electione, quam faceret, illata uel consensum promittere coegit, et pecunia per factionem accepta, Syluerium Pontificem creauit. Quod factum adeo displicuit Imperatori, ut propter eam iniuriam accensus fuerit ad inferendum bellum Theodato, cui iam intercedente Agapito (ut diximus) mortem Amalasuente remiserat. Consilium igitur Theodatus se in publicum et periculosum odium propter sua temeraria facinora deuenisse, incepit melioris uitæ speciem ostentare, tributa et Regios prouentuumque locis inminuens, alibi uero in totum tollens: liberans omnes fisco obnoxios, et qui ob delicta in Reipublica missa, in publicis uinculis tenebantur. Ille tamen inuulgis conatus semper minor reputatus est comparatione uictoriorum prius commissorum, ideoque nullam auctori gratiam poterat conciliare. Maximum uero odium ob annonæ penuriam, que per uniuersam Italiam suborta fuit, contraxit, quando maiorem uinorum, quam frumentorum curam gerere patenter ostendit. Cum enim compertum haberet in Veronensi agro Accinaticum esse uinum, odoris suauisq; suauissimi, magnam eius uim summo cum fisco imperatoris adduci curauit. Vinum etenim illud offerit Casiodorus

Anthemius hæreticus.

Syluerius Papsimoniacæ ecclesie.

Vinum optimum apud Veronam.

dorus colore fuisse purpureo, sapore præcipuum, cuius dulcedo ineffabili suauitate sentiebatur, cum tamen et tactus eius densitate pinguesceret, ut carneus liquor, aut potio edibilis uideretur. Sed annonæ penuriam subleuaturus, ad tribunos maritimos Venetiarum epistolam dedit, quæ nouæ urbis Venetæ paulo antè (ut in historia Attilæ diximus) inchoatæ, prima incrementa qualia fuerint, ante oculos ponit, et haud secus designat, quam si ad tanti populi, tamque excellentis urbis ostendendam originem, tunc à Casiodoro Rauenta oriundo, et qui locum inspexit, per scripta fuisset.

## CAPVT XI.

Cum enim Theodatus Rex Laurentium quendam mississet in Istriam procuraturum annonam, quæ Rauentinam aduheretur, exercitibus et Italiæ populis distribuendam, dictis Venetiarum tribunis in hæc uerba Theodatus scripsit: Data pridem iussione, censuimus ut Istria prouincia uini, et olei species, quarum præsentis anno copia indulta perfruitur, ad Rauentinam feliciter dirigeret mansuetum. Sed uos, qui numerosa nauigia in eius confinio possidetis, pari deuotione grata prouidete, ut quod illa parata est tradere, uos studeatis sub celeritate portare. Similis erit quippe utriusque gratia profectio, quando unum ex his dislocatum, impleri non permittit effectum. Estote ergo promptissimi ad uicina, qui sepe spatia transmittitis infinita: per hostilitia quodammodo uestra discurritis, qui per patriam nauigatis. Accedit etiã uestris commodis, quod uobis aliud iter aperitur, perpetua securitate tranquillum. Nam cum uentis semicibus mare fuerit clausum, uia uobis panditur per amoenissima fluuiorum: carinæ uestræ flatus asperos cum expauescunt, terram cum summa celeritate contingunt: putantur eminus per prata ferri: contingit aluicam non uideri;

Theodatus annonæ penuriam subleuat. Venetæ urbis origo.

Theodati ad Venetos epistola.

Venetæ urbis fluitus mirabilis



tracte fanibus ambulat, quæ stare rudentibus confu-  
rant, & conditione mutata, pedibus iuuant homines nauis  
suas: uectrices sine labore trahunt, & pro panno ueluti  
utuntur passu prosperiore nauarum. Auuat referre quæ  
modum habitationes uestras sitas esse prospeximus. Venetia  
predicabiles quondam plenæ nobilibus, ab Austro Rame-  
nam, Padumq; cõtingunt, ab Oriente iucunditate loni-  
ris perfruitur, ubi alter nus æstus egrediens, modo clau-  
modo aperit faciẽ reciproca inundatione camporum. In  
bis aquatiliũ auitũ more domus est: nanq; nũc terrestris  
dõ cernitur insularis, ut illic magis existimes esse Cyclada  
ubi subito locorum facies respicis immutatas. Earũ quippe  
militudine, per æquora longè patentia domicilia uidentur  
sparsa, quæ nõ natura protulit, sed hominũ cura fundata.  
Viminibus enim flexibilibus illigatis terrena illic solida  
aggregatur, & marino fluctui tam fragilis munitio nõ de-  
bitatur opponi, scilicet quando uadofum litus moles ne-  
eijcere undarum, et sine uiribus fertur, quod altitudinis  
xilio non iuuatur. Habitatibus igitur una copia est, ubi  
lis piscibus expleantur. Paupertas ibi cum diuitibus sub  
qualitate conuiuit: unus cibus omnes reficit: habitantibus  
milis uniuersa cõcludit: nesciunt de penatibus inuitæ  
sub hac mensura degentes, euadunt uitium, cui nihil  
constat esse obnoxium. In salinis autem exercendis, totum  
tentio est. Pro aratris, pro falcibus, cylindros uolunt  
de uobis fructus omnis enascitur, quando in ipsis, & quæ  
non facitis, possidetis. Moneta illic quodammodo peruenit  
uictualis: arti uestræ omnis fructus addictus est. Postquam  
rum aliquis minus querere, nemo est, qui sal non desinat  
inuenire: merito, quando isti debet omnis cibus, quod pos-  
test esse gratissimus. Proinde naues, quas more antiquitatis  
fris parietibus illigatis, diligenti cura reficite, ut cum uentis  
experia-

Venetorum  
uictum.

Sal apud Vene-  
netos.

experientissimus Laurentius, qui ad procurandas species  
directus est, comonere curauerit, festinetis excurrere: qua-  
tenus expensas necessarias nulla difficultate tardetis, qui  
pro qualitate aeris, compendium uobis eligere potestis iti-  
neris. Hæc de Venetijs ex epistola Theodati Regis addu-  
xisse uolebamus, tum ad ostendendam illorum temporum sim-  
plicitatem, quæ ut in uerbis parum astutiæ, ita plurimum fi-  
dei in factis habebant, tum etiam ut ob oculos poneremus  
tam inclytæ urbis primordia. Erasmus enim, cum has no-  
stras historias meditaremur, Venetijs apud Reuerendissi-  
mum & optimũ Patriarcham Hieronymũ Quirinũ libera-  
lissimo hospitio recepti, expectantes generalis Concilij in  
Vicentinam urbem conuocati, exitum diu desideratum.

## CAPVT XII.

Interea uerò cum Theodatus Ostrogothorum Rex, Ro-  
manum simul & Italicum regnũ minus prudenter ad-  
ministraret, cepit annonæ penuria terras omnes ei subie-  
ctas multis modis opprimere. Quocirca Iustinianus ido-  
neam occasionem ad Italiæ recuperationem se affectum  
ratus, expeditionem in Italiam destinauit: quæ etsi diu  
durauerit, uariòque Marte hinc inde pugnarum fuerit,  
attamen breuius quoad fieri queat, eam exponemus. Post-  
quam enim Bellisarius Patricius bellum Parthicum pro-  
spere gessisset, Africamq; expulsis inde Vandalis, impe-  
rio restituisset, triumphumq; ob id Byzantij celebrasset,  
cepit Theodatus maiore affici anxietate, sciens Impera-  
torem non minus Italiam, quàm Parthiam, aut Africam  
ad suum imperium reuocare uelle, utpote terram, quæ  
esset prima imperij sedes: attamen ut erat ingenti igna-  
mia, aut tarditate obrutus, nihil solito prudentius effi-  
cere curauit, nulla negotia capebat, non arma parabat,  
non præsidia firmabat, quibus Italia ab instantibus bello-

Antiquorum sim-  
plicitas presen-  
ti astutiæ præ-  
ferenda.

Annonæ pe-  
nuria.

Iustiniani in  
Italiam ex-  
peditio.

Theodati in-  
eptia.

rum periculis liberari potuisset, sed se talem omnibus ostendit, ut de eo uere dici potuisset, quod multa Philosophia studia ipsum ad stupidam ignauiam deduxissent. Conspicuum tamen ad suas solitas ineptias, legatos ad Iustinianum mittens: multasq; epistolas ad eum dedit, in quibus pacem impetraturus, Romam & Italiam inter cetera dicere faceret. Et si Africa libertatis parte frui cœperat, non tamen debere Iustinianum optimum Principem Italiam, à qua inuicem nomen decusq; acceperat, in eandem libertatem animi rectam, motibus exponere, qui inter oppugnandum, dependendumq; necessario orirentur.

## CAPVT XIII.

Iustinianus uero respondens Regi, præ se tulit desiderium Urbis & Italiae liberandæ, missisq; legatis Theodato mandauit, ut Italia, & insulis Italiae adiacentibus ad imperium restituitis, Constantinopolim se conferret, magnas sibi diuitias habiturus, uicturusq; in literario otio, quod ab inermis tate fecerat: aut si id facere recusaret, bello (quod eximium sibi indictum esset) necessaria præpararet. Verum illi uim imprudens homo, nec ea, quæ Iustinianus postulabat, facere curabat, nec se contra uim magis solito munivit. Fuisse itaq; continuò bellum Ostrogothorum, quando satis constitit, cum quali hoste res futurusset, sed ut sine maiore Italiae motu bellum illud expeditur, legati in Galliam à Iustiniano missi sunt ad Clotharium, Chilbertumq; & Clotharium, Francorum Reges, quibus literas in hanc sententiam (teste Procopio) scriptas. Nostræ ditionis Italiam per uim Gothi ceperunt, nec se illum restituere hanc nobis haudquàmquam decerunt, sed se iuria insuper nos affecere, nec toleranda quidē, nec mediocriter. Quocirca exercitus aduersus hos mittere cogimus.

Theodatus  
militatur  
Iustini  
no.

Iustinianus Gal  
lie Reges con  
tra Gothos so  
licitat.  
Iustiniani epi  
stola ad Fran  
corum Reges.

uero par fuerit nobis hoc bello ut auxilio sitis. Quod utriq; nostrum commune, rector illa ac uera de Deo fides facit, in Gothosq; odium, qui ob Arrianam perfidiam detestandi sunt, & castigandi. His literis Imperator perscriptis, & Francorum Regibus magna pecunia condonatis, maiorem se pollicetur daturū, ubi bellando rem gesserint. Franci uero hoc pacto illecti, bellum se promptius gesturos promittunt, effeceruntq; ut Theobertus eorum nepos, ex Narbonensi Gallia (quam armis obtinebat) nihil moueret, dum in Italia pugnaretur.

Gothi ob here  
sim Arrianā  
castigati.

## CAPVT XIII.

Hac itaq; cura leuatus Iustinianus, Mundum Illyriorum præfectum, in Dalmatiam Gothorum imperio subiectam, quantoties immittere curabat. Qui Dalmatiam ingressus, Salonas occupauit, belloq; & tumultu partes illas inuoluit. Gothi autem contractis undiq; copijs, ad urbem Salonas duxerunt. Cumq; in propinquo essent, & bellum hinc inde pararetur, pugna tandem committitur, non ex proposito, sed præter expectationem utriusq; exercitus. Occasio uero pugnandi hoc modo euenit. Habebat Mundus, qui Iustinianis præerat, filium Mauricium adolescentem egregium, & in disciplina militari satis instructum: is à patre aliqua copiarum parte accepta, speculaturus Gothorum castra exierat. Huic casu quodam nonnulli Gothorum obuiauerunt, confestimq; ut sese mutuò conspexissent, in prælium pertinacibus animis ruunt: ubi pugnatum est aliquandiu ita uehementer, ut nihil uehementius fieri potuisset. Multi præstantissimi milites ex utraq; parte corruerunt, ipseq; Mauricius ad extremum Gothorum telis transfixus occubuit. Senserant utraq; castra armorum, & præliorum fragorem, & utriq; suis opem ferre properabant.

Gothorum &  
Græcorum bel  
lum apud Sa  
lonas.

Constitutus in ea acceleratione Mundus, didicit filium gladio inimicorum occubuisse. Quo comperto, cum contemptu propriæ uitæ non ut bellicosus, sed ut furiosus, & turbie quadam percitus in hostes fertur. Aduenerant inter omnes Gothorum copiæ, atq; in tota undiq; castra cœmen extendebatur. In hac tandem pugna, quæ cruentissima & asperissima fuit, Mundus dum occisi filij ultimum insatiabili desiderio querit, ab imminentibus hinc indithorum copijs trucidatur. Verificatumq; fuit illud Sibyllinum dictum, quod multos eatenus terruerat, videlicet cum Africa iterum à Romanis recuperata esset, tunc mundus cum prole sua periret. Conterriti enim mortales tunc tincinio, formidabant ne cœlum, & terra cum uniuersis sibi minibus periret.

## CAPVT XV.

**D**um autē Mundus interim in Dalmatiā contrahendos mitteretur, Bellisarius cum classe ex Graecia profectus, Siciliam ex proposito accessit: nec ibi quicquam hostilitatis ab initio ostendit, sed alia atq; alia dissimulata tanquam inde totius belli molem in Africam deportanda tempus deducebat. Nacta deinde occasione ciuitate Cernensem (quæ inter præclaras Siciliæ ciuitates tunc politur) adortus, repente occupauit, aliasq; nonnullas urbos tura magis quàm humano præsidio cõmunitas, sine negotio in potestatem redegit, ac tum demum alienam possessionem gerere cessauit, confessus se Italiã & Siciliã à Gothicorum potestate eximere uelle. Causa igitur aduentus cognita, cõfestim ciuitates, castella, oppida, uille, in quibus magis præualuit ratio assequendæ libertatis, quàm fidei, ga Theodatũ conseruandæ, à Gothicis desererunt. Quorum defectione Gothi, qui in Sicilia erant, percussis, Panormium

Mundus à Gothis deletus.

Sibyllinum uaticinium.

Bellisarij Graeci Stratagemata.

Cathanenſis ciuitas à Bellisario occupatur, aliæq; urbes.

Siculi à Gothicis deficiunt.

se conferunt, quòd is locus situ & mœnibus esset munitissimus: firmiterq; secum statuebant, nullo pacto se permittere uelle Bellisarij potestati. Tum idem dux peritissimus urbem in circuitu contemplatus, animaduertit ipsam à continentis regione minimè capi posse, quamuis satis ualidum equitatum secum adduxisset, cui Valentinianum, & Magnum, ac Innocentium præfecerat, cum pedestres copiæ, quæ etiam satis magnæ erant, à Constantino, & Bessa, atque Herodiano ducerentur. Proinde suis iussit, ut classem cõfestim intra portum dirigentes, murum ad mare situm subirent, qui fortè tunc erat defensoribus uacuus. Animaduersumq; fuerat à Bellisario, quibusdam in locis malorum nauium altitudinem celsius attonli, quàm mœnia. Quare sagittarij per malos dispositi, subiectos hostes sagittis & telis undiq; ferientes, mœnia defensoribus nudauerunt: tum alij subeuntes, absque ullo metu muros rumpere cœperunt. Quo periculo territi Panormitani, sese ultimo loco post omnes alias Siciliæ ciuitates Bellisario subdiderunt.

Panormium oppugnatur, & expugnatur.

## CAPVT XVI.

**P**ercussus hac aduersa fortuna Theodatus, legatos ad Iustinianum misit, qui dicerent se pacis studio ultro Siciliæ possessione cedere uelle: & si Italia abstineret, quoties opus esset, tria millia militum ex Romana, uel Gothica iuuentute ei ad bellum daret, tributumq; in subiectionis signum, coronam auream librarum triginta. Insuper in Episcopos, uirosq; Senatorios iurisdictionem permitteret, enixiusq; curaret, ut breui Roma cum tota Italia in antiquũ libertatis statum sibi restituta uideretur. Futurum præterea, ut Italici Regis statua, non nisi post Imperatorẽ locaretur: atq; id statim factum esse creditur. Blondus au-

Theodatus à Iustiniano pacẽ petit.

tor est, spectari Rauennæ in ædē D. Martini in Cælo dæ-  
 ro, quam olim (ut diximus) Theodericus ædificauit, in  
 seo opere Iustinianum cum Theodora coniuge figuratum.  
 Theodatumq; inferiore loco stantem, tam elegantis arti-  
 cio, ut Italia tunc nihil habuerit ea arte elegantius. Hæc  
 tur futuræ pacis conditiones Theodatus nō solum per pri-  
 os legatos pridem missos, sed etiam per Petrum Rho-  
 rem, ipsius Iustiani oratorem, ad Byzantium transmi-  
 re curauit. Verum postquam Petrus emissus esset, statim  
 gens trepidatio Theodatū cepit, & in uarias quasdam in-  
 midines egit, eiusq; animū nunc huc, nunc illuc distor-  
 bat, soloq; belli nomine territabat, ne fortē si Imperator  
 haudquaquam placerent, quæ inter se & Petrum scriptis  
 concepta, bello mox agendum esset. Quocirca abeunt  
 Petrum, & usq; ad Albanos profectū, ad se reuocauit, po-  
 inde ac alia cum eo acturus. Hunc seorsum ductum ro-  
 bat, num existimaret Imperatorem illis pactis, in quibus  
 per consenserant, stare uelle. Ego, inquit Petrus, suspicor  
 quod stare uelit contentis. Quid igitur agendum, inquit  
 Theodatus, si eas pacis conditiones minime admiseris?  
 Petrus: Belligerandū tibi est, o strenuissime Princeps. Tu  
 Theodatus: Num id consultum, & æquum fuerit? Om-  
 inquit Petrus, æquum est, ut studia animo cuiq; insin-  
 seruentur, & artes. Quid enim sibi uult o Theodate, ut  
 se studij plurimum Philosophiæ impendas, Iustinianus  
 rō Romanorū Imperator animi magnitudini studentis  
 nuē ut omnia peragat, in eo tamē differat plurimum, qui  
 eum qui Philosophiæ operam dat, mortem asserre bonis  
 bus, & his quidem tam multis, haudquaquam sat debeat  
 ex Platonis præcipuè disciplinis, quarum tu profectus  
 esse cognoscis, quauis cæde uacare profectus nil sentis  
 sit: sed illum pristino, ac suo imperio loca sedulo addere

Petrus Rhetor  
 Iustiani orator.

Studijs assueti  
 indulgendum.

atque identidem uendicare, nil prorsus dedecate

## CAPVT XVII.

**H**Ac tam callida persuasione, Theodatus cessurum se  
 Iustiano Imperatori principatum unā cum uxore  
 iurauit: Petrumq; oratorem adegit, ut iureiurando pol-  
 liceretur, non se prius id editurum in uulgas, quam Im-  
 peratorem cognouerit priores illas conuentiones non ad-  
 missurū. Vnde Rusticum quendā sacerdotem in nume-  
 ro ciuium Romanorū, ad eam rem confirmandam cum Pe-  
 tro Byzantiū transmisit. Qui postquam Iustinianus prio-  
 ra pacta inter Petrum, & Theodatum concepta reiecisset,  
 posteriores literas à Theodato scriptas ostendunt. Literæ  
 uerò hanc sententiā præ se ferebāt: Non ego, inquit Theo-  
 datus, ad Regiam maiestatem ut aduena & peregrinus,  
 sed ex auunculo Rege genitus perueni, nec meam uitam  
 aut etatem in disciplina militari, sed in optimis disciplinis,  
 & literis audiendis contriui. Proinde indignum duco, ut  
 pro terrestri imperij, & bonorum præsentium cupiditate,  
 in uitæ pericula me conijciam, sed ut ab illis procul ab-  
 sim, summoperè contendo. Ipse igitur, si modò mihi præ-  
 dia sint, quæ aureos ducentos & mille quotannis ferant,  
 parui equidem sum regnum facturus, tibiq; statim Go-  
 thorum & Itatorum permissurus imperium, ut qui longè  
 malim terræ cultor sine negotio esse, quam Imperatoris  
 curis uitam hanc ducere sollicitam, atque infelicem. Impe-  
 rator acceptis his literis, gaudio ingenti affectus ita respo-  
 dit: Sapietem te esse antehac auditu & fama cognoueram,  
 nunc uerò experientia doctus intelligo, quum in animum  
 tuum induxeris, paci potius quam bello consulendum esse:  
 nec te quidem poenitebit, ex hostibus nos tibi amicos fe-  
 cisse. A nobis uerò quæ postulas, impetrabis. Ad hæc quo-

Theodati signa-  
 uia.

Rusticus orator  
 Theodati ad  
 Iustinianum.

Theodati episto-  
 la ad Iustina-  
 anum.

Theodatus Ro-  
 ma. & Itatorū  
 regnum paruo  
 facit.

Iustiani respo-  
 soria ad Theo-  
 datum.

que adijciemus, quòd honoris causa Romanorum omnium Princeps deinceps scribi & nominari queas. Quocirca Athanasium, Petrumq; ad te misimus, ut res inter utrumque nostrum utiliter inchoate, feliciter efficaciusq; confirmentur. Aderit & mox Bellisarius, qui omnibus rebus inter nos conuentis finem imponet. Hæc itaque erat legationis summa, in qua Petrus, & Athanasius à Iustiniano Theodatum mittebantur. Eodemq; tempore Imperator Bellisario ex Sicilia ad se reuocato, custodiendam Italiamq; Italiam commendauit, eiusq; fidei que iam reposita essent, commisit.

## CAPVT XVIII

**I**nterea uerò dum hæc inter Græcum & Gothum agerentur, nuntiatum est Theodato suos Gothos satis feliciter in Dalmatia contra Iustiniani copias pugnassee: proinde siquidem prostratis duobus magni nominis duobus, Mundo & Mauricio, de quibus diximus, deinde (scilicet) Grippa) Solonas, & totam Dalmatiam, exclusis omnibus Imperatoris militibus, recuperasse. Id cum Theodatus plenè compertum habuisset, creuit ei animus, ut in eo confideret bello se uel parem, uel superiorem futurum. Cœpitq; oratores, qui ad se ex Byzantio adueniant, impendere, perq; sui animi inconstantiam palàm ostendens, se propensiores esse ad uitium, quàm ad uirtutem, quippe qui neglectis præteritis, omisq; futurorum consideratione, solam præsentem fortunam temere semper, ac propter decoris & officij dignitatem sequeretur, sepe in maiori formidinem, uel in audaciam incenarrabilem præcipitum. Cum enim audiuisset suos Gothos Mundum ducem prostrauisse, mox se totius mundi uictorem reputare uidebatur. Proinde nullam prorsus conuentiarum rerum ratio-

nem cum Iustiniano habere constituit, oratoresq; ad se aduentus eludere haudquaquã duxit indignum. Petrus autem, qui inter eos facundior, & præcipuus erat, liberius loquens ostendit, quàm minimè deceret datam Imperatori fidem uiolare, promissaq; & pacta, literis & nuntijs deducta rescindere. Non tulit hanc loquendi libertatem diutius Theodatus, sed uocatis ad se reliquis legatis unà cum Petro, inquit: Magna quidem est apud omnes gentes oratorum dignitas, magna libertas, maximaq; autoritas, debentq; publico gentium iure honorari, atque inuiolati conseruari: sunt tamen nonnulli casus, quibus iure licet oratores pœnis & morte afficere, ut puta si Principem, ad quem mittuntur, contumelijs affecerint, uel alienum torum commissio adulterio uiolauerint, aliq; enormia facinora, que humanis legibus puniri solent, perpetrauerint.

## CAPVT XIX.

**C**ui oratores confestim respondentes: Nequaquam, inquit, ô Gothorum Princeps ita se res habet ac ipse differuisti: nec tibi sub tali prætextu persuadeas, ut contra homines oratores quicquam impie agere queas: neque tam libere apud te uiuimus, ut uolentibus mœchari liceat, nimirum quibus nec aquam quidem gustare sine permissione custodum facile sit. Oratores qualiacunq; Principum mandata perferentes, nullo iure pro alieno delicto culpandi sunt, sed qui miserint, fortè culpadi. Tu ab Imperatore, ut huc ad te mitteremur, impetraisti: que in isti sumus, coram te explicauimus. Conandum igitur tibi erit, ut ea potius, que Imperatori te facturum spondidisti, feliciter prestes, quam in animo uoluas, quomodo legatos nihil male meritos uioles: nã ut fidei tuæ satisfacias, huc ad te misi

Petrus Reitor.

Theodati mina  
in oratores Iu-  
stiniani.  
Oratorib. quid  
iure gentium  
debetur.

Grippa dux.

Oratores pro a-  
lieno delicto  
non sunt cul-  
pandi.

sumus. His elegatius quam efficacius à Iustiniāni oratoribus adductis, Theodatus nihil eorum, quæ antea Imperatori pollicitus fuerat, exequi curauit, ipsosq; oratores in custodia seruari præcepit. Quod quum uehementer displicisset Gothorum proceribus, & populis reclamantibus ne ius gentium quocunq; modo uiolaretur, ad promulgandam tyrannorum artes conuersus, cepit multas contrarietas fingere culpas. Est enim apud omnes tyrannorum usitatissimum, ut primum innocentes torqueant, & prodant, deinde sparsis in uulgus libellis, ipsos sempiterna famia afficere contendant: præterea ut popularem famam commode assequantur, uel recuperent, pecuniarum pinis & sanguine pauperum congestam, ignaue plebibus spergunt. Hoc modo, postquam Theodatus compertisset in publicum odium deuenisse, ad conciliandum beneficentiam summam, sacra ex argento & auro uasa, quæ Agrippa Pontifex pecuniarum inopia oppignerauerat, ex suis pecunia redempta, Vaticanæ basilicæ restituere curauit. Imperator per regiones quasdam Italiæ, quæ ob frumentorum inopiam inedia laborabant, remisso tributo, uel data annua subleuabat. Nemo tamen erat, qui nouum in Rege inuicium, insolitamq; in auaro homine liberalitatem noui cessitati potius, quam naturæ ascriberet. Proinde odia in eum, ut antea, remanebant.

## CAPVT XX.

Interea Iustinianus in Dalmatiam alium subministrandum ad Epidamnū profectus, ibi aliquandiu moratus, copias congregauit. Deinde omnibus egregie comparatis, cum uicinis classe ex Epidamno discedens, in Epidauri portum (quod oppidum per Ionicum nauiganti ad dexteram iacet) uenit.

ditur. Ibi tunc fortè Gothorū speculatores à Grippa transmissi aderant, quibus iam naues & exercitum prospectantibus, uisum erat, omnem in circuitu terram militibus innumerabili repleti. Itaque ad Grippam properè redeuntes, nuntiant Constantianum infinita hominum multitudine succinctum aduentare. Tum ille ingenti timore affectus, eo quod tot, tantisq; copijs longè inferior esset, nec Salonarum muris, quorum magna pars iam curruerat, cōsidebat, neq; etiam incolis sese credere audebat, qui magnum in modum Gothi suspecti erant. Proinde Grippa cum uniuersis Gothorum copijs Salonas egressus, Rauēnam incolumem reduxit exercitum. Bellisarius autem compositis in Africa rebus, quas Storsia uir obscuri nominis, contra Iustiniani Iudices concitauerat, in Siciliam redijt: & quum diutius suum transitum in Italiam (urgente Imperatoris præcepto) differre nequiret, militum præsidio Syracusis & Pannoni relicto, ipse cum reliquis copijs Messanam petijt, atq; ibi transmissis fretis Rhegyum uenit, susceptusq; est à Rhegynis, bellum deditione præuenientibus. Quorum defectionem similiae urbes, & populi magno studio secuti, non paruum formidinem Embrino Theodati genero, qui Brutijs præsidebat, incusserunt, ut ultro se cum his, qui adhuc in fide erant, Bellisario commiserit. Quem Bellisarius in fidem receptum, ad Iustinianum misit: à quo magnis donatus muneribus, in Patriciatum est assumptus. Moturus deinde pedestri itinere ex Brutijs Bellisarius, classē iussit pari spatio littori proximam nauigare, quousq; Lucania, omnisq; Picentinarum oram uictas Iustiniano porrexisset. Tandem uentum est in Campaniam ad Neapolim, cuius ciues quemadmodum nobilissimi, ita ad seruandam fidem, quam Gothi promiserant, paratissimi erant. Potuissent utique eandem causam defectionis prætexere, quæ

Grippa Gothum.

Salona.  
Bellisarius ex Africa in Siciliam reuersus.

Embrinus Theodati gener.

Neapolitanorum integra erga Gothos fides.

Tyrannorum mores.

Theodatus sacra uasa restituit basilicæ S. Petri.

Theodatus tributa remisit. Difficilis ab odio in gratiam rediit.

Constantianus prefectus Iustiniani. Epidamnus. Epidaurus.

Rbegynenses, & alij habuisse uidebantur, sed honestam utilitati præferetes, potius pro uirtute pericula, quam pro perfidia præmia assequi uoluerunt.

## CAPVT XXI.

**I**Taque Bellisarius extra sagittæ iactum in portu in alto naues subduci. Ipse uerò non procul ab urbem stris collocatis, suburbana omnia in deditioem accepit. Deinde ne bellum à temeritate auspiciari uideretur, post statem Neapolitanis fecit, ut ex suis quosdam delectos se mitterent, qui pro usu ciuitatis loquerentur, & si suam uoluntatem ad suos fideliter referre possent. Illis sus confestim erat Stephanus, uir magnæ in ea urbe ciuitatis, qui ( ut Procopius habet ) ita Bellisarium alloquitur: Non iure, inquiens, id agis præfecte, ut Romanos, & nihil iniuriæ inferentes, traducto exercitu oppugnatum uenias, qui ciuitatem paruan incolimus, & dominantium Gothorum sic in arce præsidium habeamus, & his repugnare quocumq; pacto uelimus, haudquaquam nostro arbitrio sit. Accedit etiam, quòd Gothi libertatis inuigibusq; & pretiosissimis rebus in Theodati potestate relictis, ad nos tuendos huc uenerint. Quocirca consilium fuisse, ut prius Romam recuperasses, deinde ipsa urbis sine ullo negotio in ditionem Imperatoris concesseris. Quo fit, ut frustra nos obsidendo tempus contereas. Si enim Roma exclusus fueris, nec si Neapolim habeam, eam retinebis. Itaque Romam aduersum Gothos quaerunt, tibi ducendum fuisse, non Neapoli tardandum. hæc Bellisarius. Nihil dubitare se inquit, quin si Neapolitanorum consilio ea in re uti uoluisse, prius Romanam impugnare, quam Neapolim impugnare debuisset, uerum illorum præscripto ad illud factum non indigeat.

ipforum sententiam sciscitari curauisset. Proinde eam curam omittant, & de seipsis prudentius consulant, utrum magis conducatur Romani Imperatoris exercitum pro salute, & libertate propria recipere, an sub Gothorum imperio ( amissa libertate ) permanere, & tandem expugnari, atque deleri. Hæc dicta sint Neapolitanis. Gothi uerò, qui nunc intra urbem sunt, optionem damus, alterum duorum eligant, aut sub Imperatoris signis pari cum cæteris conditione militare, aut acceptis rebus suis, ad propria impunes & liberi confestim abscedere. Quòd si has tam æquas conditiones, siue Gothi, siue Neapolitani neglexerint, aususq; fuerint in nos arma efferre, necessarium erit ( si Deo id placitum fuerit ) ut nos seueros hostes experiantur, qui pacatis amicis uti noluerunt. Constituimus enim non prius hinc abscedere, quam urbem expugnatam cæteris Italiae urbibus & oppidis in exemplum præponamus, quo digni sint supplicio, qui contractis iam ubique Gothorum armis, Romanorum Imperatoris beneuolentiam non præponant. Sin uerò Neapolitani ad Imperatoris partes accedere maluerint, & ex Gothorum seruitute in libertatem se tandem uindicare, eas conuentiones ( data fide ) uobis pollicemur, quas cum uolentibus Siculis pepigimus, & ita obseruamus, ut nos periurij nequeant insimulare. Hæc palam. Clam uerò Stephanum hortatus est, ut de Imperatore bene speraret, eiusq; gratiam potius, quam indignationem promereri, ac ciues suos ad deditioem faciendam inducere conaretur.

## CAPVT XXII.

**Q**Uæ cum Stephanus à Bellisario persuasus, blandiore quam audisset oratione Neapolitanis retulisset, ducta est res in cōsultationem: ubi Stephanus rogatus suam

sententiam dicere, respondit, Nimis periculosum sibi uide-  
 ri, tantam belli molem in urbem Neapolitanam suscipere,  
 postquam Imperator Africam, Siciliam, magnamq; Italiae  
 partem sibi subiecisset. Proinde pactis aliquibus, siue con-  
 ditionibus, publicae omnium salutis prouidendum esse co-  
 sebat. Aderat quoq; in concione Antiochus quidam gra-  
 uis Syrus, mercatoriae artis peritus, homo diues, & magis  
 apud Neapolitanos fidei: hic in sententiam Stephani  
 sentiens, multaq; bellorum pericula adducens, non sibi  
 suauis, sed persuasit optimatibus & populis deditionem  
 accipere. Vniuersa igitur urbanorum multitudo clamabat  
 ut aperirentur Bellisario. Quod cum Gothi audirent, gra-  
 uiter tulerunt se à multitudine populi deseri. Sed quid  
 uiderent pauci contra plurimos, exteri contra indigenas, per-  
 grini contra ciues? Proinde sese quanto magis contrahere  
 cogitant quomodo salutem suam non minus à ciuibus, quam  
 ab hostibus defendant. Sunt tamen nonnulli nobiles  
 inuentiones, qui se pro Gothis furenti plebi obijcerent, op-  
 uidentem sic deditionem fieri debere, ne proditio facta  
 uideretur. Memorabat Gothos satis moderatum & equum  
 imperium in subiectos populos exercuisse, alienosq; tyran-  
 nide & uiolentia semper extitisse, ab iniurijs & ex-  
 ceptis abstinuisse, uitam pro ciuium salute libenter ex-  
 ceptis, nihilq; omisisse, quo se ciuium, & ciuitatis amantibus  
 comprobarent. Esto tamen quod tyranni fuissent, neque  
 quam ob id continuo essent hostibus prodedi. Maior  
 à nobilibus ciuibus, & maioribus nostris fides seruati-  
 onis, etiam inimicis, tantum abesse conuenit, ut fidem  
 nostris dominis semel praestitam corrumpamus: maior est  
 risurandi ratio, quam quod liceat eam primo impetu  
 lari. Nondum aries mœnia concussit, nulla adhaec  
 muris adgotta est, nulla machina turres inuaserunt, nec

Gothi alieni à  
 tyrannide.

Neapolitanorum  
 constantia pro  
 Gothis.

Surgillatur per-  
 fida & effami-  
 nati.

lum quidem illum in hanc urbem iniectum est, nullius  
 cruor effusus apparuit, immò nec pilus à quoquam auul-  
 sus est, & iam nondum uiso hoste cogitamus dedere ur-  
 bem, amittere libertatem, inducere seruitutem? Hæc im-  
 bellium non fortium, effœminatorum non nobilium, ob-  
 securorum non illustrium uirorum studia esse uidentur.  
 Proinde iustum & æquum est, ut non solum nobis & no-  
 stre ciuitati, uerumetiam Gothorum incolumitati consu-  
 lamus, talesq; conditiones pro nostra & eorum libertate  
 proponamus, ut intelligat hostis nos intra mœnia concor-  
 des esse, nihilq; aliud quam salutarẽ pacem, uel honestum  
 bellum exoptare.

## CAPVT XXIII.

V si igitur erant illi ciues pro publico omnium par-  
 tium honore & uisu loqui, decretumq; in suam  
 sententiam confici obtinuerunt: cunctaq; pacta, quæ à Belli-  
 sario fieri uellent, in libellum diligenter redacta, Step-  
 hani à ciuitate missus Bellisario detulit. Qui cum illa legis-  
 set, singula postulatum capita perbenigne probauit, ad-  
 hibuitq; suum iusiurandum pro his obseruandis, Step-  
 haniq; statim domum remisit. Quo legationis summam  
 referente, Neapolitani statim persuasi, & Bellisarii dicta  
 suis gratificantia uotis suscipiẽdo, Imperatoris exercitum  
 in urbem sine mora admitti iubent, omnia felicia ex ea re  
 sibi pollicentes, sumpto exemplo ex Siculis, qui recens Go-  
 thorum principatum in Iustiniani imperium commuta-  
 runt, eaq; commutatione liberi & felices euaserunt. Tam  
 itaque ingenti tumultu delati ad aperiendas Græcorum  
 exercitui portas processerunt. Interea Gothi, qui ista nimis  
 grauiter ferebant, cum coepta furentis populi interpellare  
 non possent, ab ea tumultuante turba procul r. ei exitum



Pastor & Asclepiodotus Neapolitani.

Græcorum fides Anxa.

expectabant. Hæc igitur cum duo, qui inter Neapolitanos præcipui habebantur, Pastor & Asclepiodotus animaduertent, mox Neapolitanos ciues in unum conuocantes docent temerariū esse, tam inclytam urbem incondite p[ro]bis multitudini perdendā permittere. Quis enim p[ro]uide inquit, nō intelligat fluxam esse Græcorum fidem, qui quos iurandum pro ioco habetur? Si eorum Dux Bellisarius aliquam habuisset capiendæ urbis fiduciam, n[on] quam ea postulata, quæ ad illum misimus, se seruatiōem consensisset: nunc autem omni spe destitutus, in ea p[er]sisteret, & iuramenti confirmat, quæ minime seruatiōem intendit, ut nos nostro periculo proditionis reos efficiat. Si enim ea beneuolentia, qua se tantum extollit, teneat, nequaquam hic manēs nos in fraudem, atq; infamiam p[er]cellere, sed ultra progressus, contra Theodatum, & Gothobus prælio decernere conaretur. Hæc & huiusmodi p[ro]suadentes, ad resistendum hosti hortabantur, Gothi quoque nimios addiderunt ad urbem defendendam. Interea quoque Iudei eos in medium producunt, qui asserunt nihil sciant, nisi necessarijs ciuitati defuturos: dataq; suere ipsi telum arma, quibus mœnia urbis tuerentur.

Iudei Gothorum defensores.

## CAPVT XXIIII.

Neapolitani Bellisarii hostem declarāt.

H is itaque consilij Neapolitani ad defensionem urbis reuocati, iubent Bellisarium ut quā eadem mē inde abscedat. Ille igitur ad bellum se disponens, ipse terra & aquis obsidione fatigabat. Nā Græca classis proximū littus legens, terrestrium copiarum processum obseruabat. A terra itaque & mari eodem tempore urbem circumseptā a Bellisario tentabatur: ipse tamen magno fortissimorum militum detrimento repellitur. Mœnia enim Neapolitana partim mari circumdantur, partim locis

diuis saltuosiq; eleuantur, difficilesq; accessus præbent. Aquæ ductum deinde, quo aqua in urbem inferebatur, Bellisarius cum paucis ciuium damno interceptit. Erat enim cōplures in urbe fontes, qui aquam abunde subministrabant. Qui uerō obsidebatur, crebros nuntios Romam ad Theodatum missitabat, celere opem pro periculis magnitudine postulātes. Sed ille quemadmodum erat in colligendis diuitijs auarus, ita etiam in præclaris negotijs ignauus apparebat. Quis enim unquam uidit hominem auarum, qui etiam non esset ad omnes uirtutes ignauus? Itaq; Theodatus omnibus auaris tyrannis similimus, nec auxilia mittere, nec ullum belli apparatus facere curabat, sed conuersus ad magicas superstitiones (ut habet Procopius) futuros belli euentus à Iudæo talium rerum perito exquirat. A quo cum didicisset futurum suæ Gothicæ genis exitiū, omnia fati fatuē relinquebat.

Auari ad omnes uirtutes ignaui.

Theodatus magica superstitione seductus.

## CAPVT XXV.

B ellisarius autem cum Neapolitanos acrius obsideret, maximo afflictebatur, ut qui nec illos unquam ad se concessuros, nec ciuitatem adeo munitam se posse superare speraret. Sed cum ea de re in animo fluctuaret, fortuna mirabili modo sibi uiam aperuit. Isauricus quidam Bellisarii miles erat, qui dum intelligeret ducem desperata urbis expugnatione obsidionem soluere uelle, decreuit ante abscessum considerare, qua arte aqueductus ille, quem antea Bellisarius obsessis interceptat, aquam ciuitati subministraret, forsitan ut ad suos reuersus, similem aqueductum commoditatem aliquando demonstraret. Proinde aqueductum iam ob aquæ derivationem a refectum ingressus, usque ad mœnia urbis penetratit. Erat autem in ea parte, qua mœnibus inferebatur, petra quædam non

Isauricus Bellisarii miles.

arte, sed natura posita, per cuius foramen aqua in urbem influere consueverat: hoc foramen prudens miles coniectus, intellexit, si petra illa magis aperiretur, aditum in urbem haud difficulter accommodaret. Hæc cum Bellisarius intellexisset, statim præ nuntij uoluptate respiciens magna eius rei iudici pollicetur. Deinde iubet ut petra confestim latius aperiatur, idq; adeo occultè fiat, ne quæquam hostium quæ gererentur audiret. Quod cum factum esset, & iam uictoria haud dubiè in manibus erat, impetitus tamen Bellisarius urbis clarissimæ, in unius horum mento ferro & igni perituræ, experiri constituit, an in consponte essent imperata facturi. Verum ubi se, & sua solitaria consilia contemptim audiri uidit, obstinatiusq; urbem defendi, quadringentos ex omni exercitu delegit, per saxeam aquæductum in urbem noctu ingredi cœnit, clamq; ad eam muri partem, quæ aquæductui supernebat, scalas admouere fecit. Ipse interea dux cum reliquo exercitu diuersa parte insultum simulabat, alia atque prætendens, quæ ad oppugnationis usum uideri potera opportuna. Quocirca maxima pars Gothorum & cum eò confestim se confert, ubi uanum urbi periculum à Bellisario ostendebatur.

## CAPVT XXVI.

Interea illi lectissimi quadringenti milites per aquæductum difficilia urbis mœnia importuno conatu perstrauerant: iamq; quarta pars noctis præterierat, & in urbis muros superatis grauissimis periculis conscendentes, custodesq; nullum prorsus periculum presentientes, obtruncant. Sed ea è regione, qua in Boream mœnia uertunt, Bellisarius cum Bessa, & Focio manens, diu iam expectabat, ut quæ per suos gesta essent, agnosceret. Tum illi

uicina mœnium parte positi, clangentis tubæ sonitu ubinam essent significabant. Quo signo repente edito, confestim pluribus locis sunt scalæ mœnibus admotæ Bellisarij iussu: tertiâq; noctis uigilia una portarum refracta, exercitus ea parte, qua minime putabatur, in urbem irruit. Moxq; per urbem discursus est, cædibusq; & rapinis omnia fœdata, matronæ uirginesq; ad stuprum raptæ. Præcipuè uerò seuebant hi milites, quorum fratres uel agnati superioribus prælijs circa urbem commissis, intercepti à Neapolitanis fuerant: hi tunc urbe capta, uictoria seuerius utebantur, nulli neque ætati, neque generi hominum parcentes. Iudæi uerò, qui partem urbis ad mare uersam defendebant, etiam capta cæteris in locis urbe, ipsi tamen acerrimè repugnabant, quasi qui capta urbe nullam sibi ueniam futuram sperarent. Itaque pertinacissimè restabant, nec prius cessauerunt, quam discurrentes ab urbe milites eorum terga inuasissent. Verum postquam illuxit, totus Romanorum exercitus patentibus portis inferebatur: quem Bellisarius pro concione ita alloquitus est:

## CAPVT XXVII.

Epimus, inquit, urbem clarissimam milites, magis consilio quàm uiribus. Ceterum quò uictoria minus cruenta nobis obtigit, eò magis clementer, & moderate ferenda est, ne non ad Italiam seruitio liberandam à Iustiano nisi uideamur, sed ferro & igni deuastandam. Negari non potest, quin Neapolitani plurimum deliquerint, quando passi sunt cursum uictoriæ nostræ tanto tempore impediri: quo conatu non tantum nobis, quantum toti Italiæ, ob cuius libertatem restituendam aduenimus, nocuerunt. Sed uidenda est eorum necessitas, qua coacti fuerunt nos suos liberatores armis potius quàm ami-

Bellisarius per aquæductum Neapolim deuicit.

Neapolis per Græcos uastatur.

Iudæorum uis in armis.

Oratio Bellisarij ad milites.

citia excipere. Habebant apud Theodatum charissima coniuges. dulcissimos liberos, quos dudum obsides ad comiserant, qui illic pœnas grauissimas haud dubie dedissent, si hæc ciuitas alterius imperio se facile subdidisset, aut dem temerè uiolasset. Præterea erat in ciuibus integritas suum Regem fiducia, quæ etiam ab hoste commendaretur. Vt cunque tamen eorum pertinacia, uel constantia æstimanda fuerit, hoc ad Imperatoris nostri Iuliani clementiam pertinere existimo, & ad liberationem illam facilius prosequendam, ut ciuitates & populi Italiae quocunque modo in deditiōem recepti, ab omni clade et iniuria à nobis conferentur. Quemadmodum enim apud omnes gentes, nihil tam inuisum atque odiosum est, quam crudelitas, ita nihil magis populare, & omnibus hominibus gratum esse solet, quam clementia. Si Neapolis in deditiōe conseruata, & non euersa fuerit, nulla erit in tota Italia ciuitas, quæ non lætabitur nos suos liberatores aduenisse nosq; ut suæ libertatis assertores ultro excipient, neque ut hostes formidabunt, sed prompto obsequio nos adueniunt abinuitabunt. Præda uestra est, ferrum, & omnem uim in ciuibus abstinete. Sit muliebris pudicitia procul ab omnibus filiæ & uxores ut ciuibus restituantur edico. Pecunia miles, & si quid est translatu facile, habeto. Tali enim destina egregiam laudem, & prosperum ubique meum cursum experiemur.

## CAPVT XXVIII.

**P**Arui imperio miles, restituitisq; captiuorum corporibus, ab omni deinceps iniuria temperant. Obsidio itaque per dies ferè uiginti continuata, hunc assessorum est finem. Gothi uerò, qui in urbe ad octingentos numero capti fuerunt, non modò non uiolati sunt, sed in me-

Fides erga Principem commendanda.

Bellisarij in Neapolitanos clementia.

Neapolis 20 diebus obsessa & expugnata.

quo etiam honore à Bellisario habiti. Pastor autem, qui uisus fuerat enixius Gothorum partibus fuisse, populamque contra Bellisarium animasse, post captam urbem apoplexia percussus repente interijt. Aesclepiodotus quoque, qui pari fide erga Gothos permanserat, à furenti plebe trucidatur. Hactenus Procopium secuti, clarissimæ urbis Neapolitanæ obsidionem, expugnationemq; ostendimus. Iordanes uerò, & Pandulfus, pluresq; alij, qui de ea re scripserunt, Neapolitanos aiunt cum Romanis & Gothis, qui inerant, ab irato hoste trucidatos, urbemq; crudeliter directam fuisse. Interea cum Theodatus apud urbem Romanam ignauia torpesceret, cum antea Theodati Regis ignauam in circuitu debebant, cum antea Theodati Regis ignauam auaritiam occultis uerbis damnare consueuissent, auditis his, quæ apud Neapolim gesta diximus, apertis maledictis tam pudendam eius imbelliam prosequerantur, alijq; alios hortati, castra ad Regetam oppidum (quod nunc Ruglate dicitur) trigesimo quinto ab Vrbe milliario munierunt: ubi magnitudine imminentis periculi suadente, post maturam deliberationem, Vitigem sibi, & Italiae Regem creauerunt.

Gothi ab hoste Bellisario in honore habiti.

Regeta, alijs Ruglate.

IOANNIS MAGNI  
GOTHI ARCHIEPISCOPI V.  
PSALENSIS HISTORIAE GO-  
thorum Suconumq; liber  
undecimus.

## CAPVT I.

Vitiges 43. Go-  
thorum Rex  
externus.



Gothi igitur Vitigem, postquā eorum  
Repub. per intolerabile Theodati igna-  
penē ad irreparabilem ruinam conu-  
rat, in Regem assumpserunt, magis  
attendentes rerum gestarum claritudi-  
magnamq; in re militari experientiam animi magnitudi-  
coniunctam, quā blādulam illam humani fauoris con-  
liatricem (quam dicimus sanguinis nobilitatem) quae  
pe minus bene instituta, Respublicas maiorum prudē-  
prudenter erectas, imprudenter euertit. Quo euenire  
cesse est, ut saepe infimae sortis homines, ad Regiam  
que dignitatem ob res praecclare gestas dignē conscende-  
quando Regius sanguis patrum uirtute relicta, ad in-  
lem conditionem descendere coactus, nimis uerum  
monstrat, quod doctus Plato scribens inquit, Omnes  
uos ex Regibus, & omnes Reges ex seruis originē  
cere. Itaq; Vitiges considerans, quantam Reipublicae  
lem in suos humeros assumpserat, uniuersos Gothos,  
tunc conuenire poterāt, ad se conuocauit: quorum consi-  
mox Optarem praestātissimum inter Gothos militem, in  
tra Theodatum iam Gothicæ Reipub. hostem declaratum,  
direxit. Qui noui Regis praecceptum nequaquam seruo  
exequens, nec interdium quidem, nec nocturno intermissio-  
nere fugientem illum in Rauennam enixus insectauit.

Q

Omnes serui ex  
Regibus, & o-  
mnes Reges ex  
seruis originē  
ducunt.

Optares Theo-  
dati occisor.

Quem tandem in uia affecutus, ac solo foedē resupinatum,  
ut uictimā nihil reluctantē occidit. Perijt hoc modo Theo-  
datus tertio anno quā regnare coeperat, meritasq; luit  
pœnas Amalasuente manibus, ut qui nobilissimam foemi-  
nam consortem pati nequiuert, non regni consortem, sed  
percussorem breui inuenerit. Quod cum Vitiges factum di-  
diciisset, ingenti lætitia ob sublatum æmulum affectus, adie-  
cit etiam Theodati filium Theodiscum custodiri, ne quid  
ob paternam cædem innouare posset.

Theodati mors.

Theodiscus  
Theodati fi-  
lius.

## CAPVT II.

Deinde presentibus Gothorum proceribus & po-  
pulis, orationem pro magnitudine rerum gerenda-  
rum idoneam habuit, in qua maximas suæ prudentiæ par-  
tes ita omnibus declarauit, ut cuncti ad bene sperandum  
cōfestim erigerentur. Damnauit in primis eorum militiā,  
qui uel per ignauiam remissius agendo, uel per temeritatē  
præproperē præcipitando, publicā seruandæ Reipub. sa-  
lutem euertunt: Res, inquiens, quæ maximæ sunt, non tem-  
poris celeritate, sed bonis consilijs rectius dirigi consueue-  
runt. Plerumq; enim cunctando restituitur Reipublica, &  
sera dilatio, cum se demum opportunitas obtulerit, pluri-  
mum utilitatis affert: nimia uerò properatio, multis rei be-  
ne gerendæ spem penitus abstulit. Facilius quippe ali-  
qua imparata multitudo, uiribus oppugnata hostilibus uin-  
citur, quā qui cum minoribus copijs, sed aliquando quā  
bene instructis, in certamen se conferunt. Est præterea alia  
causa nos uehementius impellēs, ut cunctando potius quā  
accelerando, futuri belli exitum provideamus. Non enim  
ignoratis omnes Gothorum uires, & uniuersum serē armo-  
rum apparatus, in Gallijs ipsis, simul & Venetijs, alijsq;  
quā procul hinc distantibus locis cōmorari. Deinde nos

Oratio Vitiges  
ad Gothos.Imparati faci-  
lius vincuntur.

D 5

Franci Gotho-  
rum hostes.

minus nos considerare oportet, quam graue belli pondus aduersus Francorum nationem sustinemus: quo non tam rectè disposito, uelle aliud aggredi, magnæ esse uesania firmauerim. Quocirca ne utrunq; latus nostrû potentibus hostibus impugnandû præbeamus, operæ pretium fuerit ut nos Rauennam quanto citius accedamus, indeq; aduersus Francos, bello absoluto, in cæteris rebus quam optime dispositis, tandem cum Bellisario contractis omnibus Gothorum copijs confligamus. Neq; aliquâ formidinem de huius urbis Romæ captiuitate concipiatis. Quippe ut Romanorum nullû hæctenus ulla iniuria affecimus, sed omni foveamur & amicitia, perinde ac nos ipsos persecuti sumus, ita nos quam suæ gratitudinis immemores, sese à nobis alienantur: quibus etiâ, ne hostem formidat, electos propugnatores relinquemus, qui sanguinè & uitam pro eis, eorum Republica in omne periculum libenter exponant.

Gothi nulla iniuria Romanos affecerunt.

Gothi sanguinè & uitam pro Rom. ponebāt.

## CAPVT III.

Syluerius Pont.

**G**othi uerò collaudata Vitigis prudentia, sese adhibere accingebant. Interea uerò Vitigis Syluerium Preficem, Senatûq; & Populum Romanum multis est uerbis adhortatus, ut in fide perseuerarent, testatus tantum Gothorum opes & uires in Italia, ut res nouas nemo uiri possit, nisi in suam, & suorum perniciem. Præterea memorabat Theoderici Regis in urbem Româ & circumcolas, multa & ampla beneficia: quorum si memor esset uitas, si grato in defunctum Regem animo, si grata memoria, omnia Gothorum causa uelle deberent. Demû Romanis, ut Gothos securiores efficerent, grauisimo iuramento sese (teste Procopio) obligauerunt, ne defectionem abrit ad hostes molirentur. His peractis, quatuor millia electorum militum ad custodiâ Urbis reliquit, quibus Ludermum præ-

Romani inuitando se pro Gothis obligant.

fecit, hominem sanè ut longa ætate prouectum, ita magnæ prudentiæ opinionem affecutum. Deinde cum reliquis copijs Rauennam uersus iter aggressus, multis secum Senatorij ordinis obsidum loco abductis. Quò ubi tandem peruenit, Mathasuentam Amalasuente filiam, Theoderici Regis neptem, quæ à Theodato captiua tenebatur, in matrimonium suscepit, ut Regio sanguine Regiam dominationem honestaret. Gothorum autem copias undecunq; uocare, parareq; non destitit, armaq; & equos, ac militaria stipendia inter suos liberaliter partiri, omniaq; ad bellum necessaria diligenter & prudenter providere. Et quia Iustinianus imperator nuper Francos, ut bellum aduersus Gothos capesserent, induxerat, Vitiges ob eam suspicionem oratoribus ad Francos missis, delere ab ea parte formidinem studuit: quod & tandem affecutus est, foedere cum illis icto, amicitiaq; firmata.

Ludermus Gothorum dux.

Mathasuenta Vitigis vxor.

## CAPVT IIIII.

**H**is curis dum Vitiges occuparetur, Senatus populûq; Romanus unâ cum Pontifice Syluerio nullis bellorum incommodis affecti, sed spontè à Gothis deficiunt. Misso oratore quodam Fidelio Mediolanensi, Bellisarium precibus urgent, ut suum in Urbem aduentum acceleret, habiturus pro uoto omnia, quæ desideraret, nulla ei porta clauderetur, nullas insidias formidaret, sine cæde sanguine, & sudore omnia occuparet. Nec clam illa fiebant, sed passim & publicè inter Romanos iactabantur. Quocirca Gothi sese in graue & anceps periculum deuenisse considerantes, deliberant, quomodo se melius efficaciusq; à tot insidijs eripiant. Quippe ut facile factu existimabant, Bellisario congredi, & de Græcis uictoriam reportare, ita diffidillimum esse perpendebant, Romanorum potentiam cum

Romani à Gothis deficiunt sponte.

hostibus consentientē superare. Proinde consultatione habita, urbem Romam potius egredi statuerunt, quam in tot insuperabilia pericula uersari. Quod ut assequi posse publicam fidem à Romanis implorare cogebantur. Quod demum impetrata, Rauennam uno agmine omnes se contulere, Ludero præfecto relicto, qui fortè præsentis formæ pudore affectus, in Vrbe permansit, uel quòd Vitigis uitiam ueritus, Romæ esse maluit, quam indubitatum in discrimen adire. Accidit autem ut die una, eodemq; tempore & Bellisarius cum Imperatoris exercitu per portam Sralem (quam Asinariam, siue Cæliomontanam uocant) Urbem ingrederetur, & Gothi per portam Aquilonem Flaminiam excederēt. Quo factum est, ut urbs Romæ hinc tum primum capta annum post sexagesimū, Iulianam uerò undecimum recuperata est. Bellisarius igitur Labro Gothorum præfecto, portarumq; clauibus Imperatoris Byzantiū missis, restituen-dis mœnibus plerisq; in locis lapsis incubuit, prominentioraq; propugnacula scilicet profundioresq; fossas muris adiunxit: frumenti quoque magnam uim nauibus importandam, & publicis horris uandam curauit.

## CAPVT V.

**R**omani uerò, quanquam ingenii ducis admirantur, tamen hanc eius sedulitatem in Vrbe munita non probabant: magnum enim ducē cū Imperatoris exercitu Romam ingressum, non de sustinenda obsidione, sed inferenda cogitare debere. At ipse paucitatis sui exercitus conscius, magnas Gothorum uires non facile superabiles animaduertit. Nec tamen intereā segnis, sed præfecto per portam Bessam & Constantianum, partitis inter eos copijs, ad optima portuina Umbriæ, & Hetruriæ loca recipienda curauit.

Bellisarius per portam Cæliomontanam Romam ingreditur, Gothi per portam Flaminiam egredientibus.

Bellisarius Romam munit.

curauit. Bessa primo accessu Narniam, sese uoluntaria deditioe submittentem in fidem accepit. Constantianus quoq; Spoletū, & Perusiam, sine magno belli negotio Imperatoris potestati subiugauit: quanquā Perusini sese uiriliter, & diutius, ac fideliter tuebantur. Ad quorum oppugnationis famam, cum Nilla & Pissia, Gothorum duces, cum ualidis copijs occurrissent, à Vitige missi, ut Perusinos obsidione eximerent, priusquam ad hostem uentum est, urbem deditam audiuerunt. Nec Constantianus audito Gothorum aduentu, se intra muros cōtinuit, quin pugnae audius, eductis copijs cum hoste configit. Fit atrox prælium, diuq; anceps: Mars inter utranq; aciem uoluitabat. Demū Gothi superati, procul effugere cogebantur. Capti in eo prælio Gothorum duces, à Constantiano Romam ad Bellisarium mittuntur. Ipse interea Urbem ualide mœnibus, & fossis, omnibusq; necessarijs propugnaculis, conscius paucarum uirium suarū cōmuniuit. Fama enim erat Vitigem sub signis habere CL. millia armatorum. Tam numeroso exercitu autor est Procopius, alij c. millia scripsere: Leonardus Aretinus c. millia numerauit.

## CAPVT VI.

**V**itiges igitur, cū præter defectionē urbium hanc insuper cladem accepisset, non differendum ratus, cum totis prorsus Gothorum copijs in bellum descendere constituit. Itaq; Rauenna mouens, Romā ducere perrexit, habens plurimos in tam copioso exercitu loricatedos equites, quos Cataphractos appellat. Cumq; his tātis copijs Romam petebat, nihil magis uereri uidebatur, quam ne Bellisarius non expectaret. Quare nec ad Perusiam, nec ad Spoletum, nec ad Narniam diuertit, sed Romam petere festinauit. Cumq; in ipso itinere ex sacerdotibus quempiam obuiū

Narnia cū alijs urbibus à Gothis sponte defecit.

Nilla & Pissia duces Gothorum.

CL. millia propugnatorum in exercitu Vitigis.

Vitiges Romam obsidere propugnauit.

habuisset, sciscitatum hunc tradūt, num Romæ Bellisarius esset, perinde ueritus haudquaquam se posse hunc Romæ deprehendere, uel non statim eō se percuturum, quod is se fugam cepisset: illumq; respondisse, nil curæ sibi eam rem perire debere, & ad hæc adiecisse, identidem affirmando, non quàm prærepturum Bellisarium fugam, sed adhuc in Vrbe manere. Tum Viuigem ferunt rursus ipsum id rogauisse, & uehementius, ut maximè cupidum Urbem prius inuaderet, quàm Bellisarius inde quocunq; pacto euaderet. Bellisarius itaq; ubi primum Gothos accepit uniuersis in se militibus aduentare, aliquandiu fluctuās animo est, deinde hinc in fluuio non procul à Roma pontem imponit, collocauit hinc inde propugnaculis, & turribus, quibus præsidium mittere curauit, ut eo conatu saltem hostium aduentu per dies aliquot impediret, interimq; importatis in Romam munimentis, alijsq; rebus ad perferendum obsidionem necessarijs, paratior Gothorum potentie obuiaret.

## CAPVT VII.

Gothi igitur in agrum Romanum per uiam Narnam descendentes, ad pontem illum castra coluerunt. Bellisarius autē, postquam uidit hostes ad summationes ponti trans Anienem impositas consedisse, existimauit, castra ad easdem munitiones, quæ dirimuntur fluuij alueo, hostium castris opponere. Igitur postquam Gothi consederant, Bellisarius sumptis secū aliquot copijs, ut locum metandis castris accomodum inquireret, & quid hostes agerent exploraret, uix orto sole Romam profectus: at cum prope pontem peruenisset, præter spem expectationemq; suam, Gothorum equites habuit obuios. Illi enim milites, quos pontis & castellorum custodes constituerat, siue minus & apparatus hostium territi, sine pro-

Bellisarius Gothorum insidias incidit.

nia corrupti, sese & pontem nocte illa hostibus tradiderant. Quæ res ut improvisa, ita Bellisario penè exitio fuit. Percussit enim inopinata res haud aliter Bellisarij equitatu, quàm si in insidias incidisset. Cœpit itaq; equos continuo circumagere, atq; ad fugam spectare. Sed Bellisarius ut erat forti animo, atq; in subitijs rebus imperterrito, suos alta uoce hortatur, Gothosq; ait eos esse, quos ipsi toties uicissent, nouissimèq; apud Perusiam grauissima clade affecissent. Adiecit & illud fore, ut se conspecto, suspicaturi essent hostes Romanum populum cum suo duce ad pugnam prodixisse, atq; ita euenturū, ut pauci innumeros superarent, aut si multitudo sustineri non posset, Urbis uicinitate incolumes in tutū abirent. Fuit itaq; prælium ut inopinatum, ita & atrocissimum. Hicq; sepe Bellisarius agnitus hostium cuneo petitus, qui ab initio quidem ducis munera tantummodò obibat, iubens, & adhortans, & quid agendum esset ostendens. Cum uerò sui importunius ab hostibus premerentur, tunc necessitate cogente subito ex duce strenuissimus miles euasit, nec amplius ducis officium, sed militis exercebat. Aduolans siquidē inter primos pugnatores, manu & uiribus strenuè rem gerebat, quāuis in maximo periculo, eò quòd à Gothis cognitus esset, uersaretur. Tutata uerò est fortissimū ducem tum uirtus propria, tum maximè domestica familia circa illum sedulo obuersata. Nisi enim egregia familiarium manus se circa eum conglobasset, ac impetum irruentium hostium ipsi excepisset, corporibusq; & armis equum, & Bellisarium inter mille telorum ictus protexisset, nullo modo saluus euadere potuisset. In hoc loco multi atq; optimi ex Bellisarij familiaribus ceciderunt: in quorum numero erat armiger eius Maxentius, qui egregia in hostes opera præ se tulit. Tum Romana iuuentus Urbem egressa, & exercitum Bellisarij adauxit, & Gothos usq; ad castra retrocedere coëgit.

Bellisarius inopinatam inter Bellisarium & Gothos.

Bellisarij periculum.

Maxentius.

**S**ed contra Gothorū pedites uiribus integri, et praesidi, impetu facto facile Romanos represserunt, et in proximum collem fugere compulerunt: à quo confestim praesulentibus Gothorum equitibus effugati, ad Salernitanam portam, siue (ut Leonardo Aretino placet) Pincianam impetu facto confugerunt. Ceteri uero Romani, qui munitis stodiendis praerant, cum uiderent Gothos ante se Bellisarium, omnesq; eius copias uictorice manu compellere coacti, ne cum suis unā et hostes inuecti intra Urbem reciperentur, portā fugientibus aperire nolebant, uel Bellisarium iubente identidem aperiri, et minaciter inclamante. Bellisarius enim è turribus despicendo internosse hominem poterat, ut cui facies profusus, et caput cruore et puluere concoloratur: neq; in ea fugitantium densitate spectari quisquam certo poterat, praesertim sole ad occasum uergente. Proinde Romani ne uiuere quidem Bellisarium credebant, quod enim primi à fuga sese in Urbem receperāt, occubuisse Bellisarium egregie inter primos pugnātem renuntiat. Proinde Bellisarius in grauisima perplexitate constitutus, quid potius eligeret ignorabat, cum Romani portas aperire negaret, et Gothi intolerabili impetu à tergo instarent. Tum Bellisario cogitatio subijt, et audax in tanto periculo facinus, quo res Romana ex desperata in spem meliorem est reuocata. Iussit namq; qui circa se erant, ut agmine subitam irruptionem in hostes facerent. Quod cum Gothi fieri uiderent, suspicabantur alias ex Urbe copias hinc uenturum, et in praesentibus, magna formidine, praesertim quia atra nox ingruebat, capti, retro abiuerunt.

Bellisario Urbis clauditur.

Bellisarij audax facinus.

CAPVT

**H**oc demum pacto Romani Bellisariū ipsum, et milites in Urbem recipiunt. Praeliū id oriente sole incipit, in noctem productū dimittitur. In hac pugna inter Graecos egregie se Bellisarius gessit, ex Gothis uero quidā uisus (quod Regē apū in lingua Gothica signat.) Hic primus in acie agens, baud prius strenuē pugnare destitit, quā tribus ac decē uulneribus corpore toto exceptis, ut moribundus collaberetur: unde cum uisus esset iam interuissus, neglectus à socijs, et his quidē uictoribus, cum mortuus ceteris proiectus iacebat. Post tertium diem cum iuxta muros Urbis castra Gothi posuissent, quosdā qui suos mortuos sepelirent, miserunt, legitimaq; his et pia pro eorum consuetudine funera procurarent. Dum itaq; mortuorum corpora isti perquirūt, uisum adhuc spirantē inueniunt: quem cum ex socijs quispiam compellasset, respondisse se constat, et simul iussisse aquam sibi in potum afferri, atq; in os infundi (ut licuit) innuisse: qua ex potione refectum, et in se redeuntem, commilitones elatum in castra protinus retulisse, et cum diu superuixisset, maximam apud Gothos famam, et gloriam sibi comparasse. Cum autem Bellisarius in Urbē rediisset, milites ac Romanos ciues per moenia uigilias agere nocte illa iussit: praefectis etiā suis portas attribuit, ut singuli singulas tuerentur. Praeterea praecipit, ut si quid tumultus oriretur, nemo ex eo loco, in quo collocatus esset, abiret, neq; se comoueret. Per eam noctem pluribus locis tumultus excitati sunt, et pleriq; inanes. Clamatum est enim per Urbem, ad Ianiculi portam hostes inuasisset, et arma trepidē ob hoc sumpta: nec prius cessatum à tumultu, quā nuntij inde redeuntes retulerunt omnia ad Ianiculum quiescere, nec hostes per ea loca uisos, uel auditos.

B



## CAPVT X.

**A**D portam uerò Salariam alius tumultus exortus nec is qui temerè. Gothi enim nocturno tempore sub ipsam portam uenientes, Romanos ciues, qui in castris stabant, uocauerunt: atq; ibi unus eorum Bacchius nomine, uir Romæ notus, quem Vitiges Rex ad hoc ipsum serat, uerba (teste Aretino, & Procopio) talia facies: *Quis est, inquit, Romani, an non iam pudet uos stultitiæ uelut qui Græcis hominibus, nautis, prædonibus, et histriõibus ac nulli protinus alij rei gerendæ idoneis, uos ac salutaris stram commisitistis, spreta Gothorum potentia, quæ primò statim aduentu illos fudit, atq; obsedit. Atqui non ita uicini de uobis erant Gothi, ut tantam prodicionem (utolam reuorando) aduersus eos moliri debuissetis. Sed adhibitis respiciendis tempus conceditur: unica enim hæc uia ad uia est, si portas Gothis aperiat, non aduersum uos aduersum Græcos ingressuris. Quòd si perseverauerint amentia uestra, impacabile bellum à Gothis uobis inferent. Hæc Vitiges Rex denuntiari uobis iubet. Quibus uerbis nihil responsum est à Romanis: sed cum significaretur Gothos adesse, concursum est ad Salariam portam, à qua Gothi post aliquantam moram in castra Regis, quæ in urbem, & Auienem fluuium posita erant, redierunt. Elyma quidem nox in hunc modum transacta est. Sequentibus diebus cum Gothi neminem ad prælium egredi uiderent, Urbis obsidionem se præparabāt. Fuit uerò hæc ratio prodicionis: Castra circum Urbem in sex locis posuerunt, à Pinciana uia usq; ad Prænestinā: his castris quinq; Urbis portæ obsidebantur, & uia, quæ trans Tyberim ferunt, per ea impediabantur. Castra autem ipsa uallo & fossis, ac lignis turribus munierunt, & tam citra quàm ultra Tyberim omnia occupantes, crebris incursionibus peruadebant.*

Bacchius Gothus cum Romanis expositus.

Roma à Vitige & Gothis obsidetur.

## CAPVT XI.

**C**ontra uerò Bellisarius pro defensione Urbis hæc prouidit: Pincianā portam, quæ contra maiora Gothorum castra maxime erat opposita, & Salariā huic dextrorsum proximam, & quicquid circa illas muri est, sibijssi assumpsit defensandum. Prænestinam uerò portam Bessæ, Flaminiam, quæ est sinistra Pincianæ, Constantiano attribuit. Cæteris quoq; portis alios præfecit. Interea Gothi auspiciæ belli à publica Romanorum pernicie inchoantes, aqueductus omnes interruperunt. Erant hi quatuordecim aqueductus, mirabili arte erecti, & consummati, per quos aqua in urbem labi consuevit. Afficiebat ea aquarum interruptio Romanos, & Græcos non paruo rerum incommodo, præcipuè tamen in necessario usu pistrinorum, quæ sine illis aqueductibus penitus inutilia reddebatur. Quippe ex eo aqueductu, qui ex summo Ianiculo per Transyberim defluebat, utpote decliuo ac rapido, magna uis pistrinorum conficiebatur. Cæteri quoq; aqueductus quibusdā in locis ad eandē pistrinorum comoditatem instituti, tunc uerò interrupti, magnas obfessis difficultates afferebāt. At Bellisarius toti incommodis occurrurus, remedia excogitauit. Bini lembi paruo inter se distantes spatio tignis cõiuncti, molas in medio cõtinebāt, quæ rapido fluminis cursu uoluebātur, sunes uerò ab utraq; ripa quàm maxime intētī, lēbos in flumine sustentabat: huiusmodi lēbos secus pontē, qui trās Tyberim ducit, collocauit. Post eos lembos alios eodē ordine posuit: quibus ne hostes mittēdo de superiore loco materiā, & ignē, officere ualerent, catenæ in flumine ad ipsum pontem obiectæ, omnē materiā excipiebant, exceptam aut homines ab utraq; ripa dispositi auferebant. Itaq; lembi pistrinorum usum largissimè (ut etiā hoc nostro tempore fit) cõpensabant: aquarū uerò defectū Tyberis abunde sustentabat.

Porta Pinciana Salaria.

Prænestina Flaminiæ.

Aqueductus in terrumpitur.

Aqueductus ex Ianiculo in Tyberim.

Molendina in Tyberi Bellisarius construxit.

*Bellisarius à Ro-  
manis irrisus.*

**B**ellisarius interim his imminentibus periculis, quo circumuectus Romanos ad bene sperandum hortabatur. Quæ exhortatione Romanis (ut inquit Procopius) immodicum risum de se præbuit, quòd cum nuper hostes ipse uix effugisset, ad bene sperandum alios hortatur, Gothosq; contemnendos affirmaret, quorum primū impetum uix potuerit sustinere. Deinde non longe post prudenti risui grauisissimus dolor subsecutus est. Erat tamen in Vrbe ob diuturnū otium tota populi multitudo bellis imperta, atq; ad eò bellorum incommodis nihil penitus assuetum. Vnde cum corpora nec curare balneis posset, nec foras abstergere, præterea necessariorum rerum inopia præteriretur, cogere turq; acrius insomnes ducere noctes, maxime (ut in peruigilio fit) custodiendo, uenissetq; in suspitione Gothos tandem Vrbe necessario potituros: ad hæc omnia immodico mœrore afficiebatur, ægreq; ferebat, quòd quod nihil deliquissent, obsidione premerentur, et in tantâ periculi magnitudinē peruenissent: unde agmine facto Bellisarium aperte increpabant, quòd cum ab Imperatore nōdum uiriū, quod superandis hostibus sufficeret, acceperit, nōdum sit in Gothos exercitiū ducere. Hæc eadem etiam Senatū ordinis uiri clam exprobrabant. Persensit Vitiges à tragis hanc controuersiam intra moenia Romana suboriri, timēq; ut eam foueret, Sallem quempiam magne auctoritatis uirum, ad Bellisarium mittit: qui magno legatorū comitatu stipatus, ad Bellisarium, Senatūq; Romanū perueniens, huiusmodi uerba proponit: Qui bellum alijs inferre contendit, alterū è duobus necessario sibi proponit: aut enim per audaciā, aut fortitudinem se prosperè pugnatū esse confidit. Vtrū igitur ex his duobus, o Bellisari, te ad Gothorū impugnationē induxerit, significes uelim. Si enim fortiter

*Bellisarius à Ro-  
manis repre-  
hensus.*

*Salles Gothorū  
orator.*

*Oratio legati  
Gothorum.*

re-  
spondit: An audaciā, an fortitudine fretus ad pugnam descenderim, superuacue à me hostes inquirunt, cum nō soleant prouidi duces ex hostium uoluntate dependere. Romanam uerò occupantes, nihil alicui absulimus, sed quòd nostrum erat recuperauimus: et quicumq; uestrum putauerit se rursus hanc urbem (uiuo Bellisario) recepturum, uehementer fallitur, et errat. Romani uerò etsi prodicionis per Gothos acriter accusarentur, eorum tamen legatis in nullo contradicere audebant, fortè illud animo uolentes: Victi quandoq; resurgent. Legati deinde in castra Gothorum reuersi, sciscitanti Vitigi, qualisnam uir Bellisarius esset, qualemq; animum ad discessum haberet, responderunt cum esse constanti, atq; imperterrito animo, nec

dine cōfusus aduersum nos uenisti, erumpe aliquādo ex Romanis latebris, et quid utriusq; nostrū exercitus possit experire: si aut audaciā, et temeritate te in has difficultates precipitatum attenderis, age quantocyus poenitentiam, ut à nobis errorum ueniā consequi merearis. Præterea noli Romanis istis haudquaquā de cætero miseriam protrahere, quos Theodericus Rex per delicias, et ut liberè uiuerent educauit. Nos quoq; ut tibi, ita et tuis nunc sumus liberam abundi potestatem facturi, uestra omnia possidendi: his namq; qui ad poenentiā, et sanam mentem redire cupiūt, hostiliter insultare uelle, nec sanctū equidem duxerim, nec humanitatis officio dignum. Vos uerò Romani, quodnam crimen habuistis aduersum Gothos, aut quid unquā in uos commiserunt, ut non solum nos, uerum etiam uos ipsos prodere cogere mini? Vobis tamē adhuc, si respueritis, nostra benignitas de erratis clementer ignoscet.

## CAPVT XIII.

**C**ui quidem Gothorum legationi Bellisarius ita respondit: An audaciā, an fortitudine fretus ad pugnam descenderim, superuacue à me hostes inquirunt, cum nō soleant prouidi duces ex hostium uoluntate dependere. Romanam uerò occupantes, nihil alicui absulimus, sed quòd nostrum erat recuperauimus: et quicumq; uestrum putauerit se rursus hanc urbem (uiuo Bellisario) recepturum, uehementer fallitur, et errat. Romani uerò etsi prodicionis per Gothos acriter accusarentur, eorum tamen legatis in nullo contradicere audebant, fortè illud animo uolentes: Victi quandoq; resurgent. Legati deinde in castra Gothorum reuersi, sciscitanti Vitigi, qualisnam uir Bellisarius esset, qualemq; animum ad discessum haberet, responderunt cum esse constanti, atq; imperterrito animo, nec

*Gothorum cum  
Romanis ex-  
positio,*

*Bellisarij ad Go-  
thos responsio.*

aliter quam praeualidis armis ab adcepta semel Vrbe con-  
 ri posse. Hac itaq; spe Vitiges destitutus, enixius de expu-  
 gnanda Vrbe consultare coepit, omniaq; bellica instrum-  
 ta & machinas ad expugnationem Urbis aduehebat. Ma-  
 chinae bel-  
 licae.  
 Arietis bellici  
 forma.

chinx uero huiusmodi, fuerunt primum arietes quatuor  
 Est autem forma eorum talis: Columnae lignae quae  
 in altitudine erectae, & equaliter inuicem oppositae col-  
 tur, hae columnae tignis octo uinciuntur, quatuor ad  
 columnarum, totidem ad summum: efficiturq; ueluti  
 drate cuiusdam ediculae forma. Haec rursus corrigis  
 gitur, ne feriri de moenibus, qui intus sunt, possint. In-  
 sus uero non paruae molis stipitem, siue trabem su-  
 ne suspendunt, huncq; catenis laxatum, in medio machinae  
 cum opus fuerit dimittunt. Habet uero trabs in capite  
 ingens, & quadratum ad incudis formam. Machina  
 quatuor rotis ad bases columnarum impositis defertur,  
 uent autem eam milites intus existentes non pauciores  
 quaginta: qui postquam eam moenibus admouerunt, in  
 illam suspensam machinamento quodam retrotrahunt,  
 cum impetu dimittunt. Trabs autem uiolentia, & prope  
 in murum delata, omnia quassat, ac frangit, ita ut ar-  
 bra diuerberatione incussus, penetrare, in quacumq; u-  
 rit loca, queat. Quocirca haec machina cognomen  
 eta, quod stipitis huius cacumine, dum prominet, h-  
 eus ac arietes inter se solent, dum collisione decernant  
 dendo & quatendo uniuersa disturbet.

## CAPVT XIII.

Turres lignae.

**F**ecerant etiam Gothi turres lignae, ad parum  
 bus altitudinem, accepta uera muri dimensio-  
 pidum interuallo. Suntq; eisdem turribus ad basem  
 gulos singulos submisisse rotae, quarum uoluntione, quocirca

Scale.  
 Fasces.

milites uellent, facile circumagebant. Scale praeterea pluri-  
 me, & ad pinnas usq; pertingentes, in promptu his aderat,  
 Parauerant etiam infinitam quandam uim fascium ex uirgul-  
 tis, & stipula, quibus fossas replere, & solo aequare cogita-  
 bant, ut machinationes, quas mox producturi erant, re nul-  
 la traestu prohiberentur. Itaq; omnibus paratis, Vitiges ad  
 primam lucem omnes armatos adesse iubet, agminaq; distri-  
 buit, & quid his, uel illis agendum esset, insinuat. Fit alacri-  
 tas magna in Gothis, & incredibilis pugnandi ardor, cum  
 alij fasces, alij scalas ferrent, alij machinas admouerent. Bel-  
 larius uero instructa hostium aciem ex aggere contempla-  
 tus, simulq; Romanos pauore concussos attendens, immodi-  
 cum risum patulis buccis emisit, iussitq; milites nihil prius  
 attentare, quam ipse signum dedisset. Romani autem (ut inquit  
 Procopius) egre ferebant eum cum irrisione loqui, & sibi  
 illudere: oderant simul & increpabant impudentiam eius. At  
 ille, ne eorum odio exponeretur, sese Gothorum simplicitate  
 risisse simulabat, quod adiunctis bobus machinas aduehere  
 posse sperarent, quasi boues inermes, aut extra machinam  
 praecessissent, cum tamen a capitibus usq; ad tibias satis mu-  
 niti incederet. Quod cum magis formidandum putaret, iussit  
 ut omnes & singuli milites tela in pedes iumentorum sine ul-  
 la intermissione torqueret. Quo euenit, ut collapsis bobus,  
 milites, qui machinas intus admouebat, subsisteret, donec li-  
 xae & calones fossas uirgultis, ac fasciculis (prout praecipit  
 acceperunt) repleret. Verum cum replendis fossis intenderet,  
 multitudine telorum ab aggere emissorum repulsi, nec fossas  
 implere, nec moenia adire, nec arietes admouere ualebant.

Romani deriso-  
 rem Bellisarij  
 oderunt.

## CAPVT XV.

**S**tabat nihilominus Gothorum acies immobilis, atq;  
 sinuata, quanquam nunquam potuerit aggerem pra-

rupto ascensu munitum superare: tantum quippe sagittis  
 & tragulis, & omnium telorum genere certabatur. Prae-  
 ptumq; (ut Procopius affirmat) à Vitige habebat, ut nulla  
 facerent in muros insulsi, sed ordine suo manerent, & sa-  
 gittas in propugnacula adeo crebras iacerent, ut nullam  
 poris remissionem Bellisario permitterent, ne forte in di-  
 ram moenium partem, in quam ipse ingentibus copiis  
 insultaturus, suppetias ferret. Cum enim haec ad Pincianam  
 & Salariam portam geruntur, tribus alijs locis Roma  
 pugnabatur. Vitiges quippe nullum strenui impugnatorem  
 officium praetermittens, ad Praenestinam portam multo  
 quae militum comitatus, Urbem acrius impugnat: eodem  
 tempore alia Gothorum multitudo contra portam Fonti-  
 nalem impetum faciebat: alia insuper hostium manus por-  
 tam Aureliam (quae est ad summum Ianiculum) expugna-  
 nitebatur. Ita quatuor simul locis Roma acriter impugna-  
 batur, ad Pincianam, & Salariam portas, quas Bellisario  
 tuebatur, ad Praenestinam, cui praerant Bessas, ad Aureliam  
 Fontinalem portam. Sed hi Gothi, qui ad Ianiculum pug-  
 nabant, facile repellebantur, quod ibi loca ardua & salubra  
 difficile iter ad moenia etiam nullo repugnante permittit.  
 Erat tamen ibi Paulus à Bellisario praefectus, quo strenue  
 resistente, conatus hostium in irritum abiure. Ad ma-  
 iorè Cassiam maius periculum fuit. Via siquidem porticu  
 tecta fuit, per quam ad templum beati Petri Apostolici  
 tus erat. Sub ea igitur porticu Gothi latitantes, cum signum  
 rei gerendae aptum existimarèt, ex insidijs repente egredi-  
 untur, ad molem Hadriani occupandam conuolabant, scilicet  
 motis, primū ambitum, qui figura quadrata molem  
 cingit, repentino impetu cepe-  
 runt.

CAPVT

**H**aec moles Hadriani Imperatoris sepulchrum fuit,  
 spectatu procul dubio dignum. Pario namq; ex la-  
 pide edificatum est. Saxa quadrata illi inuicem nexa, alia  
 nulla commixta materia, & quaternis partium pari di-  
 mensione lateribus. In medio uero huius quadrati, moles  
 rotunda insurgit, excelsa quidem altitudine, latitudine ue-  
 rò tanta, ut in suprema eius parte area sit, cuius diameter  
 uix iactu lapidis transigatur. Habet uero pontem super  
 Tyberim amnem, qui ab ipsa mole ad aliam ripam exten-  
 ditur. Hoc aedificiū licet extra Urbem esset, nam Urbs qui-  
 dem ad Tyberim finitur, tamē quia pontem habet ad moe-  
 nia usque pertinentem, & erat ueluti arx, & propugna-  
 culum quoddam, Bellisarius militibus suis occupandum,  
 custodiendumq; prouiderat: eiusq; rei curam Constantino  
 mandauerat, & ut contigui muri curam susciperet asser-  
 uandi, ut leuiori & non magni momenti custodia in adgen-  
 tis. Si quidem ea ex parte nequaquam murus (flumine sub-  
 terlabente) poterat oppugnari. Itaq; Constantinus nullum  
 loco hostes insultum facturos ratus, non satis ualidis cus-  
 todijis ipsum munire curauit, cum paucos haberet milites,  
 eorumq; maiorem partem in locis admodum necessarijs  
 distribuisset, ipseq; eodem tempore Gothi ad campū Mar-  
 tium, uel Aureliam portam insultantibus occursurus, ex ca-  
 statione exiisset. Gothi ergo per absentiam praefecti, cap-  
 to inferiori ambitu, molem ipsam expugnare nitebantur.  
 Milites autem de superiori parte repugnantes, deficien-  
 tibus alijs telis, permagnas statuas hominum, equorum,  
 quadrigarum, excellenti artificum opere confectas, par-  
 tim integras, partim confractas, in subeuntes hostes deie-  
 cerunt. Inter haec Constantinus audito molis periculo, per  
 pontem succurrere festinat, additq; suis animos, dum ipse

Statua preciosa  
deiecta.

E S

Roma pluribus  
locis à Gothis  
impugnatur.Aureliana por-  
ta ad Ianicu-  
lum.Hadriani mo-  
les, nūc castrū  
S. Angelī.

hostes ab inferiore parte inuadit: illisq; fugatis, sese seruu-  
uit, & arcem.

## CAPVT XVII.

**A**D Prænestinā quoq; portam, ubi Vitiges Rex, qui cum illo erant Gothi pugnabāt, ingēs pericūlū fuit. Erat enim nō procul ab ea porta locus, quē Viuarium appellabant: is locus mœnia habebat duplicia, aliquoties inter se distātia. Solū inter bina mœnia planissimū ipsa uerō mœnia non satis munita. Vitiges igitur, & Gothi prima aggressi mœnia, etsi egregiē repugnabatur, ualidissimē impugnabāt. Quocirca Bessas Paraniusq; ad onerandum periculum deducti, cōsestīm Bellisariū ad se aduolare precantur. Ille uerō sine mora adesse festinat, relicto quodā fidelioribus amicis ad Salarie portæ tuitionē. At ubi Bellisarius hostes uidet Viuarium suffodisse, & diuersim mœnia impugnare, quicquid roboris in exercitu habebat, apud se continuit, atq; in prælium descendit. Gothi iam mœnia inferiori parte perfregerāt, ac magna eorum uis ingressū inter bina mœnia uersabatur: pugnatumq; est eo in loco acriter, & pertinaciter, donec Gothi per eum ipsū quo fuerant ingressi, accepta graui suorum strage, euadere cogerentur. Sed nec Græcis incruenta uictoria cessauit: uis Gothos à mœnibus submouissent, eorumq; machinas & castra incēdio tradidissent. Interea uerō dum hæc agerentur, eadem belli fortuna ad Salariam portam fuit: ea namq; Græci ex improuiso in Gothos impetum faciētes, eos in fugam conuerterunt, deinde incensis eorum machinis & castris, in Urbem uictores redierunt. Per bina igitur modum Roma eodem die & oppugnata plurimum hostis fuit, & defensata. Ceciderunt autem in his prælijs Gothorum tria millia. Eo tamen damno nihil terrū fuerit: Go-

thi, quin Urbem acrius obsiderent. Romani uerō etsi Bellisarij uirtutes admirari uiderentur, tamen grauem aduersus eum querelam faciebant, quod funestæ ubique domus per Urbem essent, multis ex Romana nobilitate & populo desideratis, quodq; cōtra tantas Gothorum copias, exiguis ipse uiribus concitato bello Romanam Urbem in præsentis difficultates coniecisset.

## CAPVT XVIII.

**Q**uod cūm Bellisarius compertum habuisset, maiorem in modum commotus, mox uehemētius quā alias Iustiano in hunc modum scribere curauit: Venimus, inquit, ut inuaderem in Italiā, & ad cætera loca per nos recuperata, Romam quoq; recepimus, Gothorū multitudine inde propulsata, quod nuper ad te misso eorum præfecto Ludero satis declarauimus. Et quoniam in multis Siciliae Italiæq; locis, quæ nostræ ditionis effecimus, maiorem militum partem necessario collocauimus, ad legionem unam, eamque semiplenam redacti sumus. Hostes uerō intolerabili multitudine aucti, nos oppugnatum uenēre. Ipsi uerō cū explorandi gratia circa Tyberim obequitarem, cogebamur uel inuiti cum hoste confligere, nec multum absuit, quin telorū & missilium multitudine obruti in fata concederemur. Muros deinde Gothi cū expugnatum uenissent, & machinas his applicuissent, impetu undique facto, non plurimum absuere, quin Urbem subita irruptione, & nos pariter occupassent, ni fortuna nos quædam prospera his imminētib; malis subtraxisset. Ea namque, quæ excēdunt rerum naturam, non humane uirtuti, sed Deo sunt attribuenda. Quæ uerō siue uirtute, siue fortuna ad hostē prius gessimus, quā optime habēt. At ea quæ posthac gesturi sumus, peruelim equidē tuis ut

Romani de Bellisario queruntur.

Epistola Bellisarij ad Iustinianum.

Gothorum intolerabilis multitudo.

rebus sint plurimum conductura. Quæcumq; demum ad explicanda per me decentius sunt, uel per te facienda, nequaquam te latere permittam, eius rei nihil ignarus, humana omnia ita procedere, ut Deo placitum est. Verum tamen (quæ summæ rerum sunt) Principes ut se gesserint, uel ignominiam, uel laudem perpetuò referunt. Armis que, & milites per te sunt ad nos, & ea multitudine transmittenda, ut aduersus potentissimum hostem possumus, rebus uiribus hoc bello consistere. Non enim omnia fortis sunt permittenda, quandoquidem non eadem hæc fortuna offertur. Te uerò, ô Imperator, ea subeat cogitatione, idq; animo agites, quòd si nos Gothi suprauerimus, de tuæ Italie possessione nunc exciderimus, profectò ad illud ex eo casu iacturam accedet & dedecus ex re nunc gesta non mediocre, quod nobis asiduò inhererebit. Preterea uidebimur Romanis perniciem attulisse, non libertatem, qui suam minoris fecere salutem, quam fidem erga præstitam: & quandoq; eueniret, ut parta ad hoc tempus felicitas, in calamitatem & infortunium desuisset uideretur. Si enim ab urbe Roma, & uniuersa Campania, Siciliaq; pelleremur, omnium illud nimirum, quod utique uisissimum esset malorum, nos fortè morderet, quòd non quaquam ex alieno ditescere licuisset. Atqui & illud considerandum, Romam quondam tanta amplitudine habebat, multis hominum millibus custodiri haud satis poterat, locum sanè maximo ambitu, & nimia uastitate, & nequaquam mariimum, ita & rebus omnibus necessarios interclusum. Preterea Romani, etsi modo nobis beneuolentia sunt, malis tamen in longius tendentibus, nulla interposita mora sibi (prout melius poterunt) consulere cogentur, qui recens in amicitiam uenerint, non infortunio, sed beneficij decenter affecti, seruare fidem consueuerunt.

præterea

præterea, quòd penuria rei frumentariae, simul & fame cogentur, quæ minus uelint, ut faciant. Ipse uerò cum me satis intelligam tibi mortem debere, profectò cum uita nemo me hinc deturbabit. Aduerte tamen quidnam sit tibi glorie Bellisarij mors hæc allatura.

## CAPVT XIX.

Iustinianus his literis acceptis, ualde commotus est, statimq; copias, quas paratas habebat, nauigare in Italiam iussit, & maiores alias parare constituit. Valerianus igitur & Martinus, qui iam paratis copijs præerant, transmissuri in Italiam, primum sese in Aetoliam, & Acarnaniam contulere, ubi ob inualescentis hyemis incommoda, hyemare cogebantur. Romani uerò ea spe confortati, lenius belli obsidionisq; molestias tolerauere, aduentum eorum primo quoq; tempore expectantes. Interea dum hæc agerentur (ut autor est Procopius) patricij quidam Romani quædam Sibyllæ dicta Romæ in medium proferebant, asserentes ad Iulium usque mensum ciuitatem in discrimine fore, & necessarium postea, ut Imperator tunc quispiam Romanorum existat, quum demum Roma nil Geticum extimescet. Geticam quippe Gothorum hi nationem esse affirmant: quod aperte est contra eos, qui Gothos à Getis sine ratione & autoritate separare contendunt: est quippe una gens, ut tunc Romani patricij conformiter, & uere ad Sibyllæ dicta asseruerunt. Dum autem Romæ hæc aguntur, Astaris & Sigislaus, Gothorum duces, qui iam pridem à Vinge cum exercitu missi fuerant, præualida classe, maximaq; Gothorum multitudine contracta, Salonas Dalmatie ciuitatem terra mariq; obsederunt. Constantianus enim eius loci præfectus, cum tatis hostium copijs longe impares uires haberet, ab eorum congressu prudentius

Iustinianus liberare Romæ parat.

Sibyllæ liber de Gothis & Getis.

Astaris & Sigislaus Gothi, Salonæ à Gothis obsidentur. Constantianus.

Roma multis millibus uix defendi potest.

abstinebat, contentus in urbe satis munita obsidionem tolerare, euentumq; obsessæ urbis Romæ expectare. Quamuis etiam aliquando clam egressus, coepit hostes urgere, ut qui alios inuaderent, se quoque inuadi experirentur, sed erant leuia prælia, quibus nihil memorabilem rerum successisse uidebatur. Inter hæc Roma acrius obsessatur. Vitiges enim, quoniam oppugnatio prius intectatur, satis felicitè successerat, commotior inde factus, cunctis mari, ac diligenter perscrutari curauit, quibus obsidionem quàm maximè affligeret. Portus erat iuxta mare à dextera Tyberis fluij ripa, superq; eò urbs ualido muro circumdata: eo in loco naues cuncta, quæ mari feruntur, deponantur, inde rursus terra, uel fluuio Romam portabantur. Vitiges igitur factò agmine, eam urbem Portuensem ex improviso adortus occupauit, cum ciues contra subitam hostium uim imparati nequaquam resistere possent. Ex hac occupatione intolerabiles mox difficultates Roma percipit, sublata omni facultate, qua frumentum, ac cetera humano usui necessaria, importari consueuerunt. Gothi enim ualido militum præsidio ibi relicto, oppidum à dextera Tyberis omni studio obseruabant, nec quicquam Romanis inferri patiebantur.

## CAPVT XX.

Romani seipso  
accusant, quòd  
Gothos exclu-  
serint.

**Q**uocirca Romani querelas in suam ipsorum imprudentiam exaggerantes, sese grauius accipiebant, quòd Gothis exclusis, Græcos nihil uirum habentes, intra Romanæ Reipublicæ uiscera facilius, quàm prudentius admisissent. Creuit itaque in Vrbe fames, & extrema omnium necessariorum rerum inopia: cui mox adiectum est grauius, & irreparabile malum. Nam Vitiges

dum se pertinacibus Romanorum animis à Roma excludi uideret, missis percussoribus, omnes obsides, quos à principio à Romana nobilitate secum Rauennam abduxerat, interfici curauit, exceptis admodum paucis, qui salutem fuga inuenerunt. Qua rei acerbitate Romani plurimum conturbati, uehementius ingemuerunt sese imbecilli Græcorum fidei credidisse, à quibus consolationem nullam, perniciem uerò plurimam, euersa penitus Republica, & libertate recipiebant. Nec satis erat ad cumulum Romanæ miseriæ, quòd præstantissimos ciues, charissimos liberos, & consanguineos Rauennæ trucidatos audiissent, addita est eis per Bellisarium grauior, & uix toleranda afflictio. Quamuis enim passim per Urbem funestæ domus inspicerentur, uixq; aliquis locus sine publico, uel privato luctu ob amissos amicos esse uideretur, Bellisarius tamen nimis seuerum & crudele edictum Romanis proponit, ut necessaria primùm mancipia, deinde suauissimos filios, tandem charissimas coniuges extra Urbem confestim emitterent, ne ceteri in commectus penuriam, uitæq; discrimen peruenirent. Quo factò, ad eò tenuem remanentibus uictum indulgit, ut ægrè uitam multis miserijs affectam sustentarent. Tum ingens mortalium turba cum fletu & eiulatu à charissimorum fratrum, patrum, propinquorum, maritorum, amicorum amplexu auulsa, noctu per uiam, quæ ab hostibus uacua erat, in Campaniam se recepit, patria in manibus Græcorum, propter quos extrema pati cogebatur, derelicta.

## CAPVT XXI.

**B**ellisarius autem, quum suorum militum numerum ad murorum ambitum obseruandum minimè suffe-

Romani obsides  
occiduntur.

Græcorum fides  
imbecillis.

Bellisarij in Ro-  
manos seueritas.

Vitiges secundo  
Romam oppu-  
gnat.

Portuensis urbs  
à Gothis capi-  
tur.

turū putaret, cum ciuibus eos, & priuatis hominibus, qui  
 militiam exercerent, immiscuit, diuisiq; singulos per  
 stodias, in mercedem certius aliquid priuato cuique, ut  
 imbecilli, pollicitus. Inuenti tum suere non pauci, neque  
 mæ nobilitatis uiri Romani, qui præsentem Reipub. ho-  
 tum, & pristinae libertatis euersionem grauer ferre  
 tarentur: ob quam suspicionem à Bellisario in exilium  
 si, experimento didicerunt, Gothorum modestiam Gra-  
 rum tyrannidi cum publico Romanoæ urbis excidio suo  
 buisse. Quorū è numero fuit Maximus, cuius proauum  
 Valentiniani mortem imperium arripuerat. Præterea  
 nerat in eandem suspicionem Syluerius Papa, quem quo-  
 dam Theodatus (ut diximus) uiolentius, quam honeste  
 ad Pontificatum assumi procurauit. Huic Pontifici  
 est Theodora Iustiniani uxor præcipere, ut Menna Ca-  
 stantinopolitano Antifite pulso, Anthemium ab exilio  
 uocet, qui ob Eutycianam sectam fuerat in illam clade  
 compulsus. Negat Syluerius id se facturum, quod Ponti-  
 cia pietate incolumi præstari non possit. Excanduit sa-  
 na insolens, quæ nihil sibi nõ licere putabat, scripsitq;  
 lisario, ut Syluerio pulso, Vigilium Diaconum, cuius  
 pulsu petiitum erat à Theodora, ut Anthemius restituer-  
 tur, in eius locum substituatur. Bellisarius, siue quod uo-  
 rei intentus esset, siue planè sciret, causam Pontificis  
 minime pertinere, negotium à muliere acceptum, ad  
 mulierem Antoninam transferre curauit: quæ subornata  
 à Vigilio testibus, qui Syluerium dicerent consilia  
 de Gothis in Urbem inducendis, hominem coëgit  
 gnitate abdicare, pallioq; deposito, monasticam  
 cullam inducere. Sicq; in Pontias insulas relegit-  
 tus, in sanctitate uitæ dies conclusit  
 extremos.

Bellisarius Ro-  
 manos in exi-  
 lium mittit.

Maximus.

Syluerius Papa.

Theodora.  
 Menna Constā-  
 tinopolitanus  
 Antifites.  
 Eutyciana hæ-  
 resis.

Vigilius Papa.

Antonina mu-  
 lier Græca  
 causa Papa à  
 Bellisario com-  
 mittitur.

Deinde ueritus Bellisarius, ne quis etiam custodum  
 insidias ad portas moliretur, uel externus quispiã  
 pecunia corrupturus, ad hos clam uentitaret, bis in singu-  
 los menses destructis omnibus portarum clauibus, in aliam  
 formam, & à priore longè diuersam, alias denud facere cu-  
 rauit. Nec secus in muro, & custodijs ipsis, in singulas no-  
 ctes alios præficiēbat, quibus id erat iniunctum, muros fre-  
 quentius obeundo, nomina uicissim custodum describerēt,  
 & si quis fortè abesset, alium mox substituerent, sibiq; no-  
 minatum referrent, qui fortè tunc à custodijs abfuisset, ut  
 decēti uelocius poena afficeret negligentē, & ut ad uigilias  
 essent attentiores. Iusserat musicis instrumentis ut artifi-  
 ces ipsi per noctem in mœnibus uterentur. Milites præte-  
 rea quosdam noctu emittebat, quibus ad fossas erat asiduò  
 pernoctandum: cum quibus erant & canes, ut nemo uel è  
 longinquo mœnia inuasurus lateret. Hoc modo Roma in-  
 tus & foris periclitāte, Martinus & Valerianus (quos à  
 Iustiniano missos supra diximus) mille quingentorū equi-  
 tum copiis in suo exercitu adducētes, Romam peruenēre.  
 His fretus uiribus Bellisarius, mutata belli ratione, primò  
 leuibus prelijs, & per occasionem commissis, hostem so-  
 licitare, inde cum aliquot bella feliciter cessissent, uidere-  
 turq; miles suo successu audacior factus, acie decertare au-  
 sus, tam prosperè ab initio dimicauit, ut sub Gothorum  
 castris sit aliquandiu certatum. Ad postremum superan-  
 te Gothorum multitudine, Romani, præsidiarij q; in Ur-  
 bem compelluntur: tantoq; impetu fugiendo corruēbant,  
 ut multi portis & muro exclusi, ac maiore ex parte iner-  
 mes, mœnibus miserabiliter hærentes, agrè seruati fue-  
 rint. Estq; uno tempore non solum circa castra Regia, sed  
 uia etiam Cassia, uario atque ar. c. piti Marte dimicatum.

Bellisarius cla-  
 ues, & custo-  
 dias portarū  
 saepe mutat.



Gothi enim uisa aduenientium cōtra se Romanorum multitudinem, ad proximos montes se extra castra retrahentes pauorem simulabant: tum Romani diripiendis eorum castris nimis imprudenter intenti, à redeuntibus facile superantur, prædâq; exuti, salutem fugæ captare coguntur. ruerunt eo die ex Bellisarij militibus permulti, & huiusmodi strenuissimi: effectq; multò maior clades accepta aperte à Regijs castris ad Vrbe[m] inclinauit, nisi dum fortes, qui ambo ordinem ducebant, sua irruentibus hostibus corpora obiecissent. Principio & Taruuntillæ mina fuere. Ille multis uulneribus confectus pugnando cecidit, Taruuntis ad Pincianam portam multo confectus cruore concidens animam efflauit.

## CAPVT XXIII.

**H**Ac pugna infeliciter peracta, uario modo trepidare Romani: ipseq; Bellisarius ab hostium congressu plures dies abstinuit, contentus sola mœnia despicere. Laborabatur interim intolerabili frugû inopia, malum non tantum attigit eos, qui obsidione premebantur, sed & Regia castra, uniuersamq; Italiam horrida fames inuaserat. Scribit namque Datus Mediolanensis Antistes, qui per ea tempora fuit, tam arcta caritatis non e in sua dicecesi laboratum, ut præterquam quibusdam & obscœna multa cederentur, reperta sit mulier, quæ fame adacta, à filij carnis non abstinerit. Laborabatur per hæc tempora duplici malo Italia, Urbis obsidione, & fame teterrima, publicâq; terrarum & populorû afflictionibus. Bellisarius autè post acceptum ex inuisione Regijs castrorum apud Pincianam portam incommodum, cōspicimatis paruo tempore militum animis, rursus educere illi cœpit: nec tamè de summa rei unq; acie decernere ausus.

suorum paucitati diffusus. Tum Gothis obsidionem in longum trahi cernentibus, unica peruincendi spes reliqua uidebatur, si fame Roma continuè premeretur. Quamuis enim portus Romanis ablatus, magnas difficultates eis attulisset, tamen (ut est hominum industria, præsertim in indigentia solers) onerariæ naues, quæ portum solebant petere, Antium petebat: & inde expositum frumentum, & alia necessaria pedestri itinere Romam deferbantur. Volentes igitur Gothi comoditatem quoq; istam Romanis auferre, octaua circa Vrbe[m] castra inter uias Latinâ & Appiâ posuerunt. Sunt enim in his locis aquæ ductus duo altis fornicibus, qui se intersecantes, quasi in duo brachia scinduntur, relictiq; in medio aliquanto spatij iterum coniunguntur. Distat autem ab Vrbe hic locus millia passuum circiter quinque. Gothi igitur hunc medium locum occupantes, mirum inter columnas arcuum undequaq; fecerunt ex lapidibus & luto, castraq; in hunc modum munitissima habuerunt, in quibus septem millia equitum statim collocauerunt, qui supra infraq; Latinam, Appiam, ac Ostiensem uiam infestantes impediebant, omnemq; importandi facultatem Romano populo præcidebant.

## CAPVT XXIIII.

**P**ræclusis itaque itineribus, fames multò maior quam antea obsessam ciuitatem inuasit: nec diu tolerari potuisset, nisi milites noctu iam maturis segetibus furto aliquid frumenti ex agris corripuissent, magnâq; pretio ciuibus uendidissent. Sed cum annonæ arctior fieret, tum gravis pestilentia ciuitatem affligebat, nata ex abominandis cibis, ad quos famis magnitudo obsessos cœgerat. Res enim Romana iam in summis difficultatibus atque angustijs uersabatur, optantibus ciuibus potius mortem,

Pestilentia Romanam infestata

Romani à Gothis fugantur.

Roma frugum inopia laborat.

Datus Mediolanensis Antistes.

Fames horrida.

fortis

Romanis optabilior mors, quam uita.  
Romanorum in gens penitentia, quod à Gothis ad Græcos defecissent.

quàm uitam inter ipsos Græcos tot miseriarum generum cumulatam, diutius prorogare. Proinde apud Bellisarium grauius conquererentur, suam (teste Procopio) demeritam, quam prouidentiam putabant, iterum ut primum cussantes, quod ipsius fidem secuti in tantas calamitatibus cecidissent: ciues suos Rauennæ à Gothis interfectos, uirum non minus ignominiosè quàm pertinaciter obsideri, agrum suum, & cætera loca hostium manibus occupasseq; ab omnibus bonis interclusos, nec aliquã spem (ut miseris consolari solet) reliquam haberi. Præterea liberis, uxoribus, & omnibus quæ mortalibus charissimæ sunt, priuatos, arctissima obsidione teneri, bello, fame, & silentia, misera ciuium corpora iam consumpta, uelut consumptum iri. Demum cum mortem ipsam, & quodam mortis genus uoluptatis loco ducerent, rogabant Bellisarium, ut se in hostem ducat, inermesq; (si ita libeat) armatis hostibus obijciat: satius fore sibi honesta morte occumbere pro patria dimicantibus, quàm ad tantam miseriam, & seuisissimos cruciatus seruari.

## CAPVT XXV.

Bellisarius in Romanos feruoritas, & obiurgatio.

**B**ellisarius uerò hæc audiens, non satis clementer illis respondit. Eos quod dem temerè inconsulteq; deferri assererat, quod ea situra populorum, ut impetu magis quàm ratione moueretur: se consilio ac ratione, non impetu animi regi consiluisse: expectare ab Imperatore copias, quibus adiunctis, si pugnandum fuerit, certam suis uictoriam polliceri uideat: easdem illas copias infinitam quandam uim frumenti secum asferre. Proinde abirent, & sibi curam bellirelinquerent. Romani per hunc modum ab homine Græuacriter obiurgati, uehementius doluerunt, sese Gothos

sub quibus omni felicitate gaudebant, à suis moenibus exclusisse, & rursus in eorum locum Græculos quosdam, ad irreparabilem Romanæ Reipublicæ ruinã, facilius quàm felicius (ut diximus) admisisse. Sed quid facerent, cum nihil nisi parendi necessitas restare uideretur? Deinde Bellisarius cogitare cœpit, quomodo Gothis quàm plurimas difficultates rei frumentariæ inferret. Cuius rei causa ex suis ducibus aliquot, ad impediendos hostium comæatus, Tybur, Taracinam, Albam cum suis equitibus dimisit, ut omnia itinera hostibus redderent infesta: & ad Paulinam eadem Ostiensi uia constituit, ut suburbana teçta ab omni hostium incurfu tutiora essent. Affirmant Procopius & Leonardus Aretinus, Gothos in tota illa obsidione nullum templum, neque illum sacerdotem uiclasse, sed omnes sacerdotes liberè, ut prius, in illis permanentes, rem diuinam exequi permisisse.

Gothorum summa pietas in templa, & sacerdotes.

## CAPVT XXVI.

**I**nterea cum hæc circa urbem agerentur, nouæ à Iustiano copia terra mariq; ad Bellisarium uenere: equites Thraces octingenti, alterius generis mille & trecenti, quos ductabant Alexander, Maxentius, Zeno: pedites nauibus aduecti ter mille & treceti. Præter hos quingenti alij, quos Procopius Cæsariensis congregatos adduxit. Hæc omnes simul copia in unum conuenientes, Romanos petere constituerant. Asserebant uerò secum multum ac magnum comæatum. Iter equitibus erat iuxta mare, classis autem pedites deferebat. Ex eadem quoq; classe, magna uis frumenti per terram magno uehiculorum numero portabatur. Veritus autem Bellisarius, ne si hostis illo-  
lorum ad urbem aduentum præsentiret, priusquam Romanam ueniretur, subita ui interciperet: igitur sub id tempus

Bellisarij strata gema.

quo hi erāt in Urbē ingressuri, hostiū castra adortus est. Itaque est eruptio per portā Flaminiā, quā à prima obsidione Bellisarius obstruxerat. Est et ars alia huic cōstituta. Equites leuis armaturæ iussi sunt Gothorū castris adquire, tumuluoseq; hostem ad pugnā elicere, mox cōpugnata pugna paulatim cedere, hostemq; procul à castris abbere. Quod cum illi nauiter fecissent, effectq; iam prope Urbem uentū, tum simul ab his qui per Flaminiā fuerūt portam, à tergo oritur clamor: et equites qui simulauerant, subito equorum circumactu ferociter agnam redeunt. Itaq; Gothi ancipiti Marte percussī, castra unde imprudenter exierāt, uelociter redierunt: sed auxiliaries copias, et commeatus in Urbem tutō receperunt. Vitiges hoc graue et infastū prælium experitur, quia nouas uenisse Bellisario copias intellexisset, laboraturq; in castris fame et pestilentia, cum Bellisario equitibus tres menses induciæ fierent, quoad legati irent ad Imperatorem, et rediret, totum componendi bellum se illi permissurum pollicitus. Nec Bellisarius res Vitigis postulata, pactæq; sunt utrinq; ad id tempus: quibus stantibus, auxilia et commeatus, que conuenerant, terra et fluuio Romam tutō peruenirent.

## CAPVT XXVII.

Gothorum cum Romanis ex-postulatio.

**S**ed hic locus postulare uidetur, ut ex postulatione quam Gothorum legati cum Romanis habebant, Procopio Cesariensi adducam: iniuriam, inquit, Gothi ad Romanos, nobis intulistis, quippe qui in amicos, et arma desumitis. Sed dicturi iam sumus quæ singulos non ignorare existimamus. Gothi quondam loca hec habebant, ubi pepererunt, cum Romanis uobis nil uolentius admitteret, sed Odouacer olim, Imperatore sublato, in tyrannide

pub. hanc immutatā obtinuit. Zenon interea, qui Orientis tunc temporis potestatur imperio, cum uindicare alterius uellet, et amori Imperatoris iniuriā, et has terras tyrānide liberare, Odouacrisq; uires dissoluere de se minime posset, cōmemoratis Theoderico Gothorū duci honoribus, quos ab se accepisset, (fuerat namq; inter Romanos patricios, et Consulares adscriptus) facile suadet, etsi obsessurus is Byzantium erat, ut depositis erga se odijs, ex Odouacre pœnas ob iniuriam Augustulo Imperatori illatā exigeret, quibus exactis, et de tyrannide Odouacre eiecto, ipse sibi, et Gothi hæc loca recte iusteq; parta haberent. Hunc igitur in modum ipsi Italiæ suscepto imperio, leges simul et Rem publicam saluas non minus reddidimus, quam superiorum alius quispiam Imperatorum. Theoderici uerò, siue alterius qui Gothis antea imperasset, mille nunc extat uel scriptæ, uel sine scripto leges. Quæ autem ad diuinum attinent cultū, fidemq; sic integrè Romanis seruauius, ut Italorū opinionem Gothorum nemo in id, quod ipse sentiret, uel uolenter, uel ultro transtulerit: quin potius in eorum plerumque concedentibus Gothis sententiam, nil prorsus per nos curæ adhibitum. Accedit etiam, quod Romanorum sacra etia eo in honore sint apud nos habita, ut à nullo nostratum hominum sit, qui ad ea confugerit, uiolatus. Omnibus præterea Urbis antehac magistratibus Romani perfungebatur, Gothus uir nemo eorū particeps factus. Vel procedat in mediū qui profari nos ista non uerè existimet. Ad dat et Cōsularem quispiam dignitatem, qua etsi Gothi ab Orientis Imperatore donati, Romanis tamē perfungi libere permiserunt. Vos uerò cum hæc ita se habeant, Italiam quidem per Odouacris barbaros malè tunc habitā, haudquaquā tuendo uestri ut iuris uendicabatis, præsertim cum ad decimum annum grauißima illi in Italos, ac nefanda

Gothi nullū ad sacra loca confugiētē uiolarunt.

exercuissent: nunc uerò iuste hanc possidentibus, cum re-  
stra nihil intersit, inferre uim uultis. Abite ergo à nobis  
hinc procul, & uobis quæ uestra sunt habetote, ac ce-  
terum, quæ de populando diripuistis, nuda saltem quaerite  
qua sunt, nobis relinquit.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; liber  
duodecimus.

## CAPVT I.

*Inducia.*

**N**ecessario igitur trium mensium in-  
dicijs utrinque confirmatis, ut oratorum  
triusque partis Byzantium ad Iulianum  
num Imperatorem ire, & redire posse  
adiecta est conditio, ne interea inuasi-  
nes ullas inter se facerent, aut quicquam dolo uel fraude  
mutuam perniciem molirètur. Bellisarius tamen sue  
canicæ fidei haud oblitus, pacem quam publice exhi-  
bat, occultis machinationibus, ubicunque occasio  
tur, uiolauit, nihilq; alienum ab illis moribus prepa-  
ratos Tullius Cicero in Græcorum leuitate dudum  
reprehenderat: iurandum, inquit, apud Græcos  
ioco habetur. Verum ne afflictione talia loqui uidear, so-  
tonium Sabellicum inter præcipuos Italorum historicos  
connumerandum adducam. Hic enim inquit: Vicius Dido-  
rius magis fraude, quam uiribus, cum parum sancti facta  
cum hoste idum custe diuisset. Bis enim illud non satis  
dide interrupt, primum Romæ, deinde Rutenne, Ca-

*Græca fides.**Bellisarius frons  
de uicit Go-  
thos.*

enim Gothi, qui in Portuensi præsidio constituti fuerant,  
se se ad uicem fiducia induciarum contulissent, consultu-  
ri de importandis in eam Portuensem urbem uictualibus,  
mox Bellisarius astutius quam honestius illum locum per  
suos occupauit, iniquitatem suam Græca uanitate excu-  
sans, quasi Gothi illinc discessissent, deinceps non redituri.  
Eisdem quoq; ingenijs circa alias Gothorum ciuitates, &  
terras uti non uerebatur. Vnde factum est, ut etiam urbem  
maritimam & magnificam Centumcellas, ciuitatemq; Al-  
banam interciperet, & communiret. Præterea ut Datus  
Mediolanensis Antistes, & totus eius loci populus à Go-  
this deficeret (ut mox dicemus) effecit. Hæc autè stantibus  
inducijs, uasri ingenij dux cõtra pacta manifestè molitèdo,  
arbitrabatur se à nullo posse de uiolato fœdere accusari.

## CAPVT II.

**P**roinde Gothi legatis ad Bellisarium missis, cõquere  
bantur se tempore induciarum grauibus iniurijs ab  
eo affectos, quòd nequaquam ipsi ob conditiones, quæ indu-  
cijs appositæ erant, licuisset: itaq; ablatorum locorum resti-  
tutio omnino fieri deberet. Sed iam eò processerät illæ Bel-  
lisarij artes, ut denud Gothorum simplicitatem tumens ir-  
rideret, dicens se illas Gothorum ciuitates minimè occupa-  
re potuisse, si milites intra earum mœnia resistentes inue-  
nisset. Proinde Gothorum oratoribus abscedere iussis: Re-  
dite, inquit, ad Regem uestrum, eiq; dicite, quòd quia Gothi  
eas urbes pro derelictis habebant, licitum mihi fuit ipsas et-  
iam tempore induciarum tali modo occupare. Igitur cum  
Gothi attenderent, Græcos nullam recti & æqui rationem  
habere, aut curare, sed omnia perfidè agere, cogitabant &  
ipsi paria Bellisario referre. Sed iam nimis munitus erat,  
& permagnas affectus fuerat ad gerenda prælia oppor-

*Gothi de viola-  
ta fide cõque-  
runtur.**Bellisarij perfid-  
dia.*

tunitates, captis illis tribus urbibus, in quas sua militum  
 quæ iam aduectis nouis copijs plurimum creuerat, dispo-  
 buere curauit. Misit & in agrum Picenũ equitum duos milia,  
 præfecto illis Ioanne Vitaliano, quem admonuit, quod  
 in his locis fieri uelit. Esse quidem in Picentibus uxoribus  
 filios Gothorum, qui urbem Romam obsiderent: si mandati  
 induciæ, nihil moueat. Quod si Gothi quicquam nouum  
 liatur, ipsum omnia prædari, & diripere, & oppida  
 posset capere mandauit. Si quod oppidum repugnare  
 obsidere iussit, nec ulterius progredi, priusquam id ce-  
 rit. Neq; enim tutum fore, post se hostium oppida reli-  
 tem ulterius proficisci.

## CAPVT III.

Mediolanenses  
 à Gothis desi-  
 ciunt.

Quibus mandatis à Bellisario acceptis, Ioannes Vitalianus  
 centes peruenit. Sunt & alij alio missi, ne factum  
 berna essent Romanis ciuibus graua. Sub id tẽpũ Mediolanenses  
 (uti prius occulte machinatũ fuerat) ad Bellisarium  
 legatos misere, & in his Datusi sue urbis Antistitem (cuius  
 nunc memini) uirum utiq; magnæ prudentiæ, ac autoritatis:  
 qui ubi Romam uenere publico nomine, defensionem  
 licebantur, si modicum ad se præsidium mitteretur. Quod  
 Bellisarius benignè auditis, iussit bono & constantianum  
 essent, remq; ob quam aduenerant, occultã haberet, quam  
 præsidium mitteretur. Quod ut mature fieret, se com-  
 rum affirmauit: qui deinde in apertum discrimen uicium  
 dit. Cum enim apud unum ex suis proceribus Constantianum  
 acrius instaret, ut gladium pretiose ornatum, uiginti  
 mano ciui ablatum, domino restitueret, idq; Constantianum  
 iniuriæ autor, se facturum negaret, orto super ea re  
 gio, accersitisq; à Bellisario apparitoribus, rati illi fore,  
 ut ad supplicium trahendus esset, stricto ferro Bellisarius

Bellisarij periculum.

lulum infra stomachum confauciauit: & nisi circumstantes  
 subito accurrissent, ac ui extorto pugione, ipsum in manus  
 apparitorũ tradidissent, suprema dies illa Bellisario fuisset.  
 Nec Cõstantinus impunè tulit illud facinus, qui paucis dein  
 de diebus iussu Bellisarij interfectus est. Igitur cum Go-  
 thibi compertũ haberent, Græcos ubiq; insidias struere, scõ-  
 dera frangere, pacemq; & inducias eorum quouis bello  
 perniciosiores esse, tentauerunt & ipsi Romam occultis  
 insidijs occupare, primò per aqueductũ quendam uia no-  
 ctu quaestã, deinde occulto Tyberis traiectu, circa Martij  
 campi regionem. Sed utrunq; consilium fuit illis irritum.  
 Nam per aqueductum conspecta lumina insidias detexerunt,  
 & obstructo aqueductu facultas eis adempta est inua-  
 dendũ. Quod autem ad fluminis traiectionem attinet: quia  
 duo Romani pecunia corrupti, sopiferum pharmacum à  
 Vitige acceperant, ut nocturnos uigiles commodius fallerent,  
 re unius indicio patefacta, proditoris socius graui-  
 bus pœnis afflictus, in castra Vitigis, ut testis esset patefactæ  
 proditoris, emittitur.

Cõstantinus Bel-  
 lisarium ferro  
 fauciauit, &  
 occisus est.

Græcorum pax  
 bello pernicio-  
 sior.

Romani duo pe-  
 cunijs corrupti.

## CAPVT IIII.

Vitiges igitur considerans graue bellum, & suis uiri-  
 bus impar, post uiolatas utrinq; inducias immineret,  
 legatos duos (ut autor est Procopius in historia Persica)  
 ad Cosroem Persarum Regem emittere curauit. suasiuros ut  
 contra Iustinianum bella moueat: & hos non quidem Go-  
 thos, sed Ligures sacerdotes, multa pecunia ad id inductos,  
 quorum alter quidem Episcopi nomen præstebat, quem  
 alter tanquam minister sequebatur. Per Thraciã uero iter  
 facientes, quendam inde in amicitiam sibi conciliant, Syre  
 Græcæq; linguæ peritum, ac interpretem futurum. Qui  
 ut ad conspectum Cosrois uenissent, hæc dixerunt: Cete-

Vitiges ad Cos-  
 roem Persarum  
 Regem legatos  
 misit.

Oratio legato-  
rum Vitigis  
apud Persas.

ros quidem legatos, ô Rex, plerunq; de rebus calamitatis  
ad te venire contingit, nos autem Vitiges Gothorū & Vithi-  
rum Rex misit, uti sermonem de his, quæ ad tuum regnum  
faciunt, habeamus: tantumq; ea de causa nos hæc loqui  
stimus. Si quis enim te, regnumq; tuum à Iustiniāno imp-  
gnari affirmauerit, rectè sentit. Quia is ea est natura, ut  
nouas, quæ nihil ad eum pertinet, semper querat, præ-  
bus uero, ac pacatis minimè contentus, uniuersam tem-  
& singulorum imperium certatim inuadere cupiat:  
quàm enim Vandalorū regnum nuper euerit, contra-  
thos deinde arma cōuertit: quos si de medio tollere poterat,  
nulli dubium, quin uires suas contra Persas extendat.  
diligenter attendendū est tibi ex nostris malis, quæ  
lō post Persas sequentur incommoda. Cogita etiam Roma  
nos illos tibi, tuoq; regno nunquàm fore beneuolos, si  
ribus uiribus potirentur. Vtere igitur presenti facili-  
quam desinentē nunquàm recuperabis. Opportuna  
consilia semel elapsa, nunquàm aut raro redire solent. Per-  
stat enim præuenientē in tuto esse, quàm bene gerendū  
occasione amissa, turpius aliquid ab inimicis sustineri.

## CAPVT V.

Cosroës Gothis  
cōfederatur.

**H**Aec cum Cosroës audiuiſſet, bene & prudenter  
tigram monuisse affirmans, sese ad rumpendam  
dus, quod cum Iustiniāno ictū erat, adaptabat. Interdū  
hæc apud Persas agerentur, Bellisarius ad Ioannem Viti-  
lianum scripsit, rem prout antea præmonitus fuerat, con-  
queretur. Tum ille duobus equitum millibus comitatus, Pe-  
cenum agrum peruadens, uxores natosq; Gothorū capi-  
prædisq; & rapinis regionem totam inuoluit. Vithi-  
rō Vitigis patrum, cum Gothorū copijs sibi obuiam pro-  
fessum, prælio superauit, ipsumq; ducem cum magna præ-  
le

te copiarū occidit. Ita uictor factus omnia peruadebat, ca-  
pijs permultis agri Piceni oppidis. Cum autem Auximo co-  
pijs admonisset, cognouit id oppidum non magno Gotho-  
rum præsidio custodiri, sed esse locum ualde munitū. Itaq;  
nequaquā in eo obsidendo tempus terendū existimans, ad  
uictoria processit. Idem quoq; statuit de Urbini obsidio-  
ne: in celeritate enim omnem spem collocauerat. Fanum, &  
Risaurum cepit. Deinde Arimino copias admonuit: indeq;  
Gothorum præsidio amoto, ad Iustiniāni fidem reuocauit.  
Persuasum habuit ab initio Vitalianus, fore, ut Arimino ca-  
pto (quia ea urbs Rauennæ propinqua esset) Gothi Urbem  
obsidione soluerent. Nec ille sua est opinione deceptus. E-  
nimuero Vitiges audita Arimini alienatione, Rauennæ ti-  
mens, ubi summa rei Gothicæ erat, incensis castris, Romam  
obsidione soluit. Bellisarius autem Vitigem abeuntem secu-  
tus, ubi medium copiarum ponte transmissum uidit, extre-  
mum agmen à tergo inuasit, magnamq; stragem intulit im-  
prouisus. Habuitq; obsidio illa Romanæ urbis hunc exitū:  
quæ in eum annū incidit, qui humanæ fuit salutis quingen-  
tesimus atq; undequadragesimus, mundanæ originis nona  
gesimus nonus supra quadragesimum ac quater millesimū  
mum, ex quo Romæ imperari destitū erat sexagesimus octa-  
uus. Durauit autē hæc obsidio urbis Romæ anno integro,  
& diebus nouem, cum ad nonum Kal. Martij incepisset.

Auximum oppi-  
dū ualde mu-  
nitum.

Vitiges Romæ  
obsidione sol-  
uit.

539. anno Chri-  
sti.

4499. anno  
mundi.

## CAPVT VI.

**P**ost solutam Romæ obsidionem, quæ ab utraq; parte  
facta & prouisa fuerint, prosequemur. Vitiges enim  
licet Rauennam ire properaret, urbes tamen Hetruriæ, &  
aliarum prouinciarum, continere in potestate studebat.  
Quamobrem mille equites Clusium, totidem Urbem uete-  
rem misit. Tuderti quingentos, Auximi quatuor millia col-

locavit, Urbini duo millia, Cesenæ quingentos, Monteferetri totidem: ipse cum reliquo exercitu ad obsidendam Ariminum profectus est. Bellisarius autem post receptam Gothorum, Marinum & Ildigerum cum equitibus nollet se festinare Ariminum iussu, indeq; Ioannem Vitalianum equites qui cum illo erant, abducere, pedites uero ibi collocare: quod ea ratione faciebat, quod optimum equitum nollet ab hostibus circumfedi. Si enim peditem copiam rimini foret, uix putabat Gothos eam urbem obsiderent: & si obsiderent, facilius pedites obsidionem, quam naves toleraturos existimabat, cum equos in obsidione tenere difficillimum sit, pedites autem ex Ancona (quæ uiribus per a Gothis ad Bellisarium defecerat) mari Ariminum ferri commodissime posse. Ildigerus autem & Martinus profecti celerius Gothis, qui tardius ob suorum multitudinem diuerso itinere incedebant, Ariminum peruenere. At Ioannes neq; ipse Bellisarij præceptis parere uoluit, que Damianum patrualem cum suis equitibus, qui quingenti erant, parere permisit. Quare Ildigerus & Martinus Ariminum abeuntes, omnem equitatum, quem Bellisarius Ioanni dederat, abduxerunt, relictis solummodo pedibus, & equitatu proprio Ioannis & Damiani. Inter hæc Viti Ariminum obsidere adortus est: statuitq; in primis tum ligneam ante muros, unde propugnatores inceserent: & statuta oppugnationi intentus erat, cum nocte una cæca & fossa ingens, est Gothis ea ex parte obiecta, irruptione deinde in presidarios facta, atrox prælium est admissum: ca hostilem machinam, cecideruntq; ex utraque parte quam plurimi.

Martinus & Ildigerus duces Grecorum.

Pedites facilius obsidionem tolerare quam equites.

Bellisarius a suis contemnitur.

Gothorum apud Ariminum atrox pugna.

## CAPVT VII.

Mediolanenses uero interim dum Vitiges expugnando Arimino intendit, acceptis à Bellisario copijs, à Gothis deficiunt. Secutæ eam defensionem illustres urbes, Comum, Bergamum, Nouaria, & aliæ quædam, sed minus dari non inis. Permotus Vitiges Mediolanensium defensione, Vraiam nepotem suum ex fratre cum ualido exercitu in Cisalpinam Galliam mittit, ut loca, quæ adhuc in fide erant, in officio contineret, quæ autem ad hostem defecissent, summa ope niteretur, ut ad obsequium retraheret. Affirmat Procopius, quod Vitiges à Theodemerto Francorum Rege, cum quo iustum fœdus habebat, auxilia petiijisset. Blondus uero ex Liguria mauult petita, quam ex Gallia. Sed neutrum uero discrepat. Iam enim satis constat Theodemertum ex Francorum gente ortum, atq; alpes Coccias cum Liguribus illius armis subactas, eiusq; præstidio retentas. Quin illud meritò in dubiū uenit, à Theodemerto petita sint auxilia, an à Theodebaldo eius filio, qui haud multò post extincto patri successerat. Verba autem Procopij hæc sunt: Occupato per Romanos Mediolano, Vitiges maximas eodem copijs mittit: cui & Francorum dux Theodebertus, ut eius auxilio indigenti, uirorū decem millia suppeditas misit, non tamen Francos, sed Burgundiones, ne uideretur Imperatoris rebus (cui etiā iam confederatus erat) iniuriā intulisse. Hi namq; sua sponte perinde ac Theodeberti iussa non curantes, aduersus Romanos exijisse uidebantur. Quos cum Gothi suis copijs coniunxissent, Mediolanum confestim aduolant, urbemq; adeo stricta obsidione undequaque cingunt, ut nullibi necessaria Romanis inferri possint. Quorum intolerabili inopia magis, quam ab hoste premebantur. Nec sanè iam militum satis erat, qui in muris custodias facerent. Mundilas namque

Mediolanum et oppida ei vicina à Gothis deficiunt.

Vraia nepos Vitigis.

Theodemertus Francorum Rex Gothis confederatus.

Mediolanum à Gothis obsidetur.

Romanorum præfectus, quas secum duxerat copias, in circumiecta Mediolano oppida, utpote Comum, Novarum, & munitiora alia quædam castella in potestatem redacta partitus dimiserat, ita ut non paruifaciendam militum numerum in singulis his custodiæ gratia collocarit. Ipse uero trecentis duntaxat, quos sibi reliquos fecerat, Mediolano manebat. Unde & ciues necessario cogebantur perire, & assiduè custodias facere, multaq; aduersa, quæ minimè cogitauerant, sustinere.

## CAPVT VIII.

**B**ellisarius uerò, ubi primùm segetes flauescere sunt in agris, ex Vrbe cum exercitu profectus, ab us Vitigè, & Gothorū copias cōtendebat, præmissis uero Tuderum, & Clusium, qui castris locum parauerant, erant debilia inius præsidia, quæ sua paucitate consistenta, impugnationem deditione præuenerunt. Interea uero ges alias copias cum Boche præfecto dimisit, iussu in primis Auximum ire, & se cum alijs ibi præsidarijs militibus cōiungere, atq; unà cum his aduersus hostes procedere, tunc Anconæ essent. Tūc Cono Anconæ præfectus, ubi chis exercitum in se aduentare accepit, nec procul ab suæ mentis ignauiam palàm ostendit. Quippe munitione loco custodijs destituito, milites omnes ad stadiū unumcul inde, & in partem inferiorem deducit, ac in aciem struit, phalangiq; parum densa collis radices ueniantibus re militum corona circumdat: qui ubi hostes uideret impetati hominum multitudine superare, terga uertentes, in præsidium recipere conabantur. Quos Gothi acerrimis animis insectantes, ferè omnes fœdè obruncarunt, sed admotis, parum aberat, quin præsidium occupassent: adeo ingens periculum fuit, quòd ipse Conon præfectus perire

Cono Anconæ  
præfectus.

nem supernè demissum intra muros reciperetur. Nec multò post Bellisarius in Picenū agrum uenit: affueruntq; sub id tempus, Iustinus Illyrici limitis dux, & Narses ille, penes quem finiti belli huius decus fuit. Venerunt & duo Herulorum millia, Sandro et Phanatheo ducibus, qui circa Firmū cū Bellisario copias coniunxerunt. Hic de summa belli consultatio inter duces anceps incidit, esset ne Ariminensibus, & his qui in præsidio erant, succurrendū, an Auximū oppugnandum. Sed Ariminum obsidione leuandum, primum omnium uisum est: quoniam satis constabat, qui obsidione tenebantur, rerum omnium inopia subactos, breui in hostium potestatem uenturos, nisi maturè subueniretur. Adiuit Iustini Narsētisq; sententiam, qua censuerant Ariminū quantocys liberandum, quòd literæ Ioannis ad Bellisariū scriptæ, per hoc ipsum tempus uenerunt, quibus fame confectos milites pepegisse moram septem dierū significabat, openq; sibi propter ferri postulabat.

Iustinus et Narses in Italiam uenerunt.

## CAPVT IX.

**C**onsiderās igitur Bellisarius Gothorum copias suis Cuiribus in superabiles, censebat ingenio potius & astu esse utendū aduersus eos, quàm iusta acie dimicandum. Proinde in montibus prope Ariminum se collocans, operam dedit, ut aliquot ex Gothis incautè incedentes apprehenderet, apprehensosq; & in faciè uulneratos, ad castra Gothorum remitteret. Qui ad suos reuersi, Bellisarium cum toto exercitu adesse nuntiarunt. Ad fidem uerò huius rei, uulnera recens accepta ostendebant. Erat uerò meri dies, cum hæc in Gothorum castris nuntiantur: statimq; miles arma capere iussus, & in suos quisq; ordines redactus. Duces uerò structa acie, descensum Bellisarij expectabant, oculos continuò ad montes, unde uenire dicebat

Bellisarius ingenio & astu Gothos uicit.



tur, conuersos habentes: ea tamen die ad hostes non discedit. Itaque Gothi frustra expectantes, tandem ad occasum solis aciem dissoluerunt. Sed cum aduenisset nuntius, ignes ualde multos in litore diuersa regione, qua Bellisarius uenire nuntiabatur, intuebantur. Erant autem ignes quos Martinus Bellisarii armiger, atque eius castra adueniens Bellisarii preceptum faciebant, magno hostibus terram nullus eorum esset, qui somnum caperet, uel arma exuerit, autem facta, classem insuper conspiciunt structam, et tam, Arimino propinquantem. Itaque a duobus simul castris, et a classe mari terraque circumuentos se arbitraluta obsidione Rauennam petierunt. Ildigerus cum classem Arimino applicuit, egressusque in terram, Gothorum castra quae deserta erant, irrupit, et quos ibi forte motu correptos deprehendit, in numero seruitorum habitulicis, instrumenta, si qua Gothi reliquerant, collegit. Bellisarius autem meridiano tempore Ariminum ueniens, in Ioannem, ac ceteros apud hunc milites, pallenti ac spado uultu animaduertit, eius audaciae temeritate increpatus subiunxit, quod magnas gratias Ildigero deberet. Ioannes uero non illi, sed Narseti obnoxium se esse fatebatur. Intubaxerat forte Bellisarium non libenti admodum animo sibi petias attulisse, sed hortante et persuadente Narsete. Si cuenit, ut hi de caetero suspectiores sibi inuicem essent. Deinde et Bellisario aliquid imperante, tergiversando, et alitem atque alia causando, quae iubebantur repudiare, et uolenter reniti. Quae omnia Bellisarius ubi demum perspexit, principibus omnibus ad se conuocatis, iustitiamque literas profert ad principes datas, et hanc in sententiam protulit; Narsetem pecuniae nostrae, et honorum custodem, ut ut exercitibus praesit, in Italiam misimus, quippe qui Bellisarium uolumus omnibus, et solum praesse, et quo illi

Ignes crebri ad fallendum facti.

Narses.

Bellisarius queritur se contemni.

satis usum ductare. Hunc itaque uniuersos uos sequi et eius consilijs parere iubemus.

## CAPVT X.

Statim Bellisarius post haec Perannium cum non parua militum manu ciuitatem Vrbeuetanam obsessam dimisit. Ipse uero Vrbinum copias duxit, urbem sane praeualidam, et Gothorum praesidio non mediocri munita, quae ab Arimino unius diei itinere elongatur. Hanc igitur duriore obsidione cingit: et iam bellica opera urbi admouebantur, cum repente fons, unde ciuitas adaquabatur, sua sponte exaruit. Quo uelut prodigio territi Vrbinates, continuo deditionem fecere. Caesena inde oppugnata capi non potuit. Multi enim, qui audacius muros subierunt, telis, molibusque saxorum supernè deiectis sunt atrociter afflicti. In ea quoque oppugnatione Phanotheus Herulorum dux interijt, plurimis ex suis antea desideratis. At Forum Cornelij, deditibus se incolis, sub iugum Imperatoris sine bello accessit. Per idem tempus Mundilas, et qui cum illo Mediolani erant, maximis difficultatibus inuolui ceperunt. Theodebertus enim Francorum Rex, a Vitige (ut diximus) ex secedere postulatus, decem millia Burgundionum ad Vraiam miserat: quae ille multitudine fractus, non procul a Mediolano castra faciebat, et importationem frumenti, caeterisque commeatuum omnem impeditabat. Mundilas copias suas (ut dictum est) in uicinas urbes diuiserat, nec magnum equitum numerum secum habebat, incepit tamen in populosa ciuitate, ad quam nihil inuehebatur, famas acrius quam ullus hostis praeualere. Quod Bellisarius intelligens, Martinum et Vliarium cum magnis copijs misit, ut Mundilae coniuncti Gothos submouerent. Hi cum ad flumen Fadi peruenissent, (quod a Mediolano unius diei itinere distat) non ausi transire flumen

Perannius Bellisarii praefectus.

Fons repente exaruit.

Phanotheus Herulorum Dux.

Fames Mediolanum acruis quam hostis inuadit. Martinus, et Vliarius praefecti Bellisarii.

timore hostiū, diu in his locis defederunt, spem mundi-  
 & obfessorum dietim frustrantes. Polliciti enim sese tra-  
 turos esse Padum, & Mediolanum accessuros, nihil pro-  
 missorum exequabantur. Obsessi uerò indies ad extrema  
 famem redacti, maiorem in modum doluerunt, se à Gothis  
 ad Græcos defecisse.

## CAPVT XI.

Datus Medio-  
 lanensis Anti-  
 stes ad Iusti-  
 manum lega-  
 tus.

Mediolanum à  
 Gothis expu-  
 gnatum.

**N**on desunt qui scribant legatos ob id à Medio-  
 lanensibus ad Iustinianū missos, & in his Datum ta-  
 stitem. Qui cum Corinthum uenisset (ut Gregorius in Di-  
 logo scribit) domū omni humano cultu destitutam, unde  
 demonū incurſu liberauit. Tandem cum Mandulas, & ni-  
 lites omnia extrema paterentur, neq; eis possibile esse ho-  
 stium in tanta miseria spiritum sustentare, Mediolanum Go-  
 thorum uoluntati tradiderunt, pacti, ut salua incolumitas  
 sibi abire liceret. Gothi aut urbem ingressi longè humani  
 uictoria usi fuerūt, quam Aretinus tradit, qui affirmat  
 nulli etati pepercisse, sed trucidatis passim ciuibus, no-  
 dō qui arma ferre possent, uerū etiam senibus, & impu-  
 ribus, mulieres in seruitutē Burgundionibus tradidisse, &  
 super urbem ipsam ad solum usq; euertisse, & quosdam  
 Romanis minutatim concisos canibus tradidisse. Quae  
 nia Blondus ex uerioribus historijs falsa esse conuincit, pro-  
 fertim quae de Gothorum seueritate commemorantur. No-  
 quidem, inquit Blondus, tam seueram destructionem  
 quam tunc à Gothis factam fuisse constanter affirmat.  
 Datus namq; Mediolanensis Antistes multa de suis fecula  
 lamitatibus saepe in Epistolis cōmemorat, Mediolanensibus  
 patriam suam, pro cuius salute Romam, & Constantinopoli-  
 m accessit, à Gothis quidem obsidione pressam, & ex-  
 cupatam dicit, sed solo equatam, aut direptam, nullam  
 rē

Blondus Gothos  
 à crudelitate  
 alienos asserit.

Gothi à crude-  
 litate alieni.

refert. Paulus etiam, qui Longobardorum historiam scri-  
 psit, captam & possessam ab Alboino eorum Rege urbem  
 Mediolanum narrat, & nihil de ea euerſione dicit. Si enim  
 à Gothis funditus destructa fuisset ea ciuitas, nequaquā po-  
 tuisset in quindecim annorum spatio (quod inter Gothorū  
 & Longobardorū tempora interceſſerat) ita instaurari, ut  
 à ciuibus eam dedi potius, quā pro derelicta permitti o-  
 portuerit. Facit item, ut nihil de hac nostra opinione quin  
 sit uera dubitemus, S. Pontifex Gregorius, qui sepe nume-  
 ro multa narrat de ijs, quae seuerius facta sunt in Italia, uel  
 paulo supra etatem suam à Gothis, uel se Pontifice à Lon-  
 gobardis, & tamen eam ciuitatis opulentissimae direptionem,  
 excisionemq; & occisa ciuium triginta millia, nec tenui  
 quidem indicat cōiectura. Quocirca considerare pos-  
 sumus, multa crudeliter facta ipsis Gothis non satis iuste im-  
 putata esse, quippe cum testimonium à plerisq; illustribus  
 scriptoribus habeant, quod semper fuerint in deuictos ho-  
 stes humanissimi, nec unquam, nisi magna ratione cogente,  
 bellum in alios susceperint.

Gothi de crude-  
 litate nō recte  
 sugillantur.

## CAPVT XII.

**P**ostquam igitur Bellisarius audiisset Gothos Medio-  
 lanum recuperasse, de bello diligentius contra eos ge-  
 rendo consilium cepit. Et quanquā omnis eius cura in Viti-  
 gem, & Rauennam erat conuersa, tamē duo oppida prius  
 Gothis adimenda statuebat, quā aduersus Vitigē exerci-  
 tum duceret. Erant uerò haec oppida, Auximū, & Fesule,  
 ambo situ locorū munitissima, ambo ualidis Gothorū pra-  
 sidijs custodita. Neq; enim Auximū post terga relinquere  
 uolebat, cum essent in ea urbe supra tria millia delectorum  
 militū, permagna impedimēta socijs inferre ualentū: neq;  
 Fesulas, quoniam tenentibus eam urbem Gothis, nihil per-

Auximum et Fe-  
 sule, Gothorū  
 presidia.

Herruriam fore quietum existimabat. Exercitū igitur tri-  
 riā partito, unā partem cum Cypriano & Iustino præ-  
 ctis, Fesulas misit, alterā copiarum partē Martino & Ioa-  
 ni Vitaliani ducendam cōmisit, iubens, ut circa Padum  
 his copijs castra faciant, Vraiamq; & copias eius in illis  
 eis quā maximē fieri potest distincant, ne in Tuscorū  
 in Picentes, ad dissoluendas obsidiones ueniret: quod si  
 tenere illū ab aduentu nequirent, uenientē ponē consu-  
 tur. Martinus igitur & Iouannes cum ea (quam diximus)  
 piarum parte in Galliam profecti, Dertonā urbem in  
 Padum sitam occupauerunt: indeq; Vraiam, & Gotho-  
 festare cœperunt. Cyprianus uero & Iustinus cum alijs  
 pjs Fesulas adeuntes, quanquā difficillimē poterat eam  
 obsideri, propter naturam asperitatemq; situs, tamē  
 superiori loco, quā planior est aditus, castris quā proxi-  
 mē admotis, eam urbem obsederunt. Bellisarius deinde  
 decim millium hominum exercitum ductans, ad Auximū  
 urbem contendit: quam satis constat in agro Piceno pro-  
 stantioꝛe cæteris esse, quippe quam Romani Metro-  
 stadijs octoginta, & in ædito colle est sita, aditum ad seu-  
 lum à planitie habens, unde & hostibus est omnino im-  
 uia. Eo in loco Vitiges, quicquid inter Gothos roboꝛi  
 rat, in præsidium collocarat, ratus Romanos, nisi prius  
 occupauerint urbem, nequaquam contra Raucennam  
 pias educere ausuros.

## CAPVT XIII.

Auximū à Gra-  
 cis obsidetur.

**A**T postquam Romanorum copiae Auximū pen-  
 nissent, castra undequaque ad collis radices collo-  
 bant: in quas Gothi eadem die è regione urbis in Orientem  
 uergente, impetū facientes, ad improuissum certamē pro-  
 cabant.

eabant: deinde subitā fugam uersus urbem simulantes, ho-  
 stile exercitū ad insidias protraxerunt, plurimosq; è Ro-  
 manis ex æditiore loco ferientes, tamdiu obruncāt, quoad  
 nox superueniens cædem interpellauit. Sic demum prælio  
 intermisso diremptoq; , per eam noctē utriq; in peruigilio  
 perstiterunt. Bellisarius uero cū animaduertiret Auximū  
 præualidā esse, ac munitissimā urbem, & eius se non alicun-  
 de posse muros inuadere, haudquaquam existimabat se hunc  
 locum ui unquam occupaturū: sperabat tamen necessariarū  
 dando, redacturū se tandem hostes ad rerum necessariarū  
 inopiam, fameq; non longo post temporis intervallo suba-  
 cturum. Et erat fortē haud procul à muris ager irriguus, in  
 quo herba plurima oriebatur: hic locus quasi campus fuit  
 quotidianorum certaminum, cū obsessores, & obsessi pa-  
 bulationem ex eo quaererent, & accensis hinc inde animis,  
 nonnunquam penē totis castris eò concurrentibus certare  
 tur. In his prælijs Bellisarij milites, quamuis multitudine  
 prævalere posse uidebantur, tamen à Gothib; situ & armis  
 prævalentibus repellabantur. Hæc eadem certamina Fesu-  
 lis erāt. Nam & inuasiones frequentes & quotidiana pro-  
 pte prælia inter obsidentes & obsessos committebantur, &  
 unica spes obsidentibus erat, fame ac defectu rerum necessa-  
 riarum obsessos superare: nam ui expugnare moenia Fesu-  
 lana, nulla erat spes. Quare undequaque circumdantes urbē,  
 stationibus militum opportunis locis dispositis, omnem in-  
 portandi facultatem abstulerant.

Fesulae obsessa.

## CAPVT XIII.

**I**nterea circa Padum magnus est rerum motus secutus.  
 Franci, & Burgūdi cum Ligurū appendicibus, à Theo-  
 dobaldo per Apenninum emissi, ex improuiso in Placennā  
 agro confederunt. Habebat tamen Vraia Gothorum

Theodobaldus  
 Francorū Rex  
 Gothos et Gra-  
 eos innadis.

dux castra circa Padum septem millibus passuum Bellisarij ducibus propinqua. Habuitq; Vraias ab initio persuasum, auxiliares esse copias, quæ à Theodobaldo aduentare dicebantur: nam superiore anno fuerat talibus auxilijs usum expugnando Mediolano: sed illi non magis Græcis hostibus quam Gothis, ad utriusq; gentis perniciem festinabant, et provinciam, de qua disceptabatur, Theodobaldo uenturarent. Is quidem iniquo animo ferebat, ullius gentis opus ea terra, quæ Liguria, et alpiibus contigua esset, plures scire, quam sibi, et suis tutum putaretur. Erat is, quin missi sunt, galea, et scutum ad tegenda corpora, gladius præterea ad feriendum, et bipennis, qua ad stuporem refractis hostium scutis et galeis, profunda infligebantur. Primo itaq; accessu (ex proposito an ex casu, peruenire comperit habetur) cum Gothis manum conserunt: qui et ceteri, suscipi, ac Græcorum castra fuga præteruerti, primis hostibus miraculo fuere: nam de earum copiarum transiitibus nihil adhuc erat his exploratum. Inde Bellisarius rati improviso ad hostem insinuatum, eos occidioni dedisse, et armis temerè arreptis, cum nonnihil à castris processisset, in Francos et Burgundiones incidunt. Perculit res facti Græcorum animos, coactiq; manum cum nouo hoste conferere: sed multo minore negotio, quam nuper Gothi induntur, et profligantur. Sic eodem die duobus exercitijs binisq; castris Franci et Burgundi potiti fuere.

## CAPVT XV.

Vraias.

Vraias cum his copijs, quæ ex fuga colligi poterunt, Rauennam properauit. Græci quoque fugam præcepserunt, per Placentinorum, et Parmensium fines, Apenninorum superato, in Hetruriam concesserunt. Procopius, qui huiusmodi autor est, triginta millia armatorum fuisse prodidit.

duos exercitus improviso accessu uno die deleuerunt. Sunt tamen qui dicant Francos non in Gothos, sed tantum in Græcos impetum fecisse, eosq; profligasse. Vt cumq; sit, satis constat ipsum Procopium satis concitato animo in Francos ex hac occasione impropria exaggerasse. Est, inquit, ea hominum natio ad fidem prodendam cæterorum mortalium longe promptissima. Quod si de suis Græcis dixisset, longè uertorem sermonem protulisset. Hi enim quam integræ fide bellum in Gothos gesserunt, satis apud æquos iudices probari queat. Sed nunc ad Bellisarium redeamus. Qui quum Gothos Auximi pertinacissime resistere uideret, omniaq; diuersissima, quæ taliter obseſis euenire solent, inuictio animo sufferre, animum ad adimendam eis aquæ commoditatem adiecit: quod et se facile facturum opinabatur. Erat fons Auximi quidam in Boream uersus, et loco prærupto exortus, procul ab urbe ad lapidis iactum, modico cursu inuentus, aquæ receptaculum influens, à quo licet eius influxus pertenuis esset, aquam tamen oppidani ad necessitatem hauriebant. Bellisarius igitur uolens eam fontis commoditatem obseſis adimere, hunc modum excogitauit: Omnes in primis copias armat, hasq; circa muros in pugnam constituit, speciemq; hostibus præbuit, se protinus mœnia undequaque aggressurum: unde et Gothi Græcorum insultus iam ueriti, in propugnaculis taciti consistere, tanquam hostem inde repulsuri.

Franci à Procopio sugillantur.

Auximi fons aquæ inscitur.

## CAPVT XVI.

Bellisarius interim sauros quinq; architecturæ peritos, cum dolabris, alijsq; instrumentis ad lapides excidendos idoneis, in illud aquæ receptaculum prælatis clypeis tectos immisit, demoliriq; illud, et intercidere omnibus uiribus, et quam celerrimè iussit. Itaq; Gothi quandiu

suspiciabantur hostes mœnia aggressuros, quieti manebant, ut subeuntes quàm proximè facilius cederent. postquam Isauros intra aquæ receptaculum profecti confestim saxa, & omne telorum genus in eos coniecerunt. Vnde Græcis omnibus territis, & cursu citato in castra recipientibus, soli illi quinque Isauri in tutum deducti, & peri demoliendo incubuerunt. Tum Gothi præ indignatione se mœnibus continere nequeentes, statim ex regione portula patefacta, aduersus Isauros uno agmine omnes indignabundi feruntur: quibus Græci Bellisariū hortante, celeri studio occurrentes, atrocem pugnam committunt. Pugnatumq; est utrinque pertinacissimis animis, dum Græci ob præsentiam Bellisarij, fuga salutem querere recusarent. Quo euenit, ut plurimi eorum à paucis Gothis trucidati interirent. Bellisarius quoque sagitta impetit, graui in periculo uersabatur. Tandem postquam prima aurora usque ad meridiem acerrimè præliatum fesset, Romani in sua castra redierunt, aestimantes aequo ætate per illos Isauros omnino demolitum. Comperit uero postea habuerunt, ne lapidem quidem ex eo deductum fuisse. Veteres enim opifices maximam artem fabricandis operibus impendentes, ipsum tam ualide struxerant, ut nec facillè posset temporis diuturnitate corrumpi. Cum igitur labore irritò id certamen susceptum appareret, Bellisarius quod reliquum erat, & maligno herbarum succo, & cadaueribus iumentorum, & lapide, quem Isauri stum uocant, inficiendam eius fontis aquam curauit, donec eam penitus inutilem reddidisset. Gothi iam penuriam aquarum laborantes, egrè atque anxie puteis quibusdam, exiguam corruptamque præstantibus aquam sustentabantur.

Atrox pugna inter Gothos & Græcos apud Auximum. Bellisarij periculum.

Veterum opificum diligentia.

Lapi asustus.

Gothi penuria aquæ laborabant.

## CAPVT XVII.

Post hæc Bellisarius neq; proelio amplius laceffere obfessos, neq; ullas molestias inferre curabat, sed quiescendo, asidendoq; finem expectabat. Orta tandem est deditionis mentio, postulantibus Gothis incolumitatem, & asportationem rerum suarum, in urbem Rauennā profecturis. Quæ audiens Bellisarius, secum ipse ambigebat: nam tot, tamq; egregios homines dimitti, & augeri hostium uires, qui Rauennæ conuenerant, alienum à publica utilitate aestimabat, & sedendo ad Auximum, tempus in longum terere, periculosum arbitratur, præsertim cum Franci dicerentur in auxilium Gothorū uenturi: maxime uerò refragabantur milites, qui ex longa obsidionis erumna, prædam ex oppido affectabant, nec ullo pacto se illa priuari patiebantur. Tandem cum Gothos omnium necessariorum rerum inopia, Bellisariū uerò temporis importunitus urgeret, cōposita res est magno Bellisarij labore, ut dimidia rerum pars militibus in prædā daretur, reliquam Gothi retinerent, militaturi deinceps sub signis imperatoris, æqua cum cæteris conditione. Itaq; Auximo & Fesulis, fortissimis urbibus, in deditionem assumptis, Bellisarius Rauennam properauit, Gothorum regiam ac sedem. Hic primum omnium utranq; Padi ripam infedit, quâ Rauennæ proximus Hadriæ interfuit, ne commeatus secundo fluuij ex Gallia deucherentur. Spineticū dicitur id Padi ostium, à Spina urbe uetustissima, quâ Diomedes dicitur cōdidisse. Ferunt prodigij loco acceptum, quòd Padus sub eo tempore tantum exaruit, ut frumētariæ naues, quæ secundo Pado uehebātur, in sicco uado relictæ, prædæ fuerint Græcis militibus. Nec à mari spes interea ulla Gothis pretendebatur, Bellisario hinc Ariminū & Anconam tenente, inde Venetis à Pado ad Istros totā maris orā accolen-

Auximū & Fesulis deditur. Rauenna Gothorum regia, & sedes.

Spineticum & Spina.

Padus exaruit.

tibus, qui erant in fide Imperij. Itaque omne robur copiarum Rauennæ mœnibus aſidebat.

## CAPVT XVIII.

Francorum legati ad Vitigē.

**R**Auenna itaq; per hunc modum erat circumſeſſa, ad Francorum legati ad Vitigem peruenerūt, offiſſes Gallorum in Italiam tranſtum, ac liberationem ad dionis, copiarumq; Bellifarij certiffimam eladem, ſi qua Italiae partem Gothi Francorū dominationi permittere, qui iam in promptu haberent quingenta armatorum milia in Italiam tranſtura: quæ Bellifarius, ſi ſapienter, nauis ſit expectaturus: uel ſi expectaret, ſecuribus Francorum cum ſuis omnibus, conſeſſim maſtatum iri prædicabat. Quibus intellectis Bellifarius, ſibi ſuisq; Græcis uehementius timere cœpit, nihilq; haſtenus in tot bellorum diſſimilibus actum fuiſſe dicebat, ſi amodo contra unitam Gothorum & Francorum potentiam pugnandum eſſet. Proinde cum uires ſuas ad tantam belli molem longe impio attenderet, cogitauit quibus ingenijs, ne dicam fraudibus, Vitigis credulitatem à Francis alienaret, alienatamq; deſquearet. Nec diu moratus, miſit & ipſe ſuos legatos Romanam, qui & concordiam Gothiſ cum Imperatore Juſtiniano offerrent, ac infidelitatem Francorum commemorando, ab illorum ſocietate deterrent. Gothi igitur Francorum, & Bellifarij legatis hinc inde auditis, quid optatum eſſet conſultantes, poſt longam diſceptationem Imperatoris concordiam prætulerunt. Poſthac frequenter cum Bellifario tractatus habiti, crebriq; hinc inde nuntij, orationesq; commeabant. Deniq; tractatarum rerum hic utriusque partis conſenſus (interpoſita fide) fuit, ut omnes conſtrouerſiæ ad arbitrium Juſtiniani Imperatoris deligerentur, & quicquid ille reſcriberet, firmum ſtabileq; eſſet.

Bellifarij fraus.

tranque partem permaneret. Huius rei gratia oratores ad Juſtinianum miſi, & induciæ inter obſeſſos, & obſidentes conſtitutæ fuere: quæ æquæ ſanctæ ac pridem Romæ à Bellifario, & à Græcis ſeruabantur. Illic enim Gothorum oppida inſidioſius, quàm honeſtius occupauerunt: hic uerò complura & fortiffima Gothorum præſidia, in Alpibus ſtuata, alleſtis in ſuam partem Gothiſ, qui in eis erant, ſueditioni ſubiecerunt, omniaq; alia præſtiterunt, quæ ab hominibus magis utilitati quàm honeſtati deditis, præſtari conſueuerunt. Siquidem Procopius Bellifarij conſiliarius, ſatis aperte eius fraudē oſtendit: Bellifarius, inquiens, cum magnâ uim frumētū Rauennæ in publicis horreis adhuc recondi cognouiſſet, ex incolis quempiâ pecunia corrupit, ut horrea cum frumēto occultius cōcremaret. Quo cōcremato, Vitigis & Gothi multa ſecum in animo uolubant, ante omnia dolentes, ſe magis æſtimariſſe Græcorum, quàm Francorū fidem, iam pridem à Græcis toties circumuenti.

Bellifarius publice fidei fraclor.

Procopius Bellifarij perfidiã detegit.

## CAPVT XIX.

**B**ellifarius enim, mox ut publica horrea incendio perriſſent, per Thomam quempiam ex ſuis militibus, omnia Gothorū præſidia in Alpibus collocata occupauit. Siſigis enim unus ex Gothorū proceribus, qui in Alpibus caſtella quædã habebat, primus omnium Imperatoris et Bellifarij poteſtati ſe ſubmiſit, & alijs præſeſtis idē ſuadebat. Eo tempore Vraias exercitū in citeriori Gallia parabat, ut obſeſſe Rauennæ ſuccurrere poſſet. Collegerat autem quatuor millia, quorum magna pars Alpini erant: qui comperta Siſigis defeſſione, cœperunt coniugibus, liberisq; ſuis in uicinis caſtellis collocatis plurimum timere. Proinde ante omnia Vraiam cōducere compulere: qui cōſeſſim eis conſentiens, ſeſe Alpibus inſinuauit, ut uti & ar-

Siſigis à Gothiſ defeſcit.

mis, si hortatione nequiret, Gothos ad officium reuocant. Sed iam Bellisarij milites nimis praeualuerant in castris ac uxores, & liberos eorum. Qui cum Vraiani erant, de hostes tenebant: ea res in causa fuit, ut Vraiani milites fidei charitate adducti, alij aliò in sua oppida relaberentur. Vraias militum auxilio destitutus in Galliâ reuersus, omnem, qua obsessis succurri possit, abiecit. Interea dum hoc rerum statu Italia uersaretur, ex Byzantio Imperatoris ad Bellisarium legati, Dominicus & Maximinus, natorij ordinis uiri, Romanorum in castra peruenientes cum his quidem Iustiniani mandatis, ut Vitiges dimittat Regiæ opulentiæ partem sibi haberet, & illis locis, quae trans Padum fluiuium sunt, imperaret: alteram uero partem Romanorum Imperator teneret, eiq; cis Padum omnia stipendia penderet. Legati itaq; traditis Bellisario litteris, Rauennam contendunt. Vitiges uero, & Gothi compuncti causa aduentus eorum, profitentur se libentè animo in conditiones à Iustiniano praescriptas consensuros.

## CAPVT XX.

**A**T Bellisarius quàm maximè angere cepit, uidentem non solum Imperatoris praecipio, sed publicè ad compromissa pacta urgeri. Fluctuabat in Greco haec gemini, & nimium discordes affectus: hinc fides, illinc perfidia: hinc honestas, illinc apparatus utilitas: hinc gloriae appetitus, illinc infamiae remorsus. Unde redeuntibus ad se Rauenna Imperatoris legatis, egregie tergiversari, & pòtè abnuere suis ex scriptis conditiones se ullas cum Gothicis firmaturum. Quod ubi primum sensere Gothi, iterum vehementer accusabant suam imprudentissimam credulitatem, quòd omissa Francorum ope, sese Graecorum perfidiae credidissent. Erant tamen complures eximie uirtutis

proceres apud Romanos, qui non modò clam, sed aperte damnabant tam iniquam sui ducis intentionem, qua fraudibus magis, quàm uiribus uictoriam assequi uolebat: ualdeq; Bellisarij factum indignabantur, uidentes cum Iustiniani decretis minimè obedire: quod tunc inter nefaria opera iure existimatum erat.

## CAPVT XXI.

**B**ellisarius itaque cum accepisset sibi tam enorme crimen aperte per principes exprobrari, omnibus ad se in concionem conuocatis, multa pro utilitate, paucissima uero pro honestate sui Imperatoris in medium proposuit: tantumq; longa & insidiosa oratione (quam in Procopio inuenies) effecit, ut qui aliàs solus fidei uiolator aestimari potuisset, nunc cæterorum principum consensu, nefarium facinus aggrediretur. Sciuit enim Vitigem, & Gothos fame oppressos, in quasquaq; conditiones potius consensuros, quàm diuturniore inedia cruciari uellent. Igitur Gothi, uastro Graecorum ingenio, non uiribus sese impugnari considerantes, missis legatis Bellisarium adhortatur, ut Imperatoris decreto, si pacem fieri uelit, subscribat. Tum Bellisarius solita simulatione usus, respondit omnia utilia fore, quae proponebantur, si cum sapientia dirigantur. Verùm cum adhuc intelligeret, tam uastro propositum suum uehementer displicere maximis in exercitu principibus, Ioâni Vitaliano, & Bessè, atq; Arato, eos cõfessim in diuersa loca cum suis quenq; copijs ablegauit, simulatâ causa, quasi tantæ simul copiae difficilius aleretur, alibi uero pabuli & comæatus maior facultas præberetur. Hæc fingebatur causa, inquit Leonardus Aretinus. Ceterum illi ablegabantur, ne praesentes dolosam Bellisarij molitionem impedirent, utpote in quibus esset maior

Vraias à suis destituitur.

Pacis conditiones à Iustiniano inter Gothos et Graecos praescripta.

Bellisarij perfidia facta & barbara.

Gothos sua credulitatis poenitent.

Bellisarius ut infamis à suis committitur.

Gothorum ad Bellisarium legatis.

honesti, quàm utilitatis ratio. Deinde Bellisarius omnium qui ordines ducebant, in unum uocatis, postquam de Gothorum difficultatibus multa disseruisset, Quid dicitur inquit, si non solum ea, quibus Imperator noster contentus esse uidentur, sed etiam multò maiora presenti bello adfereremur? Tunc pro se quisq; laudauit maiora, si fieri possent: existimabant enim quòd nihil contra honestatem liri intendisset. His ita dictis, & auditis, re non aliter facta, consilium dimisit. Nec multò post quendam in Raucennam mittens, significauit Gothis se constituissè facere, quæ essent ex illorum sententia. Eosq; hortans ad rem accelerandam.

## CAPVT XXII.

**G**othi autem sine ulla mora legatos cum auctoritate publica ad Bellisarium miserunt, fidem, promissionemq; ac iusturandum ab eo suscepturos. Iurauit igitur Bellisarius se legitimam gubernationem, institutamq; Gothorù conseruare uelle, ac nemini succensendū esse, quæ superiori tēpore facta essent: & alia huiusmodi plurima, quæ minimè seruare intendebat, iurauit, uerum in hac parte (inquit Leon. Aretinus) Gothis dedit. Igitur his ita gestis, Bellisarius uolentibus Gothis in Raucennam uocatus est. Ille autem ornato exercitu, disposita, qua commeatum omnis generis abundè defuit, magna Gothorum exercitusq; Letitia Raucennam ingreditur. Cum uerò ingentes Gothorum copię Raucennam uolēs Bellisarius eas imminuere, paucis post ingressibus, licentiam omnibus, qui citra Padum incolerent, libè domum remeandi: qui longa militia defessi, libentissimè ad suos redierunt. Ita Gothorum copijs, quæ maxime in Raucennæ mœnia erāt, extenuatis, Bellisarij exercitus longè

potentior, ac planè dominans intra Raucennæ mœnia remansit. Hac apparente pace confecta, siue uerius conficta, Gothorum proceres, qui ubicunque per Italianam erant, uel ipsi ad Bellisarium Raucennam peruenerunt, uel suos oratores miserunt, omniaq; diu desideratæ pacis studia sincero animo presterunt, parati etiam regnum Bellisario (si ambiret) deferre. At ille Græcus erat, cui (ut superius ex Cicerone diximus) iusturadum inter iocos existimatum erat. Quippe postquam Raucennam & proceres Gothorum in sua potestate habebat, Vitigem in primis per summam perfidiam captiuabat, deinde arctius quàm honestius custoditum seruabat: nec principes Gothorum, quos ad se fiducia pacis allexerat, Raucennam ingredi permisit.

## CAPVT XXIII.

**T**um Gothi uidentes se apertis fraudibus toties decēptos, uehementissimè indoluerunt, suam fortunam ad tam infelicem, ne dicam turpem conditionem deuenisse. Unde & eorum coniuges, quæ prius audierant Græcos magnitudine corporum præcellere, contemptim primò de Græcis loquendo, suos uiros conspuere, & tantulæ stature homunciones illis ad ludibrium & digito ostentare, eorumq; increpitare secordiam, qui à tantulis uiris superari fuissent. Deinde Bellisarius Regios thesauros Raucennæ repertos, apud se cum magna cura seruauit, ut eos Imperatori paulò post Byzantium delaturus offerret. Parata igitur classe, cum Vitige, ac cæteris Gothorù principibus, atq; eisdem thesauris Regijs Byzantium nauigauit, quinto anno postquam bellum in Gothos inchoarat. Cumq; Byzantium peruenisset Bellisarius, magna Imperatoris, & omnium Letitia exceptus est. Gothi quoq; quos secum adduxerat, humane benignèq; à Iustiniànò excepti fuere, &

Græci iusturandum iocū esse putant.

Bellisarius contra iusturandum Vitigem captiuat.

Gothi saepe ob suam credulitatem decipiuntur.

Bellisarius Gothorù thesauros compilat. Vitiges Byzantium captiuus ducitur, cum coniuge Mathasuenta & Gothicis.

Bellisarij fraudulenta oratio.

Bellisarius periturus.



cum admiratione quadam conspecti. Nec id quidem in merito eis contingere uidebatur. Erat enim Vitiges Gothorum Rex, qui nuper urbem Romam tantâ multitudine obsederat, & Mathasuenta eius uxor, quondam Theoderici Gothorum Regis, qui Italiam possederat, nepos. Præterea Ildouadi tunc Regis filij duo, quos Romanus penes Vitigem repertos non dimiserat Bellisarius, sibi secum in Græciam abduxerat. Erant & alij Gothorum proceres, quos omnes magna cum admiratione obiectam corporum speciem, ac magnitudinem intuebantur. Interea tamen tam Iustinianus, quàm senatores, & proceres occultè damnabant eam Bellisarij uictoriam, tam ingeni perfidia partam.

## CAPVT XXIII.

**D**Einde opulentissimi Theoderici gaze, dignæ quædem spectaculo, Iustiniano offeruntur, uirique natorijs seorsum uisendæ exponuntur. Veruntamen Iustinianus nequaquam permittere uoluit, ut Bellisarius triumpharet, rectè existimans indecorum agi triumphum uictoriam talibus & tam indignis artibus procuratam. Vitigem quoque Patricio honore donatum, omni humano toto biennio quo superuixit, prosequeretur: cuiusque etiam coniugem Mathasuentam idem Imperator suo proprio manu Patricio sociauit. Interea cum hæc in Græcia gererentur, putareturque Gothicam gentem in Italia ita oppressam, & exterminatam esse, ut nullo modo amissam libertatem recuperare, aut spem recuperandi habere possent, festim magna ignauia eorum ducum, quos Bellisarius uicendæ Italiae abiens præfecerat, effectum est, ut quam maximum tædio, ne dicam odio, tota Italia erga Imperatorem afficeretur. Erant enim duces post Bellisarium relictos,

Vitiges Patricio honore donatur.

fas, Iohannes, Constantianus, in quibus nulla erat comitas, nulla abstinentia, nullum consilium, nulla humanitas, nulla rei militaris disciplina: unum erat omnibus illis studium commune, exatiana uidelicet auaritiæ Imperatoris. Nec priuarum suarum quisque rerum immemor fuit. Exhaustæ urbes ære Gothis promisso: exacta seueriter ratio ab omnibus, qui per tempora Gothorum in aliqua administratione fuerat: tanta seuitum emunctione pecuniæ, ut omnes Gothorum imperium, etiam Itali iterum inuocarent. Nec melior erat ratio rerum in exercitu Imperatoris. Stipendia male & auarè soluebantur: in ærarium, & marsupia quisque sua congerebat. Itaque milites pariter atque Italici tantis iniurijs compulsi, ruinam imperij affectabant. Creuere (ut fit) Gothis animi ex hostium imperitiæ, ac negligentia. Et ne sine Rege essent, primò Regiū nomen in Vraiam deserunt: eoque non recipiente, excusanteque, necessitudinem, quæ sibi cum Vitige intercedebat, inhumanè impieque se facturum affirmante, si patruo adhuc uiuo, Regiam appellationem in se transferri pateretur. Pergrata fuit omnibus Vraia modestia, laudatusque, est à tota concione, ut minime ambitiosus, & pietate egregia in suos: conuersusque in alium suffragijs, Ildouadum, qui inter Transpadanos Gothos dux clarissimus erat, autore Vraia, nomen Regium contulere. Is ergo tunc ex urbe Verona Papiam euocatus, purpuræ indutus, Rex Gothorum appellatur, ac de salute gentis suæ cogitare iubetur.

## CAPVT XXV.

**I**ldouadus igitur, qui ab alijs Ildibaldus uocatur, per hunc modum factus Rex, statim post Bellisarij ex Italia discessum, summa cum diligentia Rempub. sibi commissam restituere curabat. Gothos enim omnes & Italicos,

Græcorum præfectorum ignauia, & auaritia.

Itali Gothorum imperium operant.

Gothi vires resumunt. Vraie modestia.

Ildouadus Gothorum Rex creatur.

Ildouadus alius Ildibaldus 44. Gothorum Rex externus.

qui cum Gothis sentiebant, arma capere, & ad præsen-  
diem Papiæ conuenire iussit. Initio quidem paruum  
exercitus, & qui facile ab Imperatorijs contemneretur  
cum enim primum regnare cepit, non ultra homines  
le (teste Procopio) hunc sequebantur. Cumq; unum  
taxat in agro Piceno oppidum Gothi residuum habere  
paulatim tamē eorum vires tantum adauctæ fuere, ut  
non contemptibiles, sed formidabiles uiderentur. Adm-  
bat (ut diximus) uehementer Gothorum partes, ac  
tas exactorum, & auaritia Imperatoris, ac intolerantia  
Theodoræ Augustæ superbia, quæ pro arbitrio multo-  
sum Imperatorem in quam uoluit partem facile flexit. In  
enim Blondus, idq; sæpius ex suis autoribus, quos sequitur,  
affirmat, hunc Iustinianum maxime auarum, & secun-  
ingenij hominē extitisse: qui præter illos tres Italie uen-  
tores, quorum meminimus, etiam quempiam Alexandra  
in Italiam misit, procurandæ Reipub. causa. Is ubi primò  
Rauennam se contulit, multa absurda, & ab humani-  
tione, atque omni æquitate aliena animo agitare cepit,  
quippe qui Italos homines, qui Regiam pecuniam nunquam  
attigerant, nec ulla Rempub. uel iactura, uel iniuria  
cerant, ad poenas lucendas ad se euocabat, peculatusq;  
fraudis siue in Theodericum quondam, siue in alios  
thorum principes nuper admisse insimulabat: unde  
ne mora dependere cogeat, quodcumq; is affirmasset  
per fraudem occupasse, uel in suum lucrum uendicasse.

## CAPVT XXVI.

Itali Gothorum  
opem contra  
Græcos imploran-  
tant.

**I**gitur cum omnes ferè Itali publico malo experiri  
prehendissent, se in locum moderatissimæ gentis Go-  
thicæ, auarissimos Græcos non satis feliciter admisisse, si-  
cile se à Græcorum imperio retrahentes, Gothorum opem

denuò implorauerunt. Proinde cæteris Imperatoris præ-  
fectis quiescentibus, solus Vitalius, qui in Venetos tunc for-  
tè abierat, ut milium multitudine fretus, & Herulorum  
ingentibus copijs stipatus, audebat cum Ildouado manus  
conferere. Prælium hoc non procul à Taruisio fuit. Vi-  
ctorq; Ildouadus tanta strage Vitalij exercitum oppressit,  
ut solus ipse cum paucis euaderet, reliqui omnes uel inter-  
ficcerentur à Gothis, uel captiui ducerentur. Cecidit in ea  
pugna ingens Herulorum cum suo duce Visandro multi-  
tudo. Hac itaque tam magna, & præclara uictoria par-  
ta, mirabile quantum Gothorum animi creuerint, quan-  
tumq; fractæ sint aduersariorum vires, ut non solum trans  
Padum per Venetias & Galliam, uerum etiam citra Pa-  
dum partes Gothorum confirmarentur, nomenq; Ildo-  
uadi celebre fieret apud Iustinianum Imperatorem, aliasq;  
nationes. Nec multò post grauis & admodum perniciofa  
controuersia illi cum potentissimo inter Gothos homine  
Vraia incidit: quæ tandem utrique interitum irrogauit:  
eueritissetq; & radicitus euulsisset totam Gothorum Rem-  
pub. si aliqua in Iustiniani ducibus rerum gerendarum pru-  
dentia apparuisset.

## CAPVT XXVII.

**E**Rat autem hæc inimicitiarum occasio ex superba  
contentione uxoris Vraie cum Regina coniuge Ildo-  
uadi orta. Illa enim Regiam, quod non satis in uesti-  
bus, & ornatu culta incederet, non solum reprehendit, &  
despexit, sed cõtemptim de ea postea loqui audebat. Quo-  
circa Regina ob acceptam iniuriam ingenti percussa do-  
lore, ad uirum lachrymabunda accessit, petiuitq;, ut se ab  
iniuria uxoris Vraie uindicaret. Ildouadus itaq; his que-  
relis ad indignationem provocatus, multas contra Vraiam

Græci cõtra Go-  
thos bellū in-  
stant, &  
uincuntur.

Gothorū uictoria  
cõtra Græ-  
cos.

Gothorum mu-  
tua discordia.

Mulierum rixa  
Reipub. perni-  
ciosa.

*Tyrannorum mos  
in perdendis in  
nocentibus.*

causas, exemplo tyrannorum, quando innocentes perire  
querunt, prætendere cœpit, hoc uidelicet modo: Vraias  
Reipub. proditor: Vraias sentit cum hostibus: Vraias om-  
nia interturbat: Vraias diuina & humana cōfundit: Vraias  
cœlum & terram commiscet: demum nisi Vraias de meo  
uiuentium auferatur, omnes simul cum uniuersa Repub.  
subitò cuertemur. His uerborum præstigijs, maligni  
humani generis portenta (tyrannos dico) innumerabilem  
innocentium multitudinem quotidie cruciare, & enca-  
consueuerunt. Hac etiam arte moderatissimus dux Vraias  
qui Regium honorem à se in Ildouadum pridem transula-  
rat, rursus ab ingratisimo Rege circumuentus occidit,  
nomen & fortunam referens illius Vraias, siue Vraias, qua-  
lim à Dauide Hebræorum Rege ob indignum mulierij  
cinus fuerat trucidatus. Igitur Gothi tam tetrum Ildouadi  
facinus agrè ferētes, graui deinceps odio ipsum profecto  
bantur. Multi eorum inter se cōuētes, apertè tam iniqui  
sceleris autori conuitia ingerebant: exegissentq; ab eo  
tratæ cædis poenas, nisi timuissent, quòd ea priuata in-  
riæ uindicta secum omnia in publicam ruinam præcipi-  
ret. Erat tamen inter hos Buillas quidam, qui Vraias  
rem iam marito orbatam in uxorem postulabat: Ildou-  
adus autem eius intentioni obluētans, ipsum contra ha-  
misti, illamq; interim alteri cuiquam, quem sibi fidelio-  
fore putabat, coniugio sociauit. Quocirca cum Buillas  
castris rediisset, ut erat suapte natura ad iram propensum  
acceptam ex ea re contumeliam minime ferens, Ildouadum  
obtruncare animo destinatus, ratus se eo insigni facinore  
mnibus Gothis gratificari. Itaq; eum cum Gothorum op-  
matibus epulantem nactus, quod antea per insidias ego-  
dum duxerat, tunc & apertè tam audax facinus exequi-  
dum decreuit. Sed adierant circa conuēsiētia ex Regio

*Vraias indignè  
occiditur.*

*Buillas Ildoua-  
di occisor.*

re circumfusi satellites. Iamq; Rex stratis incumbens, ma-  
num cibus admouerat, cum ipse Buillas ex improviso cibū  
adhuc detinentibus digitis, inopinanti illi caput ademit:  
quod fermè supra mensam statim collapsum, conuiuius ex-  
terruit, & planè obstupescit. Ita Ildouadus ob eam ipsam  
mulierem, ob quā innocentem & egregium ducem Vraiam  
occidit, tandem iusta fatōrum necessitate succedente truci-  
datur, ut consideremus à diuino numine fata fati, peccata  
peccatis, uindictam uindicta compensari.

*Ildouadus occi-  
ditur.*

## CAPVT XXVIII.

**A**Taricus interea cū ob Ildouadi cædem omnia  
turbulentiora essent, Rex à Gothis tunc præ-  
sentibus pronunciat: quod cæteri, qui aberāt, eò agrius  
ferēbant, quò sēp̄ solitum erat Regis electionem om-  
nium procerum uotis colligi, & approbari. Iste tamen A-  
taricus nihil quippiā gessit memoratu dignum. Nam cū  
paucis superuixisset mensibus, ex humanis decessit. Prius  
tamen uniuersis Gothis ad se uocatis, monere eos pacis  
& concordie cœpit, & ut ad Iustinianum Imperatorem  
oratores mittere curarent, pacemq; his conditionibus fac-  
cerent, quibus & foedus inire cum Viuge antehac uolu-  
issent, Gothi scilicet ut trans Padum loca tenerent, & reli-  
qua Italia ipsi imperatori cederet. Ataricus igitur, post-  
quam cōsiliū suū per Gothos comprobatum erat, con-  
festim nonnullos ex suis amicissimis ad Iustinianum legauit,  
in primis admonitos, ut sub hac legationis specie nihil ali-  
ud agerent, nisi id auntaxat ab eo deposcerēt, ut ubi ei u-  
niuersam Italiā tradidisset, inter patricios se uiros cōscribe-  
ret. At interea dum oratores Byzantium accedunt, Gothi  
Ataricum, quòd intelligerent eum perniciose foedera cum

*Ataricus 45. Co-  
thorum Rex  
externus.*

*Ataricus & Go-  
thi ad Iustini-  
anum legatos  
mittunt.*

*Ataricus occidi-  
tur ob inhona-  
stam pacem.*

Iustiniano componere uelle, occiderunt. *Que quidem de  
des hac occasione dicitur euenisse: Præsedebat Taruisij  
douadi nepos Totila, cum primum de Ildouadi morte  
tium accepisset: is ad hunc inopinatum casum consternatus,  
mox Rauennam ad Constantianum oratorem emittit,  
qui pro eius & comitum suorum salute, fidem ab eo  
teret, & acceptaret. Quod cum Gothi uel coniectura  
alio indicio compertum habuissent, statim nuntios ad  
tilam Taruisium mittunt, & ad Gothorum imperium  
scipiendum hortantur, præfati Ataricum auspiciam  
cum perfidis Græcis inchoare uelle, ideoq; ipsum  
iure, & honore Regio iustè exuendum. Totilas uerum  
Gothorum mandata accepisset, ita respondit: Si Ataricum  
Regem cum Iustiniano contra publica Gothorum  
moda molientem, in tempore obruncarent, confestim  
hos sequuturum, futurumque pro eorum arbitrio  
uersa. Quo responso Gothorum proceres confortati,  
& in magnam spem uictoriæ erecti, Atari-  
cum (ut diximus) inhonesta fede-  
ra cum Iustiniano molien-  
tem oppresse-  
runt.*

Totila Taruisi-  
um.

IOAN

# IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIÆ GO-

thorum Sueonumq; liber de-  
cimustertius.

CAPVT I.



Nus tandem inuentus est Totilas (alijs Balduilla) qui post cædem Atarici, magno omnium Gothorum consensu, sed maximo Græcorū malo, Rex salutat<sup>us</sup> est. Hic testimonio omnium scriptorum, quos unquā legi, summis laudibus extollitur. Quemadmodum enim in expugnandis hostibus terribilis apparebat, ita erga deuictos plusquā credi potest humanissimus fuisse prædicatur: quamuis nonnulli parum in historijs uersati, Attile crudelitatem, ob nominis consonantiam, Totilæ imponere contendant. Iustinianus autem postquā comperitum habuisset, Gothos pauco admodum tempore duos sibi Reges successiue elegisse, & trucidasse, uenisseq; in grauem cōtrouersiam, ob quam facili negotio superari potuissent, ualde reprehendebat ducum suorum imperitiam, & secordiam, quod in tantis hostium discordijs, ipsi opportunitatem rerum agendarum nacti, nihil protinus effecissent. Erant autem hi duces in Italia x i. sed omnium primi Constantianus, & Alexander. Hi postquā inertie & desidiæ accusari se à Iustiniano audiuerunt, ad eam infamiam abolen- dam, ad bellum subito consurgunt, Veronamq; copias ad- mouent, cuius recipiendæ spes illis occultè fiebat. Marti- nus quidam regulus, qui castellum supra Veronam possidebat, imperatoris partium studiosus noctu Græcorū du-

Totilas 46. Rex  
Gothorum ex  
ternus.

Totila & Atti-  
la multū dissi-  
munt.

Verona.  
Martianus.

H 1

cibus portam urbis patefecit, & iam Artauades Armenus ab Alexandro, & Constantiano missus, cum lectissima manu portam, & muros tenebat. Gothi sentientes hostes in urbe, per diuersam portam aufugerunt. Duces uero portam à suis portam audientes, iter quidem statim ingressi sunt, sed antequam in urbem peruenirent, de præda inter se disceptantes, quinque millibus ab urbe passibus consistit. Inter hæc dies illuxit, & Gothi, qui in arcem urbi superuentem refugerat, cernentes paucos intra urbem hostes, exercitum uero extra urbem commorari, necdum incenium propinquare, subito ex arce impetu facto urbem perueniunt, & portam, quæ ab hostibus tenebatur, receperunt, clauserunt. Milites uero, qui per noctem fuerant ingressi partim oppressi sunt, partim ad incenia confugientes desperant, per repugnabant. Duces interim superuenientes, campum prælio occupatos, sequi strenue defendentes uiderent, minus stultè quàm nuper auarè, rem semiperditam ut magis adhuc perderent, continuo auersi turpiter abierunt.

## CAPVT II.

**I**Taq; milites subsidio destituti, partim in ipsis murorum multitudinem confixi occubuerunt, partim precipitati in saxa corruerunt, præterq; paucos ad unum aut sunt, aut capti. Sic nobilissimæ urbis recipiendæ occasum summum dedecus, & sordidam Alexandri auaritiæ occasum missa. Hic enim Alexander (de quo superius diximus) nihil aliud, quàm ad coaceruandas pecunias idoneus uidebatur: ideoq; non ad præliandum, sed ad thesaurizandum Iustiniano in Italiam missus, omnia suo aduentu turbata, dum sordidas diuitias honestati præferens, potius uoluit suum Imperatorem diuitem, quàm honestum efficere. Seditata deinde inter duces discordia, dum alij alijs successerunt

Græci Veronam occupant, & inde à Gothis pelluntur.

Auaritia in deo execrabilis.

tes, rem malè gestam sibi mutuo improperarent, ad Placentiam transmissio Pado sese receperunt. Totilas autem per id tempus Papiæ degebat: qui mox postquam didicisset quæ Veronæ gesta fuissent, magnam Gothorum uim ad se uocauit: ex quibus ad quinque millia hominum exercitum contraxit: quem sine mora in hostem educere curauit. Quæ de Græcorum duces certiores effecti, cum de rebus melius gerendis consilium captarent, Gothorum exercitus ex improviso appropinquabat: quem Totilas longa & satis prudenti oratione (quæ à Procopio descripta est) ad pugnam fortiter ac strenue aggrediendam hortabatur, præfatus se haud difficile superaturum eos hostes, qui Romanis, quos in fidem susceperant, omnia mala ingesserat, & apud nec diuina quidem, nec humana iura curatur. Igitur postquam Totilas suos hortatus fuisset, confestim trecentos electissimos milites stadijs uiginti trans ambrarent, & in hostium terga ex improviso ut comparerent, atq; acrius infestarent, ut turbati & pauefacti nec roboris ullius, nec uirium reminiscerentur. Ipse uero cum tempus erat, ad hostes ducere festinauit. Nec segniter Iustiniani duces se preparauere: in quorum conspectu Valarus quidam Gothus equo insigni uectus, ipse quoq; insigniter armatus, in singulare certamen omnes Græcos prouocabat. Aduersus hunc (cæteris subsistentibus) Artauades Armenus, qui nuper Veronensem portam occupauerat, prodijt: spectatibusq; utrinq; aciebus, concurrunt infestis sese cupidibus impetentes. Sed erat factum audacius, quàm felicius: uterq; enim mortifero uulnere accepto, præmaturū sibi fatum accelerauit.

Totilas bellū primum & præserum.

Totilas ad suos exhortatio.

Strategema.

Valarus Gothus Græcos prouocat ad singulare certamen.

**A**cies interea praelium acerrimum inierunt, omnis ferri experientia in eo certamine uersabatur: post diu praelium & cruentum, & anceps: multi, uarijque, bini conatus: nec tamen adhuc illi, uel isti fortuna inclinatum repente Gothicus equitatus a tergo, ut a Totila fuerat, Graecis imminerebat, omniaque eorum castra cum impetu & clamore perturbauit. Nec solum duces, sed & milites, qui in acie stabant, eo inopinato insultu turbati sunt, ancipitiq; metu capti in fugam conuertuntur: sed enim ordinibus, cum ante retroque hostis instaret, cito impantur, multiq; a Gothis persequentibus ceduntur, etiam sese per deuia precipitantes euasere. Captiuorum enim ingens multitudo fuit, & quod uictoriam multo magis gnorem reddidit, omnia militaria signa Imperatoris in praelio (quod nunquam antea contigerat) a Gothis capta, & ad Totilam relata suere. Fuit haec quoque celebrior uictoria, quod cum duplo maiore hostium numero Totila uel fixerat, quodque militari industria uictor euaserat, ipsam uictoria tam clementer exercuit, ut ab omnibus humanus diceretur, nemini captiuorum molestus, complacit etiam gratuito dimissis: quae quidem humanitas famam apud omnes optimam effecit. Graecorum uero duces (ut alicui) cum paucis quibusdam iam fuga euaserat, & in se forte receperant oppida, uigilijs statim, & custodiae manent, & copijs quantum fieri potuit reparandis iniecerunt. Totilas & ipse post uictoriam, ne quid laxamentum retur hostibus, alieno ductu praeualidum exercitum in Heltruriam, ubi Iustinus erat, unus ex Graecorum duabus. Hunc Gothi improuiso accessu Florentiam compulsi, obsidione cingunt. Terrebat autem Iustinum rei frumentariae defectus: nam importari ad obsessos nil poterat, & in

Graeci a Gothis uicti.

Insignia Imperatoris a Gothis capta.

Totilas uictoria humanissime usus.

Iustinus Graecorum praefectus.

tus quod erat frumentum, breui desuturum uidebatur. Proinde Raucennam ad caeteros duces misso nuntio auxilium postulauit: qui eius periculo grauiter commoti, ex Raucenna continuo in Heltruriam aduolant. Gothi uero postquam eorum aduentum intellexissent, soluta paululum obsidione retro castra mouerunt, profectique unius diei iter in loco, qui Muciola dicitur, constituerunt. Secuti sunt deinde Graeci hostem abeuntem, ductabatque Ioannes Vitaliani primum agmen. Is satis ferociter Gothos adortus, ut ex edito loco, in quem se receperant, deturbaret, in aduersum montem per iniqua loca militem suum ire coegit. Haec dum annititur Ioannes, & inter primos pugnatore uersatur, quidam ex comitibus iuxta latus eius pilo transfixus occiditur: falsusque rumor inde subito exurgit, Ioannem interfectum fuisse. Queres cum temere credita fuisset, tantum militibus iniecit terrorem, ut continuo cepta sui fuga circumspicari: estque adeo sedata trepidatio orta, ut fugiens miles reliquas Graecorum copias, quae a tergo sequebantur, cum ipsis ducibus retro auerterint. Sicque nullo urgente, numerosus Imperatoris exercitus turpi fuga superatur. Nec modus ullus fuit in fuga, dissipatum sparsumque in diuersum omnes abeuntes, signa & ordines deseruerunt: neque posthac duces in unum conuenerunt, sed alius alibi, prout se ex fuga receperant, oppida tenuerunt. Itaque hunc exitum habuit septimus annus huius belli, ex quo ceptum fuerat a Bellisario geri.

Ioannes Vitalianus.

Graecorum fada timidas.

## CAPVT IIII.

**P**incipio igitur eius anni, qui proxime secutus est, ubi miles est primum hybernis eductus, Totilas cum florentissimo exercitu in Flaminiam uenit. Ibi Caesena, alijsque eius patriae locis partim ui, partim metu subactis, in Heltruriam transmisit. Inde Tyberim transgressus, per Umbros,

Totilas in Flaminiam, Heltruriam, & Campaniam ducit, & vincit.

Sabinos, & Marfos in Campaniam descendit, ubi Bonatum urbem expugnatam mœnibus spoliavit. Nolebat in urbe munitissima hostes, si quando contingeret, habere, à quibus ciues, & Gothi pari molestia afflicti sunt. Neapolim deinde expugnaturus, primò multis & manifestissimis uerbis persuadere conabatur, ut Neapolitanam amicitiam Gothorum, quam inimicitiam malent: sed in præsidio eius urbis Conon Iustiniani præfectus, nec parum mille militibus secum habebat. Itaq; nihil in conatu liberè decerni ab illis poterat, qui Gothi inclinabantur.

Neapolis à Totila obsidetur.

Quod cum intelligeret Totilas, postis non longe ab urbe obsedit: non tamen insultus aliquos fecit, sed quietem agens, rei gerendæ occasione expectabat. Interim à parte exercitus missa, Cumas, & alia quædam oppida Neapoli circumposita, aut ui occupauit, aut ultro obsideri in deditionem accepit, ex quibus pecuniarum magnam adeptus est: ueneruntq; matronæ pleræq; ex Romano

Totilas erga Romanas matronas clementissimus.

bilitate in Gothorum potestate, quas perhonestè, & cum maxima beneuolentia conseruatas liberas esse iussit, atq; honestissimo comitatu gratis Romam ad suos dimisit, ob profectò ob id unicum summæ humanitatis opus, si cui nulli fuissent, æternis laudibus celebrari. Deinde cetera

Totilas Apuliam, Lucaniam, & Calabriam uicit.

rans omnia sibi pro uoto & feliciter succedere, missa re copiarum parte, Apuliam, & Lucaniam, & Calabriam cum uniuersis eorum oppidis in potestate redegit. Gothorum successibus uehementer percussis fuere Graecorum duces, præsertim quia ex illis locis nihil amplius tribuere mire, unde militibus debita stipendia soluerent, conquirere potuerunt. Quocirca milites neq; parere ducibus, neq; in expeditionem ire uolebant, sed per oppida in classem micorum prædabantur, rapinisq; & maleficijs omnium prædabant. Duces quoq; ob has difficultates intra mœnia con-

Græci in suos tyranni.

stitentes, oppida tantummodò ab hostibus tutabantur. Partitiq; inter se urbes, Ioannes Vitalianus Romam, Bessas Spoletinam, Cyprianus Perusiam, Iustinus Florentiam, Constantianus Rauennam gubernabat. Inter hæc Neapolis durius obsideri cœpit. Totilas enim partita classe neq; terra, neq; mari importari quicquam patiebatur: ex quo palam erat, nisi quis opem ferret, eam demum urbem in manus hostium esse peruenturam.

## CAPVT V.

Quibus de rebus certior Imperator effectus, calamitatis loco hæc ducens, Maximinum prætorij præfectum, Italie hexarchum creat, ut cæteris ducibus in bello præfesset, & militibus necessaria subministraret, classemq; cum eo militaribus copijs ex Armenis, Thracibus, & Hunnis instructam transmisit. Hic in continentem ueniens, frustra & diu tempus terendo, uno in loco otiosus & torpens confedit: erat nimirum rei bellicæ imperitus: unde & formidolosus, mirumq; in modum cunctator, & negligens. Quocirca Imperator Demetrium, qui antea ordines in Italia sub Bellisario duxerat, denuò mittere coactus est. Hic cum in Siciliam peruenisset, accepissetq; Cononem & Neapolitanos archius obsideri, atq; in summa rerum omnium angustia esse, opem eis allaturus, naues ex uniuersa Sicilia contractas, frumento & alijs necessarijs rebus compleuit, ut speciem Gothi præberet, magnos exercitus in magna classe aduentare. Sic quoq; Gothi persuasum erat, ut in eam classem aduersum se ex Sicilia soluisset. Sed cum Demetrius ea nauium multitudine Neapolim rectà contenderet, ut hostibus terrorem, ciuibusq; consolationem afferret, conscius tamen paucorum militum suorum, Neapolim navigatione transgressus, Romanum in portum diuertit: indeq; milites

Maximinus Italie Hexarchus.

Demetrius Graecus opem Neapolitanis allaturus Romanam diuertit.

contrahere summo studio nitebatur. Qui cum à Gothibus debellati fuissent, uehementer eos formidabant, nec pacto contra eos cum Demetrio transire audebant: nec cum his solum, qui ex Byzantio secum aduenerat, in Neapolim cogitur. Totilas naues egregie ueloces in portu Neapolitano assidue structas paratasq; tenebat. Cuius tur Demetrium ex urbe Roma Neapolim nauigare uisisset, & iam propinquo litori applicuisse, profectus repente Totilas cum uelocibus nauibus in eum ex improbitate impetum facit. Subitus Gothorum accessus adeo perterritos Demetrianos, ut ne tentare quidem pugnam sint ausi: passim fuga disiectos Gothi celeritate nauium affecit: ut inertia pecora trucidarunt. Pauci admodum, quos Demetrius, scaphis usi, in proximū litus, deinde in Siciliam euasere: ceteri ad unū aut ferro caesi sunt, aut cum frangitarijs nauibus capti. Sub id tempus Maximinus cum reliqua classe Siciliam tenuit. Sed cum omnia ab eo consilia fierent, nec proximo Italiae periculo, oculisq; propinquo admoto moueretur, absens Iustinianus absentem comitari carpebat, instabatq; nunc imperio, nunc minis, ut in Siciliam transfret. Ille uerò siue ignauia quadam animi torpente, uel quia plus uideret, quam ceteri, nulla ui impelli potuit, ut Italiam peteret, sed classem Demetrio, & Herodiano Phasae ducendam tradidit: ipse in Sicilia remansit. Erat uero iam plane hyems, cum hi nauigare ceperunt.

## CAPVT VI.

Cumq; prope Neapolim uenissent, orta subito tempestate classem arripuit: neq; remis, neq; arte ulla impetu potuit, quin ad ipsum litus, ubi Gothorum castra erant, uenerentur. Gothi uerò ista cernentes, cōkursu ad litus profecti, nulla difficultate naues ceperunt, & si qui repugnabant, occiderunt.

Duae Grecorum classes à Totila uno tempore deletae.

Gothi Grecos uelut inertia pecora trucidabāt.

Maximini classis.

ciderunt, reliquos uerò captiuos duxerunt: in quorum numero Demetrius fuit, Herodiano, & Bessa casu potius, quam consilio interfectis. Atq; ita modica temporis intercapedine duae Iustiniani classes sunt circa Neapolim deletae. Totilas Demetrium uinctum Neapolitanis spectandum praebuit: qui Regis permissu ad suos uerba fecit, hortatusq; est ad deditiōem, quando duabus classibus, una post aliam amissis, non esset amplius unde auxilia expectarent. Tum ingens metus, luctusq; ciuitatem inuasit: ubi satis apparuit, nullam spem superesse amplius tolerandae obsidionis. Nemo erat cui non persuasum esset, illam eandem diem, qua Totilas Neapoli potiretur, supremam fore urbi, ciuibusq; qui ex conscientia praeteritorum operum sciebant, se illum ad impacabilem iram, & uindictam prouocasse. At Totilas memor suae humanitatis & clementiae, qua semper in calamitosos uti consueuit, quaq; didicerat parcere subiectis, & debellare superbos, praeter omnium spem ciues Neapolitanos è muris benignissimè affatus, in spem melioris fortunae erexit, testatus aperte ipsos à se gratiam, non supplicium expectare oportere, quando ipsi inter omnes Italiae populos non ultro, sed ui per Bellisarium expugnati, Graecorum imperium subissent: quinimò in eorum gratiam se etiam parcere uelle hostibus, qui intra eorum mœnia essent, ut uel pari conditione inter Gothos militare, uel saluis omnibus rebus quocunq; uellent abire possent. Deinde postquam per haec humanissima uerba spem ueniae ciuibus effecisset, militibusq; incolumitatem, & omnimodam libertatem praestitisset, rogatus tricenos induciarum dies obseis concedere, ne deditio temerè facta uideretur, respondit, se non tantum tricenos dies libenter concessurum, sed ter tricenos, si ita ipsi uellent. Ceterum ciues, & qui in praesidio erant, tantam in hoste benignitatem admirantes, non expectato

Demetrius Neapolitanis deditiōne suadet.

Totila humanitas & clementia.

Totila ad Neapolitanos benigna oratio.



Totilas Neapolim victor ingreditur.

tempore præstituto, Totilam & Gothos post paucos intra urbem receperunt.

## CAPVT VII.

Totila admiranda in deuictos Neapolitanos clementia.

**T**otilas igitur Neapolim ingressus, fidem, quam tunc pollicitus fuerat, tanta humanitate (ut omnium lorum historiarum testantur) præstitit, ut nusquam perueniret ad historiam maior, aut similis inueniatur. Quippe Regem, aut dominum, sed omnium & singulorum patrum per summam clementiam exhibuit. Nemo civium, aut militum violatus est: nihil cuiquam ademptum: nemo male afflictus: licet aliqua molestia illata: sed uniuersis pari miseria laborantibus, par commiseratio ab optimo Rege adhibita fuit. Cum enim multi propter inedia deficentibus uiribus aegerent, ne subita affluentia cibi immodicè sumpti perniciam illis afferret, summa cura diligentiaque prouidit, ut non solum Neapolitanis ciuibus, uerum etiam militibus alimentum cotidie ad certum pondus traderentur, diligentissime obseruato, ne plus acciperent, & singulis diebus modicum adhiberetur. Hic nescio quis fidelis medicus in ægros, aut in pater, aut quæ mater indulgentior esse potuisset in suis uerissimos liberos, quam ipse Gothus in deuictos inimicos. Præterea Cononi præsidij præfecto, & militibus abire uolentibus nauigia, & comectum liberaliter erogauit. Cum per aduersas tempestates mare intra præscriptam diem pertransitari non potuisset, liberam nihilominus potestatem illi peruenire stri itinere abire statuisset, equos, iumentaque, & uicinas illis abundè distribuit. Sed cum Totilas tanta benignitate in alios uteretur, à suis disciplinam militarem seuerissime exigebat, ut nihil impune delinqueretur. Rapere aliena, aut uim inferre, capitale erat, sequebaturque supplicium bonis publicè

Totilas à suis disciplina militarem seuerissime exigebat.

publicatio: quæ quidem bona uolentiam passo tradebantur. Itaque & castra, & ingressus Gothorum per amicos ciuitates & gentes, omni scelere carebant.

Gothi erga amicos benignissimi.

## CAPVT VIII.

**A**t contrarium in castris Græcorum erat, in quibus non solum duces, uerum etiam & milites ipsi res subditorum diripiebant, contumeliisque & opprobrijs afficiebant, luxu ac temulentia inferebant, nullumque iniuriæ genus erat, quod non liberè in miseros subditos exercebatur. Iamque omnem pudorem, & omnem uirtutis speciem à se longius ablegasse uidebantur, nullaque miseria maior credi poterat, quam erat eorum Italarum, qui Iustinianum sequebantur. Hi enim ab utroque exercitu grauissima patiebantur. Siquidem agros eorum Gothi occupabant, & domi à militia Imperatoris omnibus fortunis, & tota suppellectili spoliabantur, & uerberibus, ac flagris ut uilissima mancipia subijciebantur. Quo factum erat, ut per uniuersam Italiam multo popularius esset Gothicum nomen & imperium, quam Iustiniani, & Græcorum: immò cum Gothicum civile, & perhumanum ab omnibus iudicabatur, Græci ut publici patriæ, & omnis uirtutis hostes, publico odio laborabant. Totilas interea Senatui Romanorum literas magno serio confectas misit, in quibus magnam eorum ingratitude nem in benemeritis Gothos exprobrando commemorat, quomodo uidelicet nulla iniuria à Gothis affecti, tam facile ad Græcos sine ulla pugna descissent. Deinde præteritorum errorum ueniam pollicetur, si occasionem aliquam inuenierint, quæ se in reliquum excusabiliores efficere possint: nec finem belli, qui forte eis omnem spem adimeret, expectarent. Hæc in primis literis scripsit: quibus etiam

Græcorum principatus intolerabilis.

Italarum miserrima conditio sub Iustiniano.

Itali à Græcis flagris cedebantur. Gothicum imperium perhumanum.

Totilas Romanorum ingratitude arguit.

secundas adiecit, omni humanitate & clementia plenus, in quibus se grauisimo iuramento aperte obstrinxerat, nunquam de cætero Romanorum mali quicquam per se, quempiam Gothorum illaturum, modo Romani sue ipsorum salutem in tempore consulere uellent.

## CAPVT IX.

*Bellisarius iterum in Italiã à Iustiniã mittitur.*

**P**ER hunc igitur modum cum fors bellica intra Italiam disponeretur, Bellisarius per Iustinianum ex Persico bello (quod nondum finierat) reuocatus, curã Italiae denuò suscipere cogebatur: traxitq; secum ad quatuor milia militum, & hos quidem tyrones, nusquam antea militum disciplinam expertos: ueteranos enim circa Euphratem liquerat. Hac itaq; militia instructior, quam fortior, nullo missio mari Rauennã peruenit. Hic omnia sua opinione teriora inuenit. Si quidem Gothorum opes plus nimio diluerant: fractiq; erant ciuitatum, & populorum animi prospero hostium successu. Quidam etiam præsidum inuicem & ducum auaritia, superbiaq; intolerabili, ab imperio alienati, in Gothos studia & fauorem inclinauerant. Militum laborem militarem horrebant: ignauia & inertia detestatorum sociorum spolijs magis, quam hostium inhiabant: propter tudine formido, licentia pro modestia placebat. Hæc illa in causa fuerunt, ut Bellisarij non satis gratus, sed magis contemptibilis in Italiam fuerit accessus. Parum enim ad præsentia erecti sunt suorum animi in spem aliquam militiæ felicioris, quando ne pecuniam quidem secum attulisse diceretur, qua militibus sua stipendia diu desiderata perciperentur. Exercitus quoq; quem secum in Italiã adduxerat, ex tyronibus, & inexpertis militibus constabat. Ita conuulsantem Rauennæ, causasq; sui aduentus adducens, eorum tantem deniq; ad bellum capeffendum, nec ciues, nec milites

*Bellisarius conuenitur à suis.*

tes leto animo audiuerunt, neq; lætitiæ, aut bonæ spei signum illum ostenderunt, sed desperatio ex ore omnium pro palata effecit, ut Bellisarium sui accessus in Italiam confestim poeniteret.

*Bellisarium poenitet sui reditus in Italiã.*

## CAPVT X.

**T**OTILAS interea Tyburtinam urbem parum à Roma distantem, per ciuium discordiã occupauit: cum ab alterutra parte, ut opem afferret, inuitatus esset, nihilominus pars uictrix frustra prohibente Totila, nimis inhumaniter in deuictos ciues desæuit. Ex hac urbe Gothi Romã, & uniuersum Latium, uelut ex arce quadam incurfare cœperunt: nec parua difficultates inde Romanis illatæ fuerunt. Post hæc Totilas cognito Bellisarij aduentu, in Picenum cum exercitu transijt, & circa urbem Auximum, cui Magnus Iustiniani dux præerat, confedit. Misit eò Bellisarius mille equites sub tribus ducibus: horum Racilas posttridie quam uenerat ad pugnam egressus, mortem in prælio accepit. Ceteri uero cum uiderent se Gothorum potentia inferiores, & ne cum equis (commeatu deficiente) inedia absumerentur, priusquam undiq; circumfederetur oppidum, silentio noctis urbe digressi, ut securius abiret, in insidias Gothorum prolapsi: qui primo impetu ducentos ex eis occiderunt: reliqui proiectis uestibus, & armis, omnibusq; impedimentis, & iumentis, fuga sibi consuluerunt: & demum post longam ac difficilem uiam, se Ariminum receperunt. Nec feliciorum belli euentum habuit Vitalis, quem Bellisarius cum satis magna manu Illyricorum ad occupandam Bononiam emisit. Cum enim eam urbem in conditionem accepisset, desertus à tota Illyricorum multitudine, Bononiã deserere cogebatur. Causa autem cur Illyrici deserta militia confestim se in patriam receperunt, hæc erat:

*Tyburтина urbs à Totila occupatur.*

*Græci in Gothorum insidias inciderunt, & occiduntur.*

Nam cum foris, & in longinqua militiâ pro Imperatore cuparentur, coniuges & liberi eorum, domi & in patriâ præfectis Imperatoris intolerabilibus oneribus affliguntur. Pisaurum interea, quod à Gothis medijs meentibus datum, & derelictum erat, à Bellisarij militibus acceptum fuit, & tam diligenti ac citissima cura communicatum, ut Gothorum uiribus nequiuereit expugnari.

## CAPVT XL

**T**unc uerò Totilas & Gothi animaduertentes, Bellisarium, & Imperatoris copias nusquam per Italiam certamen prodire, sed castellis & oppidis inclusos tantummodò tueri, statuerunt non asidere solummodò Auximum, sed in alias Italiæ ciuitates uires suas extendere, unde in agrum Picenū copias ducentes, Firmū, Asculum dura obsidione cinxerunt. Bellisarius uerò cum obsidionem implorantibus ferre non posset (nec enim tantalibebat copias, ut egredi aduersus Gothos auderet) in errore maximo uersabatur, eamq; sui nominis ignominiam permolestè ferebat. Ioannem igitur Vitaliani nepotem Byzantium misit, grauisimoq; iureiurando adegit, ut ad reditum quoad posset acceleraret: unde & epistolam uatori in hanc sententiam scribere curauit: In Italiam perator optime, uenimus, uirorum, & equorum, & pniarum inopes. Thraciam ipsi & Illyriam obeundo, non paucos demum contraximus, sed mirabiles quosdam & planè incermes, imbellesq; ueterani autem, qui ante in Italia contra Gothos pugnauerant, ita uictores Gothos formidat, ut uix aspectum eorum ferre possint: stipendiaq; diu fraudati, nec equos, nec arma nuper amissa repant potuerunt, nec in hostem sine his exire consentiunt. Minores etiam sunt copie, quam potentissimo hosti congrua

Pisaurū à Grecis recuperatū.

Firmū & Asculum in agro Piceno.  
Bellisarius in errore.

Bellisarij ad Iustinianum epi stola.

Greci Gothorū aspectum uix ferebant.

deant: multiq; ex nostris militibus iam ad hostes defece- runt, tædio denegati, uel nimis dilati stipendij affecti. Pecuniarum autè redditus nullos ab Italia speres nobis prouenturos esse, cum sit iterum ab hostibus magna ex parte occupata, & ea minima pars, quæ restat, adeò attenuata, belloq; afflicta, ut tributa nullo modo persoluere queat. Si igitur me duntaxat in Italiam mittere uoluisti, bene habet, sum enim nunc fere in media Italia: at si tibi uoluntas fuerit Gothorum potentiam superare, necessarium est, ut per te alia pleraq; ad id præparentur. Nam dux belli absq; his, quæ opportuna sunt, nihil efficere ualet. Quocirca tam meos milites, quam ceteram atq; ingentem militū multitudinem huc mitas oportet. Illud insuper à te necessario est prouidendum, ut pecuniæ adsint: nam sine his in bello nihil opportune fieri potest. Hæc Bellisarius.

## CAPVT XII.

**A**t Ioannes cum plurimum temporis Byzantij con- triuisset, nil prorsus eorum peregit, ob quorū gratiam per Bellisarium mittebatur. Totilas interea Firmum, & Asculum expugnauit. Quibus deditis, in Umbros transiit: ubi præter spem Spoletum cū arce munitissima, quæ urbi incubat, potius est. Siquidem eius præsidij præfectus Hadrianus, qui eam deditionem fecit, cum suis ad Gothos defecit. Asisium uerò aliquandiu est à Sigfredo defensum: uerum eo post multa egregia fortitudinis opera cadente, Asisitates se, & urbē Gothorū fidei crediderūt. Deinde Totilas ad expugnandā Perusiam cōuersus, multis uerbis apud Cyprianum eius urbis præfectū, ut deditionē faceret, agere cœpit. Sed cum id frustra tētasset, omnis lōgioris moræ impatiēs, Perusina obsidiōe omissa Romā petiit. Cūq; eò peruenisset, opportunis locis eam circūsedidit, sumopere cauēs, nō solū in

Greci ad Gothos defecerūt ob denegatū stipendium.

Totilas Firmū & Asculum expugnauit.  
Spoletum à Gothis vincitur.

Asisium.

Perusia.

ea Urbis obsidione, sed toto tempore, quo per Italiam tam copiosos exercitus circumduxit, ne sui milites quacumque iniuria agricolas afficerent, sed eos permetterent liberè absq; omni sollicitudine agros colere, prouentusq; iustis minis & possessoribus assignare. Quo factò inter optima Principes nomen & gloriam meruit sempiternam. Romani in præsidio erant, Bessas unus ex Iustiniани ducibus, & non, qui antea Neapoli præfuerat. Miserat quoq; eò Bellisarius Artasiram Persam, & Barbationem Thracem cum non contemnendis militum copijs, qui custodiæ Urbis uicium cæteris intenderent. Hi cum uiderent Gothos uicium mœnibus appropinquare, sumpta secum præualida militum manu, in uenientes ferocius, quàm còmodius irruerunt. Gothi enim simulato metu retro ad insidias, quas præparatas habebant, abierunt. Quos cum Græci maiore impetu qua consilio insectarentur, faciliè circumuenti, ad unum fricicisti fuerunt, solis ducibus cum paucis alijs difficulter in Urbis muros restituitis. Quo factum erat, ut nequaquam de cætero audent Gothi obuiam ire, quanquam ab ipis acriter prouocati. Vehementior deinde fames Urbem Romanam inuasit, cum nullæ ex agris fruges inueherentur, ne liceret negotiatoribus quicquam per mare inferre. Ceterum enim Neapoli in potestatem redacta, minoribus nauibus nauigijs circa eius regionis insulas ultro citroq; ad nauis do diuagabantur, & sollicitè curabant, ne aliqua nauis Romanum portum perueniret.

## CAPVT XIII.

**I**Nterea ingens suspicio proditiõnis intra urbem Romanam uerbatur, ob quam Cethegus, quamuis in senatu princeps, Roma pulsus Cæciliam cellas aufugit. Dum ea Romam gerebantur, alius Gothorũ exercitus, præcipiente Totila, Placentiam

Placentiam iuxta Padi ripam obsedit: ea quippe sola urbs erat, quæ in ea regione Iustiniани partes sequebatur. Bellisarius autem cum hæc consideraret, ac de Romanæ urbis periculo plurimum sollicitus esset, neque ex urbe Rauenna opem ferre ualeret, ob loca interiacentia, quæ ab hostibus possidebantur, & paucitatem copiarum suarum, abire illinc, & alia uia auxilium ferre constituit. Itaq; Iustino cum paucis quibusdam ad Rauennæ custodiam constituto, inde confestim soluens, Dalmatiæ littora legens Epidamnium deuenit: ubi exercitum ex Byzantio expectando, aliquandiu quieuit, præscriptis ad Imperatorem literis, quibus præsentem rerũ statum significabat. Inter hæc Roma durissima obsidione urgebatur, cunctaq; in deterius prolabi, & ad ruinam tendere uidebantur. Tunc Bellisarius ex suis ducibus Valentinum & Phocam, ad Romanum portum mittendos curauit, ut eius loci præsidium cum cæteris præfidiarijs militibus, quibus Innocentius præerat, custodirèt, & quoad possent crebris eruptionibus Gothorum copias insectarèt. Cum igitur aliquo tempore prosperè in Gothos incurrissent, magnaq; auxilia ob hoc obsessis præbuisent, tandem in insidias præcipitati, & à Gothi circumuenti interficiuntur, pauciq; ex eorum militibus uix & anxie in portum refugientes euaserunt.

## CAPVT XIII.

**T**Raxit autem hæc calamitosa præfectorum & militum cædes statim post se maiorem calamitatem, propter frumenti amissionem. Tunc enim Vigilius Romanus Pontifex, cum in Siciliam ab itinere, quo Constantinopolim ab Imperatrice citatus petebat, diuertisset, magnã uim frumenti nauibus impositam, ad Romanos (quamuis ab eis grani iniuria affectus) mittebat. Quod cum Gothi præ-

Græci insidijs Gothorum opprimuntur.

Vigilius Papa.

Totilas in agricolis perlibumatus.

Græci Gothorũ insidijs opprimuntur.

Fames Romam inuasit.

Roma iterũ diuina obsidetur.

Cethegus Romam inuasit.

senfissent, naues eas in portum praeueniunt, & post turris  
 aedificiaq; latentes insidias struunt, nihil contra eos audes-  
 tibus militibus, qui in praesidijs erant, sed tantum de man-  
 bus & propugnaculis, uestibus sursum eleuatis, manib-  
 que, & clamore nauis significabant, insidias in portu  
 locatas: proinde cauerent, ne illuc accederent. Naue in  
 proditum signum non intelligentes, putabant portum  
 Romanos, qui in portu erant, prae gaudio, & ex suo adu-  
 alacres factos id signum dedisse, seq; ad portum incunda-  
 prouocasse, prospero uento, & celerrime intra portum  
 nauibus peruenerunt, atque à Gothis insidentibus capi-  
 uati, omniq; frumento spoliati fuerunt, non sine summa  
 desperatione populi Romani, qui ab expectatione ciui-  
 menti totus pendebat: & fames quidem non tolerabilis  
 Romam opprimebat. Gothi autem id sentientes, acrimo-  
 sessos impugnabant. Eodem tempore Graeci in Placentia  
 urbe obsessi, omnibus iam necessarijs deficientibus, in  
 horrendam famem deuenerunt, ut (teste Procopio) si-  
 uicem esitarent. Quo factum erat, ut pacta salute se-  
 centiam Gothis tradiderint.

## CAPVT XV.

Pelagius diaconus ad Totilam legatus.

**E**Rat tunc forte Romae Pelagius quidam diaconus, i-  
 nomē apud Romanos erat satis illustre. Cum esset  
 uir optimus, & multa possidens, in summa anno-  
 ritate innumeros ciues pecunia releuauit, libenterq; in  
 desiderijs pro uiribus satisfecit. Ad hunc igitur Romanos  
 conueniunt, postulantq; suppliciter, ut pro salute populi  
 Romani legatus ad Totilam proficiscatur, paucorum die-  
 rum inducias petiturus, quibus diebus nisi auxiliū superuen-  
 niat, deditionē Urbis Totilae promittat. Pelagius autē (quo-  
 dō ita necesse erat) populo paret, atq; in castra ad Totilam

cum mandatis accedit: à quo quamuis perbenignē excipe-  
 retur, tamen cum iam firmiter secum constituisset, nullam  
 clementiam Romanis impendere, qui eius clemētiaē literas,  
 & gratiosa promissa toties contempserant, antequam le-  
 gatus uerba faceret, prior ipse longa & acerba oratione  
 contra Romanos inuectus est, beneficia Theoderici Go-  
 thorumq; in Romanos exprobrans, ac perfidiam Roma-  
 norum in Gothos saepe commissam redarguens: ad extre-  
 mum conclusit, nullam esse colloquij, uel pactionis uiam,  
 nisi eueris mœnibus efficerent, ne amodo urbs Roma in-  
 tra se illos perfidissimos Graecos defendendos includeret,  
 essetq; tam uilium hominum praesidium, qui ciuibus quam  
 hostibus essent sine comparatione perniciosiores. Tum Pe-  
 lagius: Quando, inquit, Totila usque adeo legationem as-  
 spernaris, ut ne preces quidem uelis audire, nos diuinam  
 opem implorabimus: inuocatum coeli numen (ut spero)  
 aderit, humanamq; superbiam franget. Atque hæc pau-  
 ca effatus retro abiit. Post Pelagij reditum ciuitas Totilae  
 seueritatem formidans, omnia extrema prius ferenda cen-  
 suit, quam iratum hostem ciuium exitio imminentē in Vr-  
 bem accipere. Obstinatis itaque animis ad resistendum, famem  
 alioqui intolerabilem maiorum suppliciorum metu  
 constanter ferunt: estq; eodem tempore populus Romanus  
 talia, ob saluandos illos infelices Graecos, perpeffus, qualia  
 etiam commemorare miserrimum sit.

Romani pro  
 Graecorum sa-  
 lute extrema  
 sustinent.

## CAPVT XVI.

**R**omani enim Graecis immixti, exercituū duces Bes-  
 sam & Cononem adētes, lachrymabūdi, & multo  
 cum gemitu precabantur dicentes: Si nolueritis nos ut Ro-  
 manos, uel socios habere, saltē ueluti acie uictis, belloq; cap-  
 tis, & ex lege in seruitutē redactis alimēta praebete, quæ

Romanorū cō-  
 miserāda qua  
 rela corā Gra-  
 ecis.

tantummodò ad tenuem uitam ducendam à quibusuis etiam durissimis dominis in abiecta m̄cipia præberentur: nos rursum ea obsequia præstabimus, ad quæ uilissimi serui compelli possent. Quod si id uobis non placuerit, saltem nos, quò fors obtulerit, moribundos abire sinatis: unde lucri estis deniq; habituri, quòd in nostra seruorum uobis sepultura nullum laborem impendatis. At si id quod dem nobis permittere non uolueritis, saltem nos obsecrate, ne uideamini nobis suauissimum uitæ exitum inuoluisse, unoq; facinore nos Romanos omnium mortalium uoluptatissimos ab infinitis difficultatibus liberate. His itaq; precibus uilissimis Romanorum querelis (quæ saxa in compassione mouere potuissent) auditis, Græci immaniissimi omnium barbarorum respondent, commeatus, quos tribuant, uolos in presentia esse: cum tamen (ut eorum proprius historicus Procopius, qui tunc aderat, affirmat) maximum in presenti numero intra moenia sibi reconditum confiterentur. Vnde fraudatis militibus & populis, ingenti pecunia uenditabant ditioribus, & primoribus Romanorum, quibus etiam bouem unum aureis quinquaginta uendebant, rursusq; putida equorum, canum, & huiusmodi animalium cadauera, inter Romanas delicias computata: promissa uerò hominum turba urticas duntaxat edebat, quales in Urbis pomærium, & locis incultioribus passim nascuntur, quas tamè decoctas, ne uel sapore, uel innatis aculeis offenderentur, esitabat. Quandiu itaque Romani aurum habebant, frumentum & fursures coëmebāt: uerum ubi aurum defuit, omnem domesticam suppellectilem in forum inferentes, pro diurno uictu commutabant. Sed ubi aurum defuit, Græcis nihil frumenti reliquum fuit, quod Romanis uendisset, ad urticas iam uniuersi circumspiciebant. Quibus deficientibus, corpore extenuari cœperunt, colorq; in pallorem

Græci omnium barbarorum immaniissimi.

Bos unus quinquaginta aureis emptus.

lorem, & liuorem se paulatim conuertit, ut idolis simillimi uiderentur. Plerique uerò uel incedentes, uel dentibus adhuc urticas manducantes, ex improviso exanimati cadebant: iamq; uel purgamentis, & stercoreibus in cibum utebantur. Nonnulli etiam fame nimium degrauiati, manus sibi bimet inferebant, cum nec canes quidem, nec mures de cætero inuenirent, nec aliud usquam demortuum animal, quibus in cibum uti possent.

Fames Romæ imaudita et horrenda.

## CAPVT XVII.

**E**Rat inter cæteros Romanos uir quidam quinque filiorum pater: hunc omnes liberi circumstans, prehensandq; (ut assolent) cibum sibi efflagitabant: tum ille nec ingemiscens quidem, nec ullo edito turbationis indicio, sed fortissimo animo dolorem dissimulans, iussit filios se subsequi, ut cibum mox accepturos. Vbi uerò super Tyberis pontem peruenit, capite obuoluto, uelatisq; oculis in Tyberis flumen confestim desiliit, spectantibus filiis, Romanisq; cæteris, qui ea tunc fortè è regione constiterant. Tandem illi nimium crudeles, & barbarissimi Græcorum præfecti, uisa ea extrema Romanorum ciuium desperatione, omnibus abire uolentibus facultatem indulserunt. Quo factum est, ut paucis admodum Romæ relictis, in fugam se omnes proriperent, & quò cuiq; licuit diuersim abirent. Eorum tamen pars maxima arescentibus præ inedia uribus, mortem passim obibat, nonnulli ab hostibus intercepti interiere: quæ omnia Romanus populus pati cogebatur, ob illam insignem Græcorum perfidiam, qua Viigem fraudibus circumuentum, & superatum, ad Byzantium pridem transportarunt. Venit interea nouus à Iustiniano in Dalmatiam exercitus ad Bellisarium, cui Ioannes Vitalianus presuit: qui cum de gerendo bello inuicem consultarent,

Romanus quibusque filiorum pater.

omnes uno ore ferendam opem Romanis censebant. Quam autem modo id fieri deberet, anceps consultatio fuit: quibusdam placuit terrestri itinere per Apuliam cum omnino metu Romam proficisci, cum alijs interim placeret, per mare nauigandum. Ioannes inter eos erat, qui suadebant omnibus copijs per Calabriam, & Apullam profectum esse, atq; ita Romam petendum: simul enim euantes periculum uictores esse posse: quod si diuidantur copie, & alij raris, alij mari proficiscantur, neutram partem hostilium rem futuram. Bellisarius hanc ipsam sententiam laudat, se dicebat, si Græci in urbe Roma per Gothos obsessi in tam extrema necessitate constituti non essent. Primum quia res nullam patiebatur dilationem, placuit ut terrarum, iretur: fore aiebat, si secundi uenti afflarent, ut quibus die classis subiret ostia Tyberina.

## CAPVT XVIIII.

**B**ellisarius igitur cum classe in Italiam transgressus Hydruntum obsidione leuat: inde institutam navigationem celeriter repetens, Romam irrequieto cursu peruenit. De huius aduentu factus certior Totilas, quia saltem parebat ad quid ueniret, Tyberim ab una ripa ad alteram trabibus, ferreaque catena coniunxit, duodecim milium passuum ab Urbe, quæ amnis arctissime fluit, pontem uio imposuit, & statuit utrinque castella cum suo praesidio, ut omnis importandi commeatus facultas adimeretur. Non multo post Bellisarius ad ostia Tyberina peruenit, sed diu: circa portum, aduentum suorum expectaturus, quidam duce Ioanne Vitaliani terrestri itinere incedebant: qui non licuit ob Gothorum potentiam citius aduolare. Comisso enim cum Gothis praelio, Brundisio positum paululum commorari cogebantur, quoad Apuliam, & Calabria

Consilium necessitati aptandum.

Hydruntum obsidione liberatur.

Totilas Tyberis ripas catena coniunxit.

Brundisium à Grecis occupatur.

labrie ciuitates in fidem, & beneuolentiam reciperentur. Canusum deinde oppidum in potestatem redegit: unde non longe uicinus est Cannæ, in quo memorabile illud praelium inter Hannibalem & Romanos fuisse perhibetur. In hoc loco Tullianus quidam Venantij filius, qui tum in Lucanis magnum nomē, magnamque autoritatem habebat, Ioannem adit, multasque querelas aduersus Græcorum contumelias, & grauissimas iniurias, quibus incolas affecerant, exposuit, pro certo affirmans, quod si fuisset aliqua humanitas in Græcorum militibus, neque Brutij, neque Lucani ab Imperatore ad Gothos defecissent.

Cannæ uicinus Romanorum strage memorabilis.

Græci in subiectos iniuriosi.

## CAPVT XIX.

**M**iserat interea Totilas Capuam præcipuam partem sui equitatus: estque equitum ducibus ab eo mandatum, ut Ioannem Vitalianum prætergressum euestigio sequerentur: cætera uero sibi curæ fore inquit. Hæc res adeo conterruit Vitalianum, ueritum, ne à Gothis circumueniatur, ut omissa ad Bellisarium profectio, in Brutios retrò abiret: ubi circa fretum Richmondum Totile ducem, qui præsidio eam prouinciam obtinebat, ex improviso & tumultuario praelio adortus superauit. Interea Bellisarius assidue expectans, incredibili dolore afflictebatur, damnabatque Ioannis Vitaliani ignauitiam, & aperte carpebat, quod cum lectissimum equitatum haberet (nam Heruli & Hunni cum eo erant) unam Gothorum equitum aliam formidaret. Hæc & huiusmodi Bellisarius culpebat, & in absentem plurima uerba iactabat: ceterum querelæ inanes erant. Vitalianus enim dubium metu, an quia id facere conducibilis duxerit, non modo non uenit ad Romam, sed retro in Apuliam reuersus, ibique castris positus quiescebat, cogitationemque Romam petendi omnino abiecerat.

Io. Vitaliani paucos.

Richmundus Gothorum.

Bellisarius Vitalianum suggestulatus.

Bellisarius igitur desperato suorum accessu, nihil amplius expectandum ratus, experiri constituit, an cum his copiis quas habebat, posset commeatum & auxilia Vrbi impetare. Et quia multo erat Gothorum uiribus inferior, qui ut aperta acie congredi auderet, flumen Tyberis, quod nimum sibi spem afferebat, per aquam ad Urbem petuerat. Quocirca ducentas naues (quas Græci dromones, Gothi promones, & Latini (credo) celoces uocant, præparabat. Sunt autem hæ naues, mœnia undequaque lignebentes, opportunis locis perforata, ad sagittas ac catenatela in hostes emittenda. Aduersus autem pontem, fluitentem, ac cætera impedimenta in flumine opposita, bellicose excogitauit: Rates duas ferreis repagulis, ac tignis inter quas firmissimè colligatas in flumine cõstituit, superque turrim ligneam ædificari fecit, maioris altitudinis, quam essent hostium turres, ad tutelam pontis constructa. Hinc præparatis, dromones frumento onustos, lectissimisque militibus in eos impositis aduerso egit flumine. Præcedebat illa lignea turris, quæ suos propugnatores habebat, illi omnis generis, ad hostes ex aduerso consiciendos: reliqua copię composito agmine ripam tenebat, & cum nauibus quæ traherentur, ex æquo procedebant. Primo itaque accessu Gothi ceteriori præsidio expugnati fuerunt. Lenim ripa Bellisarius agmina ductabat, quæ Totilani castris auersa. Intereaque Romam ad Bellam nuntios misit ut sub id tempus, quo ipse erat Romam uenturus, illi operatione ex Vrbe facta, Gothos pugna distineret. Sed illi neque id fecit, neque quandiu durauit obsidio, quicquid erigat memoria dignum, nisi quod sordidissimis uictis debent, talem se palam ostendit, quod ad nihil aliud natus deberetur, quam ad diuitias undequaque, & quomodo prætextu congregandas.

Bellisarij ingenium militare.  
Dromones.

Besse Grecorum ducis ignauia & auaritia.

## CAPVT XX.

Bellisarius deinde superato primo præsidio, pontem cum reliqua munitione nititur occupare: fuitque interrim atrox utrinque pugna, uariisque hinc inde conatus. Ad postremum etiam reliquum hostium præsidium est igni expugnatum, non sine clade eorum, qui in eo constituti fuerunt. Iamque rescisso ponte erat incluta uictoria in manibus, sed fortuna (ut uidetur) aliud constituerat. Reliquerat Bellisarius Isaacem ad Portuensis urbis præsidium, cum uxore & omnibus impedimentis, illique mandauerat, ut ad nullos de se nuntios, aut de ijs, qui in discrimen ibant, aliquid moueret, sed in oppido consistens, ipsum cum militibus, qui ad id dabantur, tueretur. Cum igitur Bellisarius turrim hostium incendisset, uolant confestim nuntij ad Portuensem urbem, atque (ut fit) uictoriam magnam grandius extollunt. Quibus nuntijs Isaac exultans, ac animo sese attollens, quasi uesanus quidam, præceptorum Bellisarij oblitus, milites capere arma iubet: ardore & impetu delatus ad inuadendum hostium stationem, quæ erat in opposita ripa non procul ab Ostia, cucurrit, sudique primo impetu hostes, sed rursus ab eis ad insidias protractus captiuatur, trucidatis his, qui cum eo in prælium descenderant. His ita gestis, equites quidam Bellisario detulerunt, Isaacem captum esse ab hostibus. Quo quidem nuntio percussus Bellisarius, nihil ultra percontatus est, nec ubi, nec quomodo, sed tantum ratus oppidum cum uxore & rebus omnibus à Gothis teneri. Itaque tanto statim dolore affectus est, ut loqui non ualeret, retroque conuersus, classem ac militem cursim reduxit, certissimo consilio uel oppidum recuperandi rebus adhuc recentibus, nec ab hostibus stabilitis, uel in prælio moriendi. Per hunc modum uictoria, quæ iam parta uidebatur, euanuit.

Isaacis Bellisarij militis imprudentia.

Bellisarij ingenium turbatio.



CAPVT XXI.

**C**umq; ad urbē Portuensē peruenisset, & caetera  
 quam, ac se deceptum cognouisset, tantum dolorem  
 ex hoc errore suscepit, ut in acutissimam febrem, quae  
 periculatus est, inciderit. Isaares autem, cuius uictoria  
 amissa fuerat, ad Totilē praeceptum trucidandi  
 ob uindictam Roderici Gothorum fortissimi nuper  
 cis interempti. Iam enim Totilas seuerius agere cogit  
 quia uidit tot clementiae opera, quae pridem in omnibus  
 tulerat, minus existimari. Fuerunt tamen eius uerba pe-  
 riora, quam opera. Siquidem minas, quas concitatio-  
 nimo quam proposito profudit, magna clementia pro-  
 temperauit. Formidabant eius seueritatem Romani, qui  
 tam facile ad Græcos defecissent: magis uero Græci  
 metuebant, quia Regem Vitigim fraudibus circum-  
 tum in Byzantium transportassent. Quamobrem  
 famem, & omnia extrema pati decreuerunt, quam  
 tum Regem, & tot grauisimis iniurijs prouocant  
 mittere. Moriebantur passim homines prae inedia  
 tota urbs nihil aliud erat, quam uiuorum, eorumque  
 infelicissimorum horrenda sepultura. Cumq; in ca-  
 lerabili miseria urbs Roma undique periclitaretur,  
 tuor Isaurici milites Urbem Totilae prodiderunt, eum  
 Asinariam portam nocturno tempore introduxerunt  
 terum Totilas intra Urbis moenia constitutus, totum  
 citum suum circa Lateranum, usque ad bonam partem  
 quentis diei immotum tenuit: non quod Græcos, ad  
 hostes formidaret, habebat enim exploratum, nullum  
 quam paucissimos eorum in Vrbe remansisse, sed uera  
 illius morē erat, quia complures illorum militum secum  
 agmine habebat, qui pridē turpius quam honestum  
 ma, cum Bellisarius ex Neapoli uocatus adueniret, caetera  
 fuerat.

Isaares occiditur.

Totilas cur seuerus factus.

Græcorum perfidia Vitigis captiuatus.

Isaurici Romā Totilae prodiderunt.

Totilas à sanguine abstinentissimus.

fuerunt. Hos cum difficile à cæde & sanguine ciuium reuo-  
 care posset, uoluit prudens Rex tanto tempore expectare,  
 donec Romani & Græci extra portas, uel ad Sanctorū ba-  
 silicas effugere possent. Iam enim omnibus persuasum erat,  
 Gothos ea pietate esse, ut nullos omnino uiolarent, qui se-  
 curitatem à templis Deo dedicatis implorarent.

Gothorum in- gens pietas.

CAPVT XXII.

**P**eruastit interim rumor ciuitatē, Gothos in Urbē per-  
 uenisse: unde populi multitudo ingenti lætū cōsterna-  
 ta huc illucq; ferebatur. Romanorū militum pars maxima  
 cum ducibus ipsis, ut faciliē cuiq; fuit, fugā cepessunt: pauci  
 tamē ex eis cum Romanis ciuibus se immiscētes in tēpla cō-  
 fugerunt. Cōstat sanē è plebe homines ad quingētos in Vr-  
 bē refuges eo tēpore fuisse, qui in Sāctorū tēplis ab omni ui,  
 & iniuria cōseruati fuerūt. Cæteri omnes iam ex Urbē ex-  
 cesserant, uel in suprema fata morte absumpti cōcesserant.  
 Postea uerò quam abūdē illuxit, Totilas densō agmine sti-  
 patus, ex Laterano uoti nomine ad Vaticanā D. Petri adē  
 per mediā Urbē adequitauit. Hic nōnulli scriptores tragi-  
 co clamore in Totilā inuehūtur, asserētes ipsum in eo trā-  
 situ enormē seuitiā: in quoscunq; obuios exercuisse, cum ta-  
 men satis cōset, Vrbe deserta, omnes incolas extra portas,  
 uel in tēpla antea effugisse. Viginti tantū Græcorū milites  
 incautus per Urbē deuagātes, cum nōnullis ex plebe, eo in-  
 transitu caesos fuisse Procopius affirmat: cæteros fuga, uel  
 Sanctorū tēpla tutos effecerūt. Ingrediēti Totilae templū  
 D. Petri, Pelagius ipse (de quo antea dictū est, sese obuiū of-  
 fert, Christi euāgelia in manibus gestās, supplexq; omnibus  
 factus, & genu procumbens: Parce, inquit, o Princeps tuus.  
 Tum Totilas placido uultu arridens, ita profatus est: Nunc  
 mihi supplicaturus aduenisti Pelagi: Ita quidem, respōdit.

Roma à Totila iterum capta.

Totilas uicta Roma, primū ad S. Petrum vadit.

Gothi perperā de seueritate culpantur.

Procopius.

Pelagius Totila supplex occurrit.

quandoquidem me seruum tuum Deus effecit: sed ab  
iam abstine manus, qui tibi in seruitutem cessere. His  
cibus uictus Totilas, ueniam dedit Vrbi, & ciuium,  
tuitq; seueriter, ne ferrum amplius euagaretur, et  
ut præda Gothorum esset, corpora ciuium libera sunt  
tur. Præcepitq; eodem edicto, ne quis muliebri pu  
tie illuderet, adhibuitq; magnam diligentiam, ut  
ille omnis iniuriæ expers permaneret. Prædam præ  
stinarum rerum sibi afferi mandauit, reliquam  
esse uoluit. Fuere tum permulta in patriciorum ed  
inuenta, sed omnium maxima extitere, quæ Bessas reli  
rat, ut qui uelut omnium perditissimus homo, in  
illud diuenditi frumenti pretium Totile ad insigni  
prædam accumulasset. Estq; eodem tempore Rustiana  
sive Iustiniana mulier nobilis arrepta in iudicium,  
Theoderici Regis statuas frangi, deleriq; fecisset, in  
Symmachi, & Boëtij coniugis ultionem, qui Theode  
iussu fuerant interfecti: factum adeo notum omnibus  
ut nulla poterat excusatione negari. Ceterum multa  
pietas & amor in defunctos, plus ualuit apud clem  
Totilam, quam Regia maiestas: estq; à Rege absolutam  
minore benignitate, quam antea Amalasuenta liberti  
tij & Symmachi patrimonium paterna seueritate  
ptum restituit.

## CAPVT XXIII.

**D**Einde cum Totilas attenderet, suorum animos  
ueritatē promiores esse, quam clemētiā, con  
ad se cōuocatis, adeo benigniter & perhumaniter pro  
manis locutus erat, ut uix credi potuisset, ipsum unquam  
stilem animum in eos habuisse: Videte, inquit, con  
tones instabilem rerum humanarum conditionem, et  
firmam

Totile clemētia  
in Romanos.

Besse avaritia  
execranda.

Rustiana filia  
Symmachi &  
Boëtij uxor,  
Totile summā  
clemētiā ex  
peritur.

Totile oratio  
pro salute Ro  
manorum.

fortuna mutationem. Paucis antea actis annis ducenta Go  
thorum millia septem millibus expugnauit & uicit Belli  
sarius: ego uero non totis quatuor millibus uiginti Græco  
rum millia superauit, & iam urbem Romam, orbis quon  
dam dominam, sub pedibus tenemus. Proinde nequaquam  
nobis superbiendū, sed magis oportet ut Deum timeamus,  
uictoriamq; non superbe & crudeliter, sed perhumanē po  
tius & clemēter exerceamus, mutationemq; fortune, quæ  
nobis superiore bello totam Italiam, præter Veronam, Ti  
cinum, Taruisum, ademit, ante oculos continuē habea  
mus. His & plerisq; alijs humanissimis uerbis apud suos  
propositis, uim omnem atque iniuriam, à deuictis populis  
prudenter atque efficaciter auertit. Deinde Romanos pro  
coacione affatus, uehementer eos reprehendit, quod non  
minus stulte, quam ingratisimè Græcorum gentem om  
nium leuissimam Gothis prætulissent, per quos primò ab  
Odouacris tyrannide, grauiq; seruitutis iugo liberati es  
sent, deinde sub summa Theoderici clemētia multos an  
nos, & feliciter, & otiose egissent, tantaq; beneficia ab eo  
suscepissent, quanta uix sciuissent optare: demum uerò nul  
la iniuria, nullaq; contumelia accepta, contra fidem, ac  
iurandum ad Græcos defecissent, homines uanissimos,  
& sine ulla uirtute: qui statim obfessi à Vitige, nunquam  
prodire in aciem ausi fuerint, sed intra mœnia inclusi, ac  
fame macerati, omne dedecus tolerauerint: qui postquam  
non armis, sed proditionibus, & fallacijs facti sunt domi  
ni ciuitatum, publicanis, exactoribusq; & delatoribus om  
nia reseruerunt: qui ciuitates, populosq; Italiæ inhumana  
acerbitate ad solutionem eorum tributorum compule  
rint, quæ iam multis annis à Theoderico, ceterisq; Regi  
bus fuerat eis cōdonata, atq; remissa: qui rationes admini  
stratorum sub eisdem Regibus à populis, priuatisq; homi

Verona, Ticinū,  
Taruisiū, in  
Gothorū fide  
perseuerabāt.

Totilas Roma  
nos uehemen  
ter reprehēdit  
ob eorum in  
gratitudinem.

Græcorum se  
perba seueri  
tas in Roma  
nos.

nibus poposcerunt, ut Imperatoris sui inexplabilis amentia impleretur. Dicite, inquit, Romani si quid unquam mali à Gothorum Regibus passi fueritis: dicite rursus, si quid boni à Græculis istis unquam accepistis, qui vobis amplius mala, quam hostibus intulerunt. Genus vitiosum, maleficum, & nulla re magis quam mentiendo officiosum. Atqui Gothi in Italia nati, & unà uobiscum educati, uobis autem peregrini & ignoti magis placuerunt, quam uestrates & noti. Nulli igitur mirum uideri debet, si Romanus populus suæ inconstantie poenas luat, ut in rebus discat præstitam fidem & iusiurandum non uiolare, & gratitudine non iniurijs accepta beneficia compescere. Atque his dictis Totilas, cum nullus errorum uenturorum peteret, sine spe ulla melioris status cõcionem dimisit. Procopius tamen affirmat, Pelagium etiam tunc, ut prius per Romanis supplicem Totilæ factum fuisse, nec prius proferri hunc desijisse, quam ille clementiorem se in omnibus manus fore pollicitus fuisset.

CAPVT XXIII

Gothorum cum Romanis ex-  
postulatio.  
Græci ut mendaces, & malefici taxantur.

Pelagius iram Totilæ mitigat.

Totila ad Iustinianum legatus.

Totile literæ ad Iustinianum pro pace.

Post hæc Totilas legatos ad Iustinianam mittendos creuit. Fuerunt autem legati idem Pelagius, & Theodorus quidam Romanus nunc meminimus, & Theodorus quidam Romanus nunc meminimus, & Theodorus quidam Romanus nunc meminimus. Hos Totilas grauissimis iuramentis obligauit, ut mandatis suis fideliter executis, quam celerissime ad fraternaliam redeant. His deinde præcepit, ut totis uiribus uerentur, pacem & amicitiam inter se & Imperatorem conciliare; ne cogeretur (si pace infecta redirent) urbem Romanam ad solum diruere, interfectisque patricijs uiris, in alios bellum transferre: literasque in hanc sententiam Imperatori scribendas curauit. Quæ in urbe Roma ad hunc diem contigerint, cum tibi comperta esse non dubitem, sicuti præterea

præterea uideatur. Ea uero, quorum de causa ad te hos oratores miserim, paucis intelliges. Pacis bona optamus & suscipere, & exhibere, ut nuper sub Anastasio Romanorum Imperatore cum Rege Theoderico fuit, quorum cõcordia & pax tranquillitatem illorum temporum, & maxima cõmoda utriusque peperit. Si igitur hæc tibi placita erunt, merito meus pater uocabere, & belli nos socios in quoscumque libitum fuerit habebis. His cognitis Imperator mandatis, ea secordia (ut ait Sabellicus) qua fuisse traditur, respondit, Bellisariū in Italia esse, illi totum belli negotium à se commissum: nec ultra uerbum addidit. Vnde mirum uideri nõ debet, ipsum à Blondo durum & stupidum appellatum fuisse, cum permiserit tantæ urbis, & totius Italiæ fatum ex unius satellitis, uidelicet Bellisarij sententia dependere. Quo responso uehementer territi Pelagius & collega, non destiterunt plures dies ambire, & cum lachrymis obsecrare eos, qui charissimi erant Iustiniano, ut Principis animum flecterent, ne bellandi studio eam urbem perderet, qua euerfa, nulla imperij dignitas in posterum amplius futura esset.

CAPVT XXV

Hanc legationem cum Totilas frustra attentatam fuisse, sibique pacem tam iuste petitam negari intellexisset, de euertenda urbe Roma consilium sumpsit. Hic tamen Procopius Græcus, qui in castris Bellisarij erat, scribit Totilam tantæ fuisse moderationis, ut etiam ab inimicissimo Bellisario persuasus, nullum urbis ædificium publicum, uel priuatum incenderit, nec desolatam Urbem reliquerit, sed aliquam murorum, siue moeniorum partem solo æquasse contentus, cætera ædificia inuiolata permiserit. Sunt autem hæc uerba Procopij: Totilas sæpe perlectis literis Bellisarij, ut bene monentibus magnificatis,

Iustinianus ab historicis tanquam durus & stupidus repræhenditur.

Totile in euertenda Roma moderatio & clementia.

Gothis nō recte  
seueritas attri-  
buitur à Leo-  
nardo Aret. et  
eius sequaci-  
bus.

suasus demum Urbem inoffensam seruauit, & iniegra  
At longè secus Leon. Aretinus, & qui eum sequuntur as-  
mant. Insurgēs, inquit, Totilas mirabili crudelitate, no-  
nia Romæ pluribus locis ad solū euerit: Capitolium do-  
de incendit. Fumabat Quirinalis mons: Auentinus su-  
mam incendij euomebat: fragor ruentium domorum  
audiebatur. Inter hæc incendia multitudo Urbana cum  
iugibus, & liberis sedibus patrijs educebantur, ne deso-  
randi quidem miserias suas libertatem habentes. Et popu-  
lum quidem, ac turbam per oppida Campanie disper-  
Senatores uerò, ac Patricios obsidum loco circa feruntur  
Roma post hæc cum toto exercitu egressus, eam desolatam  
penitus, ac uacua dereliquit, ut neque uir quisquam, ne-  
scemina in illa remaneret. Hæc illi quidem dicere uoluit  
quibus utique minorem fidem adhibendam puto, quā  
Procopio tunc præsentī, contrarium affirmanti. Ceterum  
enim apud me est, quòd si ita penitus desolata & cae-  
fuisset, nequaquam Bellisarius eius mœnia (quem ad-  
dum mox fecit) paucissimorum dierum spatio restitui  
potuisset, nec ædes, in quas suum exercitum recipere  
uenisset. Esto tamen ita collapsa fuisset, ut omni huma-  
cultu deserta iaceret, quis non uidet eam ruinā iustitiae  
cis, quā Gothis summo perē pacem petentibus impo-  
dam esse? Plus enim auarus, & imprudens iustitiam  
merarium unius Bellisarij uerbum, quā importunam  
omnium Romanorum lachrymas, & iustissimas  
Gothorum preces attendens, Urbem (quam  
facile conseruare potuisset) desola-  
uit, aut desolari per-  
misit.

IOAN

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonunq; liber de-  
cimuscuartus.

## CAPVT I.



Aluam deinde, siue euersam Romam To-  
tilas egressus, exercitū suum in duas par-  
tes diuisit: quarum unam Bellisarij copijs  
in loco, qui dicitur Algedone, obiecit, ne  
quicquam per eius absentiam moliri ua-  
lerent: ipse cum altera parte aduersus Ioannem Vitalianū  
properabat. Ille autem cū compertum habuisset, Totilam  
contra se uenire, turpiter fugiens, omnibusq; desertis, non  
prius expectauit, donec intra Hydrunti mœnia se recepisset.  
Est autem Hydruntum ultimū Calabriae oppidum, un-  
de breuissimus est in Epirū & Græciam traiectus. Itaq; To-  
tilas ubi ad eas partes peruenit, facili negotio Lucanos, &  
Brutios, ac Calabros omnes, præter Hydruntinos, recupe-  
rauit. Interea uerò cū Gothi in ea parte cuncta prospere  
succederent, Spoletum in faucibus Umbriae ab eis ad Græ-  
cos defecit. Custodiebatur tunc solummodò arx, quæ facta  
erat ex amphitheatro, quod antiquitus in ea urbe ædifica-  
tum fuerat: mœnia tantum urbis, ne hostibus præsidio es-  
sent, Totilas euerterat. Fuit ea defectio dolo cuiusdam Mar-  
tiani Byzantini procurata: qui consensu Bellisarij se trans-  
fugam simulans, ad Totilam peruenit, & confestim à Rege  
Gothorum (quem admodum etiam hodie fit) inter præci-  
puos arcis custodes deputatur: arcisq; præfectū, facta cum  
decem & octo cōiuratione, perfidè trucidauit. Itaq; Belli-

Totilas Romā  
egressus.  
Algedone.

Vitaliani Græ-  
ci fuga.

Hydrunti de-  
scriptio.

Totilas amissas  
terras recupe-  
rat.

Martianus By-  
zantinus tras  
fuga Spoletū  
Græci prodi-  
dit.

K

*Bellisarij victoria turpis.*

sarius turpi turpissimi hominis uictoria Spoletum accessit. Eodem fere tempore Calabri, & his finitimi domo profugi Tarentum, quod aliquandiu omni cultu desertum, desolatamq; iacuerat, instaurarunt, non ueterē urbis arce, sed partem complexi portui propinqua, quam in Chersonesi speciem mare utriusq; alluit. Quocirca eius aditu deo faciliter muniuerunt. Deinde Totilas postquam Lucania & Calabria in suam potestate redeisset, presidium habitum apud Acherusia urbem reliquisset, Raucennam cum reliquo exercitu petere cōtendit. Inter hæc Bellisarius uictorificinus (quod multi temerariū putassent) aggressus est. Urbem enim Romā nō euersam, aut desolatā, sed ciuibus tantū tāta acceleratione occupauit, atq; muniiuit, ut uentibile apud omnes uideretur, tantū laboris paucissimo numero absolui potuisse. Siquidē tumultuario opere mania refecit, fossas profundas ante muros egit, aggeres protectus arborū ramis ab stipite sub terrā fixis, & inter spiculis nexis cōmuniuit, turres ligneas, et ppugnacula ad turres facti muri imposuit, in super ingentē tribulorū uim uissecus moenia sparsit. Hæc omnia per summū omnium tum ardozem, & desiderium, atq; accelerationem prof-

*Tribulorum in gens copia circa moenia Romana.*

## CAPVT II.

**T**um multi mortales patrie desiderio moti, ex his locis in Urbē rediere: pleriq; etiā laxitate conne illuc recurrerunt. Siquidē Bellisarius Urbe à se occupata, cōfestim sibi adesse imperauit naues, quæ tritico ondate in portu stabāt: quo accidit, ut Totilas, qui magnā uictibus Romā recurrerat, certa spe Urbis primo accessu recipiendæ, aliquoties conatus uallum transcendere, semper cum suorum strage à munitionibus reiectus. His Bellisarius successibus Græci audaciores effecti, extra Urbem ad

quam egressi, Gothos prælio fatigant: interfectoq; signifero, parum absuit quin Gothorum sint signis potiti. His actis Totilas, quia se frustra conari uidebat, prælium dimittit, ac postridie quam uenerat abiens Tybur accessit. Eam quippe tenebat urbem, ut supra diximus, maioremq; in modum munita eius arce contra Græcos utebatur. Romani quoq; assiduus eius incursiones formidantes, cunctos Anienis pontes euerterunt. Anio flumen in Hernicis oritur, decurrensq; ex altioribus montibus, planitiem inter Tybur & Romam secat, nusquam fere uadatu facile. Deiectis igitur pontibus, quibus uia Salaria, & Numentana, & Tyburtina superabilis erat, Gothi, ne Urbem infestarent, prohibiti fuerunt. Bellisarius post Totilæ digressum muros Urbis ualidius restituit, portas reposuit, clauas Constantino-polim ad Iustinianum misit, ut sciret Urbem iterum à se occupatam. Et cum his euolutus est duodecimus Gothici belli annus. Nec Totilas est diu Tyburi commoratus, sed cum robore copiarum in Umbriam profectus, Perusiam decreto petijt. Euerat ea urbs multo conatu à Gothis impugnata, sed diligenter interim defensata: at grauior oppugnatio sub Regis accessum Perusinis illata est: ferebant tamen illi fortiter omnem inimicorum impetum, intrepideq; illorum conatibus obuiabāt. Sed dum Gothi Perusiam grauius obsidendo molestant, Ioannes Vitalianus ex Hydruntum cum suo equitatu erumpens, Campaniæ fines tumultuose irrupit. Custodiebantur municipatim Totilæ iussu Romani senatores cum præcipua nobilitate, habuitq; persuasum ipse Vitalianus fore, ut hi percussis suo aduentu hostibus custodia liberarentur.

*Anienis fluminis pontes deiecti.*

*Annus Gothici belli duodecimus.*

*Perusia fortiter à Totilâ impugnatur.*

*Io. Vitalianus Totilâ ad bellum promocat, & ab eo superatur.*

## CAPVT

**T**otilas uero per idipsum tempus hec eadem sufficit, parte copiarum in obsidione Perusie relicta, cum reliquo exercitu magnis itineribus per Picentes, & Marfos, & Pelignos in Apuliam admirabili uelocitate perperauit, transuersisque uis profectus, non prius desistit, quam Io. Vitalianum in Calabria repertum repente inuasit, & cum toto exercitu profligauit, castraque diripuit: & nisi nostri beneficio Graeci seruati fuisset, uix aliquis eorum uiuus a Gothorum manibus euasisset. Siquidem Ioan. Vitalianus, & Arnulphus Herulorum dux, qui cum Graecis militibus, Hydruntum fuga delati fuerunt, quod etiam milites, qui in eorum metu disiecti fuerant, post paucos dies tanquam ad signa frequentes conuenere. Reddidit ea uictoria Totilae nomen ualde inclutum. Praeclarum quippe omnibus uidebatur, Regem cum exercitu magnam Italiae partem occupatum tantae celeritate, quanta ne expeditissimus quidem cursor potuisset crederetur: nec ipse lectica, aut rheda delatum, sed pari cum militibus labore equo profectus, armisque oneratus incescit. Nec multo post id praelium, aliae a Iustiano copiae in Italiam missae, Hydruntum peruenere. Impator enim assiduus Bellisarij literis, quibus auxiliares copias postulabat, permotus rescripsit, ut in Calabriam ad capiendos milites se reciperet, ibique bellum aduersus hostem aggredere. Duces uero nouarum copiarum erant Valerianus qui Armenos, & Verus qui Herulos ducebat. Quae circa Bellisarius cum Imperatoris literas mandataque suscepisset, partem copiarum suarum, Romae & apud portum sub cura & gubernatione Cononis legati reliquit: ipse cum nonaginta militibus delectis, quorum ducenti pedes, septingenti equites fuerunt, mari delatus, Calabriam petere contendit. Erat uero propositum eius Tarenti copias exponere,

Totila praeclearissima uictoria ob celeritatem paratam.

Iustinianus de nouo militiam in Italia mittit.

Valerianus. Verus.

Conon Iustiniano legatus.

re, quod ab Hydrunto bidui itinere abest, coque in loco relictum exercitum cogere: sed uento aduersante coactus est copias in portu Crotonis exponere: ubi quoniam pabulandi facultas non erat, equites a peditibus separatos ultra progredi iussit, & in finibus Thurinorum consistere, ubi Rustia, locus ad res gerendas opportunus, Graecorum praesidio tenebatur. Bessas Hiberius, & Barbatio Thrax, praefecti equitum circa Ruscianum loco satis munito confederunt: ubi sub primum accessum Gothos ex improviso adoriuntur, & facile superant imparatos. Sed cum de parta uictoria se satis securos putarent, & negligenter omnes hostium aditus obseruarent, utpote qui nec saltus explorabant, nec stationes ordinabant, nec speculatores disponebant, denique uelut omnia circa se pacata essent, procul a signis euagabantur. Id ubi Totilae compertum esset, pari (qua nuper) celeritate salum occupat, Graecisque ex improviso terrorem iniicit. Bessas cum una equitum parte Gothorum impetum aliquantulum sustinuit, & diditque interea praecleara belli facinora. Ceterum eo cadente, fusi fugatique sunt alij, ac passim a Gothis teterrima caede profligati. Barbatio tamen duobus tantum equitibus comitatus aufugit: ceteri uel capti, uel interfecti fuerunt.

## CAPVT IIII.

**B**ellisarius autem tantae cladis nuntium ualde moleste accepit, praesertim ob illam florentissimi equitatus iacturam, credebaturque uictores Gothos haud multo post affuturos. Proinde consternatus & trepidus cum sua uxore (quam suarum expeditionum plurimum habuit comitem) nauim conscendit, temereque se uentis permittens, Messanam casu delatus est. Nec Romae interea res meliore statu erant, Conone, qui ad Urbis praesidium relictus fuerat, militari seditione interfecto. Cades a ducis auaritia orta est, qui cum

Bessas Hiberius.  
Barbatio  
Thrax.  
Gothi subita incursione superari solent.  
Militum in bello negligentia.

Totila ex celeritate uictoria.

Bellisarius uxorem secum in castris habebat.  
Messana.  
Conon interfectus militari seditione.

Militū legatio  
minax ad Iu-  
stinianum.

Ruscianum ob-  
sessum, & ex-  
pugnatum.

in re frumentaria negotiaretur, arctiorem reddidit an-  
nam. Miserunt milites ad Imperatorem, qui ab eo petiit,  
ut huiusmodi motus nemini imputaretur, quæ res missu  
petraretur, futurū dicrēt, ut breui Roma à militibus  
le traderetur. Fecit hæc minacissima legatio, ut uenia  
litibus data. Obfessi uerò Græci apud Rusciani oppidum  
cum defectu annonæ premerentur, sermone cum Totila  
bito, certi temporis inducias paciscuntur, intra quodam  
pus nisi ueniant subsidia, oppidum dedere promiserūt.  
hoc iam apparatus fiebant, à Græcis quidem ut illi ope-  
ferrent, à Totila uerò ut prohiberet. Inter hæc Bellisarius  
ex Sicilia Hydruntum uenerat, & Valerianum militem  
nouos à Iustiniano missos suscepit. Itaq; cum nec militum  
copiæ, nec nauium classis, qua ueherentur, deesset, omni-  
bus confestim paratis Ruscianum nauigant. Obfessi uerò  
classem cernentes (nam oppidum celso loco situm ma-  
prospicit) ingenti letitia exultantes, constituta die de-  
tionem facere noluerunt. At priusquam litoribus nauis  
pellerentur, subita sunt tempestate disiecta. Deinde  
in Crotonis poru simul conuenissent, & rursus inde  
uenientes Ruscianum redire disposuissent, Totilas antea  
naues appropinquarent, Gothos armari fecit: qui prius  
contra proras nauium dispositi, hastis & sagittis, ne  
appelleret, prohibebant. Quorum apparatus cum Go-  
thi considerarent, ac periculum horrerent, commorati diu  
tempore iuxta litus, quasi mox descensuri, tandem re-  
sperata, conuersis retro proris abierunt.

## CAPVT V.

**A**T Bellisarius ad auertendū Gothos ab ea Ruscianum  
obsidione, Io. Vitalianū in Picenum agrū cum Ve-  
leriano & parte copiarum ire iubet, ibiq; res Gothorum

subita ut bellica infestare: ipse cum reliquo exercitu Romā  
ad militarem seditionem comprimendam abcessit. Totilas  
est bellum ex Piceno nuntiabatur, perrexit tamen Ruscia-  
num oppugnare, duobus millibus equitum missis, qui Picen-  
tes à Græcorum armis tuerentur. Nec qui Rusciani erant  
diutius hostem tulerunt, quin omni spe subsidij abiecta,  
cum Totila incolumitatem paciscuntur: quam non solum à  
clementia Principis impetrarūt, sed ut omnia sua haberēt,  
benigno fauore permisit, si cum Gothis militare uellent: sin-  
minus, ut cum singulis uestimentis præsidio decederēt. Ma-  
gna pars militum elegit potius apud Gothos, quàm Græ-  
cos remanere. Vnus Cologerius præsidij præfectus, qui au-  
tor fuerat ut oppidum post primum sædus contra fidem re-  
tineretur, Totilæ iussu mutilatus est, atq; interfectus: oppi-  
danorū bona milium præda fuerunt: utrorum & scemina-  
rum corpora libera Rex esse iussit. Hoc modo res Italiae se  
habebant, cum Bellisarius à Iustiniano est in Græciam reuo-  
catus. Hic enim cum omnia Imperatoris negotia per Ita-  
liam desperata haberet, effecit ut sua coniunx Antonina  
ab Imperatore enixius postularet suum ex Italia in Byzan-  
tium reditum: quod ideo facilius erat, quia bellum, quod  
Medi Iustiniano tunc inferebant, maximæ prudentiæ du-  
cem optare uidebatur. Ita Bellisarius ex Italia reuocatus,  
quinquennio serè postquam uenerat, in Græciam rediens,  
nō eadem fortuna fretus in hac ultima expeditione, qua in  
prima. Enim uerò non tam facile potuit Totilæ prudentiā,  
sicut Vitigis credulitatem perfidè capere, & illaqueare, sed  
eo ipso toto quinquennio per Italiam, nō ut dux exercitus,  
sed ut fugiuis, & sibi undiq; ob prauæ conscientiæ labem  
formidans, huc illucq; diuertendo confugit. Immo nonnul-  
li fide digni affirmant, ipsum ante ultima fata sua à Iusti-  
niano oculis orbatum, & omnibus fortunis usque ad ex-

Ruscianum  
capitur.

Græci ad Gotho-  
rum militiam  
se conferunt.  
Cologerius oc-  
cisus.  
Totila in victis  
clementia.

Antonina Belli-  
sarij uxor.

Iustiniano à Me-  
dis bellum im-  
fertur.

Bellisarius perfu-  
dia notatus to-  
to quinquen-  
nio nihil præ-  
clarum in Italia  
egit.

tremam inopiam spoliatum, per itinera publica oblectu habitu stipem implorasse, & tandem in fata commiseranda concessisse. Relicturus tandem Romanam, tria millia detentorum militum in eius presidio, quibus Diogenem legatum, uirum prudentem, & in rebus bellicis satis experientem, praefecit reliquit. Sub Bellisarij profectioe Gothi Perinthum longo tempore obsessam, uel & armis expugnauerunt.

## CAPVT VI.

**D**Einde Totilas expeditis Calabriae Apuliaeque urbibus ad obsidionem urbis Romae redire constituit. Uenerunt enim ei animos Bellisarij recessus, & res Gothorum ubique per Italiam prosperae, Graecis interim multa aduentu tate contractis. Igitur contracto undique exercitu, Romanam ueniens urbem obsedit: sed legati & militum maxima diligentia portae, & muri custodiebantur. Itaque in longum tempus obsidio protrahabatur, nec spes ulla Gothis reliqua fuit, nisi ut obsessi fame expugnarentur. Durante ea urbis obsidione, permulti ex Italia uiri, qui tunc Constantinopolim erant, summo studio Iustinianum precabantur, ut bellum cum maioribus copijs in Italiam remitteret, ad obsidionem urbis Romae dissoluendam, alioquin res aduersam ruinam tendere ostendebant. Haec eadem Gothi ob id ex Urbe missus, publico nomine postulabat. Iustinianus autem, etsi responderet, res Italiae sibi curae esse, animo disserendo & procrastinando nihil efficiebat, donec impunitissimis precibus infestatus, Liberium quendam ex nobilitate Romana Italico bello ducem pronunciareret. Sed quomodo modum ab initio in apparatibus bellicis faciendis uehementer fuit, ita facile alijs superuenientibus curis confestim intermisit. Quocirca irrita expectatioe inter moras & apparatus tempus abscessit. At Roma interim durius obsidebatur. Gothi enim

Diogenes Iustiniani legatus. Perusia à Gothis expugnata.

Roma iterum à Totila obsidetur.

Godinus. Iustinianus in re bellica tepidus.

ubi enim expugnata urbe Portuensi, ne quid per Tyberim ad obsessos importari posset, effecerant. Oppida quoque Urbis finitima ferè omnia in potestatem suam redegerant, ne quid auxilij inde Romae deferretur. Fuijsetque Urbis facile, inualecente fame, à Gothis superata, nisi Diogenis & eorum, qui in obsidione premebantur, industria, tempestiuumque consilium futurae inopiae precauisset. Quicquid enim soli intra muros fuit uacuum aedificijs, frumento conseri fecerant: quo contigit, ut priusquam comeatus deficeret, matura sit seges intra Urbis moenia collecta. Erantque per hoc Romani diu lataturi obsidionem, nisi aliquot Isauricorum militum astutia ad manus Gothorum peruenissent.

## CAPVT VII.

**C**um enim illi Isaurici milites portam Capenam (quae est in uia Ostiensi, qua itur ad S. Paulum) custodiendam accepissent, atque inter se conquererentur, quòd multorum annorum stipendijs fraudarentur, simulque grandia speraret premia, clam ad Totilam profecti, pollicentur se eum in urbem introducturos. Qui etsi iam de tempore, & loco conuenerant, ueritus tamen Totilas, ne qua uis interueniret, quominus sibi porta aperiretur, tale commentus est ludibrium, ut duo tubicines fluuiali scapha sedentes nocturno tempore aduerso Tyberi subuecti, Urbi sese occultè insinuarerent, inde repente terribile clasicum ederent. Ipse uero cum exercitu silentio profectus, non longe ab ea porta (quam diximus) consedit. Omnia successere secundum Totilam optata. Romani enim rati hostes esse ad eam partem, qua tubarum clangor audiebatur, ad eum locum undique conuolarunt, & qui uigilias circa urbem obibant, eo trepidi concurrerunt. Dumque omnes concurrant, & cetera negligunt, Isaurici soli relictis, porta refracta Totilam & Gothos intra urbem

Portuensis urbs à Gothis uicta.

Roma frumento conseritur.

Isaurici milites Romam Totila tradunt.

Totila Stratagemata in ex parte grada Romae.



Græcorum  
fuga.

Diogenis pe-  
riculum.

Paulus Cilix.

Hadriani mo-  
les.

Castellum An-  
geli.

Mors turpitudi-  
nis anependenda est.

ben receperunt: statimq; Græci nõ de resstendo, sed de lo-  
giendo cogitabant. Diogenes etiam præfectus, quando na-  
la remedia superesse uidebat, cum parte militum Romæ  
gressus, Centumcellas petere contendit. Sed Totilas hosti-  
re suspicatus, insidias eo itinere collocauerat: in quas Di-  
genes incidens, magna suorum militum parte amissa, se  
grauiter uulneratus, uix atq; anxie euasit. Est quoq; in  
be aliquot locis satis atrociter dimicatum: sed uir uir-  
lix genere Paulus, equitum alæ præfectus, prælio pluri-  
locis commisso, usq; ad lucem memorabilem pugnam ad-  
dit circa Hadriani molem, quò omnis Gothorum impetu  
incubuerat: alibi aut tantum fuga fuerat, aut breuiter  
men remiserat. Insederat ille pontem, molem; à tergo  
nihil opitulata est: insigniter hic certatum est, Gothi im-  
pellantes, quò ì tam pauci uictoriam iam partam im-  
pellantes, magnam stragem in uictores æderet. Quod  
Totilas attenderet, receptui cani iussit, testatus stultiti-  
mētis ducis esse, à uictō que gratis assequi posset, uictō-  
rum sanguine redimere. Teneant, inquit, locum, dum  
eos nobis tradat hic assidentibus intra biduum, aut tri-  
nam ne in crastinum quidem paratum habent, uictō-  
Quibus uerbis apparet, ad id tempus Hadriani  
(quam nunc castellum Angeli uocant) sine commo-  
præsidio fuisse. Erant cum Paulo Cilice equites quò-  
genti fortissimi, qui postridie remissa pugna cogita-  
bant quid sibi potissimum agendum esset. Erant qui  
rum carnibus sustentandam obsidionē suadebant. Hoc  
sus consilium horrorem quandam insoliti cibi haberi  
batur: fugæ uerò spem circumfusa Gothorum agmina  
rebant. Restabat igitur deditio, que eis uideba-  
tar plena dedecoris, & ter-  
roris.

CAPVT

CAPVT VIII.

**T**VM Paulus ad eos uerba in hunc modum fecisse me-  
moratur: Quocunq; inquit, nos uertamus com-  
mitones, extrema nobis adesse uidetis. Nam fugæ qui-  
dem nulla facultas est, circumfusi hostium copijs, ac nos  
impigrè obseruantibus: dediitio autem supra turpitudi-  
nem, uilitatemque consilij, etiam Gothicam seuerita-  
tem pertimescit: durare uerò in obsidione, ac carnibus e-  
quorum pasci, eorum forsā esset, qui auxilia sibi uentura  
expectarent: nobis autem ea spe carentibus, nulla ratio  
suadere hanc tolerantiam potest, nisi uilissima detra-  
ctio mortis, ceu pueri formidolosi dolore confici malunt,  
quàm ferro secari. Ego uerò dedi hostibus, & tabescere  
inedia, eorum esse puto, qui cor & sanguinem non ha-  
bent. At nobis manu strenuis, & præliorum non insue-  
tis, gloriosa mors est complectenda. Sic enim moriamur,  
ut sanguine hostium madentes, non inulti cadamus. Nec  
videat hostis nostro interitu, sed flet: nec iugulum no-  
strum præbeamus hosti, sed iugulum suum ferro nostro  
perfringamus. Quid enim paucorum annorum acces-  
sio nobis prodesset, cum etsi nunc seruati, paulò post si-  
mus morituri? Gloria extendere uitam hominibus po-  
test, natura non potest. Ite ergo mecum ad gloriosam mor-  
tem, quam ciues simul & hostes admirabuntur, ac laudi-  
bus perpetuis in cælum ferent. His dictis equites uehemen-  
ter incensi, sese morti deuouerunt. Quare complexi sese  
inuicem, & osculati, certissimo moriendi proposito ad  
dimicandum sese parant. Consilium erat in proximam Go-  
thorum stationem impetum facere, ac cum totum exerci-  
tum in se uertissent, fortiter dimicando occumbere. Sensit  
id Totilas, ac simul ut uidit hostē ad extremū se casum præ-  
parare, uertit ne desperatio, & uirtus paucorū maiorem

Pauli Cilicis o-  
ratio ad com-  
mitones mili-  
tari fortitudi-  
ne plena.

Pugna ad er-  
desperatos pe-  
riculosa.

L A

Gothis cladem afferret, caduceatore ad eos misso conditionem obtulit, uellent ne equis & armis relictis incolunt abire, an omnia retinentes secum militare. Læti eo magis equites, præter ipsum ducem, qui cum Mando Imperatoris ad Iustinianum, ob coniugis & liberorum affectum, redi maluit, cæteri conditionem accepere.

## CAPVT IX.

Totila pietas in signis erga deos.

**T**otilas, quemadmodū semper antea ex Gothica pietate facere consuevit, Romanos, qui in templis arboribus gerant, incolumes præstitit: nec Urbem aliquo modo uoluit, sed summam diligentiam adhibuit, ut in pristinam dignitatem assurgeret. Aedificia uetustate, uel alio casu collapsa studiose restituit: mœnia Urbis, quæ Bellisarius semperina reliquit, sine mora consummauit: ludos equestres, ac præter magnificentiæ opera, quæ florentibus rebus celebrabantur, restituit, quod Romani ciues per ciuitates dispersi, maiore in patriam desiderio redirent. Iamq; non sicut ac pater cum charissimis filiis inter Romanos modestissime uiuebat, oblitus pristinae seueritatis, qua in eos, dum priores naces hostes essent, uti consueuerat. Hæc tanta uarietas credibilisq; in moribus eius benignitas, ab illo promissa credebatur, qui corda Regū in manu sua continet, & pæcunq; uult ea conuertit. Alij ex uoto Apostolis factis processisse credunt: alij ad utilitatem, opportunitatemq; bellicis totum referebant: alij arbitrati sunt cum permolestè uoluisse, quod se Francorum Regis filie nuptias petente, esse uulgò à Gallis iactatum, non esse Totilam Italiae Regem, cum Urbem Romam ciuibus uacuauerit: qua suggestione permotum ferunt, ad ciues reuocandos animū conuertisse. Sed uerisimilius est, quod scribit beatus Gregorius, post primam Urbis captiuitatē Totilam cum S. Benedicto Abbat

Totila cū S. Benedicto colloquum.

bate congressum in Bauro, ubi ille uetustum Apollinis templum in monasterij usum uerterat. Volens enim Rex experimenta sumere sanctitatis, si Benedictus incomperta nosset, & famam prophetici spiritus operibus adimpleret, & uno ex comitibus (quem Regia ueste sua ornauerat) præmisso, ipse inter commilitones ad subornati Regis obsequiū sequebatur. Prodiert in templi uestibulū Benedictus, magnanimū Regem humillimè excepturus, cum turba illi obuia sese in duas partes scidens medium reliquit illum, qui superbisimo incessu gradens Totilā simulabat. Sed uir Deo plenus, quem nunquam uiderat cognouit, & ad reliquū comitatum abire iussit, Totilam oculis manūq; indicatum euocauit, hortatusq; fuit, ut Deum timeat, sanctimoniam ueneretur, iustitiam sectetur. Prædicat quod Romam denuo caperet, & Siciliam in suam potestatem redigeret, & demum nono anno regni sui superatus occumberet. His itaq; beati Benedicti suasionibus effectum esse credebatur, ut Totilas deinceps se omnibus benignissimum demonstraret.

Benedictus Abbas spiritus prophæta clarus.

## CAPVT X.

**E**xpeditionem post hæc in Siciliam parauit: cuius rei gratia permagnam longarum nauium classem effecit: cui etiam multas onerarias naues adiecit. Dumq; ea parat, Centumcellas in ora Hetruriæ, terra mariq; obsidere constituit. Sola enim ea urbs in ea parte erat, quæ nondum in Gothorū uenerat potestati. Præerat eidem urbi Diogenes, quem nuper fugisse Roma ostendimus, erantq; circa illum milites haud contemptibiles. Totilas igitur, missis ad Diogenē legatis, uel pugna decerneret, uel urbem dederet, postulabat: at utrunq; est illis negatum. Respondit enim pugnam sibi in animo non esse, dederè uerò urbem (salua estimatione ac fide sua) non posse, nisi Imperatore cōmonefa-

Totila in Sicilia expeditione.

Diogenes Græcus.

Arces non facilè hostibus tradendas.

cto, ac auxilijs postulatis. Atq; ita cum honesta et iusta diceret uideretur, conuentio quædam fit inter utraq; partes, nisi Iustinianus Imperator certior factus per se, uel per aliquem opem tulerit, ad constitutam diem Centumcellas Diogenem esse traditurum. In hoc pacto dantur utriusq; obsequia, ut interim Rex nihil in urbem moliat. Post hæc Totilas obsidione soluta, ad bellum Siciliæ conuersus est, ita uti; obiter Rhegyum expugnare: est id oppidum in Calabria Siculo freto proximum. Termundus, qui urbis presidio præerat, ualida manu impugnationem Gothorum uerit. Igitur Totilas inde profectus Tarentum inuasit, ob ea urbe breui potitus. In Siciliam deinde transgressus, aliquot parum munita loca partim uicincta, partim debilita, Syracusas terra mariq; obsedit. Per idem tempus Gothos quos ante secundam Urbis obsidionem Totilas in Picenniam aduersus Græcos miserat, militum supplemento auxilium cepere. Nec procul Rauenna conserto prælio, uerum Herulorum ducem cum omnibus copijs deleuerunt. Et qui apud Rhegyum obsidebantur, deficiente communi urbem Gothis tradiderunt.

CAPVT XL

**H**AEC cum in Italia fierent, Cethegus, Albinus, et filius uiri Cōsulares, Roma profugi, apud Iustinianum erant. Horum assiduis precibus Iustinianus fatigatus ad Italicum bellum reparandum, Germanum patrum suum ducem aduersus Gothos creat, magnosq; subsidiosq; paratus fieri iussit. Huius rei fama cum in Italiam peruenisset, Gothos ad maiorem rerum gerendarum curam excitauit. Obtinebantur adhuc à Græcis Hydruntum, Anconam, et Centumcellas, cætera uero loca per totam Italiam et Siciliam, erant in potestate Gothorum: quæ etiam multitudine

Centumcellas.

Rhegyum urbis tandem expugnatur.

Tarentum à Gothis expugnatum.

Gothi Græcos denuò uincunt.

Uerum Herulorum dux,

Iustinianus Germanum patrem suum ducem aduersus Gothos constituit.

clinari ceperunt ad partes aduenturi Germani, quod Mathasuentæ Theoderici neptem post mortem Vitigis uxorem acceperat. Cum autem esset Germanus in Illyrico, Sclauinorum gens transmissa Danubio Romani imperij prouincias inuasit, tantumq; metum Iustiniano intulit, ut Germanum iter in Italiam ceptum intermittere iuberet. Quæ res magnam præbuit Gothis facultatem, ut rebus suis ubiq; prudentius prouiderent. Præterea Germanus cum adhuc in Illyrico esset, fato defunctus est. Exhibant interea dies, quos sibi Diogenes ad tradendum oppidum Centumcellas præstitisset, et iam tradere monitus, respondit, rem esse non sui iuris, esse ducem in itinere, cuius arbitrio res gerenda essent. Ignorabat enim se ab homine mortuo auxilium expectare. Imperator deinde factus de morte Germani certior, filios, quos secum duxerat puberes, iussit patris loco exercitus curam suscipere, quod per illos non minus, quam per patrem sperabat gentem Gothorum sibi conciliare, accedente procuratore Ioan. Vitaliani, qui Germani gener erat, et iam per Italiam rerum gestarum magnitudine notus. Is cum adolescentibus exercitum Salonas perduxit, inde aspirante primo tempore ueris Rauennam traieciturus.

CAPVT XII.

**I**NTEREA Imperator periclitanti Siciliæ opem allaturus, Liberium cum magnis copijs illuc emisit: qui non resistentibus Gothis Syracusas ingressus, maiori oneri quam commodo obsepsis erat: nam aucta hominum multitudine, fames indies magis augebatur. Quamobrem paucorum dierum numero euoluto, clam inde egressus, et Gothorum insidias frustratus, Panormum euasit. Sed non diu in eodem proposito Imperator perseuerauit. Confestim enim ut Liberius cum adiunctis sibi copijs enauigasset, Artabanem in eius locum tradita denuò classe constituit, da-

Germanus Mathasuentæ maritus.

Germani mors.

Liberius à Iustiniano contra Gothos mittitur, et Syracusas occupat.

Iustiniani in Sicilia.

to præcepto, ut Liberium remittat, & ipse cuncta per Siciliam disponat. Præterea à mutato iterum atq; iterum consilio Narsetem Eunuchum suum ducem Italici belli declaratum Ioanni scribit, ne ex Salonis soluat, priusquam Narsetem Illyricum peruenisset, penes quem totius belli summa, forma erat. Valebat Narfes plurimum gratia apud Imperatorem, cuius aulam suo arbitrio administrabat, uir ad omnia uirtutis opera natus, magnus quidem consilio, sed religione & pietate maior, qui multo plura sit uigilijs, & rationibus apud Deum consecutus, quam ceteri armis conficerent. Erat præterea natura munificus: quæ uirtus in primis apta est ad fauorem conciliandum. Iuuerunt proinde ducem in comparando bello conciliata hominum studijs atq; omnium maxime Regum quorundam amicitie, populorumq; clientelæ, quos ille perpetuo apud Principum trocino protexerat. Exercitu itaq; opulentissimo instructo, ex Byzantio in Thraciam transijt, fuitq; nonnihil Philippopoli de Hunnico tumultu sollicitus. Enumero sub tempore gens ipsa Macedoniam & Thraciam cæde, incendio, rapinis affligebat. Fortuna ducis, quæ ad res manuum eum traherat, effecit, ut dissipato Hunnorum exercitu, ror ille breui sit discussus.

## CAPVT XIII.

**N**arfes deinde in Italiâ ducere perseverauit. Nihil minus terribilem hostium apparatus contempserat, quin copiarum parte sub ducibus ad Siculum bellum equandum relicta, ipse de minacissimi belli euentu sollicitus, in Italianam transfretauit. Hic omnia circumspiciens, primam omnium opulentâ classem ad uexandam Græciam cum se, & ad ostentandam Gothorum potentiam id pertinere ratus, & ad hostium consilia euertenda, si priusquam Italiam

Narfes Italici belli dux à Iustitiano constituitur.

Narfes Hunnos deuicit.

Totilas Græciâ inuasit, dum Græci in eum exercitum ducebant.

inuaderent, audirent sua domi ferro & igni deflagrare. Diripuit Totilana classis Corcyram, insulasq; Corcyræ circumiectas: inde in continentem transgressa, Epirum, Acarnaniâ, & Aetoliam incendio & rapinis deuastauit. Obseruabant adhæc Gothi maris angustias, pluribusq; Græcorum nauibus interceptis, omnia illis infesta reddebant. Cæterum dum hæc alibi geruntur, Ancona interim in Italia à Gothis terra mariq; oppugnabatur. Valerianus Rauennæ præfectus, cum auxilium Anconitanis ferre proponeret, & uiribus suis diffideret, Ioanni Vitaliano periculum Anconæ urbis per literas aperit. Ille etsi præceptum Imperatoris haberet, Salonis ante aduentum Narsetis non moueri, tamen in tanto sociorum periculo nihil cunctandum ratus, classem armis uirisq; satis instructam educit, sitq; in mari obuius Valeriano cum sua classe proficiscenti. Colloquium inter duces eò contendit, ut iunctis uiribus ferantur in hostem, socijs obsidione periclitantibus suppetias allaturi. Nec Gothi, qui à mari etiam Anconam premebant, pugnam detrectarunt. Fit igitur nauale bellum magnis utrinque uiribus, & pertinacissimis animis: diuq; anceps pugna fuit, donec Græci maritimarum rerum expetiores, Gothos ad talem pugnam insuetos superarunt. Naues aliquot cum milibus mersæ perierunt, nonnullæ fuga elapsæ ad litus perueniunt: quas Gothi, ne in usum hostium uenirent, igne immisso combusserunt. Deinde relictis castris, obsidionemq; soluentes, ad Auximum urbem consternato animo abierunt. Græca classis portum ingressa, ingenti Anconitarum lætitiâ, mutuâq; gratulatione excepta est, hostium castra direpta, ac quicquid in eis commeatum fuit, in urbem est delatum. Ipsi duces Ancona digressi, Valerianus cum sua classe Rauennam, Vitalianus Salonas diuersi petiere.

Ancona à Gotho obsidetur.

Nauale bellum inter Gothos & Græcos.

Gothi uincuntur.

Gothicarum re-  
vō inclinatio.

**H**AEC pugna uehementer effregit Gothorum ad-  
mos, ut ex hoc tempore magna fuerit inclinatio  
rum Gothicarum. Totilas enim hac aduersa pugna cō-  
sus, magnam copiarum partem ex Sicilia reuocauit. Maq;  
Artabanes Iustiniani præfectus (qui Liberio successit) pe-  
tentior per Siciliam factus, non solum liberauit obside  
socios, uerum etiam Gothos pluribus locis per oppida ob-  
sedit. Nec multò post Crotoniatis longa obsidione Gotho-  
rum fatigatos, classis Græcorum ex improviso superna  
liberauit, ac hostes multa cæde perfregit, & prostratis  
quibusdam ex Gothis ad urbem Tarentinam, quibusdam  
ad Scyllæum montem propinquum se recipientibus. Qu-  
quidē strages superiori cladi adiuncta, multò magis Gotho-  
rū animos afflixit. Et iam præfectus Tarētī Regnaris inter  
Gothorū duces præclarus, alterq; Morras, qui Acheryp-  
præerat, cum oppidis quæ custodiebant, & cum milibus  
qui erant in præsidijs, à Totila ad Imperatorem defensa  
& motus quidam in Sardinia aduersus Gothos excita-  
nuntiabatur. Cum hic esset rerum per Italiam status, Na-  
ses per brumam copijs congregatis, se ad iter compo-  
ducto secum tanto exercitu, quantum uix alij similia  
duces in Italiam hoc bello adduxerant. Erat enim  
nisi abundans, & in largiendo munificus. Multa uero  
arma non solum ex Thracia & Grecia, uerum etiam  
alijs locis copias ingentes contraxerat. Nam & Alboinus  
Longobardorum Rex, qui Pannoniam sub armis regis  
duodecim millia lectorum militum ad id bellū in Narseti  
gratiam miserat. Procopius tamen non amplius quàm  
quinque millia prodidit. Paulus uerò, & Sigibertus, &  
Guido Rauennas, numerum maiorem posuere. Affertur  
etiam Narseti tria millia Herulorum, Hunnorum quoque  
magis

Gothorū duces  
& præfecti ad  
Iustinianū de-  
ficiunt.Narsetis exerci-  
tus potentissi-  
mus, & pene  
innumerabi-  
lis.Alboinus Rex  
Longobardorū.Heruli.  
Hunni.

maior numerus, & Persarum multitudo haud contem-  
nenda. Accesserunt & Gepidarum copie, ne aliqua illa-  
rum Orientalium partium natio defuisse uideretur. Erant  
præterea in Illyrico cum Ioanne Vitaliano ingentes co-  
pie, quæ simul cum alijs coniunctæ, exercitum innume-  
rabilem effecisse uidebantur, aut certè multò firmiorem &  
instructiorem, quàm ullus unquam antea ex Byzatio mis-  
sus fuerat. Visaq; sunt omnia Orientalis imperij regna suis  
sedibus auulsa, cōtra Gothos properare. Iustinianus quoq;  
(ait Procopius) misso oratore Leontio, Theudibaldum  
Francorum Regem in Gothos sollicitauit: quæ omnia sum-  
me necessaria fuisse affirmat Sabellicus: nunquam enim (ut  
ille inquit) à principio Gothici belli maiores fuisse Gotho-  
rum opes in Italia, nec cum acriore hoste erat bellatum,  
aut solertiore, quàm erat Totilas.

Perse.  
Gepida.Fræcorum Rex  
in societatem  
belli à Iustinia  
no sollicitatur.

## CAPVT XV.

**N**ARSES igitur ut primum uer aduentaret, ex Dalma-  
tia per Liburniā, Histriam, & Iapidiam Italiae fi-  
nes ingressus, circa Aquileiam consedit. Inde duo itinera e-  
rant, quæ Rauennam ducebant: aliud breuius per mariti-  
ma, sed ibi paludes, & stagna, & fluuiorum ostia difficul-  
tatem plurimam præferebant: aliud mediterraneum per  
Veronam, & fluminum uada, ubi pauci multorum tran-  
situs facile impedire possent. Sicut enim ripæ, ita & aquæ  
in altum descendunt, ut difficile transeantur. Totilas eas  
scies itinèri difficultates, Teiam ex ducibus præstantissimū  
misi, ut apud Veronā consistens, Narsetē transitu Athesis  
prohiberet, aut si uiribus ea fluuiorum impedimenta supe-  
rasset, propè sequens quocunq; uaderet à tergo infestaret.  
Hec cum Narseti insinuata essent, duodecim millia equi-  
tum Longobardorum per mediterranea misit, ut hostem

Narseti in Ita-  
liā ingressus.Teias dux præ-  
stantissimus.

Longobardi gē  
Gothica.

destineant, donec ipse cum ceteris copijs maritimo itinere  
Rauennam perueniret. Itaq; Longobardi, gens Gothica  
originem & fortitudinem referens (ut supra memorauimus)  
ab Aquileia profecti, nullo prohibiti impedimento  
ad Athesim peruenierunt. Erat autem tunc mensis Iulii  
(teste Agnello) quādo Narses Rauennam intrauit. Quem  
tunc facile fuit Longobardis uado, aut ponte facto Athesim  
transmittere. Exinde Tartarum & Mincium, qui amnes pro  
estatis sydus parum aquis tument, transgressi, nullo pro  
hibente ad Padi ripam è regione Brixillæ peruenimus.

## CAPVT XVI.

Narses auxilio  
Venetorum Go-  
thos uicit.

Vsrilas Gothus  
Arimini præ-  
fectus occidi-  
tus.

**T**EIAS paucitati suorum diffusus, hosti tot copijs in-  
cincto cōgredi non audebat. Narses autem nauibus  
Venetorum adiutus, fossas ac paludes, Lacus & ostia flumi-  
num transiens, Rauennam cum toto exercitu intrauit. Et  
postquam nouem diebus recreandi exercitus gratia con-  
disset, Romam adire contendit. Euntem Vsrilas Gothus  
uir impiger, cum esset Arimini præfectus, impedire con-  
batur. Dimicatum est acriter ante urbem. Sed cum Vsrilas  
uellemus in hostes irrueret, telo transfusus obi-  
uit. Amisso duce milites animo perculsi in urbem con-  
giunt. Caput Vsrilæ ad Narsesem relatum est. Narses  
rò tali est letatus augurio, quòd primo congressu dux de  
uersæ partis à suis interfectus esset, atq; in maximam spe-  
rectus iter ad Romam accelerabat. Quamuis enim præ  
negotio Ariminum in suam potestatem redeisset, noluit  
tamen tantas copias unius oppidi obsidione occupari. Ad  
Longobardi, qui iam ad Brixillæ moenia consederant, milia  
tam ex uicinis agris prædam congerebant. Quo comper-  
to Totilas ultionis cupidus, atq; illatarum iniuriarum im-  
paciens, ex Circumpadanis, & tota Cisalpina Gallia milia

te euocato, præceps in hostem fertur, ne Teia quidem for-  
tissimo duce expectato, quem ex Verona accersuerat. Lon-  
gobardi, quia equitum numero præstabant, etsi magnus  
erat Gothis peditatus, pugnam ferociter cepissent. Toti-  
las (quod plerisque summorum ducum accidit) nullum eo  
die, ut qui sibi esset ultimus omnium humanorum operum,  
optimi ducis officium prætermisit, aut in disponenda acie,  
aut subsidijs locandis, præliog; reparando: nec unquam  
circūspectus, fortiusq; pugnauisse uisus est. Sed tum fortu-  
na fuit, ut Totilas Gothorum Regum fortissimus, à Lon-  
gobardorū gēte superatus occumberet, quasi in fatis fuis-  
set, Gothicā gentem à nullo populo, nisi qui ab eorum pri-  
ma patria erupisset, superari potuisse. Enimuerò hi & illi  
(testatibus ueris historijs) Septentrionalem insulam Scan-  
dianam primæ suæ originis patriam (ut dictum est) agno-  
scunt. Pèrijt itaque Totilas nono anno postquam regnare  
cœperat, quod ei in Bauro à beato Benedicto (ut diximus)  
longè antea fuerat præmonstratum. Fateor tamen Pro-  
copium aliter de obitu Totilæ scripsisse, eiusq; occasionem  
postquam undecimum annum regni sui attigisset, non Lon-  
gobardis, sed Græcorum copijs attribuisse. Sed ego in hac  
re maiorem fidem tribuo historijs Italarum, qui affirmant  
Procopium longè antea cum Bellisario ex Italia discesisse,  
& ob id Totilæ cædem minus compertā habuisse. Vicinjs  
tamen fuerit, certum est, clarissimum atque potentissimum  
Regem, post plurima & admiranda fortitudinis opera i-  
tad'ecessisse, ut sit toto memorabilis æuo, siue ipsum ori-  
gine Gothum (prout erat) affirmauerimus, siue etiam  
Venetum dixerimus: quia natus erat Taruisij in sua pater-  
na & hereditaria urbe, quæ inter clariores Ven-  
tiarum ciuitates famam & gloriam obti-  
net immortalem.

Gothorum &  
Longobarda-  
rum pugna.

Totilas Gotha-  
rum Regū for-  
tissimus à Lon-  
gobardis occi-  
sus.

Totilas origine  
Gothus, natus  
in autē Ven-  
tiarum.

Teias Rex 47.  
externus.

**T**eias deinde Fredigerni filius à Gothis, qui suorum pugnae superfuere, & Ticinū se receperat, Rex creatus est. Erat enim is bellicæ rei ualde peritus, & assuetus atque in dubijs rebus consilio circumspectus. Bellum impetruit impigro animo, & uigilanti studio reparare conatus, uicinas gentes in societatem belli acciuit: factiq; eius opera belli apparatus, quos Narsetem oportuit fructu midare. Nam Bucelinum, Aningum, & Lotharium Francorum & Burgundionum duces, quos Theobaldus Ratiarum in Ligustia, & Alpibus, ac prouincia Narbonensi uiderat, liberali ac magnifico promisso stipendio aduocauit. Vocatiq; maximas aduehentes copias, ad Clastidium agri Papiensis oppidum Pado uicinum confedere, quod facile ad eos commeatu undique apportari possent. Totilas autem quàm primum Rex declaratus fuit, thesauros, quos Totilas Papiæ congefferat, accepit: quibus acceptis, Gothorum animos in pristinam & maximam spem erexit. Interea nuntiata est Narseti Totilæ mors, cum oppidum Luceolos, inter ciuitates Vrbinum & Eugubium colatum, oppugnaret. Eo oppido Narfes in potestatem uenit, & Narniam quoque occupauit: apud quam pauca castra consedit, ut priusquam Romam iret, ciuitates eius, quæ in potestatem uenerant, ordinaret, prouideretq; quæ Gothorum præsidij defensata post terga remanentia Spoletinis militem ad præsidium (dum muros resisterent) concessit. Est & Perugia in deditioem accepta à Narsete, qui post hæc Romam profectus, eam obsedit. Sed ad primum eius obsidionis tempus, molestissimum ad eum nuntius est allatus de belli societate à Burgundionibus, & alijs cis cū Gothis inita, & copijs quas Teias Rex supra omnium opinionem reparauerat. Quare in maximas ductus dispo-

Teias Francorū  
societatem op-  
tat cōtra Gre-  
cos.

Luceolos oppidū  
à Narsete vi-  
ctum.  
Narnia.

Spoletum.  
Perusia.  
Narsetes Romam  
obsedit.

cultates, quid primo uel ultimo loco ageret ignorabat. Nam enim Longobardorū gentem, quam de Italiae occupatione suspectam habebat, magnis donatam muneribus domum remiserat: quæ secum omne ferè robur copiarum traxerat. Ceterum fortuna (quæ in omni re multum posse putatur, ut uulgus existimat, sed in re bellica plurimum) iacentem Narsetis animum in spem pristinam erexit, oblata illi ex insperato Sisualdi Herulorum Regis societate, ea conditione, ut si Gothi Italia eijcerentur, ipse partem eius terræ, unde illi eiectionis essent, circa Alpes sortirentur. Erat Sisualdus ab eo procreatus, quem Theodericus post occisum Odouacrem cum Herulorum manu in Taurinis & Eporedijs collocauit, atque in generum & filium adoptauit. Sed tunc Gothus uideri poterat seruasse eos, à quibus Gothi tandem perderentur.

Sisualdus Rex  
Herulorum.

**N**arfes itaque nouo subnixus foedere, Valerianoq; ex Rauenna Brixellum, & Tannetum cum suis copijs occurrere iusso, ut Gothos procul distineret, omni metu, qui à tergo impendebat, liberatus, Romam aliquanto etiam arctius, quàm antea urgebat. Conditio uerò urbis Romæ per ea quidem tempora hæc erat: Ciues superioribus calamitatibus afflicti, non admodum multi in Urbe uersabantur. Solitudo nonnullas uias totas habebat: ædificia in pluribus locis collapsa cernebantur. Neque enim Totilas reparationi suffecerat, & (ut credere par est) ciues ipsi, ne toties famem, & alia obsidionis mala experiri cogerentur, priusquam Urbs à Narsete obsideri cœpta sit, multi in uicina oppida dilapsi, Urbem admodum infrequentem reddidere. Itaque Gothi magnitudinem Urbis tueri posse diffisi, locum delegerant non magnum iuxta Hadriani.

Roma qualis e-  
rat in aduentu  
Narfetis.

*Gothi iuxta Hadriani molem obsessi.*

*Roma à Narfete expugnatur.*

*Narfes iuxta Roma feliciter pugnat.*

*Ragnerius Gothus, & eius astus.*

*Macurium.*

molem, quem egregie uallo fossaq; munitū ad cetera moenia coniunxerant. Custodiebant tamen moenia, sed modeste tanti ambitus defenſandi, si ualidior aliqua oppugnatione moenibus immineret. Nec illi sua decepti opinione perire. Siquidem Narfes, dum pluribus est locis Urbem expugnare adortus, facilius quam putarat expugnauit, ea partissimum parte, qua muri (uirorum defectu) propugnata res non habuere. Inde clamor factus captam Urbem ostendit, Gothiq; omiſſa defensione, alij Portuensē urbem petierunt, alij in arcem Hadriani se receperunt. Per hunc modum Narfes Romam occupauit: arcem uero tumidissimam, haud multo post tempore pacatione, non armis cepit. Ita fortuna hunc nouum ludum lussit, ut paucis diebus Vrbs omnium clarissima sepius sit capta, quam obsidione Gothi autem post amissam Urbem ira atque indignatione succensī, nonnullos Romanos Senatorij ordinis, & Patricij generis, quos tanquam obsides in Latijs & Campanijs urbem antea transtulerāt, occiderunt. Nec Narfes postquam Urbem in otio fuit, sed solerti hostium inspecta primò Portuensē urbem illis ademit, inde Centumcellas & alia loca urbi finitima.

## CAPVT XIX.

**P**ER id tempus Ragnerius, qui Tarento praerat, Teiam factum Regem, Francosq; in societatem tueros audiuiſſet, poenitentia ductus, quòd ad partem Adriani transiſſet, ad Gothos redire constituit. Ut uero obsides reciperet suos, hac inceſſit astutia: Ad Macurium Hydrunti praefectum mittit, & auxilium postulat aduersus Gothorum copias, quas contra se uenturas cognouiſſe simulauit. Misit Macurium nihil fraudis suspiciens quinque milites. Hos Ragnerius, in potestatem redactus, in

misit, misitq; ad Macurium, ut sibi suos obsides restitueret, similes quos Tarentum miserat, cuperet esse incolumes. Sensit ille sibi grauius illuſum, ac simul ira accensus, paucisq; militibus in praesidio Hydrunti relictis, ipse cum caeteris copijs aduersus Ragnerium profectus est: quem etiam in pugnam descendere ausum in fugam conuertit. Milites tamen suos à periculis eripere nequiuit: omnes enim à Ragnerio ante congressum trucidati fuerunt. Deinde Ragnerius, cum omnes uiae ab hostibus praeclosure essent, nec in Tarentum regredi posset, Acherusiam ad suos delatus est. Eodem tempore Sisualdus ex Alpibus in Gothorum loca nullo praesidio munita impetum fecit: & quia Gothi ab ea parte nullas insidias metuebant, urbes, oppida, castella die noctūque patere sinebant. Abportatum est itaque ex Gothorum finibus quantum Sisualdus uoluit, aut potuit. Potuit autem multum, quando fraudibus pugnando, magis latronum quam strenuorum militum morem imitaretur. Vertisset Teias in Sisualdum tantam belli molem, nisi eodem tempore circa Ariminum suos obsidione teneri, atque in Piceno bellum instauratum accepisset. Quare non Gothorum modò, sed Theodebaldi Regis copiarum ducibus concione contractis, in hunc modum uerba fecit:

*Sisualdus hostis improuisus.*

## CAPVT XX.

**Q**UAMuis multa sint, uiri fortissimi, ad rem bellicam necessaria, nihil tamen aequè ac consilium ualere putandum est. Id enim non solum publico omnium consensu, sed ipsa experientia, quae rerum est omnium magistra, compertum habemus. Equi, arma, opes, naues, classēs, exercitus, corporis robur, animorum magnitudo, fortuna deniq; ipsa, quae in bellicis rebus plurimum posse existimamus.

*Teiae oratio.*



Consilij in bellis  
suprema uis.

Prudentia om-  
nium consilio  
sua mater.

Greci suggillan-  
tur.

tur, nisi bono consilio dirigatur, tanquam fluxa caducae  
euanescent, sepeq; illis perniciem asserre solent, qui eis in-  
nesciuerunt. Stulti quoq; illi milites censendi sunt, qui om-  
nia a fortuna potius, quam a providentia dependere effe-  
māt. Nihil est enim tam necessariū in re militari, nihil tan-  
salubre, quam prudentia, quæ est omnium consiliorum me-  
ter. Quæ cum ita sint, considerandum est nobis, quid cum  
uiribus abundemus, simusq; multo superiores hostibus co-  
pia et uirtute armorum, ne imprudenter et temere pro-  
gnādo ab eis superemur. Quid enim uirum est in Graecis  
quod possit nobiscum comparari? Auxiliares copias pro-  
modicas habent, easq; parum beneuolas, aut obsequiosas.  
Longobardos cōfestim post prima bellorum auspicia, quod  
suspecta erat illorum fides, tanquā sibi potius uellent uiuere,  
re, quam Græcis, abire iusserunt. Itaq; multo maximam  
partem pars ex Græco milite constat. Quod autem genera-  
hominum sint Græci, satis uobis compertum existimo. La-  
quax profecto et garrulū, plusq; uerborū secum ferentem  
prelium, quam audaciæ. Quando enim per tot annorum  
spatia cum Gothis feliciter pugnauerunt, quin semper  
eti sint, et uelut uilissima pecora a nostris ad facietibus  
st. fusi, fugati, quamuis multo plures numero fuissent? In  
naualis pugna illis prospere cecidit, nō eorum, sed socii  
nauium uirtute. Paucos præterea ueteranos milites hæc  
cætera multitudo tyronum est, ut uix deprehendi queat,  
utrum dux illis, an illi duci minus noti sint. His itaque con-  
sideratis, quis nisi stultus illam Græcorum imbelliam cum  
Gothorum uirtute, quis tyronum exercitum cum ueterano-  
rum fortitudine, illaq; modica et infida illorum auxilia  
cum his quæ nobis assunt, fide, uirtute, armis multo pro-  
stātiora compararet? At forte quispiam uestrum dicet: Apud  
nos quidem cætera potiora sunt, dux tamen apud illos

los fortior, et prudentior est. Sed cum eo duce nobis est  
res, uiri fortissimi, qui ne uir quidem iure dici possit, sed  
mollissimus eunuchus, cui in tota uita speculum pro pro-  
ma fuit, pro ferro calamistrum, pluma pro lorica, pro  
sudore unguentum, ut merito timeri possit, ne cum mol-  
lissima femina, et non cum uiro bellum gessisse uideamur.  
Cum igitur Narses sit talis, quis illum cum uestro duce  
comparat, quem in armis natum, atque in rebus bellicis  
a pueritia uersatum non ignoratis? aut quis ex nostris tyro-  
nibus (si qui sunt) tali duci nō præferatur? cui nō ars, non  
uirtus, non experientia adest ulla: qui præter molliem  
nihil ad bellum tulit. Quocirca cum in cæteris omnibus  
hosti præualemus, conandum est nobis, ne consilium no-  
bis defuisse uideatur. Considerate ergo quid sit illud, de  
quo ad uos referendum duxi. Cum enim hostes modò res  
nostras non uno in loco impugnant, nosq; partim per la-  
trocina Herulorum infestant, partim circa Brixellum ad  
nos impediendos castra collocata custodiunt, Ariminum  
diuersa obsidione molestat, Picens ager indignè uexatur,  
Romam Narses eunuchus tenet. Proinde decernen-  
dum est per uos, uiri fortissimi, utrum in unam partem to-  
ta uis belli conuertenda sit, an diuiso exercitu omnibus lo-  
cis occurrendum, lateq; tota Italia bellandum. Hoc (ut li-  
berè dicam quod sentio) multo tutius mihi uidetur, atque  
honestius ad nostræ fortitudinis opera ostendenda: sed  
uos in medium consulite, et quid magis expedire uidebitur  
declarate.

Narses quia eu-  
nuchus contem-  
nitur.

CAPVT XXI.

**F**uitq; deinde plurimorum sententia conclusum, o-  
mnibus simul locis subueniendum esse, quemad-  
modum Narses suas copias in diuersas partes diuiserat,

Tetas Gothos in  
diuersas Italiae  
regiones distri-  
buit.

ad uexandas omnes Italiae regiones. Placuit itaque Fracos & Burgundiones trans Padum aduersus Sisualdum gerere bellum, Teiam uero, ut caeteram Italiam liberet, re-  
 quas copias educere contra Narsetem. Deliberauerat autem Teias apud se solum, nullo penitus conscio, Ariminum ab obsidione Fagae ducis liberare: sed in diuersum abiens, uisus est uelle in Hetruriam proficisci. Quam profectionem Valerianus Tanneti praefectus irridens, prohibebat Teiam ad apertas Graecorum insidias peruenturam, sed Teias prudentius rebus suis consulens, Bononiae proter omnium opinionem appropinquabat. Qua ex re Valerianus perterritus, risum in timorem conuertit, atque ut insaniciens cum copijs aduolauit. Sed Teias interea tanta celeritate iter confecerat, ut prius ipse Ariminum, quam Valerianus Bononiam applicuerit. Fagas autem praefectus Teiae aduentum, obsidione soluta in proximos motes fuga saluatus euasit. Teias Ariminum ingressus se confirmauit. Deinde castris in medio inter Ariminum & Caesenam positus, uirumque urbem ab hostibus tuetur. Ioannes autem Fagas tempora & occasiones obseruabat, quibus posset Caesenam occupare. Quo officina est, ut Teias infelici usus consilio, in illis locis nimis moraretur, temporaque parum utiliter contereretur, ubi in Picentes ante brumam, quae imminabat, ducens tuisset. Tanta enim nix interim cecidit, quantum nix homines antea meminerunt, diuque durans terram coarctavit, ut necessarium fuerit, equos & iumenta alere cibis, calamisque tectorum. Quare tum pabuli inopia, tum fignorum magnitudine magna equorum uis hyeme illa consumpta est, & Graecorum arma liberius per Picenum euagata, maximam eius terrae partem ad Iustinianum protulerunt. Narfes enim tam diuturnam ab hoste quietem

Fagas Graecus Ariminum obsidet.

Valerianus Graecus Tanneti praefectus.

Teiae celeritas.

Teiae mora perniciosa.

Nix nimia & diu durans.

Equi fame consumuntur.

Narsetis uictoria in Campania.

Aus, omnes Campaniae ciuitates, praeter Cumas, multasque in Lucanis, nonnullas in Brutijs per duces suos occupauit. Tumque captae fuerant in quibusdam Campaniae locis aliquot nobiles Gothorum foeminae, quarum una Totile quondam amica, rem prius Narseti incognitam indicauit, Totilam, dum uiueret, pecunias partim Papiam congregasse, partim Cumis in arcem seposuisse. Quam obrem Totile frater eidem arci per id etiam temporis praesidebat. Id cum intellexisset Narfes, illico copias expediuit, quae Cumas obsiderent.

Totile thesaurus a concubina prodiuit.

## CAPVT XXII.

Verè autem exorto, Teias Caesena obsidionem sponte dissoluit, & Ariminum delatus per ea loca exercitum reparare curauit. Equi enim partim fame, partim frigore interierant, & qui supererant, inutiles erant. Proinde non ante summum aestatis in Picentes peruenit, cum hyemem totam ad Caesenam perdidisset. Interea uero cum rebus suis satis strenue in Hetruria atque Picentibus intenderet, Sisualdus Brenthorum, alias Herulorum Rex, in citiore ab Vrbe Gallia res Gothorum, occupata urbe Eporediensi uel Hipporegiensi, multis affecit incommodis, cum nemo se illi ex integro animo opponeret. Duces enim ipsi, quos Teias ex Francia & Burgundia in belli societatem aduocauerat, occultam factionem cum Sisualdo inuenerunt, secederique, quae Sisualdus cum Narsete, & Buccelinus, atque Amingus, & Lotharius cum Teia Rege solenniter constituerant, perfide uiolauerunt, partiti inter se uniuersam Transpadanae Italiae regionem. Nec solas eas ciuitates, quae Gothis parebant, sed quae Iustiniani partes sequebantur, maximis iniurijs afflixerunt: immò maiora populis incommoda sub amicitiae nomine intulerunt, quam

Sisualdus Herulorum Rex. Eporedium Pedemontanum.

Francorum ducis defectio à Gothis.

*Cum obses.*

si hostes aperti fuissent. Deinde Cumis obsessis Teias aper-  
ferre properauit, cum thesauros ibi reconditos non igno-  
raret. Narses autem ad primos rumores de Teia aduen-  
parte una copiarum ab Hetruria reuocata, ex urbe Romae  
in hostem celeriter mouit: qui licet multum properassent  
deretur, prius tamen Teias Nucerinum ad dedicationem con-  
pulis, quam Narses appropinquare diceretur. Qui esse  
frustratus, ex Campania ad Gothum ire contendit, ut non  
eo acie cōfligeret. Nec Teias à prælio abhorrebat, qui de-  
ceria potitus, in animo habebat in Campaniam contra ho-  
stem progredi, si ab eo præuentus non fuisset. Castrum  
tur circa Nuceriam constitutis, aliquot dies intercessit,  
priusquam in aciem sit descensum. Suntq; interim quaedam  
leuiora prælia ex alterutrius partis occasione commissa,  
eaq; Gothis plurimum prospera.

*Nuceriis Teia  
deduntur.**Nucerinum bel-  
lū inter Teiā  
& Narsetem.*

## CAPVT XXII

*Brundusini pu-  
blicam fidem  
violabant.*

Interea Gothorum classis, qua com meatu in castris  
Ihebantur, contra publicam fidem à Brundusinis tur-  
cipitur: estq; ob eam rem non parum in castris Teianis  
frumentariæ inopia laboratum: fameq; periclitati sunt  
Gothi, nisi terra in circuitu maturas fruges præberet,  
quas miles prius quam demeterentur defecuit. Cæcæ  
Teias ueritus ne his deficientibus ad extremam famem  
digeretur, præterquam quod sua sponte pugne cupidus  
erat, necessitate adactus signum pugnae proposuit. Gaudet  
igitur, quia potius ferro, quam fame periclitari decre-  
rant, acie ex improviso instructa, ex monte, quem occupa-  
uerant, in subiectos Græcos in morem uehementissimam  
procellæ cum strepitu & fragore descendunt, & primo  
quidem impetu Narsetus milites loco pellunt, adiuui  
tis decliuitate. At Græci collectis animis redeunt in pro-

*Gothorum im-  
petus in mili-  
tes Narsetus.*

lium acriter decertantes. Dimicatum est à prima luce ad  
noctem, tanta hominum strage, quanta ullo unquam me-  
morabili prælio maxima. Eratq; hæc pugna non modò fe-  
rox, sed inhumana, cum nullus hostis caperetur, nullusq;  
modus, aut ulla clementia in cæde haberetur. Teias uero  
in hoc prælio optimi Imperatoris, & fortissimi militis o-  
peram pariter ædidi. Ille enim heroica quadam fortitu-  
dine præditus, inter primos pugnatore esse uoluit. Erat  
autem sagulo, armisq; egregiè conspicuus: sinistra scutum,  
dextra pilum quatiebat, à quo plurimi interfecti cecide-  
runt. Cumq; in eum tela undequaque uolitant, uigore  
animi, ac corporis robore incredibili ea repellebat. Cum  
tandem in scuto eius permulta pila infixæ cohæssissent, atq;  
ob id uersare scutum nequiret, stans ad hostem conuersus,  
aliud sibi scutum (uocato nominatim armigero suo) af-  
ferri clamitauit: id ubi allatum est, priore scuto dimisso  
nouum assumpsit. Sic ad tertiam diei partem strenuè præ-  
lians, duodena iam pila scuto cum affixa gestaret, nec mo-  
uere id quidè quò uellet satis posset, denuò alium ex armi-  
geris, qui scutum sibi aliud afferret, accersit, atq; interim nõ  
loco motus ne ad uestigij spatium, nec retrocedens, uel ho-  
stibus progrediendi locum permittens, uel ad suos fortè  
conuersus, nec scuto incumbens, sed solo perinde affixus  
eodem se uestigio tenuit, dextra quidem obuios obrun-  
tando, leua strenuè repellendo.

*Pugna cruentis-  
sima.**Teia heroica &  
incredibilis for-  
titud.*

## CAPVT XXIII.

Ed contigit fortè, ut dum toties scuta mutaret, pars  
Sedis inferior illi denudaretur, quam allapsum te-  
tum lethaliter uulnerauit. Quo uulnere accepto, multoq;  
sanguine effuso, nihilominus fortissimè pugnans, & in  
hostem cōuersus dimicans, tandem ad extremum in faciem

*Teiæ Regis for-  
sissimi mors.*

corrui moribundus, uir utique dignus, qui fortissime gen-  
tis regno potiretur. Nec Gothi ad mortem Regis territi,  
sed pugnam usque ad noctis tenebras pertinacissimis ani-  
mis continuauerunt. Quibus superuenientibus, in mor-  
tem denuo se recipientes, tota nocte in armis quieuerunt.  
Redeunte aurora iterum in bellum cruentissimum redi-  
runt, totumq; illum sequentem diem pari ferocia (quæ  
admodum priorem diem) consumpserunt, nec pedem  
loco referentes, tam pertinaciter contra maximam, immo  
(teste Procopio) infinitam Græcorum multitudinem pu-  
gnabant, ut hostibus admirabiles & formidabiles uideren-  
tur. Secunda demum nocte iterum in sua castra redierunt.  
Deinde tertia die oriente, nihil remissius in prælium redi-  
runt, donec in utrisque castris pacis mentionem fieri con-  
tigit: nimium enim cruoris erat utrinque haustum. Gothi  
tamen uisi sunt magis ad pacem inclinari, quamuis iam  
eos complures essent, qui indignum putabant, pacem cum  
fidifragis Græcis consituere. Proinde plusquam mille u-  
lidiore Gothorum equites ex Gothicis castris pacem ob-  
tractantes abiuerunt. Cæteri uero cum Narsete pacem  
euntes, permisi sunt quod uellent abire, facta promissione  
quod prius in suas ciuitates non redirent, donec illa in-  
testatem Imperatoris peruenissent.

*Gothi cum Nar-  
sete pacem inie-  
runt.*

## CAPVT XXV.

**E**Rant enim intra septuaginta duos annos ab intra  
Theoderici omnes in Italia geniti, iamq; illam pro-  
scam corporum uim ob Italici cœli naturam remissius  
debantur. Subortum est nihilominus Narseti nouum bel-  
lum cum non contemnendis Gothorum reliquijs, quæ  
maximo prælio Nucero superfuere: ad quas debellandum  
Narses præcipuos sui exercitus duces misit, qui Foron-

*Gothi arma re-  
sumentes Nar-  
seti negotium  
faciunt.*

*Cornelij.*

Cornelij, & Lucam obsiderent. Quod cum Burgundionũ,  
& Francorum ducibus compertum esset, cœperunt magno  
terrore concuti, existimantes sibi proximum imminere pe-  
riculum, si Narses tota Italia pacifice potiretur, qui eos tan-  
dem nedum Liguria, sed & Alpius, & prouincia Roma-  
na deturbaturus esset. Quamobrẽ rati consultius fore, bel-  
lum aliena in terra gerere, non expectata uocatione, sed  
sponte sua in auxilium Gothorum aduenere. Nec tam faci-  
le fuit Græcis Ostrogothorũ gentem, & nomen post Teiæ  
occasum abolere, quemadmodum Procopius, & qui cum  
sequuntur, affirmant. Supererat enim nõ paruus numerus  
eorum: qui quantũ negotij Narseti, & Græcis attulerint,  
satis ostendit Agathius longo & copioso uolumine, quod  
de Gothorũ gestis post Teiæ fata cõscripsit. Ex quibus satis  
apparet, ipsorum hostes negotiũ habuisse cum gente, quæ  
mortẽ seruituti, turpitudiniq; anteponebat. Immo adhuc  
in pluribus Italiæ ciuitatibus haud dubiẽ Gothorum gene-  
ratio, quamuis sub nomine Itatorum abscondita, perseue-  
rat, præsertim in illis locis, in quibus ciues erga peregrinos  
sepe exhibet benignos, atq; humanos. At qui sibilos, & ron-  
chos post terga aduenarum effundunt, uidentur tam corru-  
ptos mores ex Græcorum leuitate nimis tenaciter,  
ne dicam turpiter, imbi-  
bisse.

*Agathius Go-  
thorũ histo-  
ricus.*

*Gothi in nomen  
Itatorum abs-  
uerunt.*

M 5



## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V.

PSALENSIS HISTORIAE GG.

thorum Sueonumq; liber de-  
cimuscintus.

DE VESTROGOTHIS.

## CAPVT I.



Ratius forte opus fecissem, si Vestro-  
thorum historiam, quam nunc obiter  
tingam, ad calcē sexti libri, ubi eius  
dium feci, adiunxissem: attamen quā-  
sum erat utilius Ostrogothorū, et Vro-

gothorū gesta separatim, quā cōiunctim tradere, priu-  
los, quā hos adducere curavi, ne legentis animus ob  
sā eorū lectiōe tēdio aliquo affectus, neutrā gentē  
qua dīscernere possēt. Est igitur ad memoriā reuocanda  
quomodo Vestrogothi post mortē Armanarici potentis  
mi Regis (de quo in eodē sexto libro locuti sumus) ab  
gothi in Hunnorū societatem assumptis, siue uerū  
te statem redactis discedere, et siue libertati cōsulerē  
bantur, cū Hunnorū armis se resistere posse despa-  
Quocirca missa legatione ad Valentiē Imperatorē, qui  
lentiniānus Augustus Imperij consortē fecerat, postulat  
ut trans Danubiū Thraciā, Mœsiāq; inhabitare per-  
terentur. Simul etiā, ut sub umbra Romani nominis  
tius agerent, polliciti sunt Romano Imperatori cōtra  
norū incursum militare. Et ut illis maior fides esset, priu-  
sere Christi religiōe accipere, si doctores, quorū linguā  
intelligerent, ad eos Imperator mittere uellet. Quā legā-  
nem cū Valēs gratulabundus accepisset, permisi sunt  
liberis, et coniugibus Danubium transire, et in Thracia  
Mœsiāq; sedes, quas petuerāt, occupare. Vidit enim Valēs  
tantā esse eius gentis fortitudinē, ut si ei petitas regiones ne-  
gasset, armis uendicare potuisset, quemadmodū postea se-  
pe uendicauit. Militiā uerō, quam pro Romana Republica  
pollicebantur, grato animo Valens agnouit. Dedit quoq; il-  
lis Arrianæ heresis Episcopos, et doctores, non sine maxi-  
mo Christianæ Reipublicæ et Romani Imperij detrimen-  
to. Unde enim institutus fidelium numerus crudeliter enecatus  
est, plurimi Pontifices in exilium missi, et quod omnia exu-  
perat incommoda, etiam innumerabiles animæ perierunt.  
Serpentiq; hoc perniciosum dogma in omnem Gothicā na-  
tionem. Enim uerō Wesgothi nō tan Christiani, quā Ar-  
riani effecti, Ostrogothos, et Gepidas congenitales suos fer-  
mento, quod exuxerant, corruerunt: idq; per Vlphilam  
sue gentis Episcopum: quē etsi credebant esse uerum Chri-  
sti Apostolum, erat tamen sub pelle ouina ueræ fidei ho-  
stis, et indubitatus antichristus. Hic ut suam infignem im-  
pietatem efficacius stabiliret, primū omnium diuinarum  
literarum sacratissimum thesaurum in Gothicam linguam  
trās fudit, immixto quod imbiberat pernicioso ueneno. Cu-  
ius execrandam impietate nostrō æuo quidam Laurentius  
Andræ Stengenensis Archidiaconus imitatus, sanctissi-  
mum Christi euangelium passim et in plurimis locis corru-  
pit, corruptumq; simplici Gothorum plebi legendum ob-  
trusit, additis etiam ex Regis autoritate grauibus minis, ne  
quis tam enormibus eius erroribus reniteretur. Erat hic  
Laurentius Romæ inter uersutos homines in adolescentia  
sua educatus, nihilq; ex eo loco præter ignauitiam cum singu-  
lari malitia cōiunctam retulit, atq; in ea ignauia cōsenuit,  
donec post septuagesimum annum suæ ætatis factus erat  
discipulus cuiusdam improbissimi adolescentis Olau Petri

Vestrogothi ab  
Ostrogothis di-  
uisi.

Vestrogothorū  
ad Valentem  
legatio.

Vestrogothi  
Thraciam  
Mœsiāq;  
incolebāt.

liberis, et coniugibus Danubium transire, et in Thracia  
Mœsiāq; sedes, quas petuerāt, occupare. Vidit enim Valēs  
tantā esse eius gentis fortitudinē, ut si ei petitas regiones ne-  
gasset, armis uendicare potuisset, quemadmodū postea se-  
pe uendicauit. Militiā uerō, quam pro Romana Republica  
pollicebantur, grato animo Valens agnouit. Dedit quoq; il-  
lis Arrianæ heresis Episcopos, et doctores, non sine maxi-  
mo Christianæ Reipublicæ et Romani Imperij detrimen-  
to. Unde enim institutus fidelium numerus crudeliter enecatus  
est, plurimi Pontifices in exilium missi, et quod omnia exu-  
perat incommoda, etiam innumerabiles animæ perierunt.  
Serpentiq; hoc perniciosum dogma in omnem Gothicā na-  
tionem. Enim uerō Wesgothi nō tan Christiani, quā Ar-  
riani effecti, Ostrogothos, et Gepidas congenitales suos fer-  
mento, quod exuxerant, corruerunt: idq; per Vlphilam  
sue gentis Episcopum: quē etsi credebant esse uerum Chri-  
sti Apostolum, erat tamen sub pelle ouina ueræ fidei ho-  
stis, et indubitatus antichristus. Hic ut suam infignem im-  
pietatem efficacius stabiliret, primū omnium diuinarum  
literarum sacratissimum thesaurum in Gothicam linguam  
trās fudit, immixto quod imbiberat pernicioso ueneno. Cu-  
ius execrandam impietate nostrō æuo quidam Laurentius  
Andræ Stengenensis Archidiaconus imitatus, sanctissi-  
mum Christi euangelium passim et in plurimis locis corru-  
pit, corruptumq; simplici Gothorum plebi legendum ob-  
trusit, additis etiam ex Regis autoritate grauibus minis, ne  
quis tam enormibus eius erroribus reniteretur. Erat hic  
Laurentius Romæ inter uersutos homines in adolescentia  
sua educatus, nihilq; ex eo loco præter ignauitiam cum singu-  
lari malitia cōiunctam retulit, atq; in ea ignauia cōsenuit,  
donec post septuagesimum annum suæ ætatis factus erat  
discipulus cuiusdam improbissimi adolescentis Olau Petri

Valens perfidia  
Arriana Go-  
thos infecit.

Vlphila Gotho-  
rum pseudo-  
postulus.

Nericiani diaconi, qui ex Vittembergensi gymnasio nota  
dam hæreticorum impietatem in patriam, quam in uerbo  
Christi religione conseruare debuisset, reportauit. Hic  
à Rege Gostauo, postquam ipsum ab honestis Christianis  
Regum institutis impiè seduxissent, & integritatem  
patriæ sincera religione fundatæ mores, totamq; Chris-  
tiana & catholica ecclesiæ autoritatem, ac libertatis  
dignitatem euertissent, hanc gratiam receperunt, ut eos per  
ac uilissima mancipia toto tempore, quo regnabat, traherent  
uerit. Si quidem scurrilibus irrisionibus, aut probrosi-  
ledictis quotidie afficiebantur, & non raro ferris malis  
& sustibus, ueluti abiecta pecora ab eo cedebantur, cum  
etis bonis congaudentibus, mala consilia malis consilio-  
bus taliter cecidisse. Tandem post innumeras & intoleran-  
biles miseras, in numerum nonnullorum, qui uite Regis  
insidiabantur, inciderunt, fuissentq; confestim ob id, & ru-  
ruptam per eos patriæ historiam, ignominiosa morti  
patibulo consumpti, nisi ingenti ære usq; ad extremam  
piam se redemissent. Sed his domesticis portentis conuulsi  
ad Vlpilam redeamus, per quem, & eius sequaces impio-  
te Gothica pessimum seminarium citius, quam saluberrima  
latè germinabat, perueniens usq; ad Vandalorum libe-  
ram nationem, quæ & ipsa in Arrianam perfidiam  
pfa, Catholicos seuerissime tam in Hispania, quam in  
persequatur. Tantum ualuit error semel in animo  
missus, & postea pertinaciter radicatus, donec sanctissimus

Hispaniarum Pontifices (ut infra dicemus) Regis  
pio, ac diligentissimo studio à tam per-  
niciosa labe liberaue-  
runt.

CAPVT

## CAPVT II.

**F**ridigernus, Alatheus, Sastra, Principes Gothorum  
tunc erant, quando Valentis permisso in Thraciam,  
Mæsiamq; transmigrabant: quibus statim euenit (quod as-  
solet gentibus necdum bene loco fundatis) penuria famis.  
Quocirca Valens ducibus suis, Lupicino ac Maximo præ-  
cepit, ut curarent aduenis necessaria importari. At duces  
stupida quadam atq; inhumana auaritia excæcati, cepe-  
runt (inquit Iordanes) non solum ouium, boumq; carnes,  
nerum etiam canum, & innundorum animalium morti-  
cina eis pro ingenti pretio uendere, adeo ut quodlibet man-  
cipium pro uno pane, aut carniū libra redderetur. Nec  
longè post mancipijs, & supellectili deficientibus, filios  
& filias, immò et uxores (teste Blondo) pro parua esca uen-  
diderunt. Contigit interea Fridigernum à Lupicino ad con-  
uiuium dolose inuitari. Sed Fridigernus doli nescius, pau-  
corum suorum milium numero comitatus accessit: dumq;  
se satis securum putaret, atq; interim comitum suorum in  
alio tridinio morientium clamorem exaudiret, illico aper-  
tas insidias agnoscens, euaginato gladio è conuiuio exi-  
iit, suosq; ab imminente morte ereptos ad necem Romano-  
rum instigat: qui uotiuam occasionem adepti, elegerunt ui-  
ri fortissimi bello magis quam fame deficere. Igitur Roma-  
ni illi duces cum comilitonibus suis ad unum omnes necan-  
tur. Gothi mox ad prædam egressi, ceperunt rebus undiq;  
contractis abundare, imperantes prouincialibus importa-  
re gratis, quod antea uel magno, uel nullo pretio poterant  
obtinere. Iamq; non ut aduenæ & peregrini, sed ut poten-  
tes domini totas partes Septentrionales usq; ad Danubium  
suo iure possidere. Valens autem hæc audiens, mox arma-  
tum exercitum ex Antiochia in Thraciarum partes educit.  
Iamq; in eo transitu ad seram suorum sacrilegiorum poeni-

Fridigernus 48  
Rex externus.  
Alatheus 49.  
Rex externus.  
Sastra 50. Rex  
externus.  
Lupicinus &  
Maximus du-  
ces Valentis.  
Fames intoleran-  
bilis.

Duces Valentis  
à Gothis ob  
crudelitatem  
trucidantur.

Gothi ex adue-  
nis domini ef-  
ficiuntur.  
Valens bellū in  
Gothos parat.

Vandali Ar-  
riani.

tentiam conuersus, Episcopos, ceterosq; sanctos viros a  
 exilio reuocari mandauit. Itaq; quintodecimo imperij  
 anno lachrymabile illud bellum in Thracia cum Vestrogo-  
 this tunc exercitatione uirium, rerumq; abundantia impo-  
 sitissimis, gessit. Vbi primo statim Vestrogothorum impetu  
 perturbate Romanorum equitum turme nuda pedibus  
 deseruere praesidia, mox legiones pedium undiq; equitum  
 hostium cinctae sunt, ac primum nubibus sagittarum obru-  
 tae, deinde tanquam amentes metu per deuia fugientes, de-  
 dijs insequentiis, contisq; perierunt: fit misera Roma-  
 rum caedes. Imperator postquam diu et uiriliter pugna-  
 set, graue ex sagitta uulnus accepit: deinde amissis copiis  
 uictoria, moestus ac saucius in quoddam praediolum in  
 Hadrianopolim aufugit, seq; in uili quadam casula, ubi  
 insequentibus hostibus interciperetur, abscondit. At Gothi  
 post adeptam de Romanis uictoria omnia longe lateq; sta-  
 ntes, inciderunt in casam, qua illis ignorantibus impetu  
 tor delitebat: illi immisso igne Valentem nihil resistere  
 lentem cum confortibus cremauerunt. Hic erat illius Arri-  
 ani Imperatoris exitus, Deo sic uolente, ut ab illis igne  
 sumeretur, quos Arriani dogmatis perfidia, cum uentis  
 sti fidem postularent, inurere non formidauit. Ita mo-  
 demq; incendio et diuinae maiestatis offensas, et in  
 iniurias sibi per intolerabilem Romanorum ducum au-  
 tiam illatas, seueriter (etiam nescientes) uindicauerunt: pro-  
 mo Decium cum filio, inde Valentem cum exercituum  
 trucidantes.

Valens et Ro-  
 mani a Gothi-  
 vincuntur.

Valens a Gothi-  
 incendio tradi-  
 tus occiditur.

Gothi contra im-  
 perium Con-  
 stantinopoli-  
 tanum.

CAPVT III.

**H**Ac igitur uictoria Arriani de Arriano Principe  
 titi, mox iusto Dei iudicio se contra Imperatorum  
 Constantinopolitanum erigere statuerunt. Solet enim Dico-

ca uia Principum ignauiam punire, ut ab illis acerbius pu-  
 niantur, per quos diuinam maiestatem impunè blasphema-  
 ri permittit. Obsessa per Gothos Constantinopolis ad gra-  
 uia pericula deuenit: fuisseq; ab hostibus penè occupata,  
 nisi Dominica relicta Valentis uxor ingenti in populū pecu-  
 nia distributa ciues ad urbis conseruationem adduxisset.  
 Deinde Vestrogothi amplissimas sortiti regiones, tam po-  
 tentes euaserunt, ut maximo terrori essent Gratiano Impe-  
 ratori, Valentis nepoti, et in imperio successori. Hic enim  
 uidens eos Thraciam, Moestam, Daciamq; possidere, atq;  
 indies fieri potentiores, quamuis de sua potentia diffideret,  
 tamen afflictis imperij rebus prudentissimè consuluit, cum  
 Theodosium, ingenti uirtute uirū ex Hispanijs accersitum,  
 imperij consortē declararet. Nec fuit postea causa, aut occa-  
 sio, qua Gratianū poenituerit cōslij tam necessarij, et pru-  
 dentis. Siquidem Theodosius quam primum Imperator est  
 declaratus, purpurāq; apud Sirmiu indutus, summo Prin-  
 cipe digna gessit. Vestrogothis enim multis magnisq; praelijs  
 congressus, eos magis repressit, quam superauit. Deinde  
 Constantinopolim ingressus, militarem disciplinam in uete-  
 rem et meliorem statum reponere curauit, exclusa priorum  
 Principum ignauia, et in rebus gerendis tepiditate. Erat  
 enim acri omnino ingenio, prudentiaq; et consilio clarus.  
 Quo euenit, ut praceptorum seueritate, et stipendiorum  
 liberalitate, singulariq; morū dexteritate, remissum exerci-  
 tum ad fortia et praecleara fortitudinis opera reuocauerit.  
 At uero ubi milites Principe meliore mutato fiduciam acce-  
 pissent, Gothos impetere tentant: eosq; sorte ex Thracia si-  
 nibus pepulissent, nisi tunc Theodosius in periculosam e-  
 gritudinem usq; ad desperationem collapsus fuisset: ob qua  
 Gothi maiores animi increuerunt, ut diuiso exercitu Fridi-  
 gernus ad Thessaliā, Epiros, et Achaiam, Romani imperij

Dominica Va-  
 lentis vxor.

Gratiano Im-  
 perator Va-  
 lentis nepos.

Theodosius a  
 Gratiano con-  
 sortis imperij eli-  
 gitur.

Theodosius Go-  
 thos magis re-  
 pressit quam  
 superauit.  
 Militaris disci-  
 plina a Theo-  
 dosio restitua-  
 tur.

Gothi sub Fridi-  
germo in Ro-  
manas provin-  
cias diffun-  
duntur.

provincias bello uexas, diripiendasq; aggregandas cum interim Alatheus & Saphra, restans copijs in Pannoniam impugnarent. Quod cum Gratianus Imperator, qui tunc ex Roma in Gallias ob incurfiones Vandalorum recesserat, comperisset, quia Theodosio fatali dejectione succumbenti Gothi liberius imperij terras uasulorum mox ad eos collecto magno exercitu diuertit. Sed cum tenderet eorum uires non facile superari, aut reprimi posse, non armis, sed amicitia, & muneribus cum eis agere creuit. Itaque percusso cum eis foedere liberalissima merceda, & copiosa uictualia eis distribuens, pacem utriusq; partem utilem ac necessariam prudentissimo consilio reparauit.

Gratianus cum  
Gothi foedera  
componit.

## CAPVT III.

Atanaricus 51.  
Rex exterius.

**A**Tanaricus autem tunc in regno Gothorum Imperio successerat, quando in Romano imperio prudentissimi Imperatores, Gratianus & Theodosius sedebant: quibus etsi nulla militaris disciplinae experientia deerat, tamen plus paci consulendum putabant. Cumque ex praeteritis Gothorum gestis attendissent, eorum potentiam difficillime superari posse, ambo pariter cum illis amicitiam & foedus coniunxerunt, muneribusq; liberalissimis eos, quam eorum Regem sibi gratissimos effecerunt. Itaque, & tam firma societas inde prouenit, ut Theodosius Atanaricum ad se in Constantinopolim inuitaluerit: quoniam libenter acquiescens, Regiam urbem intrauit, mox adductus est urbis illius admiratione, & laxatum omnium animi aedificiorum, operumq; & portuum magnificentiam attendit. Urbis praeterea situm, nauiumq; instructiones contemplatus, ac deinceps regiam Imperatoris ingrediens, & obsequia, uariaq; officia conspiciens, quod stuporem uersus, Ego, inquit, cerno, quod sepe in caecum

Theodosius Ata-  
naricum in Con-  
stantinopolim  
inuitat.

audiebam. Sine dubio deus terrenus est Imperator, & si quis aduersus eum manum erexerit, ipse sanguinis sui reus erit. In tali ergo admiratione maiore a Principe honore affectus est. Et non multis mensibus interiectis, graui aegritudine oppressus in fata concessit: quem Imperator affectionis gratia penè plus mortuum, quam uiuum honorans, dignè atq; honestissime tradidit sepulturae. Ipse quoq; in exequijs ferentium eius praecedebat. Quae humanitas Gothorum animos Imperatori mirifice conciliauit, ut in fide & foedere, etiam sine Rege, sub Imperatore diu feliciterq; militarent. Paulo post accidit Gratianum apud Lugdunum in Gallijs ciuili bello trucidari. Quo circa Theodosius uiginti, uel (ut Orosius dicit) decem millibus Gothorum secum assumptis in Gallias profectus est, gestisq; aduersus Arbogastum, & Eugenium tyrannos ciuile illud bellum Claudiani poetæ literis celebratum, in quo adeo cruentam uictoriam assecutus est, ut maior Gothorum pars pro Romana Republica pugnans occideretur. Ultio tamen de praedictis tyrannis exacta, tantam militum iacturam tolerabiliorem effecit.

## CAPVT V.

**A**T postquam Theodosius pacis generisq; Gothorum amator, apud Mediolanum immaura Reip. morte praeventus est, Arcadium & Honorium filios eius, & in imperio successores, multae suorum perfidiae atq; insidiae agitauerunt. Pater enim eorum, cum adhuc in imperio floreret, tres habebat praecipuos exercituum duces, pares ferme opibus & autoritate, quibus totius imperij summam pro impuberibus adhuc filiis administrandam reliquit. Nam Rufinum Orienti, Gildum Africae, Stiliconem Occidenti praeficere curauit. Illi uero uixdum defuncto Theodosio rapere sibique provincias quisq; suas adoriuntur. Siquidem Gildus, com-

Imperator est  
deus terre-  
nus.

Atanaricus Cō  
stantinopoli  
moritur.

Gothi humani-  
tate vincuntur.

Gratianus occi-  
sus bello ciuili.

Gothi pro Ro-  
mana Repub.  
pugnantes oc-  
ciduntur.

Theodosij mors.

Arcadius & Ho-  
norius.

Rufinus.  
Gildus.  
Stilico.



perta Theodosij morte, mox sibi Africā, contemptis principum etate, uendicare tentauit: sed in primo natu ab illis, qui pro Honorij partibus stabāt, occisus fuit. Idem etiam Rufino Orientis imperiū affectanti Arcadij iussu euenit. Stilico reliquis imperij dux gente Vandalus, militari disciplina excellens, successu rerum ingeniosus, amplissimamq; dignitatem sibi comparauerat, ut factus bis socer Honorij Imperatoris, qui duas illius filias Mariam & Erimantiam, cum prima obiisset intacta, nupturimonium accepit. Fuit & ipse parum erga iuuenes principes fidelis, sed suam perfidiam maximis tegens dissimulationibus, nihil aperte cōtra Rempub. moliebatur: quātius affectatus Eucherio filio imperium non prius inuere constituit, quā incautos Imperatores insuperdabilis calamitatibus inuoluisset. Ad quod non multis armis habebat, cū compertū haberet, quoscuq; imperatorum Principes nulla alia re citius destitui posse, quam permissis consilijs sub specie pietatis adductis.

## CAPVT VI.

Stilico exterarum gentes in Italiam uocat.

Stiliconis ingens perfidia.

Itaq; primū omnium occultis machinationibus Sarmatias, Burgundiones, Alanos, Vandalos proprijs sedibus totos ad Romani imperij prouincias inuadendas cōcūctilia uerò ex parte sua ad Arcadio Orientē tenentē, ut faciat omnes Gothorum copias, quas in Moxia firmas habebat, leuaturus ea missione arariū à sumptu gratia quotidiano: quæ omnia ad eius præscriptū potius, quàm ad imperij salutem fierent. Et nedū stipendia illis abstulit Arcadius, eos cōtemnere, & à proprijs eorū sedibus propellere ostendit. Præferat enim Stilico, ipsos Vestrogothorum necessarium indigentia cōpulsos, Romano imperio necesse negotiū facturos, ut quam primum profecti ex Germania

india Vandali, Burgundiones, Alani, & Sueui Gallias irrupissent, Honorius contra illos exercitum ducere cogere-tur, & in tanto bello aut occideretur, aut distineretur, nec ceteris imperij partibus subuenire posset. Eumq; in euentum secum in animo constituerat, bellum Italicum aduersus Vestrogothos sibi assumere, & quicquid copiarum esset reliquum Reipublicæ, secum rapere, cum quibus Vestrogothos (quod sibi facillimum fore confidebat) dele-ret, atque eo impetu Roma, ac per ipsam imperio potiretur. Cœpit autem eius propositi executio in hunc modum: Anno imperij Arcadij & Honorij octauo, qui fuit salutis Christiane septimus & quadringentesimus, Stilico ipse, & Aurelianus Consules sunt creati. Quo anno Vestrogothi stipendio commeatuque solitis destituti, in Pannonias secesserunt: ubi de Rege creando cogitare cœperunt: caruerant enim proprio Rege post defunctum in Constantinopoli Atanaricum per annos uiginti quinque. Interea sub Gratiano & Theodosio simul sex annis, & postea sub Theodosio solo undecim, atq; sub Arcadio & Honorio usq; ad Stiliconis Consulatum, octo Reipublicæ stipendia meruerunt: & in eo tempore nullos gentis suæ Reges, alijsue duces habere curauerunt, quam ab Imperatoribus institutos.

## CAPVT VII.

Radagasius igitur in Pannonijs à maiore Gothorum parte Rex designatur, cū Alaricus à ceteris Gothis etiam in Regem eligeretur. Fuisset hæc controuersia toti genti nimis perniciofa, nisi prudentium uirorum consilio hoc modo pacata fuisset, ut Radagasius primo atq; idoneo tempore coactis quàm maximis posset copijs in Italiā descenderet, Alaricus autē euentū rerū in Pannonijs expectaret.

Arcadius et Honorius anno Christi 407. imperant.

Gothi Rege caruerunt annis 25.

Radagasius 52. Rex externus.

Radagasti po-  
tentia formi-  
dolosâ.

Gothi per Go-  
thos superan-  
tur.

Radagasti  
mors.

Itaq; Radagastius non modò maximis Gothorū copijs, etiam Hunnis, & Vandalis usq; ad ducenta millia sibi con-  
iunctis, per Veneticos saltus Italiam populabundus in-  
ditur. At Stilico, qui summæ rerum præerat, cognito illius  
aduentu obuiam procedit, consilia hostis explorat, & illud  
illud omni conatu intendit, ut incautum opprimat. Asse-  
tus cum in Hetruriæ montibus, atq; ad iniquū congrua-  
di locum per insidias perductum graui bello adortus, per  
singulari fortitudine illorū Gothorum, qui adhuc ducentis  
ro imperio Romano militabant. Compulsus igitur per  
in montem Fesulanum Radagastius, inops consilij, & tunc  
urgente undiq; timore concluditur, agminaq; quibus  
teâ angusta uidebatur Italia, latendi spe in unum ac par-  
montium uerticem truduntur. Non disposita in bellum  
cies fuit, non cædes acta, non sanguis effusus est, sed  
tibus Romanis tanti illi, tamq; terribiles hostes, esurientesq;  
confecti fuerunt. Rex uerò Radagastius, in hostium  
spem fugæ concipiens, clam suos deseruit, atq; in hostium  
dit: à quibus captus, & paulisper retentus, ac deinde  
ctus est. Tanta uerò captiuorū Gothorū multitudo ob  
licis historijs fuisse refertur, ut in totam Italiam Ge-  
mancia diffunderentur. Sed hic iterum cum his, quemadmodum  
superius in tempore Claudij, exposita omnes Gothi cū suo  
Rege Radagasto supra ducenta millia penitus deleti  
fuisent, quomodo rursus postea uixit, & quatuor  
millibus stipatus Romam, & Italiam expugnasset?

CAP

## CAPVT VIII.

**A**laricus enim ex nobili & antiquissimo Balthorū  
genere ortus, suscepto Gothorum regno, cum suis  
deliberando suastit, & facile persuastit, suo potius labore re-  
gnum querere, quàm alieno imperio subiacere. Statimq;  
instructo exercitu, nō minore quàm nuper Radagastius du-  
xerat, uirtutis suæ specimē edere instituit. Quippe hic Ala-  
ricus ducentorū millium armatorum agmine succinctus,  
Thraciam & Pannonias, omnemq; Illyricū & Noricum,  
continentem quoq; illi primam Italiæ partem magnis stra-  
gibus, direptionibusq; ob odium, quod in imperium conce-  
perat, afflixit. Quod quidem beatus Hieronymus ad Pau-  
lam & Eustochium per id temporis scribens, in Sophoniæ  
prophetæ expositionibus, in hæc uerba ostendit: trā quoq;  
Domini etiam bruta sentiūt animalia: & uastatis urbibus,  
hominibusq; interfectis, solitudinem & raritatem bestia-  
rum quoq; fieri, & uolatilium, pisciumq; testis Illyricus  
est, testis Thracia, teste in quo ortus sum solo, ubi præter  
coelum, & terram, & crescentes uepres, & condensa sylua  
rum cuncta perierunt. Traxit igitur Alaricus in Italiam  
manum illam Westrogothorum, Romanis stipendijs apud  
Constantinopolim assuetam. Cuius progressum quousque  
Romam irrupit, partim ex Guidonis Rauennatis, partim  
ex Iustiniani Veneti historijs exequi conabimur. Stilico e-  
nim (teste eodem Iustiniano) elatus ea uictoria, quā de Ra-  
dagasto affectus fuerat, quod solus tam facile omnia admi-  
nistret, maiore in spem imperij rapiendi exarsit, Alaricū  
ueterem amicū multis nuntijs hortatus, ut in Italiā arma-  
tus transcendat. Inde uerò Burgundiones, Suenos, Alanos,  
qui Rheni ripas infederant, creberrimis nuntijs sollicitat,  
ut in Gallias transmittant: ipse interim Consul designatur.  
Deinde cum quotidie nouos in Gallijs motus excitari nun-

Alaricus 53. re-  
externus.

Alaricus in Ita-  
liam mouit.

Hieronymus de  
Gothorum se-  
ueritate.

Stilico Gothos  
in Italiam uo-  
cat.

tiaretur, suadet Honorio, ut ad eos sedandos proficiscatur  
facile enim sua autoritate omnia componere posset: sed  
terea Alarico occurrerunt, quem in Italiam iter in itinere  
asserebatur. Re igitur per Stiliconem ex sententia con-  
posita, eodem ferè tempore et Honorius in Gallias pro-  
ficiscitur, et Alaricus apud Rauennam castra locat. Deinde  
colloquio inter eum et Stiliconem habito, pollicetur Sa-  
co daturum se operam apud Honorium, ut in Italia, aut Gal-  
lia habeat sedes, et stipendium. Grata erat Alarico condi-  
tio, quae offerrebat. At callidus Stilico simulat se eius con-  
ditionis responsum ab Honorio expectare, illo tamen in-  
fro consilio, ut si quid de Honorij casu interim intelli-  
gere possit. Postea uero quam Alaricus bis aut ter Stili-  
conem de promissis appellatum rem differre animaduer-  
tens, fraudem aliquam subesse uereri cepit, et importunius  
loqui finem urgere. At contra Stilico trahere omnia, et  
lias, deinde alias morae causas neclere. Sunt qui scribunt  
to triennio rem à Stilicone ductam, dum conceptis  
tempus, et occasionem querit. Immo sunt qui scribunt  
Stiliconem, qui a dux excellens, et rei militaris peritissimus  
erat, facile Gothos uincere potuisse, si uoluisset.

CAPVT IX.

Alaricus à Stili-  
cone illuditur.

Honorius Go-  
this in Gal-  
lia sedes con-  
cedit.

Um uero Alaricus ludos sibi liquido dari per-  
petret, Honorium clam per oratores docuit per-  
Stiliconis, orans, obtestansque sedes sibi in ea Galliarum  
te dari, in qua Sueuos, Alanos, et Burgundiones (dicitur  
Vandalis) breui irrupturos apparebat: contra quorum in-  
sultum se pro Romano imperio pugnaturum promittit.  
Resciuerat uero Honorius, plerisque alijs deferentibus, per  
Stilico moliretur. Quare ad eum scribens, iussit ut cano-  
this pacem faceret, illisque diem statueret, infra quam libe-

profecti in Gallias se conferrent. Literis itaque ab Honorio  
Imperatore acceptis, Stilico pacem cum Alarico, Vefgo-  
thisque (prout iussus erat) illico firmavit, et profecturis que-  
cumque itineri duxerunt necessaria, summa cum amoris libe-  
ralitatisque simulatione concessit. Quos postea intelligens ini-  
te pacis fiducia, et profectiois sollicitudine omnem belli cu-  
ram abijcere, nullis castris se omnino munire, sed salutem  
suam nimia securitate negligere, sacrum paschatis diem dele-  
git, in quo partim religione otiosos, partim epulis et uino  
obrutos, ad unum omnes confodi posse confideret, imperat  
Sauli Hebraeo homini, cui summam rerum apud castra de-  
mandarat, ut cum delecto copiarum flore sacrosancto pa-  
schatis die Gothica adoratur castra. Ipse interim Romam  
proficiscitur. Iudaeus autem, ut imperatum erat, primo die  
paschatis Gothorum castra inuadit. Oritur ingens in castris  
tumultus: quo Alaricus percussus, primum cunctatur quid  
agatur: at postquam hostem esse armatum cognoscit, elata  
uoce deprecatur per Christi fidem, si humana non ualeat, ut  
eo die praelio abstineat, et in crastina luce expectet. Qui-  
bus uerbis Iudaeus magis prouocatus, acrius insistebat, atque  
urgebat. Romani uero in summam admirationem ducebantur,  
cum uiderent neminem Gothorum armatum progre-  
di, sed uulnera potius, mortemque pati, quam arma capere,  
id quoque unum agere, ut uocibus et manibus in caelum  
leuatis, diuinam opem obtestando, auxilium ex alto posce-  
rent, admirandum cunctis seculis exemplum reliquentes,  
quod potius mori, quam se defendendo Christianae ecclesiae  
festum uiolare uoluissent. Ceterum impellente Iudaeo, et pu-  
gnam magis atque magis accendente, motus in uindictam  
Deus animos Gothorum tum impietate, tum perfi-  
dia Romanorum oppressos  
erexit.

Stiliconis im-  
pietati

Saul Hebraeo  
Gothos die  
paschali in-  
pugnat.

Gothorum sum-  
ma in Deum  
pietas, et pa-  
tientia.

Gothi potius mo-  
ri quam festum  
Christi viola-  
re uoluerunt.

Alarici ad bel-  
lum exhorta-  
tio.

**A**laricus siquidem, posteaquam tam impiam uide-  
hostis pertinaciam, conuersus ad suos: Per solimur  
inquit, comilitones Domino Iesu Christo quem debemus  
honorem: ipse nobiscum poenas de tam scelerato hoste  
quirat, qui nisi nostrum sanguinem biberit, nullo modo  
leat satiari. Agite signiferi, educite signa, negligite cal-  
non ad tuenda ualla nati estis: uirtutem patriam in acie  
gittis, gladijsq; declarate. Hæc fatus ipse primus cum glo-  
militum uix satis armatus in hostem fertur: tanta comi-  
animorū conuersio facta, ut Gothi uelut in rabie uersi, ex  
mnibus castrorū portis erumperent. Romani (ut diximus)  
prius incredibilem Gothicæ gentis pietatem admirati, ca-  
primū aduersa in se signa ferri conspiciūt, suspendant  
animo tum religione, tum metu. Sed quod consilium: qui  
conatus efficax esse poterat aduersus iratum & inuictum  
Deum, & pro innocentia Gothorū tunc agentem: Quo-  
uis enim Romani perfidorum Iudeorum auxilio sub-  
acerrimis animis pugnarent, tamen inualecentibus Go-  
thorum uiribus & armis, in una pedum pernicitate per-  
spem ponere cogebantur. Deinde quocūq; fors tulit dis-  
ti, palantesq; illi paucissimi, qui cæde supererant, ser-  
tur. Quippe ad internicionem penè deleti fuerūt, Cap-  
Romanorū occupatis & direptis, Gothi spolia diuisa.  
Profligati per hunc modum Romani infelicissima omnia  
pugna, quas octingentis ab annis fecissent, Stilico inter-  
ad eius stragis nuntium animo erat plurimum cōsternat-  
præsertim quia intelligebat Gothos, omisso trāsitu in Gal-  
lias, in se confestim exercitum conuersuros. Proinde exerci-  
tum reparaturus, supplementum ab Imperatore postula-  
uit. Immisit uerò Honorius duces, qui dignam ultionem  
de perfidia Stiliconis sumpserunt. Eoq; modo Stilico ipse

Romanis à Deo  
terror immit-  
titur ob lesam  
Gothorum in-  
nocentiam.

Romanorū exer-  
citus ab Alari-  
co deletus.

qui (iuxta Orosij uerba) ut unum puerum purpuram in-  
dueret, totius humani generis sanguinem dedit, cum Eu-  
cherio filio, cui parabat imperium, est occisus.

Stilico cum filio  
trucidatur.

## CAPVT XI.

**Q**uippe Alaricus aliquot dies tum recipiendis, tum  
subigēdis urbibus absumpsit. Deinde superato A-  
pennino Romam ducit, nullis obuiam factis. Tandem urbs  
Roma gēlium domina, Christianæ fidei domicilium, omni  
ope desuuta capitur à Vestrogotho Rege: qui etsi esset Ar-  
rianus, tamē longē mitius uictoriā in deuictos hostes exer-  
cuit, quā complures nostri temporis Principes in subdi-  
tos, & fideles ciues suam potentiam extendunt. Quantiuis  
enim direpta fuerit Roma, tamen sacris ædibus, & omni-  
bus in eas confugientibus quadam incredibili pietate par-  
cebatur: immò ipsi Gothi plerisque Romanorum suis hu-  
meris in templa portauerunt, ne in cæteros milites minus  
clementes inciderent: quanquam Hieronymus in Epistola  
de obitu Marcellæ ex rumore scribens affirmet, hanc urbem  
Romæ direptionem non sine graui seueritate, & cum ma-  
gna armorum licentia perpetratam. Sed audiendi sunt po-  
tius S. Augustinus, & Orosius, qui hanc historiam sibi ma-  
gis compertam tradiderunt. Ille enim in tertio lib. de ciui-  
tate Dei, cap. xxviii. Gothis admirandam clementiam  
tribuens inquit: Gothi tam multis Senatoribus peperce-  
runt, ut magis mirum sit, quod aliquos peremerunt. Hic  
uerò Orosius lib. vii. cap. xxviii. miris exclamationi-  
bus in laudem Gothicæ gentis utitur. Ibi enim uidere licet,  
Gothos uehementer horruisse sacrilegia, & non solum sa-  
cra uasa aurea & argentea, magnitudine & pondere ac  
pulchritudine pretiosissima, in sacras ædes retulisse, uerū  
etiam omnes tam Ethnicos, quā Christianos ad Sanctiorū

Roma ab Alari-  
co capitur.

Alarici in deuic-  
tos hostes cle-  
mentia.

Hieronymus.

basilicas cōfugere uolentes, è medio interiectu Vrbs exortis undique ad defensionem gladijs saluos & liberos duxisse. Præterea diuinum furorem ob nimiam eorum demerentiam prouocatum, eodem tempore clarissima Vrbs loca, quæ Gothi inflammare nequiverunt, fulminibus ruisse: immò, ut nonnulli putant, ipsum Alaricum, quòd se perbam Romanorum lasciuiam, & blasphemiam non satis corripuisset, breui extinxisse, quemadmodum olim Saulum Hebræum, quòd Amalechitis contra diuinam uoluntatem pepercisset.

## CAPVT XII.

Gothi Romam occupant.

Anno Christi 412.  
Anno conditæ Vrbs 1164.  
Brennus Gallus.

**S**ue igitur paruo (ut inquit Orofius) negotio post passam à Romano populo (ut alij uolunt) cerbissimam famem, Gothi sub ductu Alarici Regis uentem Romam, rerum ad id temporis dominam occupauerunt, ab ea die (quam Calendarum Aprilis fuisse constat) destinata hætenus Romani imperij inclinat inchoauit, anno uidelicet à Christo nato quadringentesimo duodecimo, ab Vrbe uero condita sexagesimo supra centesimum & millesimum: fuitq; hæc secundum manere urbis captiuitas post illam, quam à Brenno olim passa fuit. At si inuicem comparentur Brenni Alarici uictorie, superat profecto Gothus gloria. Illi modicam adhuc Urbem cepit, & pastorales casæ flamma consumpsit: hic gentium omnium Regiam arce frustratus, atque inde repulsus: hic tota portum Vrbe, partim spoliata, partim incensam reliquit. Post Vrbe tertia die, quam ingressi fuerant Gothi, Campaniam, Lucaniam, & Brutios populati sunt. Preterea profecta traicere, ut Siciliam diriperent, conatos, tempore exorta prohibuit, quæ nauibus allisis aliquot eorum

absumpst. Ipsis interim in uarias sententias atque regrediendum, uel progrediendum esset distractis, moritur Alaricus, morbo correptus apud Cosentiam, anno uix dum à Romana direptione circumacto: quem gens iacturam sepulchri plurimi facere solita, ne ultio aliqua in mortua ossa possit exerceri, in deriuati amnis alueo condendum curauit, locello ditissima Regis supellectili completo. Et ne post eorum profectiorem sepulchrum eius ab incolis sciri posset, ante in cursum restituto, fossores, qui operi intersuerant, trucidarunt.

Alarici mort.

## CAPVT XIII.

**A**thaulpho deinde mortui Alarici consanguineo publica Gothorum sententia regni Gothici administratione defertur: qui etsi proceritate stature minus conspicuus erat, tamen forma & mētis uigore nulli cedere uidebatur. Hic suscepto regno iter denuò Romam reflexit, eamq; denuò spoliavit, Imperatore Honorio nihil resistere audente, cuius & germanā Gallam Placidā, Theodosij Imperatoris ex altera uxore filiam, Vrbe captiuam abduxit: quam tamen ob generis nobilitatem, formæq; pulchritudinem, & castitatis integritatem, apud Forum Cornelij suo matrimonio copulauit, ut gentes hac societate compta, quasi adunata Gothis Republicæ efficacius terrerentur. Honoriumq; Augustum, quamuis opibus exhaustum, quasi cognatum grato animo prosequeretur, plurimum ad id per prudentem coniugem Placidam inclinatus. Tradit enim Orofius ex beatissimi Hieronymi testimonio, Barcinonensem uirum nobilem narraffe: Concupiuit aliquando Athaulphus, Roma funditus euersa, alteram edificare Urbem, quæ in locum demortui nominis Romani Gothicum referret, & quemadmodū ea ciuitas Gothia Ro-

Athaulphus Rex externus.

Galla Placidia

Athaulphus Romam euertere, & in eius locum Gothiam edificare proposuit.

mae suffecta esset, sic & ipse nouæ conditor vrbis in Augustorum surrogatus locum, posteris imperij cognomen tum relinqueret Athaulphorum. Sed Placidia cōiugis consilio persuasus, quod mente cōceperat omisit. Hec enim meritum à proposito reuocatura, ad eius memoriam reuocauit, quomodo Romanum nomen multis & præclarissimis gestis ad tantam sublimitatem ascenderat, ut nequam possit aliqua gens eius gesta superare, aut equare. Proinde Athaulphus intantum mutauit sententiam, ut Romanæ dignitatis, cuius nequiret esse imitator, fore optauerit restitutor. Præterea ne quicquam omitteret, quod Calpula Placida ab eo postularet, Honorio Imperatori libertatem & pacem concessit, Romamq; & totam Italiam, quæ in manibus habebat, ei per summam & nimiam amicitiam ac liberalitatem restituit, aut potius donauit. Itaque constituta cum Honorio pace, Italiaq; relicta, Athaulphus Gothorum gente comitatus in Gallias transfugum auerulerauit, inimicos Romani imperij Sueuos, Alanos, Francos, Vandalos, qui tunc eas transito Rheno iuxta Sillium machinationem occupauerant, expugnaturus. Cuius aduentum Sueui, & Alani formidantes, iunctis uiribus in Hispanias transfuerunt. Franci uerò ad Parisios translatis ubi nomen suum inuehentes, regnum fundauerunt. Atque per incrementa plurima hodie quoque floret. Sed Vali auditu Gothorum ex Italia transitu, memores admodum relatione maiorum suorum, quid incommodi dudum his, & Rege eorum Geberico (de quo antea diximus) sustinuerunt, non expectato eorum aduentu, in ulteriora Hispaniarum contenderunt.

Athaulphus omnia consilio Placidie coniugis facebat.

Athaulphus Romam & totam Italiam donauit Honorio Imperatori.

Athaulphus in Gallias mouit.

## CAPVT XIII.

Tali ergo modo Gallia uenienti Athaulpho patuerit, ipsiq; ut domino & Regi paruerit. Sed Athaulphus quamuis iam confirmatus esset in regno Galliarum, attamen quemadmodum prius Romam, & totam Italiam in manus illius Honorij Imperatoris, quem historici inertissimum fuisse affirmant, liberè restituerat, ita nunc Gallias suorum Gothorum laboribus & periculis acquisitas, expulsi inde fortissimis gentibus, ad manus eiusdem Imperatoris gratis donare non dubitauit. Deinde cum comperitam habuisset Vandalorum in Hispania tyrānidem, statuit oppressæ Hispaniæ tam contra Vandalos, quam contra quoscumq; barbaros opportunum auxilium asserre. Itaq; in bellum turba Barchinone relicta, mouit in Vandalos, sepiusq; manus cum illis conferuit, antequam eos importune pugnando superaret. Interim euenit, ut quedam conditiones, quæ in pactis habebantur, ab Honorio minime præstarentur. Cæpit in Italiam respicere, ut eò remearet, armis recuperaturus, quod per imprudentiam amiserat. Sed audiens post suum abcessum Alpium claustra ab Imperatore communita, tacitam in corde indignationem reprimens, in Hispaniam ulteriorem transire disposuit, inde in Africam transfugurum. Sed hoc eius propositum multæ uariæq; difficultates undecunq; emergentes impediuerunt. Nam Imperator Honorius, cum iam Athaulphi beneficio liberam teneret Italiam, & Gallias, cogitauit per summam ingratitude, quomodo Athaulphum ex Hispanijs eijceret, Gothorumq; nomen penitus inde amoueret. Sed non erat tam fluxa fides Hispanorum, ut sinerent Gothos tanta iniuria per ingratisimum Imperatorem affici. Iam enim sedes ibi facta quietas pro sempiterna Gothici regni gloria disponebant. Igitur Constantinus ab Honorio magister

Athaulphus fuit Rex Galliarum.

Athaulphus Gallias Honorio imprudenter donat.

Honorius erga Athaulphum in gratias.

Athaulphus in Hispaniam mouit.

Honorius contra Athaulphum.

militum designatus, magno apparatu exercitū in Athal-  
 phum expediuit. Quo comperto Athaulphus indignatio-  
 ne non mediocri percussus, quod Romanus Imperator  
 cui ipse pepererat, cui libertatem reddiderat, cui Romam  
 Italiam, & Gallias subiecerat, in se mitteret exercitum  
 nullo germanæ (quam coniugem tenebat) respectu, ubi-  
 laq; fœderis, aut tantorum beneficiorum contemplatione.  
 Igitur auctoritatem, & fauores pro euertendo tam in-  
 to Principe sibi comparaturus, Athalum quendam Roma-  
 num in Imperatorem (teste Blondo) erexit: qui Athalum  
 Hispaniam usque Bethycam nauigio aduectus, in Africa  
 Africam misit. Sed cum non satis prudenter sibi prospice-  
 ret, ab Honorianis superatus, ad infelicem fortunam estro-  
 seruatus. Attamen hanc eandem Athali sublimatione pro-  
 copius Alarico tribuere uidetur. Deinde Athaulphum pro-  
 tetem exercitum cōscripturus, Gothorum proceres, ut si  
 cum in bellū proficiscerentur, conuocauit. Sed minime pro-  
 rere uoluerunt, asserentes ipsum unius mulierculæ blandi-  
 menti delinitum Imperatori Romano, quem in manibus  
 habuerat, eiusq; delendi facultatem acceperat, pepererat  
 & omnem Gothicæ militiæ fructum in eum imprudens  
 mē transulisset. Igitur tali Gothorum indignatione  
 latim gliscente, tumultus exoritur, & eouque corus-  
 mi excreuerunt, ut ad caput Regis perueniret. Ille eni-  
 concitatis simul & indignantibus proceribus impu-  
 trucidatur: qui si potius sapientes uiros, quam suæ militiæ  
 blanditias attendisset, diu feliciterq; regnasset, & Roma-  
 num imperium Hispanorum nationi subiecisset.

## CAPVT XV.

Sigericus 55. rex  
 Gothorum ex-  
 ternus.

**S**igericus, absumpto fatorum uolentia Athaulphi,  
 Rex à Gothis constituitur. Hunc enim, quia tempore

uisus fuerat Romanorum conatibus obniti, præcipua ue-  
 neratione colebāt, existimātes ipsum potius honesta bella,  
 quam turpem pacem cum Romanis ingredi uelle. Tunc e-  
 nim comes Constantius, etsi maximis Romanorum armis  
 instructus ad bellum contra Gothos procederet, conaba-  
 tur tamen omnibus ingenijs efficere, ut Gothi aliquas pa-  
 cis condiciones admittere uellent: in quas cum Sigericum  
 propensioem attenderent, poenitentiam egerunt, se Re-  
 giam dignitatem ad ipsum deuoluisse. Magnopere enim à  
 pace & quiete abhorrebant, dudum experti, maius dam-  
 num ab insidiosa Romanorū pace, quam ex acerrimis bel-  
 lis, quæ cum potentissimis Principibus gesserant, prodiss-  
 se. Proinde Sigericum, cum se mollius, siue remissius in re  
 militari gereret, pacisq; conditiones enixius amplectere-  
 tur, primum insidijs, deinde aperta ui eum circumuenien-  
 tes trucidauerunt. Ita exosa Gothicæ genti quies erat, quod  
 ad summa quæque comprehendenda belli ardor, & fidu-  
 cia uirium illam animaret: immò tantos animos illi fecerat  
 Vrbs occupata, & Italia in manibus habita, quam se spon-  
 te, & tam facilliter deseruisse dolobat.

## CAPVT XVI.

**V**allia deinde in demortui Sigerici locum concor-  
 dabus Gothorum suffragijs Rex surrogatur: qui  
 etsi prior ad pacem, quam ad bellum esset, ueritus ta-  
 men priorum Regum casum, deliberauit potius suos pro-  
 ceres, & populos in bellorum discrimina educere, quam  
 ab eis (cum tam pertinaces quietis & pacis osores essent)  
 ad aperta uitæ pericula deduci. Quocirca magnam eorum  
 manum classe armisq; instructam, in Africam transmitti-  
 re contendit. Sed hi omnes in Gaditano freto periclitati  
 (nullo ex eis euadente) perierūt. Territus ergo eo maximo

Constantius comes cōtra Go-  
 thos.

Gothi à pace &  
 quiete abhor-  
 rent.

Sigericus occi-  
 ditur.

Vallia 56. Rex  
 externus.

Gothi in Africa  
 transfursi per-  
 iclitantur.

et aperto Dei iudicio Vallia, non est ausus denuo bellum in Africam transferre, memoriaeque subiecit illam insigne cladem, quam Gothi pridem sub Alarico in Siciliam transfurturi sustinuerunt. Proinde persuasis Gothorum precibus, et consentientibus, pacem cum Honorio Imperatoris datis hinc inde lectissimis obsequiis constituit, et Galliam Placidam, quam post Athaulphi mortem honorifice apud se, honesteque habuerat, fratri reddidit, societatem belli contra ceteras gentes, quae Hispanias occupauerant, pollicentus. Ea pace firmata, Honorius Constantio Caesari designato eandem Galliam Placidam sororem matrimonio copulauit: ex qua Valentinianum eius nominis tertium suscepit. Exinde Vallia et Constantius (ut in foedere constitutum erat) coniunctis copijs in Alanorum gentem ducentiam apud Emeritam Lusitaniae metropolim incolentem inuasurunt. Proditum enim est in Romanorum historeis coplures gentes (duce Constantio, Constantini tyranni filio) Pyrenaei claustra prodentibus Honorianis ingressas, et Gallico ulterioris Hispaniae prouincias inter se sortitas, et solisque Vandalis Bethyca, Alanis Sueuisque Lusitaniae obuenit. Et forte iterum inter Alanos, et Sueuos ductu Vlixbonae, siue Olyssipponem, et quicquid ultra praeter ad Bethycam: illi Emeritam cum omni Gallicia obierunt. Soli tamen Cantabri et Astures, Galliciae praeter populi, in Romanorum fide permanserunt.

## CAPVT XVII

Vnde satis apparet, quantis calamitatibus et afflictionibus opprimebatur inclita natio Hispanorum ante Gothorum imperium: sub quo non solum liberata fuit ab omni exterarum gentium incurfu, sed in eadem amplitudinem et gloriam ascendit, ut nunc aut praecipue

Hispania in libertate per Gothos surrexit.

aut inter praecipuas totius orbis nationes merito existimetur. Primum igitur bellum Valliae, post inita cum Romanis foedera, erat contra Alanos et Sueuos, in quos una cum Constantio Honorij genero ualidum exercitum eduxit, eosque graui praelio apud Emeritam (interfecto eorum Rege Achace) superauit. Fuit autem ea uictoria ceteris gentibus Hispaniam diuexantibus maximo terrore, ut solliciti cogitarent, quomodo se a Gothorum potentia cum Romano Imperio coniuncta defensarent. Quamobrem missi ad Honorium legatione postularunt, ut a Gothorum societate discedens pacem secum constitueret, ipsosque inter se sineret bellorum euentum experiri, et se inuicem lacerare, futurum prudentissimè memorantes, ut apud quemcumque fuisset uel clades, uel uictoria, Romanae Reipublicae instaurationi, amplitudinique accederet. At tunc Honorius prudentior erat, quam quod sibi tam perniciosam a Gothis alienationem persuaderi pateretur. Constantius enim consors Occidentalis imperij ab Honorio assumptus, Augustus constituitur: qua dignitate prouectus, nihil magis utile et necessarium duxit, quam cum Vallia et Gothis foedera dudum inita renouare, ut in Hispanijs reliquam gentium multitudinem deleterent, aut effugerent. Itaque eidem Valliae Tolosam cum aliquot Auxitanae prouinciae ciuitatibus subiecit: quae tota regio Vasconia Gothica lingua appellata fuit, id est Latinis uerbis (teste Blondo) Gothia Occidentalis. Ego autem puto Gothos Vasgothiam, non Vasconiam a principio dixisse: quod uocabulum quamuis usque ad nostram aetatem tenuerit, tamen inagnam (ut conijcimus) mutationem in prouinciae finibus fecit temporis longitudo.

Vallia contra Alanos et Sueuos.

Achaces Alanorum Rex.

Gothi hostes Romani imperij deleuerunt.

Vasconia, id est, Vasgothia.



**D**Einde Vallia duodecimo anno regni sui (testatur dane) uidentis Vandalos in suis finibus, id est, in Bithynie solo, audaci temeritate ab interioribus partibus Gallie, ubi eos dudum fugauerat Athaulphus, egressos, contra depraedando uastare, mox contra eos grati contracto citu processit. Quod cum rescissent, timerentque Vandalum de mutandis sedibus cogitare coeperunt. Langi Romanorum perij fato exposcente, a Bonifacio comite Gizericorum Vandalorum in Africam inuitatur: a quo etiam multa pre-exorati sunt Vādali, ut siue mallet stipedia, siue preda urbium, siue ipsas Africæ urbes, in premium acciperent, opem illi aduersus imperatorem, praesidiique afferrent. Gizericus oblatam illico conditionem amplexus, Vandalum cum uxoriibus, & liberis, omnique suppellectili, fidei quoque tot annos in Gallijs & Hispanijs preda, nauibus impo- per fretum Gaditanum transmisit in Africam, non ut Bonifacio auxilium allaturus, quam nouas sedes in regione occupaturus. Alani autem, & Sueui manserunt captas in Lusitania regiones, donec distinctis postea poribus ad suos protectores Vefgothos cōsugerent Bithycam, quam ipsi Gothi discessu Vandalorum obtinuerunt. Sed forte operæpretium fuerit dicere, qua necessitate ductus fuerit Bonifacius, optimus Romanæ militiæ in Africa dux, Vandalos in armis contra Imperatorem inuocare. Erat enim origine Thracum sed morum humanitate præclarus, quem in Africam comitem beatus Augustinus Episcopus Hippo- nensis summè dilexisse uidetur. Sed inter hunc Bonifacium & Castinum Consulem Romanum, tanta controuersa emulationem uirtutis incidit, ut necesse fuerit, utriusque Rempub. ob priuatum eorum odium periclitari. Et

Vandali à Gothis in Africā fugantur.

Bonifacius Vādalis in Africam uocat.

Gizericus Rex Vandalorum.

Bithyca.

S. Augustinus Episcopus Hipponensis. Bonifacius & Castinus inimici.

complures ipsius S. Augustini Episcopi epistole ad Bonifacium, & Castinum, quibus summo perè conatur eos ad concordiam reuocare. Sed quemadmodum transitus à gratia in odium quàm facilis esse solet, ita difficile ab odio rediit in gratiam. Similis quoque inimicitia inter eundem Castinum & AEcium suborta, occasionem præstitit, ut AEcius Attilam, & Hunnos ad extremam Italiæ riuam (ut supra diximus) inuitaret.

AEcius Attilam in Italiam reuocauit, ut supra lib 9. cap. 4.

**E**T quia Alanorum nomen hoc tempore multam in historia memoriam habet, quòd Sueuis frequenter iuncti fuerint, siue cum Rhenum transirent, siue cum Gallias infestarent, siue cum Hispanas prouincias inuaderent, nonnulla de eorum origine commemorabimus. Sueuorum quidem natio in Germania usque hodie notissima est: quâuis etiam dubitari possit, an ipsa ex Sueonia Septentrionali originem ducat. Inquit enim Lucanus:

Alani unde uenerunt.

Sueui.

Lucanus.

Fundit ab extremo flauos Aquilone Sueuos. Non enim Sueui, qui uulgo Suaui dicuntur, in extremo Aquilonis habitant. At Alani qui fuerunt, aut unde uenerunt, maius dubium est. Ptolemæus in Asia longè ad Orientem inter Scythicas nationes describit Alanos montes, & populos: sed an ea gens populariter egressa nouas sedes que fuerit, nemo dicit. Gothorum, Gepidarum, Hunnorum, Bulgarorum, Vngarorum, Logobardorum, Tartarorum, Tartarorum irruptiones tenemus certis autoribus, tēpora signantur, nominantur duces, & quò uenerūt commemoratur: de Alanis autem, quando, & quibus ducibus sunt egressi, dubitatur: nisi quòd Moscouitæ à nonnullis Roxalani dicuntur, quasi dicendum esset Russi Alani. Aut si ad illa gentium uaginam, Scandianam insulam, referenda fuerit.

Roxalani Moscouitæ dicuntur.

Alanorum origo, credi potest eos Alandos fuisse, qui in insulis inter Scadiam & Finningiam habitant, & in vicinis Russiam antiquissimo tempore commigrasse. Facit in scriptorum antiquorum, ut diuinare oporteat in his et milibus rebus, in quibus libenter sum cessurus probabilitate afferenti. Procopius tamen dissimulandus non est, quia tertio lib. de bello Vandalico Alanos Gothicum esse aperte fatetur. Iosephus autem septimo libro belli Iudaei cap. XLII. affirmat ipsos Scythas esse, & iuxta flumen Tanaim, & Maeotides paludes sedes habere. Sed ad propositum redeamus. Vallia Gothorum Rex adeo cum suis Gothis (teste Iordane) in Vandalos concitatus erat, ut uoluisset etiam eos in Africa persequi, nisi eum casus, qui dudum Alarico ad Africam tendenti contigerat, reuocasset. Quo circa contentus eos incruenta uictoria superasse, & profligasse, Tolosam reuertitur. Deinde post diuturnum imperium tranquillum regnum, rebus excessit humanis.

## CAPVT XX.

Theodericus 57.  
Rex externus.

**T**heodericus deinde post potentissimi Vallie Regis fata à Gothis in regni solium sublimatus est, & gna totius Romanae Reipublicae salute. Nisi enim tantusq; Rex Gothis atque Hispanis eo tempore uigisset, non solum de Hispania, sed Gallia, & Italia, ex toto Romano imperio tunc actum fuisset. Enimuerit Attila diuinae iracundiae flagellum, cuius supra meminimus uolens Romanum imperium aut sibi subijcere, aut penitus extinguere, missis legatis ad hunc Theodericum Gothorum Regem, omni ingenio & astutia (quemadmodum diximus) conabatur eum à Romano Imperatore Valentiniano in suas partes attrahere. Sed tunc Theodericus non solum Gothica fortitudine, sed Hispanica prudentia antea

Attila astutia.  
Libro 9. cap. 3.

uidissimi hostis legatione contempta, sese partibus Imperatoris (cuius etiam tunc legati aderant) addixit. Quod si forte non fecisset, profecto illa Cathalanica pugna non libertatem, sed perpetuam seruitutem Occidentali imperio peperisset. Erat hic Theodericus homo summa moderatione compositus, animi corporisqueq; dotibus insignis: qui etsi à Romanis, Romanorumq; Imperatoribus grauibus iniurijs affectus esset, utpote eorum importunis bellis lacesitus, attamen cum uideret extremam ruinam Romano imperio, & toti Italiae ab Attila Hunnorum Rege imminere, omnium praeteritarum iniuriarum penitus oblitus seipsum, & totius Hispaniae uires contra tam formidabilem hostem obicit. Nam educto ex Gothis & Hispanis exercitu, tam uiribus ualido, quam numero hominum uix comprehensibili, ad campos Cathalnicos pro Romani imperij libertate pugnaturus accessit: in quo quidem cruentissimo prelio quantum praestiterit, pugna illa Attilana, quae à nobis superius est commemorata, satis ostendit. Cum enim Theodericus exercitum exhortaturus hinc inde discurreret, equo delapsus, pedibusq; suorum conculcatus, uitam praematura senectute conclusit, uictoria tamen apud Gothos & Romanos remanente.

Theoderici insignis modestia.

Campi Cathalanci.

Lib. 9. cap. 5.

## CAPVT XXI.

**T**horismundus autem Theoderici Regis filius, patrem in bellum Cathalanicum secutus, magna fortitudinis opera contra Hunnos, eorumq; confederatos, & belli socios ostendit. Nam sumpto secum Aecio Romanae militiae duce, primum Attilanos ab opportuno loco, in quo sibi felicem belli exitum polliceri uidebantur, eiecit: deinde eos pugnando insecutus, non antea cedentes cedere destitit, quam atra nocte à pertinaci pugna cessare cogretur. Quae

Thorismundus  
58. Rex externus.

Thorismundi in bello Attilano periculum.

AECij periculū.

Theoderici summa.

Thorismundum Attilā vindicare proposuit.

irruente, cum crederet se ad propria agmina redire, al-  
 stium carpenta ignarus incurrit: quem fortiter dimicantem  
 quidam capite uulnerato, equo deiecit. Sed suorū, qui de-  
 rant, prouidētia liberatus, a praeliandi proposito cessauit.  
 AEcius uerō simili noctis confusione à suis castris auul-  
 satus, cum inter medios hostes uagaretur, magna formidine  
 affectus est, ne ab hostibus circumuentus caperetur. Tandem  
 ad socia castra perueniens, reliquum noctis scutorum de-  
 fensione transiit. Postera die luce exorta cum campi ca-  
 daueribus pleni essent, & Gothi se uictores putarent, de-  
 mirari cœperūt ubinam esset Theodericus. Quocirca de-  
 tius inter densissima cadauera inquirentes, tandem in-  
 nerunt, inuentumq; cantibus honorabant, atq; inimicis  
 spectantibus abstulerunt. Videres Gothorum globos ali-  
 nis uocibus concrepare, atque inter furentia bella  
 funeri piam reddidisse culturam: fundebantur quidem  
 chrymæ, sed quæ à uiris fortibus impendi solent. Mor-  
 que erat non tantum molesta, quantum gloriosa, ad qua  
 etiam hostium superbia frangi putabatur, quandoq;  
 efferrī cadauer cum suis insignibus inspiciebant. Sic  
 Gothi Theoderico adhuc iusta soluentes, armis in  
 bus Regiā deferunt maiestatem: fortissimusq; Thor-  
 dus ad manes charissimi patris (ut decebat) exequi-  
 prosecutus. Quod postquam peractum est, orbis  
 lore commotus, & uirtutis impetu, qua ualebat, in  
 rum reliquias paternam necem uindicare constituit. Tu-  
 Gothi tam pertinacibus animis Hunnorum catenas  
 dunt, ut Attilā penē trucidassent, nisi prouidus effugit  
 & se suosq; illico intra septa castrorū, quæ plauris  
 lata habebat, inclusisset: in quibus etsi fragile esset  
 mentum, tamen quæsterunt subsidium uitæ, quibus  
 ante turres, & mœnia obsistere nequiuissent.

CAPVT XXII.

Itaque Thorismundus non solum mortem patris seu-  
 ritur uindicasset, uerumetiam Attilam, & totam eius  
 potentiam deleuisset, nisi AEcij consilio in medio belli ar-  
 dore à proposito reuocatus fuisset. Is enim metuens, ne  
 Hunnis funditus interemptis, à Gothis Romanum impe-  
 rium premeretur, persuadet Thorismundo, ut ad sedes  
 proprias remearet, regnumq; à patre relictum quanto-  
 cyus arriperet, ne eius germani, sumptis paternis opi-  
 bus, regnum Vestrogothorum occuparent, grauiusq;  
 debinc cum suis, atque infeliciter pugnaret. Quo consilio  
 non ambigē (ut datum est) sed pro sua potius utilitate  
 suscepto, relictis Hunnis redit in Hispanias. Sic humana  
 fragilitas dum se suspicionibus permittit, magnam ma-  
 gnarum rerum occasionem imprudenter amittit. Itaque  
 Thorismundus Regia maiestate subuectus, Tolosam in-  
 greditur. Hic licet fratrum, & fortissimorum consangu-  
 neorum turba suffultus esset, attamen sui regni initia tan-  
 sapiēter moderatus est, ut nullius reperiret de regni succes-  
 sione certamen. Nec longē post Attila non leuiorem belli  
 molem in Alanos mouere contendit, ut illis superatis for-  
 tior in Gothos progredieretur. Sed Thorismundus fraudem  
 Attilæ pari ingenio presentiens, ad Alanos, collecto in eo-  
 rum defensionem exercitu, iter accelerauit, ibiq; super-  
 uenientis Attilæ motibus preparatus occurrit: confertoq;  
 prælio, penē similiter de eo uictoriam, ut prius in campis  
 Cathalanicis, reportauit: fugatumq; à partibus suis, in se-  
 des proprias omni spe uictoriæ frustratum profligauit. Sic  
 Attila famigeratissimus, & multis uictorijs inclutus, dum  
 quærit famam amissæ uictoriæ recuperare, geminatâ con-  
 traxit infamiam, ingloriusq; excessit. Thorismundus au-  
 tem profligato tam acri hoste, ad Tolosam cum incruenta

AEcij astutus quam utilius consilium.

uictoria, et saluo exercitu remeavit. Deinde cōposita  
suos pace, tertio anno regni sui aegrotans, dum sanguine  
uena tollit, à proprio cliente (subtrahis antea armis) in-  
cidatur: una tamen manu, quam liberam habebat, scabellum  
tenens, aliquot ex insidiantibus represit, & occidit.

## CAPVT XXIII.

Theodericus 59.  
Rex externus.

Riciarius Sue-  
uorum Rex.

**T**heodericus præmortui Thorismundi frater, et  
regno Gothorum successor, etsi ad Regie maiestatis  
officia dignus ab omnibus iudicaretur, tamen hanc sue  
ritatis æstimationem plurimum imminuit illa eius anti-  
tio, qua regnum occisioni fratris cooperando præ-  
pare, quàm expectare malebat. Sed quod ille commisit  
fratrem, coactus est à cognato sustinere. Riciarius  
que Sueuorum Rex, cum consideraret huius Theoderici  
regnum per insidias, atque fraternam cædem occupandi  
occasionem dedisse magnæ in Gothica gæte controuersie  
statuit regnum eius domestica discordia labefactum  
pugnare. Non enim contentus esse uoluit Gallicia, qua  
principio beneficio Gothorum possederat, Lusitaniam  
cinã, & omnes Hispanias sibi subijcere cogitabat. Theo-  
dericus, comperta Sueui Regis insolentia, continuo im-  
rogatis eum pacificè monere curauit, ut non solum ab  
finibus abiret, uerumetiam nec auderet ea attingere, quæ  
nihil præter perpetuum odium, & irreparabile damnum  
assequeretur. Ille uerò animo prætumido respondit: Sile  
murmuras, & me uenire causaris, Tolosam, ubi in  
ueniam: ibi si poteris resiste. Theodericus autem dissi-  
lanter iactabundi hominis uerba excipiens, mox con-  
stitit copijs mouit in Sueuorū Regem. Ventum est ad certame-  
men apud Urbium amnem, qui inter Asturiam & Iberiam  
fluit, ibiq; fortiter pugnās infrior Gothorū pars uictoria  
officiat

afflicta est, Sueuorumq; gentes penè cunctas, usq; ad in-  
teruicem proftrauit.

## CAPVT XXIIII.

**R**iciarius igitur cernens uictoriam ad hostes inclina-  
ri, fuga sibi cōsulturus nauiculam arripuit. Sed tem-  
pestas nusquam abire passa fugientem reiecit in litus: ubi à  
Gothis comprehensus ad Theoderici manus uiuus per-  
uenit: à quo mox ob suæ temeritatis perfidiam capite ple-  
xus occiditur. Sueuis tamen, qui post tam cruentam cædem  
supererant, indulgentissima clementia pepercit. Quibus si-  
delem hominem Athulphum præficiens, insit ut promissæ  
fidei rationem haberet, & quod acceptum tantæ liberalita-  
tis beneficium obsequio, non ingratitude compensaret.  
Quod quamuis se integrè facturum polliceretur, tamen cæ-  
ca dominandi ambitione correptus, Theoderico Regi re-  
bellans Sueuorum regnum occupauit. Quocirca Theoderi-  
cus contractas denuò copias in rebellem, & eius compli-  
ces emittere curauit, exeuntemq; in pugnam facile supe-  
rauit. Captus enim, & in triumphum ductus, fortunæ ludi-  
bria pati cogebatur, quia maluit Rex esse ridiculus, quàm  
præfectus sub potente Rege magnificus. Igitur ob perfidiã  
uita pariter & regno priuatus, documentum ad posteros  
transmisit, ne quis Principum humanitate & clementia fa-  
cile abutatur, aut minorum mansuetudinem & longani-  
mitatem contemnendam putet. Tunc Sueui rectoris sui ne-  
ce comperta, pontifices, & sacerdotes suos ad Theoderi-  
cum pro uenia impetranda supplices miserunt: quos ille ob  
pontificalem reuerentiam suscipiens, non solum impunita-  
tem Sueuis indulxit, sed ut sibi de suo genere Principem con-  
stituerent concessit: quod & factum est. Constitit enim Re-  
simundum sibi Sueui Principem creauerūt: qui tranquilla

Sueuorum gens  
penè ad inter-  
uicem pro-  
strata à Go-  
this.

Riciarius supe-  
ratus & occi-  
sus.

Gothorum cle-  
mentia.  
Athulphus Sue-  
uis præficitur,  
& rebellat.

Athulphus su-  
peratus occidi-  
tur.

Pontificū apud  
Gothos reue-  
ratio.

Resimundū Go-  
this Sueuis  
præficit.

temporum pace gauisus, suis quidem presuit, sed superiorum Gothorum potestatem recognouit: per que tempore Theoderici decimotertio regni sui anno occubuit, nihil pariter & temporalis regni gloriam relinquens. Hic tamen attendendum est, Hispanam historiam, quam Valerius scripsit, non recte affirmare, quod Eudoxa Imperatrix Theodericum ex Hispania, ad uindicandam sui mariti Valentiniani Imperatoris necem, ad Romam usque aduocasset, ipsius uocationi satisfaciens, non modo Urbem, sed toti fere Italiae graues calamitates induxisset. Sed erat Gensericus Vandalorum Rex, qui ex Africa per Eudoxam inuitatus, in Italiam Romanam intolerabilibus calamitatibus affecit.

CAPVT XXV.

*Euricus 60. rex exterius.*

**E**uricus deinde Theoderici frater, atque in regno successor, tempora minus turbata expertus est. Quippe cum Romani eodem tempore ciuili discordia laborarent, aliorum Regum & Principum quieti, quam turbata consueuerant, melius consuluerunt. Multi enim ad Romanum imperium aspirare post occisum Valentinianum quem miles Aecij nuper iussu Imperatoris occisum uerit. Maximus enim tyrannico more imperium inuadit, doxamque Imperatricem sibi inuitam copulauit. Sed is a Genserico Vandalorum Regis aduentu, dum fuga euadere conaretur, ab Urbe milite Romano occisus est. Deinde Maximus Occidentale imperium occupans, parum imperantem cibus paulo post in bello, quod susceperat in Alanorum uastatores. Inde Anthemius Martiani Orientis Imperatoris beneficio in sceptrum Romana successit. Nec multo post Olibrius quidam imperare contendit. Denique postea Augustus (quem alij Augustulum uocant) imperium assumpsit. Vacabatque exinde Occidentale imperium per

*Valentinianus a milite Aecij occisus.*

*Maximus imperium inuasit, & occiditur.*

*Maorianus imperium occupat, & occiditur.*

*Anthemius ad imperium peruenit.*

*Olibrius Imp. Augustus sive Augustulus.*

nos plusquam trecentos, usque ad Carolum Magnum Germanorum, Francorumque Regem. Interea Euricus tam crebram Romanorum Principum mutationem considerans, Gallias sibi subijcere contendit. Quod comperiens Anthemius, qui se Imperatorem gessit, ad Britonum auxilia confugit: quorum Rex Riethinus cum duodecim millibus armatorum in Biturigensem ciuitatem contra Euricum pugnaturus aduenit. At Euricus innumerum ductans exercitum, diu contra eum pugnauit, & tandem (antequam Romani cum eo coniungerentur) superauit, adeoque prostrauit, ut maiore exercitus parte amissa, ad Burgundionum gentem Romanis confederatam fugere compelleretur.

CAPVT XXVI.

**E**uricus uero Aruerniam Galliae ciuitatem occupauit. Ita per quamcumque occasionem Gothi paulatim suum imperium propagare, ut si non omnes, saltem potiores terras per Hispaniam, & Gallias, praeter solam prouinciam Narbonensem, & nonnullas illi uicinas possiderent. Hoc est enim illud tempus, quo Romani Hispanias, Galliasque amiserunt, nec unquam postea recuperauerunt, & in Gallijs Francorum, Germanorum, Burgundionum, Vandalorum, & in Hispania Westrogothorum orta sunt noua regna: quorum omnium praecipuum erat Gothorum, quemadmodum hoc nostro aeo ipsa Hispania, in qua sedes elegerat, nulli felici regioni secunda esse uidetur. Debent igitur uersa Hispaniarum & Galliarum regna Gothicae gentis fortitudini non paruas gratias, quod tunc primum per eam a duro Romanorum imperio liberata, nunquam postea libertate amiserunt, sed in maiore gloria conscenderunt. De obitu huius Eurici apud Didacum, siue Iacobum Valerianum inueni-

*Imperium trecentis annis uacat.*  
*Carolus Magnus.*

*Riethinus Rex Britonum.*

*Euricus contra Romanum Imperium triumphat.*

*Gothi suum imperium propagare.*

*Romani Hispaniae & Galliae per Gothos ademptae.*

*Gothorum regnum per Hispaniam & Galliam praecipuum.*

*Gothi Hispaniarum & Galliarum libertati.*

quod conuocatis ad se proceribus suis prædixit, se ad  
num diem e uita mortali transiturum. Impetrantiq; do-  
lis, ut Alaricum filium suum in regni solium collocaret,  
quem etiam multis optimis consilijs contra insantis im-  
poris pericula præmunire curabat, in primis ut Deum  
per omnia diligeret, mādāta eius custodiret, Dei munus  
honoraret, sine fīdelium procerum consilio nihil ar-  
tentaret, subditos amaret, iustitiam coleret, clementiam  
uaret, omnibusq; se benignū & liberalē exhiberet. De  
de superueniente nono die, ex temporali regno ad æternam  
gloriosa morte migravit. Elatusq; est cū summo honore  
publicis ac diuturnis lachrymis non secus ac patrie pæ-  
in ciuitate Arelatensi tumulatus.

*Eurici optima  
consilia.*

*Eurici mort.*

IOANNIS MAGNI  
GOTHI ARCHIEPISCOPI  
PSALENSIS HISTORIAE GO-  
thorum Sueonumq; liber  
decimus sextus.  
CAPVT I.

*Alaricus Gt. rex  
externus.*



Primo igitur, & Prudenti patri  
cus minus prudens successit, qui de  
patris uirtutes, & monita minus cura  
curauit, quā imminētis temporis  
crimina requirebāt. Pacem enim, quā  
pater Euricus cum Clodoueo, dicitur  
douico, Francorum Rege prudenter composuerat, impu-  
denter euerit. Cū enim Clodoueus N. Romanum ducem  
Suesionis bello urgeret, & ille tanto Regi impar bello  
fit

Eus succumberet, ad Westgothorum Regem Alaricum, qui  
Theoderici Ostrogothorum, & Romanorū, ac Italiæ Re-  
gis filiam coniugē habebat, supplex confugit. Quem cū  
Alaricus cōtra Clodoueam defenderet, totam belli molem  
in se, & suos Westrogothos conuertit. Igitur totis utrinq;  
uiribus concurritur, & pertinacissimis animis pugnatur:  
tādem cadente Alarico, cedunt Gothi, occisa maxima eo-  
rum multitudine, ut testatur Rodericus Toletanus. Deinde  
Clodoueus uictoria importunē usus, uictos lōge lateq; pro-  
figando, Tholosam, & totam Franciā Gothicam, & quic-  
quid antea Euricus à Franciæ regno uictorice manu accepe-  
rat, uiribus & armis recuperauit, atq; in suam potestatem  
redegit: fuisseq; tunc de magna Hispaniæ parte actum, ni-  
si Ostrogothi ex Italia irrumpentes, periclitantibus co-  
gnatis Westrogothis necessariam opem præstō attulissent.  
Theodericus enim ipsorum Ostrogothorū, & Italiæ Rex,  
ubi comperit Alaricum succubuisse, bellum pro genero su-  
cepit in socerum, (tenebat enim filiam Clodouei coniu-  
gem) missoq; duce cum expedito exercitu, graui bello Fran-  
cis congregitur, atq; adeo atrociter iniuriam Westrogothis  
illatam uindicauit, ut in uno prælio triginta Francorum  
millia (prout lib. ix. supra dictum est) occisa corruerent.  
Recuperatæ sunt ea cruenta pugna (teste Didaco Valera)  
omnes ciuitates & terræ, quas Franci superato Alarico oc-  
cupauerāt, & potentia Theoderici pro Amalrico filio A-  
larici conseruatae. Vnde euenisse credo, quod apud Casto-  
dorum inueniantur Theoderici decreta ad Hispaniarum  
gubernationē edita. Extāt & literæ ad magistratus in illis  
cōstitutos date, quibus satis apparet Theodericū non solū  
Romā, & Italiam prudenter rexisse, uerū etiā Hispania-  
rum terras à Francorū impugnatione libe-  
ras conseruasse.

*Alaricus à Clo-  
doueo supera-  
tus cadit.*

*Clodoueus late  
populatur Hi-  
spanias.*

*Theodericus O-  
strogothus Hi-  
spanias à Gal-  
lis liberat.*

*Francorum 30  
millia ab O-  
strogotho oc-  
cisa.*

*Theodericus Ita-  
liā & Hispan-  
ias tenuit.*

Amalricus 62.  
rex externus.

**A**malricus uix puerilem etatem egressus, patri campis Vagladensibus in bello Gallico occisus, rogatur in regnum Vestrogothorum, cui materni patris lib. ix. uiribus defensatus, alioquin intolerabilium eorum impetui nequaquam resistere ualisset. A Sidoniu Franci Vesgothis infesti permansere. Erat quoque minus formidabilis illa controuersia, quam domi nunt, diuisis Gothorū animis in diuersa erga diuersos

Gesalaricus 63.  
Rex externus.

cipes uota. Pars enim mortui Alarici germanum Gesalaricum (quamuis illegitimo toro genitum) in regni solium exit: in quo parum feliciter ad quatuor annos praefatus nonnulla praelia magis temere, quam prudenter

Gesalarici mors

Francos attentauit: in quibus tandem periclitatus, pariter & regnum amisit. Coeperuntq; Franci Gothos Hispanos, tunc propter infelicem Gesalarici fortunam propter Amalrici puritiam contemnere, copiosius

Theodericus 12.  
annis Hispanias rex.

eos opprimerent, comparare. Quo comperto Theodericus Ostrogothorum atq; Italiae Rex, indigne tulit

num regnum ab Amalrico nepote suo auferri. Proinde Didacus Valera asserit) potentissimo exercitu in Hispaniam se in Hispanias contulit, quas totis duodecim annis

Amalricus in perfectum uirum euaderet, per seipsum prudentiam & potentiam gubernauit. At postquam Theodericus relicta Hispania in Italiam rediisset, breuiter concessisset, Clodoueus Francorum Rex, qui nonnullam

Clodoueus bellum Vestrogothis intulit, quod Arriani essent.

ram Christi fidem conuersus fuerat, consentientibus partibus, bellum Vesgothis denuo intulit, non solum quod terras Francorum occupauerant, sed quia Arriani per se assertores erant. Cum igitur in eo praelio nimis uigilans Clodoueus, S. Martino equum, cui insidebat, deuotus

Clodoueus equum S. Martino uouit.

disulit. Sed dum eum pretio centum aureorum redimere uoluisset, nec equus inde moueretur, ducentos impendit, & confestim iumentum iam liberum sequitur expectantem. Tum Rex ait: Martinus quidem bonus adiutor est, sed stipendio pretiosus. Procerum deinde consilio apud Parisios habito, cum satis de gerendo bello aduersus Gothos Arrianos constitutum esset, uouit (ut superius diximus lib. ix.) basilicam Principi Apostolorum (quae nunc in ea ciuitate insignis uisitur) si uictoriam de fidei hostibus obtineret.

Clodoueus S. Petro basilicam ex uoto adificauit.

## CAPVT III.

**I**gitur Vestrogothi, cognito Francorum proposito, uicinos & confederatos suos Aluernos in belli societatem aduocarunt. Quorum copijs succincti, aduersus Francos in aciem prodierunt: sit atrox & pertinacissima pugna pro regno, atq; Christiana fide, quae omni regno, & ipsa uita charior esse deberet omnibus Regibus, & Principibus Christianis. Tandem in ea pugna superatis Vestrogothis, & Aluernis, utriusq; partis duces ceciderunt. Eam uictoriae assecutus Clodoueus, priusquam hostes uires resumerent, confestim filium suum Theodericum ex ancilla genitum, in Vestrogothorum & Aluernorum terras immittit. Quibus superatis, in Tolosam (quae adhuc erat caput regni Vestrogothorum) Vasconiamq; arma conuertit. Amalricus uero unicus Alarici filius sese intra Pyrenum comunierat: qui etsi Tolosam cum paternis thesauris, & Vasconiam amiserit, Hispaniam tamen ulteriores cum Pyreni saltibus, prout pater possederat, defendauit, pacemq; emixit petiuit: ad quam etiam Clodoueus inclinatus erat. Sed cum interim audiret, Arrianam heresim in Burdegalia, & ciuitatibus uicinis magis, quam alibi in Vestrogothorum regno feruere,

Aluerni contra Francos cum Vestrogothis pugnant, & sperantur.

Clodouei uictoria.

Clodoueus Arrianorum persecutor.

in eas exercitum ducere non distulit, cædemq; & direptionem in Vesgothos exercuit, donec suscepta sponsera sibi resti abrenuntiarent. Quo factò, Episcopos illi Catholici instituit, atq; cum gloriosa uictoria in Franciam remansit. Quæ uictoria quantum displicuit Regi Ostrogothorum Theoderico, tantum placuit Iustino Imperatori, ut supra diximus, satis est ostensum. Exitus aut Regis Amalrici (iuxta historiam Valeræ) erat in bello contra Gilibertum Francorum Regem, in quo occisus uitam pariter & regnum amissit. Ius autem belli occasio hinc suscepta fuit. Postquam Amalricus superatis quam plurimis difficultatibus ad patrum regnum peruenit, ut suum regnum finitimorum Principum affinitate stabiliret, Totildam Franciæ Regem, Giliberti & Clotarij, qui patri Clodoueo mortuo successerat, genam in coniugem suscepit, & liberaliter primum, mox temptissimè habuit. Quippe, ut dictum est, Arriano non imbutus, rectæ fidei mulierem despiciebat. Hæc post diu passa esset illustrissima mulier, fratribus per litteras significat, quæ à uiro infideli toleraret, laturaq; esset. Amalrici petulantiam temeritatemq; compescerent. Inuocati igitur crebris & iustis sororis precibus Reges ma comparare festinant. Interim Gilibertus unum excelsio uir animo, non expectato Clotario, militum malricum educit: qui etiam magnam quam potuit suam manum mari terraq; contrahit. Pugnatum est equibus diu, acriterq; sed Gothi cedentibus, uictoria per Gilibertum remansit. Itaq; uictus Amalricus, dum fugam querere cogitaret, à milite Franco inter fugiendum fossus interijt. Quo comperto Rex Francus Gothos in uoluntate feruore persequi non destitit, donec ad ualidissimam urbem Toletanam peruenisset: quam obsessam, & a Francibus non segniter defensam capit, captamq; militum tradidit.

Amalricus re-  
ste fide coniu-  
gem cõtemnit,  
& ob id perit.

Amalrici mors.

Toletum à Fran-  
cis superatur.

diripiendam: atq; ita sorore recepta, & mox morbo (dum reduceretur) absumpta, in paterno monumẽto tumulatur.

## CAPVT IIII.

**T**euces, siue Teuda, difficillimis Reipub. temporibus procerum uoluntate in regnum surrogatur Amalrici, eo quòd ille sine prole mascula obiisset, cum nunquam magis necessarius esset Rex in re militari peritissimus. Quippe Francorum Reges Gothis admodum graues imminabant, necdum plenè recuperata erant, quæ bello proximo ante mortem Amalrici perdita fuerunt. Igitur Teuda restituentis in pristina libertatè atq; integritatem regnis intentus, omnia egit, quæ augendo Gothorũ regno opportuna uidebantur. Gilibertus tamè Parisiorũ Rex fortè illi manũ opposuit. Sed cum par esset utriq; potentia, nunc hæc, nunc illa pars uictoriã reportauit. Peruenit aliquando Francus cum exercitu ad expugnandã Casaraugustanã ciuitatem, quòd ibi Arrianã heresim uigere putasset. Percontatus aut hominẽ, quem in agro deprehendit, quã religionẽ urbis habitatores sequeretur, essent ne Christiani Catholici, an Arriani. Ille (ut erat agricola) pro suo captu (ut poterat) respondit, Sanctam inibi in Deitate Trinitatem, & unitatem in Trinitate credi. Gausius Rex Gilibertus Pontificè urbis ad se euocat, eumq; alloquens ait: Quia catholicã plebem audio hanc urbem inhabitare, arma, quæ contra Arrianos sumpsi, inde conuerto. Sed quem interim hæc urbs inter cœlicos patronũ ueneratur: ille refert, Diuũ Vincentiũ martyre esse præcipuũ eius loci defensorem, quòd eius in terris reliquie ibi seruarietur. Cui Rex: Ne tantũ laboris ex itinere frustra susceperim, rogo mihi aliquid ex sacris eius reliquijs impartiri. Igitur Pontifex, & clerus cõmuni consensu stola, & tunicã sancti martyris Regi donauerunt. Ille susce-

Teudes aliàs  
Teuda 64.  
rex exterrimus.

Teuda primum  
bellum contra  
Gilibertiũ Pa-  
risiorũ Regem.

Casaraugustana  
ciuitas ca-  
tholica.

S. Vincentium.



pta dona quàm sanctè adseruata secum duxit Parisi-  
eodem sancto martyri Vincentio ecclesiam construxit,  
dedicauit, instituit ibi monachis, quibus easdè sancti-  
tyris exuuias diligenter conseruandas cõmendauit. Scilicet  
lendum nõ est, quomodo Valerianus Hispanus asserat  
Teudem cooperatione illustrissimæ Reginæ Amalafie  
Theoderici Regis Ostrogothorum filie, factum fuisse  
gem Vestrogothorum, & tandem ob ingratitudinem  
pti beneficij, à famulo eiusdem Reginæ in ciuitate Hispani-  
si trucidatum.

Teudæ mors.

## CAPVT V.

Teudiscus 65.  
Rex externus.

**T** Teudiscus, siue Teudegisus, post mortè Teudæ  
sensu procerum in Vestrogothorum Regem ap-  
tur. Sed nihil felicius illi successit in adepto regno, quàm  
cifo nuper Teudæ. Quippe quemadmodū ille ob suam  
lerabilem ingratitudinem in fata uiolenta concessit,  
Teudegisus, qui studuit eius peruersa opera imitari,  
tum haud dissimilem expertus est. Enimuerò potestatis  
gia, quam à Deo in uindictam malorum, & laudem bo-  
rum acceperat, ad maxima, atq; non ferenda uita du-  
tur, ut magis suæ Reipublicæ, immò omnis uirtutis do-  
nestatis inimicus, quàm Rex uideretur. Erat in primis  
bilitum uirginum, & matronarū corruptor, multosq;  
ceres, qui tam nefarijs conatibus eius resistebāt, inter-  
dos curauit, ut eorum coniuges suæ abominandæ

Teudegisus rex  
sceleratus.

Teudiscus mors.

liberius, quàm honestius inseruirēt. Itaq; nobilem  
iusto dolore prouocati, ipsum inter con-  
uinia petulantius exultantem  
occiderunt.

## CAPVT VI.

**A** Gilaus post Teudegisli mortem à Gothis ad Re-  
giam dignitatē sublimatus, primum belli negotiū  
contra Cordubam assumpsit. Siquidem cū Cordubenses  
apertè rebellionem molirentur, hic contracto prauulido  
exercitu in eos mouere non distulit. Sed quos imparatos  
opprimi posse putabat, nimis paratos, & ad arma prom-  
ptissimos inuenit. Proinde uehemens, atq; atrox prælium  
inire compulsus, post longum & anceps certamen ab eius  
loci incolis superatur, amissaq; maiore parte exercitus, &  
filio, in Emeritam fugiendo peruenit. Cetera eius tempora  
quieta fuisse traduntur: quod maximè ex eo prouenit, quia  
Francorum Reges bella, quæ antea solebant in Vestrogo-  
thos Arrianos pro fide Christi extendere, tunc in mutuam  
patriæ, & suam perniciem conuerterunt. Sepe enim Gil-  
debertus & Clotarius, qui ea tempestate in Francia regna-  
bant, fraternis atq; acerrimis odijs inuicem consfigebant,  
qui honestius, & maiore cum pietate pro dilatanda Chri-  
stiana fide in gentes hæreticas gladios suos extendissent.  
Sed erat tunc, ut nunc, Christi honor post terrenum & ca-  
ducum regnum, atq; in infimo situ collocatus, qui debuisset  
regnis, & omnibus huius mūdi bonis longa intercapedine  
præferri. Sed tum Deus iustus iudex Agilaum, qui Arria-  
næ blasphemie studuit esse imitator & defensor, ita puni-  
uit, ut postquam tempore paruo regnasset, eundè uita pri-  
uaret, & regno: à suis enim, quos ad ueram fidem promo-  
uere debuisset, iusto Dei iudicio trucidatur.

Agilaus 66. rex  
externus.Agilaus contra  
Cordubā exer-  
citus mouit,  
& vincitur.Francorum Re-  
gum domesti-  
ca seditio.Christi honor  
regno munda-  
no posthabitus

Agilai mors

## CAPVT VII.

**A** Thanagildus enim ueræ fidei Christianæ asser-  
tor, quamuis occultus, cū consideraret Agilaum  
in adepto regno nimis inolescere, atq; Arrianā perfidiam

Athanasius  
67. Rex exor-  
tum.

Amatus ciuis  
Romanus.

Athanagildi  
pietas.

Gothi Alani,  
nunc Catha-  
lani.

Cathalanica  
gens industria  
Ja

enixius defensare, cœpit consilia inquirere, quibus popu-  
tam ingratum diuinæ maiestatis contemptorem à Ro-  
mañe urbis ciuis, & patricius, quem Narses, qui Italia  
stiniani imperio restituerat, præfectum Narbonensium pro-  
uincie, & aliarum terrarum Gallicarum creauerat. Hic  
igitur Amatum ueræ fidei catholicæ defensorum, Athana-  
gildus in belli societatem inuocans, bello Agilau adorian-  
eumq; tanquam de diuinis & humanis rebus male memo-  
deiecit, & occidit. Itaq; Vestrogothorum regno occupa-  
diu feliciterq; utpote per duos & uiginti annos (teste Blon-  
do, & Volaterrano) regnauit, dignus qui inter optimos  
ges cõnumeretur. Enimuerò (ut habet Lucas Tuicicus) Iu-  
rianam uesaniam auersatus, ueram Christi fidem, quam  
non satis apertè, profitebatur. Huius autem tempore  
diuturnæ pacis commoditatem Gothi, & Alani in unam  
gentè (referente Blondo) hoc modo coauerunt. Ea in  
longitudine pacis Vestrogothis Hispanias, Citeriora  
terioremq; pacatissimas habentibus, Alani cum Vestro-  
gothis ita cohabitarunt, ut in illius gentis nomen suum  
sim confuderint, atq; immiscuerunt. Eos enim Alanos  
cimus à Sebastiano Valentiniani Imperatoris duce et  
thyca, quam sperauerant retinere, ad Westgothos con-  
gisse: qui quidem Westgothi suspectos habentes nunquam  
mul uno in loco statua habere permiserunt: immo non  
quam possent, aut per seipsos rebellare, aut in uicinis  
gentem amicam respicere, continuerunt illos in Hispania  
Citeriore: ex qua populorum mixtura facta est gentis  
triusque nominis compositio, que etiam nostris  
perseuerat. Et qui eo modo Citeriorem Hispaniam  
luerunt Gothi, & Alani, nunc dicuntur corrupto uocabulo  
lo Cathalani, gens profecto illius industria, que generis

in omnibus respondeat. Et siue casu factum sit, siue ex ingenio, bene habet, quòd in nomine composito primam obtinet partem Gothica gens præstantior quæ & Romam capere potuerit florentissimam, & capta paulò post Hispaniæ regna mille iam annos, supraq; (licet aliquando minus integrè) conseruauerit. Præterea in eodem loco Blondus adnotat, quomodo Romani imperij inclinatio tunc per Gothos extra Italiæ fines in Europa facta fuerit, quòd neque in Gallijs, neq; in Hispanijs, aut in Germania, siue in insula Britannia, & prouincijs, quæ Danubio adiacent, aliqualis ultra fuit Romano Imperatori, aut Romanæ Reipublice iurisdictio. Cæterum ad Athanagildum reuersi, inuenimus ipsum post diuturnum ac pacificum regnum, naturali, non uiolenta morte apud urbem Toletanam occubuisse: quamuis Volaterranus asserat, ipsum suorum insidijs trucidatum, cum ego interim in hac re magis tribuam historijs Hispanorum.

Romani imperij inclinatio à Gothis cœpit.

Athanagildi  
mori.

## CAPVT VIII.

**L**uiba in defuncti Athanagildi locum communibus procerum suffragijs surrogatur: qui peractis paucis annis in eo regio principatu, cœpit Regiæ dignitatis onera tantum fastidire, quantum imprudentiores homines ea concupiscere, & admirari consueuerunt. Proinde ne totam libertatem suam penitus amitteret, Leonegildum fratrem suum, siue (ut alij dicunt) filium, in regni consortem assumpsit, atq; ita amplissimi principatus curas diuisit, ut per se ipsum Franciam Gothicam, & nonnullas partes Hispaniarum ei uicinas regeret, cætera omnia permitteret Leonegildo. Hi Reges, etsi Arriana hæresi infecti essent, tamen permiserunt Catholicos Pontifices suas synodos celebrare. Si quidem eorum tempore non parua controuersia inter Hi-

Luiba 68. Rex  
externus.

Luiba graue di-  
xit regnare.

Luiba Leonegil-  
dum consortem  
regni effecit.

Paschatis cele-  
bratio in con-  
trouersia uer-  
titur.

spaniarum & Galliarum Episcopos de celebratione Paschalis festiuitatis emerfit, quæ difficile poterat humilitas industria diffiniri, quemadmodum in historijs Hispaniarum latius continetur. Tandem Luiba, euoluto pauco annorum numero, mortifera ægritudine affectus, uitã regnumq; Narbona reliquit.

CAPVT IX.

Leonegildus 69  
Rex externus.

**L**eonegildus, qui uiuente Luiba partem Hispaniæ administravit, nunc illi mortuo in toto regno iussit: qui si tantus in propaganda fide Christiana fuisset, tantum terreno regno augendo, conseruandq; studebat, risissimũ inter omnes Principes locum haberet. Erat enim cerrimus Arrianæ perfidiæ defensor, omniumq; Caligulæ, & persecutor. Habebat namq; filium Hermegildum, cui uxorem Gildeberti Francorum Regis orodoxi filiam accepit: quæ cupiens maritum ad ueram Christi fidem conuertere, egit cum Leandro Pontifice uelensi, ut uirum suum inuiferet, secumq; de uera religione tractare dignaretur. Annuit pius Pontifex tam pijs & sanctis optimæ foeminæ precibus, & cum illo de ueritate conferens, ostendit ex sacræ scripturæ testimoniis horribilem Arrianæ perfidiæ impietatem, tantumq; precit, ut uolentem Christo lucraretur. Itaq; Hermegildus

Leonegildus per  
tinax Arria-  
nus.

Leander Hispa  
lenfis p̄sifex.

Hermegildi Ca  
tholica religio  
& uera pie-  
tas.

Hermegildi  
martyriũ.

Catholicam ecclesiam, & fidem conuerso, pater eius uinciri iubet, & in carcerem trudi. Sed nullæ carceris tenebræ poterant ueræ fidei lumen in eo accensum extinguere, quin potius gauderet se pro Christi nomine uicem meliam pati. Perseuerauitq; in ea Christi confessione, usque ad uitæ exitum per illustre martyrium. Ipso enim festissimo Dominicæ resurrectionis die orto iam sole, Hermegildus Rex pius & optimus filium in carcere clausum (nulli) p̄

culatore) securi percussit, Christoq; pretiosum martyrem consecrauit. Uxor uerò occisi sanguinarium Regem abominata, cum paruulo filio effugiens, incidit in manus militum Mauritiij Imperatoris, qui tunc per quamcunque occasionem in Gallijs uersabantur: à quibus capta in Siciliam perducitur, ut inde Constantinopolim ad Imperatorem pro obside mitteretur. Non tulit fragilis mulier insolitam marini itineris nauisem. Vix enim terram Siciliæ attingit, & mortifera ægritudine correpta spiritum exhalauit, relicto paruulo filio, qui Constantinopolim ad Imperatorem est deductus. Interea Gildebertus Rex, ut iniuriam sororis uindiceret, grandem exercitum contra Leonegildum in Hispanias educit: nec segnior ille occurrit. Itaque acerrimum prælium committitur, in quo utrinque cadunt quàm plurimi, sed ex Gothis pars maxima. Nec alia res, quàm iusti doloris uindicta quæ sita uidebatur. Et quidem talis erat Leonegildus in Christianam fidem. Ceterum quæ ad Regis officium spectabant, strenuissimè exequiebatur. Siquidem omnes rebelles ciuitates per Hispanias subiugauit, regnum suum potenter dilatauit, Cantabriam, & multas terras recuperauit, deniq; Galliciam, expulso inde Audeca Rege, & gente Sueuorum (quorum maior res in ea parte centum septuaginta annos regnauerant) regno Vestrogothorum adiunxit. Quem tandem post multa & insignia facta mors ex infirmitate contracta Toleti superauit, & extinxit.

Hermegildi uxor in captiuitate moritur.

Gildebertus fratris Rex contra Leonegildum.

Leonegildus armis quàm religione clarior.

Leonegildi mors

CAPVT X.

**R**ecaredus optimus Rex, patri suo Leonegildo in regno, non in moribus successit. Ille enim uehementissimum Arrianæ sectæ defensorem, hic Catholicæ fidei assertorem se exhibere curauit. Ille terrenum regnum augere,

Recaredus 70  
Rex externus

*Recaredi pietas* & conseruare studuit: hic coelestem simul & terrenum principatum ita curauit, ut hunc transitorium, illum sempiternum aestimaret. Quocirca ne Christianam religionem postremis collocare uideretur, effecit, ut septuaginta duorum Episcoporum synodus anno Christi quingentesimo nagesimo quarto per Hispanias, Franciam, Italiamq; conuocaretur, in qua de religione, deq; aeterna Christi diuinitate

*Concilium 72. Episcoporum anno Christi 594*  
*Leander Hispanensis Episcopus.*  
 stitueretur, quid sentire oporteret. Ibi Leander Hispanensis Pontifex, uir fide Catholicus, & in lege Dei exercitatus, atq; in sacris scripturis doctissimus, acerrime disputans, ad eum consutauit sectam Arrianam, ut Recaredus cum proceribus, & omni gente sua renūciaret patrum gentili errori, seq; ceteris per Catholicam ecclesiam habitis religione & fide conformaret. Quae res per omnem Hispanias, Gallias, & Italiam admirabili omnium Letitia profuso gaudio excepta est, nomenq; Gothorum longioris reddidit, quam prioribus annis ulla in armis

*Recaredus cum omni gente Gothica haeresim Arrianam ab iurat.*  
 tas efficere potuisset. Deinde omnes Arrianos ex omni Hispaniae partibus effugauit, Catholicosq; pontifices & sacerdotes ab exilio reuocatos in suas ecclesias, & prouincias restituit. Summo quoq; honore eos affectit, qui pro Christiano nomine contumeliam hactenus sustinuerant. Praecipua

*Arrianis expulsi Catholicis restituntur.*  
 tem cooperatores, & autores, quibus Gothica gens, abegata haeresi, ad Orthodoxam fidem conuerteretur, erant sanctissimi Pontifices ex Gothico, & Regio sanguine procreati, Leander, Fulgentius, & Isidorus: quorum operatum est, ut nunquam deinceps uera apud Hispanos religio cessaret. Hoc itaq; uerae religionis fundamento posito, Recaredus manum ad regni defensionem extendens, sepe contra Romanos pugnauit, totiesq; uictor euasit. Refert D

*Leander.*  
*Fulgentius.*  
*Isidorus.*  
*Recaredus Romanos saepe deuicit.*  
*Recaredus 40. millia Francorum occidit.*  
 phaël Volaterranus hunc Recaredum cum Francis bellum gessisse, atq; ex eis quadraginta millia occidisse: cum in

rim tante bonitatis erga suos fuisse asseratur, ut nullus esset in tanto numero subditorum, a quo non diligeretur ut pater. Tributa enim, & exactiones a patre Leonegildo impositas, in totum sustulit, & remisit. Quamobrem cum Toleti diem clausisset extremum, tantus ubique luctus audiebatur, ut unaquaeque domus suum praecipuum amicum amisisse putaretur.

*Recaredus missis in suos.*

*Recaredi mors.*

## CAPVT XI.

**L**uiba post optimi patris Recaredi mortem in patrum solium ascendit, optimae quidem spei adolescens, utpote qui a Christianissimo patre didicerat, totam sui regni administrationem ad Dei gloriam, & proximorum utilitatem applicare. Quae admodum enim omnium uirtutum officia in pio, atque integerrimo patre relucebant, ita nihil aliud in tota filij uita, quam maiorum honestas, & summus erga diuinam religionem seruos apparebat. Quocirca nonnulli in Deum & patriam impij, in eum sine ulla causa insurgentes, ipsum non sine publico omnium luctu trucidauerunt, postquam duos annos in regno Gothorum compleuisset.

*Luiba 71. Rex externus.*

*Luiba innocens.*

*Luiba cades.*

## CAPVT XII.

**V**itericus post praematura Luibae fata ad Gothorum regnum celerius, quam honestius peruenit. Hic enim cum nimis ambitiose Regiam dignitatem in se transferri optaret, ducem eorum se constituit, qui innocentis Regis Luibae sanguinem per nefarias insidias effuderunt. Proinde regnum eius paricidio partum, magna ubique infelicitate laborabat. Saep in bellum contra Romanos descendit, & toties uictus fugatusq; damna quam plurima, amissa ingenti militum multitudine, sustinuit. Erat nihilo

*Vitericus 72. rex externus.*

*Regnum paricio partum infelicitate administratur.*

*Vitericus bello infelix.*

minus ante suscepta Regiæ maiestatis insignia in remanenti admodum strenuus, & fortunatus. Sed postquam sanguinarius effectus, omnia eius studia in deterius prolapsa, adeo ut regnum, quod homicidio acquiri occisus à suis citius quam credidit deserere cogetur, et ad posteros documento, ut quod alteri quis fieri alijs iuste patiatur.

Viterici cedes.

## CAPVT XIII.

Gundemarus 73.  
Rex externus.

Gundemarus contra Romanos & Vascones triumphat.

Gundemari mors.

**G**undemarus, siue (ut nunc Gothi loquuntur) Gnarus, Vestrogothorum regnum post occisum Viterici ingressus, duos hostes in sui regni auspicijs non attemnendos expertus est, Romanos uidelicet, & Vascones contra quos copias non paruas educendas curauit. Numq; in Vascones mouit, quorum magnam multitudinem acerrimo bello congregientem cecidit, & perdidit. Nec infelicis contra Romanos, & ceteros sui hostes pugnans, spem magnam subiectis populis destitit, quod esset futurus Rex ad utrumque tempus, et li, & pacis, plurimum opportunus. Sed non suerunt ipsius regnum tam diuturnum fore, quam felix ab omnibus sperabatur. Quippe duobus annis in transitorio regno completis, uiam uniuersæ carnis ingressus, Tolleti in monumento sepelitur.

## CAPVT XIII.

Sisebutus 74.  
Rex externus.

An. D CXII.

**S**isebutus deinde, sublato per mortem Gundemari, ad Gothorum regnum concorditer electione circa annum à Christo nato DCXII liciter peruenit. Huius præclara facinora, & Regni res considerans, nequeo mihi ab insigni dolore temperare, quod in hoc nostro infelici seculo à talibus Regibus Principibus

Principibus nimium distare uideamur. Ille non dixit, Volo in primis curare regnum meum, & meum solum bene confirmare, deinde me ad restituendam collapsam Christi religionem conuertam. Sed primum omnium curauit, ut diuinæ maiestati debitus honor à cuncto populo sibi subiecto integrè seruaretur: nihilq; omisit, quod ad augendam, conseruandamq; Christi fidem necessarium uidebatur: tantusq; erat in eo eiusdem sanctissimæ fidei zelus, ut ad eius piam exhortationem nonaginta Iudæorum millia suscepto baptismi sacramento ad Christum conuerterentur. Magnus profecto numerus, & dignissimus, qui laudem Gothico Regi conciliet immortalē: estq; ob id in sacris Decretalibus, præsertim in titulo De baptismo & eius effectū, religiosissimus Princeps appellatus. Præterea omnes hæreses & errores, quibus Christianæ fidei sinceritas uiolari, uel labefactari poterat, antequam altiores radices firmarent, autoritate & ratione extinxit. Siquidem orta per eam tempestatem hæresi Acephalorum, mox sanctissimum Archiepiscopum Hispalensem Isidorum in diuina lege eruditissimum rogauit, ut cōuocato Pontificum, & prælatorum concilio, suborientes hæreses iuxta regulam à sanctis patribus institutā examinaret, & condēnaret. Ad erat quoq; in eodem concilio Rex Sisebutus, in diuinis & humanis literis instructissimus, qui cum summa eruditione summam clementiam coniungens, omnibus hæreticis, qui tunc apertis rationibus ab Isidoro conuicti fuerant, & ad cor redierāt, pepercit. Et cum tātus esset erga diuinæ maiestatis honorē ampliandū, omnia illi pro uoto in temporali regno successerūt. Sæpe enim bella in Romanos promouit, & semper gloriosam uictoriam reportauit, recuperatis ab eorum imperio terris, uillis, oppidis, castellis, quæ Romani præsides Narbonensem provinciam administrantes

Sisebuti magna pietas.

Iudæorum 90. millia baptizata.

Acephalorum hæresis orta, & extincta.

Sisebutus in lege diuina instructissimus.

Sisebuti uictoria contra Romanos & Africanos.

sibi subiugarant. Præterea non minus feliciter in Africa nos, quam in Romanos dimicauit. Deinde hic optimus Rex post tot præclara facinora, totq; admiranda uirtutis opera, quæ pro augmento diuini cultus, & subiecti populi salute perfecerat, non sine publico luctu in fata consuetæ memoriæq; de se ad posteros transmisit gloriosam, & mortalem. Hic est enim, qui Hispanos à Romano imperio ita liberauit, ut nunquam amplius Romanis subiecti fuerint, teste Matthæo Palimerio in supplementis Eusebii, & Hieronymi.

## CAPVT XV.

Ricardus 75.  
Rex externus.

Ricardi pueri  
mori.

**R**icardus quamuis pueriles annos uix egressus, tamen ob egregia patris sui Sisebuti merita uirtutum regnum communi procerum cōsensu surrogatus. Persuasum quippe omnibus erat, ut filius optimo parentis, nihil à paternis uirtutibus degeneraturus esset. Hic celeri & præmatura morte correptus, amplissimum regnum, quod uix toto semestri rexerat, paruo tumultu mutauit, suoq; fato satis ostendit, momentaneū caducum esse omne mortalium imperium, pro quo plerique in infeliciter digladiantur.

## CAPVT XVI.

Cintila 76. rex  
externus.

Cintila in ar-  
mis strenuitas.

**C**intila, cum satis absumptus esset Ricardus, à Gothorum proceribus Rex declaratur. Erant enim tantæ eius merita erga Gothicam Rempublicam, ut nulli iniquo aut utilius Regia maiestas tunc deferri potuisset. Erant enim sub Sisebuto optimo & potentissimo Rege, duce cæcæ tuum constitutus, multum strenuè & potenter se in re militari gesserat: nec posteaquam Rex factus erat, qui in armorū exercitio remissius egit. Quamobrem non

nori hostibus terrori, quam ciuibus amori fuit: in hos enim benignissimus pater, in illos terribile fulmen apparuit. Romanos sepius quam feliciter Hispanias impugnantes ita repressit, & prostrauit, ut relictis omnibus ciuitatibus & terris, quas uel olim, uel nuper post Sisebuti mortem occupauerant, in Italiam trepidi remearent, nec unquam postea subiugandis Hispanijs animum adhiberent. Itaque Cintila primus Gothorū Regum sua singulari uirtute, & prudentia totam Hispaniarum monarchiam integrè libertati restitutam, ad suum principatum felici uictoria perduxit, Deinde Vascones in uicinas terras irrumperere ausos, non solum forti manu repressit, uerumetiam subiugatos cōggit, ut suis sumptibus & laboribus ciuitatem Oluensem ædificarent. Demum toto Reipub. statu domi & foris optimè instituto, Toleti extremum uitæ suæ diem absoluit, tanto omnium subditorum luctu, quantus uix possit in funere uinci, atque optimi parentis impendi.

## CAPVT XVII.

**S**isenandus post mortem patris Cintilæ, non expectato procerum consensu, regnum per tyrannidem inuasit, excluso & occiso primogenito fratre Cintila, ad quem regnum iuste deferendum fuisset. Adiuuit huius Sisenandi temeritatem Rex Francorum Dagobertus, qui interim dum Gothi ob domesticum & fraternum odium periclitarentur, Vasconiam ab eorum regno auulsam regno Franciæ adiecit, fratremq; suum Arebertum ea prouincia donauit. Post cuius mortem cum se Vascones in libertatem uindicare, & ad Gothorum regnum redire conarentur, magno Dagoberti prælio superati, ad durius Francorum iugum redire compelluntur. Vnde satis apparet, illū Francorum Regem, sub ea domestica Gothorum discordia po-

Cintila in Romanos uictoria.

Cintila Romanos ab omnibus Hispanijs discedere cōggit.

Cintile uictoria in Vascones.

Oluensis urbs ædificatur.

Cintile mors.

Sisenandus 77.  
Rex externus.  
Sisenandus tyrannus & parricida.

Dagobertus Francorū Rex, Vascones expugnat.

tentem, formidabilemque euasisse. Sisenandus autem regnum, quod fraterna cæde occupauerat, paruo tempore & minore uilitate administrans, nullam suorum genitorum memoriam ad posteros transmisi, nisi quod ad melioris conscientie usum reuersus, quartum concilium Toletanum celebrari procurauit, in quo multa ad diuinitatis gloriam, atque augmentum, & conseruationem sanctissime fidei Christiane constituta fuerunt, preterea in eo sanctissimo Eugenio, postea Archiepiscopus Toletano, qui totam ecclesiam Occidentalium regnum sua sanctimonia, & sacrarum literarum eruditione peritum illustrauit. Deinde Sisenandus paulo post concilium Toletanum graui corporis egritudine Toletanus occubuit.

CAPVT XVIII.

Toletanum concilium quartum.

Eugenius, postea Archiepiscopus Toletanus.

Sisenandus breui regnans mortuus.

Cintila 78. Rex externus.

Cintila duo concilia Toleti celebrari fecit.

Cocilia Toletana duo, quintum, & sextum.

Isidorus Hispanensis.

Cintila post Sisenandi fata concordibus Gothorum suffragijs regio sceptro insignitus, temporarium tranquillitatem diuino beneficio concessam, ad honorem Dei, & subiecti populi salutem ordinauerat, ut non ab hominibus, sed a Deo electus, & daretur. Cum enim in tempore regni eius non desisset hæreses fuscitare, & errores in Christiana fide seruari uerterentur, priorumque conciliorum acta palam uoluntati reuocarent, piam ac summe necessariam operam adhibuit, ut iterum duo concilia Toletana celebrarentur, quibus omnes priorum conciliorum constitutiones confirmatæ, multæque de nouo additæ fuerunt: quas sanctissimus pontifex Hispanensis Isidorus, qui in illis conciliis presedit, non solum sua Pontificia autoritate, sed insigni eruditione, qua præditus erat, confirmauit, atque ut in omnibus pie & efficaciter obseruarentur effect: quibus

tunc haud difficile fuit, quando ille Rex in regno præsedebat, qui se hominem mortalem, non Deum immortalem more tyrannorum existimabat: qualis hic optimus Cintila erat, qui post temporalis regni administrationem gloriosa morte sublatus, gloriam meruit immortalem.

Cintila. mort.

CAPVT XIX.

Tulgas mortuo patre Cintila, nullo procerum suffragio dissentiente, Rex Gothorum designatur, talemque se in omnibus uirtutum officijs ostendit, ut illam eximia probitatis opinionem, quam de eo omnes conceperant, non inanem fuisse monstraret. Erat enim summa modestia præditus, liberalitate insignis, iustitia & clementia conspicuus, præterea religione, fide, pietate, uitaque integritate nulli secundus. Proinde cum erga omnes se benignissimum exhiberet, ab omnibus non ut dominus, aut Rex timebatur, sed ut unicus omnium pater amabatur, & colebatur. Quicquid Pontifices, aut Reges ante eum pro felici Ecclesie statu, & Christiane religionis incremento, ac publica regni utilitate constituerant, confirmauit, auctoritatemque suam contra quosuis Ecclesie inuasores adhibuit, omniaque alia optimi Regis officia præstitit, quibus toti populo persuasum erat, ipsum fore Regem bonum & optimis quibusque Principibus comparandum. Sed crudelia fata, quæ prosperis mortalium successibus inuident, hunc optimum Regem præmatura morte in urbe Toletana, uix expleto biennio à suscepti regiminis cura, sustulerunt: cuius mortem subiecti populi adeo dolenter tulerunt, ut uix ullam admitterent consolationem.

Tulgas 79. Rex externus.

Tulga uirtutes eximia, & pietas.

Tulga præmatura mors Toleti.

Cindasuindus  
80. Rex exter-  
nus.

Cindasuindi pi-  
etas Dei hono-  
rem temporali  
regno praeu-  
lit.

Toletū primatus  
in Hispania  
sedes.  
Theodiscus ha-  
reticus prima-  
tum Hispanen-  
sem amisit.

Concilium To-  
letanum septi-  
mum.

Eugenius Archi-  
episcopus To-  
letanus.

Cindasuindus deinde post Tulgæ mortem, Gothorum regnum, non expectata procerum electione, per se arma occupauit: quod forte non alia ratione ausus fuisset, nisi quia Reipub. plurimum metuebat, ne ad manus licuius crudelis Principis deuolueretur. Enimvero id se in occupato regno gessit, ut omnes partes optimè diligenter exequeretur. Siquidem ante omnia tempora regni negotia, totum animum suum ad augendum Dabonorem conuertit, decoremq; domus Dei ceteris rebus omnibus dilexit. Pontifices, praelatos, sacerdotes, et in ordine cleri prouentibus, priuilegijs, libertate, domo contentionem illam, quæ erat inter pontifices, Hispanensem & Toletanum, de primatu Hispaniarum, per Summum Pontificis auctoritatem aboleri procurauit, translatamque Hispani ad Toletū primatus sede, et dignitate: ad quam parum occasionem præstitit Theodiscus Grecus archiepiscopus Hispanensis, qui ecclesiam suam multis hereticis & erroribus corrupit, ac infamauit, non ueritus multas hereses in doctrinam, et libros sanctissimi Isidori immixtas abrais pluribus, quæ ueram in Christiana fide pietatem piebant. Ob quam impietatem pontificatu deiectionem fricam concessit, ibiq; errores plurimos simpliciter predicauit. Deinde cooperante Cindasuindo cogeruntur est septimum concilium Toletanum, in quo fuerunt quatuor Archiepiscopi, et triginta episcopi, cum alijs quibusdam praelatis, et nuntijs eorum, qui adesse nequiverunt eo concilio post multas, et utiles, ac necessarias pro Christiana fide constitutiones, sanctus Eugenius electus Archiepiscopus Toletanus, et à Summo Pontifice confirmatus. Præterea idem optimus Rex misso ad Summum Pontificem idoneo legato (quem credo fuisse sanctum

Tayonem Episcopum) supplicabat ad se transmitti Morales libros diui Gregorij Papæ. Cui Papa respondit, se quidem libros illos libenter mittere uelle, si inter tot librorum uolumina, quæ in Romanæ ecclesiæ archiuio continentur, reperiri possint. Mœstus co responso nuntius, se in templo sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ad diuinum auxilium orando, et plorando conuertit: factumque est, ut media nocte sancti Apostoli, et cum eis sanctus Gregorius ineffabili claritate fulgentes, illi oranti apparerent, locumq; designarent, in quo librum, quem querebat, inueniret. Itaque annuente Summo Pontifice, pretiosus illorum librorum thesaurus, in quibus tot integerrimi mores continebantur, in Hispaniis est cum maximo Romanorum damno translatus. Qui si in hoc nostro infelici tempore ad Romanos remitteretur, profecto felicissimi serent, qui cupiunt per Romanos mores instrui, et emendari. Cum autem Rex Cindasuindus tam integra esset erga Deum, et diuinum cultum pietate, factum est singulari Dei beneficio, ut toto decennio, quo regnauit, nullus hostis domi aut foris Gothorum Rempublicam in aliquo molestaret. Vbiq; syncerus Christi cultus, ubiq; uera inter homines charitas, nusquam hereses, nusquam in Regem, aut Rempublicam rebellio apparuit. Quocirca Cindasuindus gloriosa morte in urbe Toletana defunctus, meruit inter felices, et bonos Reges connumerari.

## CAPVT XXI.

Recinsuindus, quem pater Cindasuindus quatuor annis antequam moreretur, in regni consortem assumpsit, à proceribus post patris fata in Gothorum regno confirmatur. Hic à paterna probitate et pietate nihil de generans, primam curam de augenda et conseruan-

Gregorij libri  
morales in His-  
panias tran-  
sportati.

Morales libri  
Romanis ne-  
cessarij.

Cindasuindi pa-  
cificum regnū.

Cindasuindi  
mors.

Recinsuindus  
81. Rex exter-  
nus.

Recinsuindus  
in Deum piens-  
tissimus.



da Christi fide, & honorandis Dei ministris affluere quod satis ostendūt illa tria concilia Toletana, que hinc hinc iuē totis decē & octo annis, quibus regnavit, celebrata curavit. Nec minus in bello felix, quam in Christianitate conspicuus erat. Siquidem suo tempore Vascones Hispanias irrumpere ausos non solum repressit, & perfligavit, sed secutus à tergo fugiētes, patriam eorum laqueo stando spoliavit, magnamq; ex eis multitudinem, que ibi la maluerat quam pacem, occidit. Itaque gesto Hispanico bello, spolijs opulentus ad suos cum gloriosa victoria meavit. Quo etiam tempore extinctum est in hoc mundo illud gloriosum lumen omnium Occidentaliū Christianarum sanctus Eugenius archiepiscopus Toletanus: cuius locum Ildensius non minoris sanctimonie, & devotionis, dignissime surrogatur: in cuius tempore duces hereses, Pelagiana & Heluidiana ex Gallijs in Hispanias irrumpentes, maximam Hispaniarum partem corrumperunt, & à recta fide abduxerunt. Quarum assertoribus Ildensius sese tam viriliter opposuit, ut publica disputatione, petitis ex sacra scriptura evidentissimis argumentis conuinceret eos esse intolerabiles Christiane fidei inimicos: atque ob eam perfidiam ipsos quanto citius ex Hispanias eijci mandavit. Deinde nunquam à prædicandi uerbi cessavit, donec confutatis heresibus totam patriam Christo restituisset, omnibusq; persuasisset, sanctam Dei genitricem Mariam contra eorum impia doctrina nec uirginem esse perpetuam, & inuolatam: que in hoc tam pio prædicatore suo uisibiliter, & miraculose apparens, indumentum contulit, quo in summis ecclesiasticis sue festiuitatibus uteretur. Quod autem, uel quibus ritibus, non satis exprimentur historiæ Hispanorum. De ipse Rex Recinsuindus, postquam toto tempore suo

Cōcilia tria Toleti celebrata.

Recinsuindi uictoria in Vascones.

Eugenij sancti uictoria.

Ildensius Archiepiscopus Toletanus.

Hereses duæ, Pelagiana & Heluidiana exterminatae.

Ildensius a S. Dei genitrice indumento donatus.

gni se omnibus exhibuerat optimum & iustum, liberalem, ac gratiosum, summeq; affabilem & benignum, contra illa apud Palentiam graui egritudine, uitam transitoriam sempiterna commutauit.

Recinsuindi uictoria.

## CAPVT XXII.

**B**amba quemadmodum nobilitate sanguinis illustrissimus erat, ita in omnibus rebus gerendis prudēs, ac moderatissimus uisus est. Idcirco cum post mortem Recinsuindi magno omnium procerum cōsensu in Regem eligeretur, egrē post longam deliberationem ad id induci poterat, ut suam libertatem tam graui seruitute permutaret. Nec passus est se Regem nominari, donec sanctorum Regum exemplo per manus Pontificum inunctus, & coronatus esset. Facta erat ea coronatio Toleti per officium primatis Archiepiscopi Toletani: in cuius manibus iurauit se fidem Christianam, & Ecclesie libertatem, legesq; & consuetudines patrie integrē seruaturum: proceresq; & populi uicissim suam fidem illi obligauerunt. Quo facto, cum se ex omni parte securum existimaret, bella in eum undique consurgunt. Primum enim Vascones, deinde Nemausenses rebelles, præterea Narbonenses perdomuit. Ducem quoque Biturreum in Gallia res Gothorum instantem superauit. Saracenorum naues ducentas septuaginta ad Hispanie littus primum applicantes, magna uicini (classe ingenti obuiam missa) partim cepit, partim deprefit, prout extensus ostendūt historiæ Hispanorum, que à nobis summatim attinguntur. His bellis feliciter gestis, & pace undiq; restituta, Toleti (ut autor est Volaterranus) cōcilium decimumseptimum celebrandū curauit. Postremo ab æmulis medicata potione accepta memoriam amisit, regnoq; administrādo inutilis effectus, se monasticæ

Bamba 82. Rex exterius.

Bamba ingens modestia & pietas.

Toleti coronantur Reges.

Regum iuramentum.

Bamba undiq; bella insurgunt. Bamba uictoria.

Bamba Saracenos uicit.

Concilium Toletanum 17.

uite in cœnobio Pampligenſi addixit, in quo vixit annos septem, cùm prius octo regnaſſet: & tandem beato ſepulchro quieuit, in eodem monaſterio traditus ſepulture. Hoc corpus eius per Alphonſum Regem decimum inde in urbem Toletanam tranſlatum, in templo diuæ Mariæ collocatur.

## CAPVT XXIII.

*Eurigiſus 83. rex externus.*

*Theſedi veri heredis reiectio multorū malorum occaſio fuit.*

*Concilia Toletana tria.*

*S. Iulianus Archiepiſcopus Toletanus.*

*Fames in Hiſpania intolerabiles.*

*Eurigiſus moritur.*

**E**urigiſus Recinſuindi conſanguineus, amoto cōſilio Theofredo, poſt funera Bambæ uiolentiſſimè iuſtius Gothorum Rex conſtituitur. Quamuis enim popularium electio illi plurimum ſuffragata fuiſſe uidebatur, tamen præterito uero hærede non ſatis integra apparebat. Proinde regnū eius (quod ſeptennio durauit) uel clarorū geſtorum memoriã ad poſteritatis notitiam tranſmiſit, niſi quòd eius tempore & cooperatione celebrata fuerint tria concilia Toletana, ad mandatum ſancti Iuliani Archiepiſcopi Toletani conuocata, in quibus antiquorum conciliorum decreta non ſolum Pontificia, ſed etiam Regia autoritate robur & firmitatem accepit. Deinde Eurigiſus filiam ſuam Egite (qui Bambæ conbrinus erat) matrimonio coniunxit, ut ea affinitate Theofredus à legitima regni ſucceſſione coerceretur. Laborabat eo tempore Hiſpania intolerabili alimentorum & fructuum penuria, tantaq; fame premebantur incolæ, ut præteriti eorum relicto patrio ſolo nouas per orbem ſedeſerere cogerentur. Tandem Eurigiſus Toletani ſuū concedens, regnum cum filia Ciciſia, ſue Cæcilona, Egite ſucceſſori reliquit.

## CAPVT XXIII.

**E**gita deinde poſt mortem Eurigiſi, nõ ſolum quia gener eius erat, ſed quia à Gothorum proceribus electus erat, ad defuncti ſoceri regnum magno Gothicæ Reipublicæ malo peruenit. Enimuerò adeo tranſuerſum animum ab omni iuſtitia & honeſtate habebat, ut eum in numero Regum conſcribere recuſarem, niſi lex hiſtoricæ bonos & malos complecti iuberet. Siquidem illuſtriſſimos proceres, quorum beneficio ad regni faſtigium euectus eſt, infinito odio proſecutus eſt. Plurimos nanque eorum diuisis ſupplicij affectos occidit, plures proſcripſit, pluresq; dignitatibus deiecit. Præterea alios fortunis, alios prouentibus, alios poſſeſſionibus crudeliter ſpoliauit. Denique totius regni populum inſolitis tributis, intolerabilibus oneribus, iniquiſſimis exactiõibus oppreſſit, & ut omnium diuitum bona in ſe, & ſuum inſatiabilem fiſcum transferret, literas, chirographa, inſtrumenta, quibus ipſi ſe debitores Regis fateri uidebantur, maligno animo conſinxit. Nec in propriam coniugem (quamuis illuſtriſſimam) humanior, quàm in cæteros apparebat. Quippe ipſam omnium bonorum iudicio innocentem indignè à ſuo toro repudiauit. Verùm inter tot enormia facinora hoc laude dignum egit, quòd cooperator fuerit, ut tria concilia Toletana pro augenda, & conſeruanda fide Chriſtiana conuocarentur: quæ non ſolum ſua Regia autoritate confirmauit, uerum etiam humi proſtratus ſeſe ſacroſancti Concilij orationibus ſuppliciter commendauit. De morte huius Egite nulla in hiſtorijs memoria habetur, niſi quòd nimis ſerò uitam & regnum morte permutauit.

*Egita 84. Rex externus.*

*Egita peſſimus tyrannus.*

*Cõcilia tria Toletana.*

*Egita quamuis ſceleratiſſimus ſupplicem ſe Episcopis cõmendat.*

Vitisa 85. Rex  
externus.

Vitisa pessimus  
tyrannus com-  
parandus.

Vitisa primum  
Episcopos ve-  
neratur, post-  
ea magnopere  
odit, & perse-  
quitur.

Vitisa fedissi-  
ma libido.

Gothi sub Rege  
corrupto cor-  
rumpuntur.

Vitisa deinde maligno patri Egite in paterno regno, & flagitiorum enormitate successit. Erat plusquam credibile uidetur facinorosus, nequaquam optimis Gothorū Regibus, sed illis Romanis Caio Caligulae Domitiano, immo ipsi Neroni comparandus. Quippe Nero (teste Suetonio) moderatissimus, & optimus adolescens uidebatur, ita hic Vitisa adolescens existens, patri tyrannidem blandis precibus mitigauit: sed etate procerior omnium tyrannorū rabiem sua seueritate superat adeoq; in sua adolescentia ab omni avaritia aliena ex ut codicillos & chirographos, quos improbus pater occupandum diuitum fortunas confinxerat, flammis deleteret. At postquam Rex effectus est, nihil usquam domitium securumq; fuit, sed omnes subditorum facultates diuitias suas esse dicebat: occupauitq; ex eis, quantum insatiabili libidini placuisset. Præterea in adolescentia magno Christianæ religionis zelo duci uidebatur, quando sanctis Episcopis in conuocandis sacrosanctis Concilijs se pium, ac sollicitum cooperatorem ostendit: at uero etatem ingressus, Episcopos, sacerdotes, & quoslibet Christi Dei nostri ministros persequitur, sanctorumque constitutiones, & omnem Ecclesiæ autoritatem eius enormibus facinoribus aduersabatur, sustulit & proplisit. Adolescentia in eo erat casta, sobria, modesta, benigna, patiens: at in uirili etate se totum in omnia uiciorum uenera, præsertim in fedissimum mulierum amplexum immergit, licentiamq; omnibus tam clericis, quam laicis præstitit, ut eius exemplo tot mulieres ducerent, quos uoluit. Quo factū est, ut omnis castitas, atq; honestas prostrata & in prostibula relegata uideretur. Tamq; effectus est, ut sit sunt Gothi ex illis corruptissimis moribus, ut prius

fortitudinem penitus exuisse putarentur, facti enormium uitiorum seruitores, qui prius regnis & nationibus imperabant. Interea Vitisa considerans hos mores plerisq; cordatis subditis displicere, ne occasionem rebellandi assumerent, iussit ciuitatum mœnia demoliri, gladios in uomeres cõflari, scuta, & quicquid armorum erat comburi, pacem securitatemq; (quæ nusquam impijs esse potest) omnibus ea iussione promittens, quibus ob illa horrenda peccata tam in præsentem, quam in futura uita ab irato Deo supplicia horrenda parabantur. Immo, ut uerissimè in Hispanorum historijs scribitur, propter ea nefanda scelera, quæ sub isto Vitisa fiebant, Deus iratus Gothorum regnum, & omnes Hispaniarum terras, occisa inestimabili hominum multitudine desolari permisit. Præterea sanguinarius Vitisa Theofredum regni heredem, quem Egita Cordubam in exilium miserat, cepit, & oculis effossis squalido ignominiosoq; carceri mactauit. Quo facto, Rodericus & Acoſta, Theofredi filij, dum eos Vitisa persequitur, fuga elapsi ad Romanos confugerunt: quorū auxilio copias contractas, contra Vitisam mouent, ipsumq; superatum, & captum oculis priuant, regnoq; destitutum in carcerem, quo patrem eorum affluserat, Cordubæ detrudunt: in quo (ut meritis erat) infamem uitam infami morte conclusit.

## CAPVT XXVI.

Acoſta Theofredi filius, post expugnatum deuitumq; Vitisam tyrannū, à Gothorum proceribus in autum regnū dignissimè surrogatur: ex cuius gestis pauca ad posterum missa inuenimus, quia regni eius tēpora triennio completa fuerunt. Est tamen uerissimile, ipsum optimam spem de se toti Reipublicæ præstituisse. Nec est silentio implicandum, quod intolerabilem patris sui ignominiam,

Vitisa uesania  
in demoliendis  
urbium mœni-  
bus, & abijci-  
endis armis.

Deus iratus re-  
gna ob Regum  
scelera desola-  
ri permittit.  
Theofredus à Vi-  
tisa excacatur.

Vitisa excaca-  
tur.  
Vitam infamē  
mors infamē  
comitatur.

Acoſta 86. Rex  
externus.

Acoſtæ optimus  
indoles, &  
mors præma-  
tura.

mortemq; nimis indignam, auxilio Romanorum ab-  
tus, tam potenter, quam prudenter vindicauerit, Hispa-  
totam patriam in pristinam libertatem restituerit, quo-  
tyranno, sub quo nihil liberum erat, præter id quod libe-  
rium erat, & turpitudine.

## CAPVT XXVII.

Rodericus 87.  
Rex externus.

Roderici perni-  
ciosa libido.  
Iulianus præse-  
ctus Sarace-  
nos in Hispa-  
nias inuitat.

Anno Christi  
716 finis regni  
Vestrogothorū  
in Hispanijs.

Astures & Can-  
tabri, nūc Gal-  
licia gens inui-  
sissima.

700000. homi-  
num in bello  
Saracenco cō-  
sumpta.

Saracenis His-  
pania subiun-  
gatur, & in  
plura regna  
diuiditur.

**R**odericus Theofredi filius, post Acofæ mor-  
tres annos regnauit: cuius perniciofa libido sibi  
tulit Gothorū non tam nomini, quam pacifico impo-  
Saracenorū gēte euerso. Nam cum filiam cuiuslibet  
præfecti, qui Tingitanam prouinciā administrabat, in-  
set, dolor domesticus patrē ad ultionem sollicitauit.  
circa Iulianus loci cōmoditate fretus, missis clam mō-  
Saracenos ex Africa, quā nuper post subactam Abeg-  
occupauerat, in Hispanias inuitauit: qui anno salutis  
XIIII. Musa & Tarifa ducibus, à Miramomelino  
tunc Rege missis, atq; per angustias Herculis freti in-  
sis, biennij spatio omnem ferē Hispaniam occupat, præ-  
Astures, & Cātabros: qui sicut olim nouissimi in dō-  
Romanorum concesserunt, ita labente Romano impo-  
soli tum natura loci, tum uiribus & armis protegen-  
dem Christi tutati sunt, ut neque primū Gothi, ne-  
deinde Saracenis usquam cesserint. Hæc est terra,  
nunc Galicia dicitur, in qua habitat genus hominum  
uictissimum. In eo Saracenco bello cecidisse dicuntur  
DCC. hominum millia utrinque absumpta. Rex ipse  
dericus, qui filium Sancium cum parte copiarum cum  
præmiserat, atque is occubuerat, ad Xeritum oppidum  
occurrrens, cum reliquo extinctus est exercitus. Sane  
tāto potius imperio, cum latē ferro, flāmāq; omnia  
sent, regna inter se plura constituere. Primum Cā-

quod Abenelibeti regnum uocauerunt: alterum apud Hi-  
spalim: tertium apud Carthaginem nouam, usq; ad quorun-  
dam Principum tempora, quos uocant Almorades: eaq; in-  
potestate usq; ad Ferdinandum tertium Regem perseueraue-  
runt. Hic demum anno salutis MCCXVI. Toletō, Cōrdu-  
ba, multisq; alijs recuperatis locis, Saracenos regnis ex ma-  
gna parte deiectos, compulsi Bethycā, quā hodie appellant  
Granatam, & Malacam (quæ prius sub Cordubæ regno  
suerant) sese recipere, ac usq; ad nostram ferē ætatem reti-  
nere: unde tandem Dei benignitate, ac nouissimi Ferdinan-  
di Regis uirtute expulsi fuerūt anno Domini MCDXCII.  
Sed his omisis ad Gothos redeamus: quibus post uastatas  
à Saracenis Hispanias, tenuis quædam portio (quam Duca-  
tum Aquitanie dixerunt) remanebat: finitumq; est eo tem-  
pore regnum, quod annis plusquam trecentis in Hispanijs  
Gothi tenuere, quos Westgothos, hoc est, Occidentales dixere:  
non ob eam causam, quod in Occidua mundi parte, in  
Hispania regnauerint, sed quia hoc nomen ad Danubium  
renouatum, ex prima eua sua patria Scandiana secum extu-  
lere, ubi hodie quoq; (ut superius diximus) discrimē est Ori-  
entalium, & Occidentalium Gothorū. Ex prima aut il-  
lorū de Scandia egressione ad hæc usq; tempora Leonis ter-  
tij Imperatoris, paulo plus uel minus (teste Alberto Crant-  
zio) quam duo millia annorū & centum quinquaginta cō-  
putantur, quibus primū ad Vlmerugiā, Cimeriam, Bos-  
phorum: deinde ad mare Ponticum: postea in Thracia, atq;  
Mœsia: inde ad ripā Danubij: iterū in Thracijs: postea per  
Italiam, & Hispanias res maximas (constitutis maximis re-  
gnis) peregerunt: quemadmodum etiam persuaderi queat.  
per subsequentē orationem, quā olim doctissimus Nicolaus  
Archiepiscopus Vpsalensis in sacrosancta Synodo Basilien-  
si circa annos Domini MCDXL. proponere curauit.

Anno Christi  
1216. Hispan-  
nie à Sarace-  
nis liberata.

Anno 1492.

Gothi 300. an-  
ni in Hispanijs  
regnauerunt.

Gothica transf-  
migrationis ex-  
pilogum.

PROPOSITIO ET PROTESTATIO  
Reuerendis. patris D. Nicolai Raualli Archiepi-  
scopi Vpsalensis, cum esset orator sereniss. D. Erici  
Gothorum, & Suecorum Regis in concilio Basilien-  
si, ad ostendendam præminentiam eiusdem Re-  
gis, & regnorum Suetiæ, &  
Gothiæ.

## CAPVT XXVIII.

**O**ptauius à principio, Patres Reuerendissimi, nihil  
earum rerum, quæ hanc sanctam synodum aut con-  
turbant, aut distrahunt, maxime quæ Christianæ religioni  
in Christo solido lapide angulari subsistenti parum seruiunt,  
longis, aut tædiosis anfractibus agitare. Nos enim, qui è fi-  
nibus Aquilonis à serenissimo Gothiæ et Suetiæ Rege mis-  
si, non sine magno rerum, & personarum periculo dudum  
aduenimus, cum ea humilitate promptissimis animis uestro  
sanctissimo coetui interfuimus, ut potius causæ aliorum orato-  
rum de sedibus disidentium, etiam nobis qualitercumque coo-  
perantibus sedarentur, quam operam daremus, ne nostræ  
eminentiæ iura, quibus illa insignissima regna nostra deco-  
rantur, adduceremus in mediū. Nō enim cōgruere uideba-  
tur nostræ Orthodoxæ religioni iam proximè (timendū)  
periturae, ut patulis omnium cerni poterit obtutibus, ne  
prius hoc sciscitaretur, ubi Regum sedes, aut quis eorum or-  
do, antequam de ipsa omnium ipsorum, ac nostrorum salute  
tractaretur. Tamē quid non paruam diligentiam per aliorum  
præpotentium Regum & Principum oratores pro suis hinc  
inde locis experti sumus, ne omnino negligentes reputemur,  
& ne Regio iuri præiudicium nostra taciturnitas affe-  
rat in futurum, cum benigna supportatione pauca dicemus.  
Memoria tenemus Patres Reuerendiss. argumenta permissi-

morum

morum legatorum aliorum Regum, & Principum, ad prio-  
ritatem concludendam in hoc sacro concilio inducta, qui-  
bus persuadebatur, antiquitati tam regni, quam susceptæ  
fidei, pro hac causa inherendum esse. Quod si ex hac radi-  
ce iusta ordinis illatio subsumitur, credimus uos pruden-  
tissimos Patres, qui in omnibus etiam historiarum scriptu-  
ris promptissimi estis, merito pro serenissimo nostro Rege  
antelationis sententiam inter penè omnes mundi Reges ius-  
tè prolaturus. Et ne fortè hoc iunioribus fictitium esse uidea-  
tur, succinctissimè ea, quæ huius rei ueritatem ostendunt,  
patientes audire deprecamur.

## CAPVT XXIX.

**Q**uanquam de Gothorum origine, & diuisa eo-  
rum gente, ac rebus gestis, omnes penè libri, &  
historiæ plenæ sunt, tamen Ablabius Gothicè, Dion Græ-  
cè, Iordanes Latinè singularissimum studium pro anna-  
libus Gothorum conscribendis impenderunt. Tradunt au-  
tem ex ipsis Aquilonaribus partibus, uidelicet ex amplif-  
sima peninsula Scandiana (quam Cosmographi alterum  
orbem affirmant) innumeras exiuisse gentes, inter quas  
de regno Gothorum, quod nunc uulgariter Suetia (ob  
uicinitatem) nuncupatur, primi fuere Ostrogothi, &  
Westrogothi, Suedi, Vinnuli: cum quibus Turcilingi, &  
Heruli associati, per mare Orientem petunt, & succes-  
su temporis Aegyptum, Asiam, Siciliam subiugauerunt:  
è quibus, dum in Asia uiri diutius morati sunt, Amazo-  
nes exiere. Post hæc Telephus Herculis filius Gotho-  
rum Rex, Priami sororem coniugio ducens, cum Da-  
nais bellum iniuit, & Tessandrum ducem peremit: Cui  
filius Euriphilus successit, qui in Troiano bello interfuisse,  
& ibidem legitur interfectus. Deinde longo interuallo

Qui de Gotho-  
rum origine scri-  
psere auctores.

Thamyris Regina Gothorū cum filio Gothi præfuit, quæ in Scythico bello Cyrum Persarum Regem peremit. Dein de Darius Hydaspis filius, ab Anthino Gothorū Principe bello uictus in fugā uertitur. Neq; Xerxes Darij filius Rex Persarum, cum maximo exercitu contra admirandam potentiam Gothicam quicquā efficere potuit. Philippus Macedoniæ Rex magni Alexandri genitor, Gudulæ Gothorū Regis filiam Meduppam coniugem duxit, ut saltem eo medio Gothorū amicitia, & pace frueretur. Eo tempore, quo Sylla gubernacula Romanæ Reipub. gerebat, Borostia Gothi præfuit: & ille admirandi ingenij Diceneus in Gothicam prouinciam uenit, quem Rex Gothorum humaniter suscipiens; permisit illi parem sibi in populo potestatem: cuius consilio magna pars Sarmatiæ subacta est. Post quem Commosius omni prudentia, & scientia Rex clarissimus sequitur: sub quo Dacia, Mœsia, & Thracia Gothi accessere. Et quia maximam partem mundi tunc Gothi in Asia, & alijs locis possidebant, duo regna constituerunt, Orientale, & Occidentale: quæ Romanorum potentia, postquam successu temporis in immensum adaucta essent, multis & iteratis uicibus eorū Reges suppressere conata est: sed nunquam profecit. Domitiani Imperatoris temporibus à Dorpaneo Gothorū Rege Oppius Sabinus Romanus primò, & postea Cornelius Fuscus, duces Romani exercitus, diuerso prælio interempti sunt: ex qua uictoria contra Romanum exercitum Gothi amplius Anses, id est, diuini, dicti sunt. Omba etiam (quem alij Cymbam dicebant) Gothorum Rex, Decium Imperatorem bello interemit: Gallus & Volustianus cum ipsis ad pacis fœdus cōpulsati sunt. Quod si cuncta enarrari debeant, quæ tunc ab ipsis in Asia acta sunt, cum Ephesium Dianæ templum ab Amantibus conditum, & ipsam Troiam aliquantulum reparatam

ratam denuò uastauerunt, ac innumeras gentes subiugauerunt, tempus deficeret. Tandem successu temporis Armanaricus Gothi præfuit, qui tantæ nobilitatis extitit, ut Magno Alexandro in potentia adæquaretur. Visegothi uerò in Mœsia eo tempore habitantes, quo Valens imperauit, fidē Christianam susceperunt. Frutigermus Rex Gothorum Danubij partes subiecit, Lupicinum & Maximum, duces exercitus Romani prostrauit, & Valentem Imperatorem Arrianum incendio concremauit. Thracia, Achaia, Thessalia, Pannonia, & cæteri illi populi à Gothi subacti sunt. Gratianus Imperator cum Fridegerno, & Theodosius cū Athanarico successore Fridegerni, fœdus pacis timoris causa iniere. Sublato Athanarico Constantinopoli è medio, Alaricus præficitur: qui recto tramite Italiam petens, Rauennam usq; feliciter peruenit: & cum impetrasset ab Honorio Gallias, & Hispanias iam à Vandalis penè destruktas, & ad Gallias properaret, à Stilicone patricio in paschali die clām infestatur: unde (non mirum) ad reditū concitatus, Liguriam, Emiliam, Tusciam, atq; ipsam omnium nationum caput Romanam urbem potenter subiugauit. Pepercit tamen omnibus, qui ad sacras ædes se contraxerant. Athaulphus successor Alarici, & consanguineus, rogatus à coniuge sua, filia Imperatoris Theodosij, ut in Gallias (dimissa Italia) properaret: unde ita factum est, ut fugatis inde in Africam Vandalis, Gallias, Hispaniasq; acquireret. Et tertio post anno à suis necatus, successorem annalem Sigericum habuit. Cui Vallia uir multum eximius successit: ac illi Theodericus; à quibus ipsa Gothica successio nobilis in Hispanijs pijsimorum Ricardi, Sisenandi, Recinsuindi, & Cintilæ Regum deriuata extitit, ita ut ipse populus etiā Hispaniarū Gothicus diceretur. Quanta religione hisantissimi Reges præ cæteris polluerint, hi clarè uidere pote-

runt, qui gesta sacrorum conciliorum in Toletis, & Bracharenſi ciuitatibus celebratorum perſpexerint: inuenient (ni fallor) quomodo ipſe beatus Ricardus, ſtudioſiſſimus ad ipſum diuinum cultum, Orthodoxam fidem, damnata Arriana heresi, quæ penè totum Occidentem tenuit, plurimum roborauit. Et quomodo feruentiſſimo studio uigilarent illi ſanctiſſimi Gothici Principes, ut religio noſtra ſancta & immaculata in omni studio reformaretur, & cum quanta humilitate concilij Episcoporum in medio in terra proſtrati cum lachrymis bonum Reipublicæ Christianæ perfici ſolicitarent, uix dignè exprimi poteſt. Hanc diligentem curam præſules ſancti aduertentes, multa pro conſeruanda Gothica ſtirpe Synodica ſtatuta edidit, maxime ne unquam alius præficeretur in Regem, quàm de Gothicis Principibus electus, ac alia plura, quæ in geſtis Synodici continentur. Tempore, quo Odouacer Pannonicus uolenter Romanis præſuit, Theodericus Oſtrogothorū Rex Italiæ afflictionem miſeratus, à Zenone Imperatore impetrat licentiam liberandæ Italiæ: quam ui armorum à tyranno arreptam, ac Romanam urbem multo tempore pacificè rexit. Inſuper de noſtris Veſtrogothis, & Hunnis, ac Vandalis (quorum communis erat patria originis, quamuis ſibi inuicem interdum aduerſati ſunt) & de ipſorum uictorijſ, ac de ipſis Vinnulis (qui & Longobardi, ſiue Burgundiones poſtea dicti ſunt) de noſtris Maſſagetis Africanis, ac Saxonica gente, quæ à nobis primum exorta eſt, & de eorum notandis geſtis in Britannia, & in Anglia, multa dicenda forent, ſicuti ordo rerum feliciter poſtularet: ſed nec noſtræ uires, nec tempora ſufficerent longiora. Vnde Reuerendiſſimi Patres, ſi rectè hæc omnia (ut debent) penſentur, ubi noſtro regno antiquius: ubi fortius: ubi nobilius unquam etiam à quocunq; Romano Monarcha ſubactum legitur?

gitur? Sed e contra, ubi non ueremur adducere & illud beati Hieronymi dictū in quadam epistoſa: Nonne caput mundi Roma poſt MCLXIII. annum eius, non tantum tenuit hoc fortiſſimū regnum Gothorū, ſed ſub ipſo ruit? Viſget quidè hodie (ut ab initio) in propria patria, licet apud exteras acquiſitas nationes, ut alia mundi imperia, plurimum deſecerit. Nec Imperatores Romani (Philipo ſolum dempto) prius noſtris Regibus fidem Chriſtianam receperunt. Cum ergo iſta ita ſint, Reuerendiſſimi Patres, ſperamus, iudicabit in ordine ſedium noſtrum regnum primum: & ſi non primum, tamen primo proximum ſibi iure uendicare. Verum ne certo huic noſtro iuri uideamur pronunc tantum inniti uelle, ut controuerſia propter nos noua inducatur, ac ipſa ſancta Synodus à propoſito longius diſtrahatur, hoc Paternitatibus ueſtris Reuerendiſſimis inſinuare uolebamus cum omni modeſtia, ut de noſtro iure certiores eſſetis, ac etiam, ut hac propalata proteſtatione, quam facimus, ut iuſtam admittat hæc ſancta Synodus: quæ eſt hæc:

## PROTESTATIO.

## CAPVT XXX.

Quod iuxta huius ſacri Concilij ſtatuta per quaſcunq; locationes, ſeſſiones quorumcunq; ambafiatorum Regum, Principum, ſiue ſedium aſſignationes eis factas, uel faciendas, ſiue quoſcunq; actus, eminentias, uel honoris exhibitiones, necnon per hunc locum, quem non ea (ut credimus) eminenti ſede, ut de iure deberemus, occupamus, Regi noſtro ſereniſſimo, ac ſuis regnis nullum præiudicium generetur, ex hoc nunc, aut in futurum. Sed ſaluum uolumus eſſe hoc ius Regis, & regnorū ſuorum, reſeruantibus

nobis potestatem eo utendi per nos, & nostros, in hoc, & futuris concilijs, & alijs locis, quando nobis ita visum fuerit. Super quibus omnibus uolumus notarios sacri Concilij rogatos esse, hanc nostram protestationem cum narratione huius serie, pro perpetua memoria, Synodicis gestis inscribi; nobis etiam literale testimonium sub bulla dari de eadem. Hoc petimus cum omni qua possumus instantia, offerentes eundem Regem nostrum, ac regna sibi subdita, seruitio Ecclesie Dei, ac omnium uestrarum Paternitatum. Quas rogamus à Deo in ipsius Ecclesie desiderata reformatione fructuose dirigi, & ad uota feliciter conseruari. Amen.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GOT-

thorum Sueonumq; liber decimusseptimus.

## CAPVT I.



Andè ut à principio instituiamus res Gothorum, quas domi & in externa militia gesserūt, uno eodemq; uolumine explicare: ita nunc post egregia eorum facinora, quæ extra patrium solum pere-

gerunt, ad primam ipsorum patriam redeuntēs inquiremus, quid post facta Biornonis, siue filij eius Alarici (quibus octauum presentis uoluminis libri conclusimus) egerint. Occurrit itaq; nobis domum reuersis Biornus, præmortui Biornonis ex eodem filio Alarico nepos, qui nomē paterni

Biorno 100. rex  
internus.

aut

aut referens, regnum quoq; auitum Gothorū, Sueonumq; consensu affectus est, eo felici tempore, & anno Christi DCCC. quo Romanū imperium meruit summa illius Caroli Magni prudentia restitui, & gubernari: cui gratissimum erat, quicquid iustum, pium, & Deo gratum erat. Siquidem ipse Carolus omnes sui ingenij, atq; imperij uires ad augendam Christianam fidem conuertens, non solum armis, sed amicitia, societate, foederibus, muneribus, quoscunq; poterat Reges, & Principes, etiam transmarinos, & Ethnicos, ad suæ pietatis uota inducere nitebatur, ut ad agnitionem ueræ fidei peruenirent, aut saltem mitiores essent in eos, qui Christum confiterentur. Immo (teste Francorum historia) magnam pecuniæ summam quotannis Christianis transmarinis pauperibus, qui per duros tyrannos opprimebantur, mittere consuevit. Tali pietate, immo tali pietate Biornum Gothorum Sueonumq; Regem, missis legatis in suam societate induxit, ut ex ea gente auxiliares copias in Gotricum Danorū Regem opportuno tempore excitaret. Erat enim Gotricus acerrimus Christianæ fidei persecutor, & ob id totas uires suas Carolo eandem fidem Saxonus sollicitè inferenti semper opponebat, adeo ut Carolus uiuente Gotrico continuā rebellionē in gente Saxonica experiretur: quāuis Abbas Vspbergensis asserat, pacem inter hunc & illū factā anno salutis DCCCXI. Saxo tamen oppositū sentire uidetur, cum affirmat, Carolū audita morte Gotrici effuso gaudio exultauisse, cōfessumq; fuisse, nihil eo casu unquā suæ fortunæ iucundius obuēnisse. Quod utiq; uerissimū erat, non solum quia Gotricus potentissimus, sed quia etiā astutissimus erat. Insigni quippe astutia iampridē usus, Resonē quendam (qui iuxta nominis sui interpretationem astuta uulpecula erat) in Sueoniā sub transfuge titulo immisit, ut seminatīs inter Sueonum & Gothorū proceres

Carolus Magnus, & eius magna pietas.

Biornus Carolo Magno confederatus.

Gotricus Danus Christianæ fidei persecutor.

Cōfederatio Caroli Magni & Gotrici Dani anno 811.

Gotrici Dani astutia.

Reso, id est, uulpecula ex Dania in Suetiā mittitur.

R.



odij, uiam aperiret, qua in mutuam perniciem, & ciuilia bella prouocati seipfos perderent, & patriā desolarēt. Hoc igitur proposito Refo in aulam Regis Biorni assumptus, atq; indulgentius habitus, primò aperte querulatus est, se multis iniurijs à Getrico Dano affectū esse: deinde Regiorū secretorū in Suetia particeps effectus, quicquid Regia simplicitas & fiducia illius fidei occultandum cōmisit, mox ad nobilium notitiā (corrupta Regis intentione) ita deduxit, ut breui Regem proceribus, & rursus proceres Regi infensissimos reddidisset, nisi quidam inter eos inuenti fuissent illa uulpecula prudentiores, qui deprehensis eius dolis effecerūt, ut publico iudicio cōiunctus, suspensus ad collū eius lapidibus, pelago obrueretur: quasi talis poena iustior esset, qua ponderosum proditoris crimen annexa corpori mole puniretur. Fateor tamē Saxonē aliter de huius Refonis nece scripsisse, utpote quòd Sueones ipsum aperta ui necare ueriti, ex insidijs adorti occidissent. Sed quæ fuisset necessitas, ut illum occultè perderent, qui in omnes publicè deprehensus est deliquisse? At de illa ingenti auri summa, quam Saxo in expiationē uulpeculæ necis à Sueonibus expositā fuisse affirmat, ita sentio, ut potius sileā, quàm me indigna respondeā. Idemq; dico de illa Sueonū subactione, quæ in eo passu affixa conspicitur. Certū quippe est, Biornū Regē nec aurum, nec obsequiū unquā Gotrico exhibuisse, sed in suis regnis, tum ob domesticā potentiā, tum ob Caroli Magni confœderationē, securissimum uixisse, & in ea securitate legatis ad Carolum missis postulasse, eruditos & pios in Christiana fide doctores ad se trāsmitti. Cuius pijs uotis Carolus satisfacturus, complures & pietate, & doctrina præstantes ad eum festim emisit: quorū præcipuus erat Herbertus, primus ecclesiæ Lincopensis in Ostrogothia Pontifex, qui eiusdē ecclesiæ fundamēta primò fieri procurauit.

Nec

Refo proditiōnis crimine cōuictus, mari submergitur.

Saxonis Danici in Sueones impoſtura.

Biorni potentia

Biornus Christianæ fidei ad dictus.

Herbertus primus Episcopus Lincopenſis.

Nec multò post Biornus, cum consideraret maiores esse labores ad propagandā Christianam religionē necessarios, quàm possent Herberti, & sociorū eius diligentia (quāuis summa esset) superari, denuò per legatos apud Carolum agere decreuit, ut plures erigendæ religionis ministros ad se iterū mittendos curaret. Sed quia tunc Carolus in fata concesserat, totius legationis partes apud filiū eius Ludouicū, qui patri in imperio successerat, exposuerunt, & nihil minus quàm sperabant impetrauerunt. Quippe hic Ludouicus omnes operas suas in obsequiū fidei Christianæ diligentes & promptissimas ostensurus, mox in sui imperij auspicijs anno Christi DCCCXVI. consensu Stephani Papæ quarti celeberrimum plurimorum Pontificum concilium Aquisgranū (ut habet historia Francorū celebrauit: in quo multa pro dilatando Christi cultu decreta, & constituta fuerunt: inter quæ etiam de conuertendis Gothis, & Suecis nonnulla concludebantur.

## CAPVT II.

Deinde onus impoſitū erat Anſgario monacho Corbejenſi, ut Christi Euangelium per Aquilonaria regna prædicaret. Itaq; Sueonum Regis legatos festim comitatus, ad Regem Biornum (quem alij Beronem dicunt) in Bircha ciuitate, tunc maxima, constitutū peruenit: quod satis cognitum erat Lupoldo Lubenburgenſi, qui in libro De zelo Christianæ religionis ueterum Germaniæ Principum, ex Francorū historijs confirmat, quòd Ludouicus Imperator Caroli Magni filius, conuertit Suecos ad fidē Christi per S. Anſgarium anno salutis DCCCXVI. quanquā à nonnullis falsò asseritur, quòd ipse S. Anſgarius primū in Suetiam uenisset anno Domini DCCCXXXI. quando iussus est ab Imperatore Ludouico baptizatum

Sueonum legatos mortuo Carolo Magno à filio eius Ludouico audiuntur.

Anno 817.

Concilium Aquisgranū.

Anſgarius S. Corbejenſis.

Bircha urbs maxima.

Sueonū ad Christum conuersio, anno eiusdem 816.

Maguntiae Haraldum Danorum Regem in Daniam comitari. Vnde cum Dani nec Haraldum ad regnum, nec Ansgarium ad predicandam fidem admitterent, Ansgarius confestim relicta Dania ad Sueones se conuertit, susceptus à Berone Rege (ut dicere cepimus) humanissime, permissusq; est sanctum Christi Euangelium cunctis incolis libere predicare. Nec ad Danos, nisi post euoluta multorum annorum tempora, Christianam fidem extendere sinebatur, utpote cum regnaret in Dania Ericus cognomento Impius, qui post Hemmingum Ludouici Imperatoris contemporaneus sexto loco successerat: quod apud Saxonem satis comperit habetur, cuius uerba in testimonium adduco. Ericus, inquit, ad salutare Ansgarii monitus, sacrilegæ mentis errore deposito, quicquid per eiusdem insolentiam commiserat, expiauit, tantumq; in excolenda religione se gessit, quantum egerat in aspernanda. Sed attendendum est hunc sanctum Christi præfulclem Ansgarium non semel, sed sæpius (ut autor est Albertus Crantzius) in Aquilonaria regna, ob insignem dilatandæ fidei amorem, quo succensus erat, se conuertisse. Erat enim omnium illarum terrarum Apostolus, & ueræ religionis enuntiator. Proinde euenisse puto, ut nonnulli eum tardius in Suetiam peruenisse affirmant, quam nihilominus in primis suæ iuuentutis annis diuini uerbi enuntiatione plurimum illustrauit: de quo etiam nonnulla in historijs Pontificum Upsalensium per me commemorata fuerunt. Cætera autem Beronis Regis tempora pacata quietaq; fuisse, donec felici commertio uitam caducam, imperiumq; terrenum cælesti & sempiterno commutaret. Sepultus in Bircha ciuitate Regia, quam uiuens sua continua præsentia decorauit.

## CAPVT

Ansgarius multo in annis conuertit Suetiam anteqhã Daniam.

Ericus Impius ab Ansgario conuersus.

S. Ansgarius sæpe ad regna Aquilonaria peruenit.

Beronis mors.

## CAPVT III.

Bratemundus, qui ex deo Fró cognomen, & cognitionem sortitus fuerat, post fata Regis Beronis à Gothis & Suecis in regni solium sublimatur, sed longè minore felicitate, quàm Bero: qui sicut ad Christianam legem, & optimos mores se totum composuerat, ita illi in temporali regno omnia pro felici uoto successerunt. At hic Bratemundus postquam teneras fidei Christianæ radices auelli permitteret, omnia aduersa experiri cogebatur. Cum enim inter eum & fratrem eius Siuardum (qui etiam Fró dictus est) grauis contentio de regni successione suboriretur, proceres & populi in diuersa uota distracti, uniuersam Sueonum & Gothorum Rempublicam sua discordia ad irrepabilem ruinam pertraxerunt, coactusq; est Bratemundus auxiliares copias à uicino Rege Noruegiæ Siuardo contra Siuardi fratris rebellionem implorare. Igitur Rex Noruegiæ opem periclitanti amico Bratemundo laturus, ualidum exercitum ex Noruegianis contractum in Suetiam adducit: fit pertinax & uehemens utrinq; pugna in campis Neritanis, qui Cælestes, siue Erecti uocantur: nec quocūq; pacto pacari, aut interrumpi poterat, donec campi Cælestes scelerati effecti, fraterno sanguine cruentarentur. Bratemundus enim à fratre Siuardo occisus, uitam, uictoriam, & regnum pariter amisit.

## CAPVT IIII.

Siuardus igitur (quæ Saxo Fró cognominauit) quamuis suam originem in Deos referret, tamen se nimis re motum à bonorum Deorum operibus ostendit, quando comparato exercitu fratrem uita, & regno priuauit. Nec ea uictoria contentus, grandem bellorum apparatus in Siuardum Noruegiæ Regē educit, qui ex pugna nuper com-

Bratemundus 101. Rex interm.

Fraterna discordia.

Siuardus Noruegiæ Rex.

Campi Erecti in Neritia.

Bratemundus à fratre occisus.

Siuardus 102. Rex interm. Siuardus Suetiæ rex in Siuardum Noruegiæ Regem pugnat, et uictus.

missa fugiendo difficulter in suum regnum euaserat: collatisq; aciebus uictor Suecus Noruegiæ Regem oppressit, & regno per uim occupato, laxauit frena libidini, Regiasq; fœminas, quotquot apprehendit, abiecta uercundia uiolauit. Dolere quidem Noruegiæ proceres, sed quid facerent uictori? cuius armis cesserant, eius imperia tolerare necesse fuit. Sunt tamen inter eos inuenti, qui iusto dolore permoti, ad Regneri Danorum Regis opem respexere: qui et si ætate adolescens erat, animo tamen fortis atq; audaci meditabatur, quomodo Noruegianum regnum (unde maternum genus duxerat) à tam graui ignominia, & turpi seruitute liberaret. Igitur copias grandes contrahens, oppem oppressis afferre decreuit. Cui aduenienti nobiles fœminæ, aut iniuriam passæ, aut quæ futuram iniuriam formidabant, insigniter armatæ occurrerunt. Nec enim tunc primum in Scandiana insula armari fœminarum agmina audiebantur, quemadmodum aliquoties supra ostendere curauimus. Pugna igitur utrinq; atrox & pertinax committebatur: factumq; est insigni fœminarum uirtute, ut ipse Fró honestarum nuptiarum uiolator à fœminis oppressus occumberet. Erat quippe speciosum uidere fœminas in acie præliantes cæsariem demittere, & sexum aperte confiteri, quò illustrior uirtus esset in corpore, quod per naturam creditur imbecillum. Sed iustus dolor iniuriæ uel acceptæ, uel formidatæ arma subministravit, & uindictam diuorem in fœmineo corpore tantum accendit, ut uicti, uictoresq; faterentur, eam uictoriam præliantibus fœminis accidisse. Enimuerò adeò ad omnia pericula primæ, adeò ad fortium uiroorum arma interrite conspectæ sunt, ut si Græci scriptores, qui Pantasileam efferunt, aut Romani, qui pugnacem Camillam ad sydera tollunt, talia reperirēt in suis antiquitatibus uirtutum exempla, qua uoce detonarent!

Noruegiani oppressi ad Regneri Danum confugiunt.

Noruegiana fœmine armatæ pugnant.

Fró tyrannus à fœminis superatur.

Fœminarum insignis fortitudo militaris.

Pantasilea. Camilla.

uent? quanquã Græci Pantasileam debeât Gothis, ex quorum illa sanguine (quod antea diximus) emerfit. Itaq; Fró Sueonũ Rex non solum geminas, sed multiplices pœnas in illo Noruegiano bello persoluit. Quippe & occisi fratris, & occupati alieni regni, corruptæq; Christianæ pietatis, et omnis honestatis uindictam sustinere coactus, documentũ præstitit, ne quis in alios ea moliatur, quæ nolit in se commissa sustinere.

Fró fratris occisor occiditur.

## CAPVT V.

Herotus deinde, cum Gothia & Suetia post cruentum & impium duorum fratrum, Bratemundi & Siuardi, conflictum, nimis lacerata & desolata iaceret, proceresq; & populi de Rege substituendo cogitarent, omnium uotis in utrunq; regnum surrogatur, eo tempore, quo Ludouicus Pius Caroli Magni filius Romano imperio præsedebat. Huic Heroto grauis illa, & peruetusta bellorum materia cum Regnero Danorum Rege incidit, de limitaneo principatu Schoningia, quæ transmissio freto Danico primis Scandiae insulae litoribus continetur, ut superius est factis ostensum. Factiq; sunt utrinq; maximi bellorum apparatus, & tandem ad pugnam deuentum est: in qua diu uarioq; Marte pugnatum erat, donec inducijs positis de iure utriusq; partis diligentius examen haberetur. Interea Regnerus Danicæ prudentiæ nõ ignarus, meditabatur, quomodo terram, quam bello uendicare nequiret, ingenio & astu aliquando possideret. Quocirca habito inter suos proceres consilio, Thoram Heroti filiam in matrimonium postulare decreuit. Sed non tam facile erat Heroto Regi eas nuptias persuadere, qui probè nossent, quam ob causam à Dano Rege peterentur. Is enim missos ad se legatos indignanter excepit, affirmans ipsos non coniugem, sed

Herotus 103. rex internus.

Ludouicus Caroli Magni filius.

Herotus bellum Schoningianũ contra Regnerum Danum mouit.

Regneri Danicæ astutia.

Thoram Heroti filiam Regnerus petit.

*Lantgertha.* pellicem pro Rege suo (qui Lantgertham coniugem habebat) temerè postulare. Quo accepto responso, Regnerus nihil remissius, sed importunius postulandum esse putauit.

*Lantgertha re-  
pauum.* Mox enim à Lantgertha, ut se repudiari permetteret, impetrauit. Quo factò, missis denuò legatis consensum ab Heroto difficulter affectus est, adiecta ea conditione, quæ præsentissimum uitæ periculum præ se ferre uidebatur. Eo enim tempore ex uetustissimo more obseruabatur, ut uirgines quantò illustriori sanguine natæ erant, tantò maiora pericula, aut difficiliore labores subire cogebantur, qui ad earum amplexum peruenire uoluerunt. Alijs enim fortissimi gigantes, & pugiles duello superandi opponerentur: cum interim ab alijs exacta militaris disciplinæ experientia, aut gloriosum aliquod facinus pro salute Reipub. peractum expeteretur. At huius speciosissimæ Regis filiæ thalamum duæ immanes belluæ fortissimis uiris formidabiles obseratum tutabantur, quæ antè expugnandæ erant, quàm ad uirginis nuptias perueniendum. Itaq; Regnerus morem amantiù, qui nihil insuperabile putant, secutus, statuit omnia difficillima pro ea uirgine experiri, uestemq; duratam comparat, quam neq; ferrum, neq; belluarum dentes penetrare posse putabat: qua indutus ferocissimas belluas non minus feliciter, quàm fortiter expugnauit. Quas Saxo Danicus scriptor serpentes fuisse asserit tantæ magnitudinis, ut integrum bouis cadauer quotidiano pastu absumerent: ego autem ex Sueticis historijs immanes ursos fuisse deprehendi. Vt cumq; sit, certum omnino est horrenda fuisse monstra, quorum nece Regnerus uirginis torum comparauit. Interim Herotus pugnam ex aula contemplatus, interrogat, quisnam esset ille monstrorum domitor uillosis femoralibus indutus: deditq; ea quæstio occasionem, ut postea Regnerus Lodbrog, hoc est, uillosarum brachiarum cogno-

*Matrimoniu il-  
lustrium fami-  
narum diffici-  
le impetrari  
poterat.*

*Duæ immanes  
belluæ à Re-  
gnero occidit  
uir.*

*Regnerus Lod-  
broch.*

gnominaretur. Qui deinde ex hac coniuge complures liberos procreauit: quorum occasione plurima & cruenta bella inter Succos & Danos suborta, & diu cõtinuata fuerunt, committentibus Danis suo more, seclusa linea masculina, posteritatem Thoræ inuitis Sueonibus obtrudere. Præterea Regnerus per has nuptias quietam Schonongiæ possessionem (quam præcipuè intendebat) affectus est, donec eam Ericus Sueonum & Gothorum Rex cognomento Victoriosus (de quo infra dicemus) ad Gothici regni coronam uiribus & armis reuocaret. Cæterum de morte, & religione huius Heroti Regis nihil certi in nostris historijs habemus, nisi quòd credimus ipsum in uetusto gentilitatis errore consensisse, talemq; in fata concessisse.

## CAPVT VI.

**C**AROLUS (quem Saxo Danicus Sorlum nominare uidetur) in defuncti Heroti Regis locum cõmuni procerum consensu surrogatus, primam bellandi necessitatem contra Regnerum Danum subire coactus est. Cum enim audiisset Regnerus mortuo Heroto Carolum ad regni fastigia sublimatum, omnes uias attentauit, quibus posset aliquem ex filijs ipsius, hoc est, Heroti ex filia nepotibus (amato Carolo) ad Gothici regni sceptrum promouere. Ad quod satis idoneum & efficax medium existimabat, si Gothorum & Sueonum nobiles in mutuam odium, perniciosamq; controuersiam excitaret. Quòd cum facile immixtis in Sueones perfidis consiliarijs effecisset, atq; in suam partem nõ paucos ex eorum proceribus attraxisset, mox præualidum exercitum conscripsit, uocatisq; in belli societatem filijs, magna fiducia, quam ex Sueonum discordia conceperat, bellum transtulit in discordes. Acta sunt in primis belli auspicijs non parua militaris disciplinæ præludia:

*Regnerus Scho-  
ningiam dotis  
nomine occupa-  
pat.  
Eodẽ lib. cap. 11.*

*Carolus 104-  
Rex interuus.*

*Caroli in Re-  
gnerum Danis  
hostilitas.*

*Danicis strate-  
ma in Sueones.*

uentumq; erat ex præludijs ad prouocationes: ex quibus postea secuta sunt singularia certamina: deinde acriter per tinaciterq; totis aciebus pugna inualuit: in qua cum Carolus à suis defereretur, facile à Regnero, quæ Suetica discordia potentiolem effecerat, superatur.

## CAPVT VII

Biornus 105.  
Rex internus.

**B** iornus deinde nulla legitima electione, aut successione, ad Gothorum & Suecorum regna peruenit, sed peruersorum quorundam procerum, qui pro Regnero stabant, factione callidius, quam honestius alienam hereditatem inuasit. Regnerus enim bellum in Carolum parans, clam misit in Suetiā nuntijs significauit se pro uero regni hærede Ingeuallo (qui Heroti primogenitus erat) arma in Carolum iniquū alieni regni occupatorē promouere uelle: eaq; promissione complures in suam partem allexit. Sed cum eorum ope & opera Carolum superasset, magnificorum promissorum suorum protinus immemor, non Ingeuallum, sed filium suum Biornū Regio sceptro insigniendū curauit. Valuit quidē ea Regneri prudētia quādiu præfens rerum status perdurauit: cum autem proceres se eius promissis circumuentos attenderent, paulatim à Biorno ad Ingeuallum deficientes, occasionem inquirebant, qua Regem uiolenter impositum (collectis uiribus) uiolentius exturbarent. Quorū animos cum Biornus in se infensores consideraret, nec suis uiribus contra tantam inimicorum potentiam satis consideret, periculosum bellum secuta fuga præuenit, profectus in suam Daniam, Regneri patris militiam deinceps secuturus: quem pater magis grato, quam iucundo animo excipiens, piratarum principem constituit, iussitq; ut Britanniam & Orcades impugnaret, atque expugnatas occuparet. Sed cum ea expeditio minus feliciter succederet,

Danica astutia.

Biornus alieni regni inuasor fugit.

Biornus sit pirata.

cederet, tentauit pater, quomodo ipsum regno Noruegiæ præficeret: in quo tandem senio, deinde morte consumptus interiit. Sunt qui asserunt hunc Biornum illo tempore in ciuitate Bircha, & ea parte Suetiæ regnasse, quādo S. Ansgarius primum in eas terras fidem Christi prædicaturus aduenit: sed ratio temporum eam assertionem non admittit: quin potius temporibus Biorni secundi (de quo diximus) illa Christianæ legis promulgatio assignatur.

## CAPVT VIII.

**I** ngeuallus, siue (ut alijs placet) Ingellus, quem quidam dixere Heroti nepotem, quidam uerò eius filium, magno procerum beneficio & consensu ad amissam paterni regni hereditatem restitutus, totam animi sui intentionem eò conuertit, quòd illi eximie & optime spei, quam de eo omnes patriæ incolæ conceperant, satisfacere posset. Sed cum adhuc multi per Suetiam & Gothiam essent, qui occultè exacti Regis Biorni partibus fauebant, uoluntatem magis bonam, quam efficacem ostendere poterat. Erat enim admodum difficile tam uastum Reipublicæ corpus ad sanitatem pridem amissam reducere, quando latens in eius uisceribus perniciēs, superueniente etiam abextrā grauiore morbo, quotidiana susciperet incrementa. Siquidem Biornus à Sueonum & Gothorum finibus exclusus, non solum patris Regneri, sed etiam Iuari fratris (qui per Galliam, Britanniam, Hyberniam, omnesq; Occidentales regiones, multa & præclara facinora ediderat) arma & uires contra Sueones, & Gothos implorauit. Itaque coactis undique copijs, celerius ad Sueonum limites perueniunt, quam Ingellus eos uenturos existimabat: qui nibilominus stipatus magna militum multitudine, quam tumultuariè comparauerat, statuit se opponere hosti tam subito

Biornus tādē in Noruegia moritur.

Eodē lib. cap. 1.

Ingeuallus aliās Ingellus 106.  
Rex internus.

Ingelli indoles optima.

Sueonum domestica dissensio.

Biornus Ingello bellū intentat.

irruenti. Sed cum in eo bellorum procinctu esset, secumq; maiorem procerum partem, ob captanda in tam urgentissimo negotio consilia, congregatam haberet, ecce repentina flamma undiq; per occultos proditores immissa aulam ipsam, & Regem, omnesq; eius proceres confestim inuoluit, atque absumpsit.

## CAPVT IX.

Olaus Tretelia  
107. Rex inter  
uos.

**O**laus cognomento Tretelia, quamuis per ingentes & penè insuperabiles difficultates ad paterna regna post infelicia patris Ingelli fata peruenit, attamen debile principium melior fortuna secuta, finem regni reddidit gloriosum, cuius initium omnia aduersa polliceri uidebatur. Siquidem Biornus & Iuarus innumeris militum copijs succincti, uniuersam Gothorum & Sueonum Rempub. tunc pene subuertissent, nisi Olaus singulari prudètia præditus, procerum populorumq; animos, laxatis quàm pluribus tributis & oneribus, quæ priores Reges imposuerat, prudenter & efficaciter sibi reconciliaffet. Quo factò & domesticam pacem penitus labefactatam restituit, & uictoriam hostibus (ad quos inclinari uidebatur) potenter confestimq; eripuit. Enimuerò omnem militem, quem pridem pater tumultuariè coëgerat, simulq; auxiliares copias undique post patris occasum contractas, in Biornum & Iuarum educere properauit, cõmissioq; acerrimo & pertinacissimo prælio, uictoriam reportauit. Effectumq; est ea felici pugna, ut Dani uicti, caesi, profligatiq; in suam patriam reuertentur, diuq; & ad multos annos Sueonum terras impugnare non audent. Interim Olaus pacifica tempora nactus, leges & iustitiam ita obseruari mādauit, ut nullus in tota patria diu uiuus esset, nisi qui iustus & innocens esset. Sunt etiam nonnulli, qui affirmant hunc O-

Tributa tēpore  
belli laxada.

Olaus Tretelia  
uictoria cōtra  
Biornum & Iuarum.

lauum ad doctrinam Euangelicam, & Christianam fidem peruenisse, & multa pericula, dum eam propagare contenderet, à suis sustinuisse, atque in finem minimè perscuerasse, proinde offensam diuinam maiestatem ipsum in uarios bellorum casus denuò exposuisse. Vitsercus enim Regneri Danorum Regis filius, exemplo Biorni & Iuari fratrum suorum, ius regnandi in Suetia, quod inde maternū genus duceret, usurpare proponens, non paruam sollicitudinem Olauo, qui ob pacis diuturnitatem ab armorum usu desuerat, incussit, faciente illi animos magnitudine Russiae principatus, quem nuper paterna uictoria, affecutus administrabat. Erat igitur Olaus in graui periculo constitutus, cum ab Oriente Vitsercum, & ab Occidente Regnerum, potentissimos utiq; Reges sibi ingentem belli molem opponere uelle didicisset. Constituit tamè prius omnia aduersa sustinere, quàm coronam suam in alium quantumuis potentem transferre. Itaq; magnam Sueticorum militum multitudinem Vitserco ab Ortiuo latere impugnanti obijcere festinauit, ipseq; quàm maximis copijs ex Gothorum regno comparatis Regnero ab Occidua parte irruenti occurrit: in qua quidem parte etsi uaria fortuna pugnaisset, nunc uicto, nunc uictori similis, attamen in fine belli superato fugatoq; Regnero, cum gloriosa uictoria in Suetiam remeauit. Sueonum uerò exercitus non aequè feliciter contra Vitsercum Rutheno milite succinctum pugnans, superatur & profligatur.

## CAPVT X.

**D**einde Vitsercus partam feliciter uictoriam prosecutus, prægradem exercitum ex Russia ad interiora Finningiae, siue (ut nunc dicimus) Finlandiae adduxit, omniaq; ferro, flamma, caedibus, direptionibusq; in-

Olaus Tretelia  
pietas & innocencia.

Vitsercus Danus  
Suetiam impugnat.

Olaus Tretelia  
ab Oriente & Occidente impugnatur, & uincit.

Regnerus uictus.

Vitsercus uictor.

vouit. Cuius conatibus Olaus potenter obuiaturus, omnia per Sueoniã, & Finningiã militiã armavit: estq; ad atrox & cruentũ prælium deuentum: in quo postquã multũ sanguinis hinc inde effusum esset, in has pacis cõditiones utrinque consenserunt, uidelicet, ut Olaus filio suo Ingoni filiã Regneri in coniugẽ assumeret, & Vitsercus Finlãdiã partẽ Ruthenis collimitancã possideret. In qua cum se satis securum putaret, dolis Ruthenorũ circumuẽtus occiditur. Daxõ enim Orientaliũ Russorũ princeps, cum Vitsercũ armis suaperare diffideret, ad dolos cõuersus, pacẽ cum eo (ut uidebatur) integerrimã effecit. Qua facta, à Vitserco intra cõstia sui principatus ad cõuiuũ inuitatur: paruitq; inuitati, nõ ut uices gratitudinis, sed ut mortẽ illi inferret. Quippe omnia ex foedere se agere simulans, sub specie mercatorum multos suorũ secum introire iussit. Nemo dolos sentiebat, excepti in urbẽ omnes aduenã, quasi merces uarij generis importates: eoq; modo infinita hominũ multitudo confluit: at ubi uespertinũ tẽpus aduenisset, cõfestim Daxõ, et sui arma, quæ occultẽ inuexerãt, corripientes, Vitsercũ, & eos, qui cum illo erãt, ex insidijs adoriuntur, passimq; in omnes seuiũt, prosternũt, captiuant, occidũt. Vitsercus admiranda militaris disciplinæ experiẽtia præditus, prius incredibile hostiũ multitudinẽ prostrauit, antequã ab irruẽtibus Russis poterat cõprehendi: cum quo duodecim fidelissimi milites captiuantur: quibus redeũdi in patriã permissa optio, eligũt magis cum suo Principe mori, quã illo deserto uiuere. Deinde Daxon uictor Vitserco uitã ea cõditione permittit, si patiatur se parẽ in imperio habere. Cui ille: Antequã precariẽ uitæ usum à te exposcã, aut meũ honorẽ in te transferã, mortẽ potius, & si quid morte durius fuerit perferã. Igitur Daxon extructo rogo Vitsercũ cum captis comitibus uiuũ superiecit, & cõcremavit. Talisq; erat Vitsercus

Matrimonii oc  
casione pacis  
prestat.

Vitsercus à Ru-  
thenis occisus.  
Daxon Russorũ  
princeps.

Daxonis dolus.

Vitserci milita-  
ris fortitudo.

Daxon uictor.

ci exitus, quẽ Saxo non rectẽ inter Suetiã principes adnumerauit. Post cuius fata Olaus diu feliciterq; regnauit, & tandẽ senio atq; ægritudine deficiẽs, Vpsaliæ moritur, et in Regijs monumẽtis honorificẽ sepelitur, relictis post se duobus filijs, quorũ primus erat Haldanus cognomẽto Huitbẽ, hoc est, albi ovis: quẽ Noruegiani cõcordibus uotis in Regem elegerũt, glorianturq; se ab illo Regum suorum posteritatem, siue generationem suscepisse. Alter uerò Ingo, cuius memoriam nũc subijciemus, in paterno regno successit.

## CAPVT XI.

Ingo igitur Olau Regis filius, nõ solum patris, sed unanimi procerũ cõsensu in regnis Gothiæ & Suetiæ surrogatur. Hic (ut meminimus) accepta in cõiugẽ filia Danorũ Regis Regneri Lodbroch, effecit, ut sopitis inter Suedones & Danos prælijs pax, & tranquillitas, quæ hactenus nõ sine infinita hominum strage fuerat interrupta, restitueretur. Ipseq; Regnerus ob eã pacẽ de se, & suo regno Daniæ, ne à Suecis impugnaretur, securior effectus, constituit bella ad Occiduas Europæ partes trãsserre. Itaq; præualidã classem uiris & armis instructissimã educẽs, primũ Galliam, deinde Britãniam, Scotiã, Hyberniã uictoricibus armis penetravit. Postea longinquã militiam ingressus, Hispaniasq; præteruectus, nõ quieuit donec ad mare Mediterraneũ longo circuitu peruenisset, omnesq; circũpositas regiones unã cum ipsa Constantinopoli diuexasset, & tandem eodem remensõ itinere in suã Daniã cum admirabili uictoria rediisset. Interea etiã cum Ingo à Danorũ armis securus esset, nec sui Gothi, aut Sueci à bellis quiescere didicissent, ne domestico bello cruentarentur, collectũ ex eis exercitũ in Russos emisit, qui omnes etus regionis partes ferro, flammaq; ita deuastauerũt, ut à sinu Venedico usq; ad Tanaim paucẽ domus relinquerentur iniustæ. Cetera huius Ingonis gesta eodem tumulto, quo corpus eius, obruta fuisse uidentur.

Olau Treteliã  
mors.

Haldanus Huit-  
been rex Nor-  
uegiæ.

Ingo 108. Rex  
internus.

Ingo Regneri fi-  
liam ducit.

Regneri nauiga-  
tio usque ad  
mare Mediter-  
raneum & Cõ-  
stantinopolim.

Ingo Russiã uic-  
cit & desolatã  
reddidit.

*Ericus à uetso pileo nominatus, 109. Rex internus. Magica arti.*

**E**RICUS, sublato è numero uiuorum Ingone patre suo, concordibus procerum suffragijs Gothicæ & Sueticæ Reipub. summam accepit. Hic in arte magica nulli suo tempore secundus habebatur, tamq; familiaris erat malis dæmonibus, quorum cultui summoperè uacabat, ut quacunq; uerteret pileum suum, confestim inde optatus uentus aspirabat. Quo euentu inditum illi fuisse nomen accepimus, ut Ventosus pileus diceretur. Creditumq; à multis erat, Regnerum Daniæ Regem, huius Erici nepotis sui ductu, in remotissimas orbis partes piraticam feliciter extendisse, multasq; regiones, & munitissimas urbes eius ingenio subiugasse, & demum cooperatorem fuisse, ut tam procerum consensu & electione, quam hæreditaria successione in paternum regnum Suetiæ assumeretur: quod à diuturnum felixq; permansit, donec senio, & tandem mortifera ægitudine confectus, uita priuaretur & regno: quamuis Saxo asserere uideatur, ipsum ab Ostano quodam insidiosè trucidatum. Quod quia in Suecorum historijs (quas imitandas accepi) non inuenio, inter dubia potius relinquo, quam fidem grauibus autoribus detrahā. Est tamen apud Saxonem satis perplexa dubitatio, cum circa hæc tempora affirmet, Regnerū Daniæ Regem bella cum Carolo Magno Imperatore gessisse: & in alio loco dicat, eius antecessorem Hemmingum cum Imperatore Ludouico Caroli filio, post patris funera pacem iurifurandi firmitate composuisse. Sed his Danicis rebus omisiss, ad nostram

Gothiam redeamus.

CAPVT

**E**RICUS Segersel præmortui Erici filius, paterni regni sceptris, nullo procerum resistente, moderanda suscepit. Hic in omnibus bellis adeo fortunatus erat, ut nullum bellum aggrediretur, quin subactis hostibus uictor egrediretur: quo euentu passim, & ab omnibus uictoriosi cognomen est affecutus. Quippe fortuna, ut eum omnibus Regibus illius temporis illustriorem efficeret, ubiq; potentissimos hostes illi obiecit, in primis autem Agnerum Regneri Danorum Regis filium: qui postquā bellum in Anglos infeliciter attentasset, nec in Dania, quam duo fratres sui, Iuarus & Siuardus, inter se partiam occupabāt, locū suæ amplitudini aptum inueniret, decreuit uel totam Suetiam, uel partē eius in suam potestatem redigere. Sed erat illi nimis difficile, fortem Regē fortiter custodientem atrium suum superare. Præmonitus namq; Ericus exercitum præualidū contrahit, cui Ostanum ex satrapis nobilissimum præfecit, totamq; gerendi belli summam committit. Itaq; ad acerrimum & cruentum bellum deuenitur, in quo Agnerius fortissimè pugnans occubuit, cæsa antea maiore exercitus sui parte, cuius paruulæ reliquæ in Daniam cōcito cursu refugerūt. Nec longè post eam uictoriā Ericus in grauius bellum incidit. Enimuerò bellaces illæ gentes Liuoni, Finni, Estones, Curetes, Prussi, Haraldi Danorum Regis piratica læcessiti, confæderatione inter se facta classē prægrandē, quam putabant subiugandæ Daniæ sufficere posse, pariter educūt. Hæc classis littoribus Gothicis in medio itinere, antequam Daniam attingere posset, necessitate uentorum impulsā, non sibi temperauit, quin Gothis omnia hostilia inferret, quasi Dani eorum auxilio freti piraticam in Orientem transulissent. Quocirca Ericus omnem regnorum suorum militiam confestim in arma contractam, ir-

*Ericus uictoriosus 110. Rex internus.*

*Agnerus Danus cōtra Ericum uictoriosum pugnans occiditur.*

*Ostani dux exercitus.*

*Ericus uictoriosus Liuones, E-*



*stones. Curres, Pruffos vici.*

ruentibus hostibus obiecit. Quibus superatis & profugatis, classem militibus & armis instructissimam post eorum terga non minus feliciter, quam uelociter transmisiit, omnesq; hostium terras sine ulla bellorum intermissione impugnavit, & expugnauit, atque sub sua potestate toto sui regni tempore continebat.

## CAPVT XIII.

**I**Taque huius Erici nomen non solum domi, uerumetiam in procul positis regionibus celebre habebatur. Proinde Otho Saxonicus eius nominis primus Imperator, missis legatis eundem Ericum sui imperij confederatum effecit. Quod cum Haraldus Danorum Rex compertum habuisset, intellexissetq; eam Gothorum Sueonumq; cum Romano imperio confederationem in perniciem regni Danorum excogitatum, cogitabat, quomodo Ericum ab illa imperij societate auelleret, aut illatis bellorum difficultatibus a regno excluderet. Interea quidam Sturbernus Biorni olim intrusi in Suetiam Regis filius, ad Haraldum Danie Regem ex Suetia descendit, grauesq; admodum querelas super Erici seueritate exaggerans ostendit, se per ipsius potentiam paterna hereditate, & magna regni parte, quæ sibi iure debebatur, spoliatum. Quibus querelis libenter auditis, Haraldus confestim decreuit totas Danicæ potentie uires in Ericum effundere. Sed cum iam in procinctu esset, & Gothiæ Occidentaliora impugnaret, triste nuntium accepit, Othonem Cesarem Occiduis Danie partes formidabili exercitu deuastare. Proinde reuocato exercitu, quem impugnandæ Gothiæ expediuerat, omne robur Danici regni concito cursu in Othonem restitit. Sturbiornus autem sine auxiliariis copijs bellum committere ausus, facile superatur, expertus nihilominus sum-

*Otho Saxonicus Imp.*

*Haraldus Danus.*

*Ericus imperio confederatus.*

*Sturbernus ad Danos confugit.*

*Haraldus Danus contra Ericum Victoriosum pugnant, repellitur.*

*Otho Cesar contra Danos.*

*Sturbernus ab Erico uictus in gratiam recipitur.*

nam Erici Victoriosi gratiam, a quo non solum libertate, uerumetiam honorifica præfectura, & prouincia donatus est. Deinde Ericus, omnibus suorum regnorum terminis in pace & concordia positus, arma in Suenonem Danie Regem, qui exacto patre Haraldo ut præpropere, ita impio studio paternum regnum inuaserat, conuertens, totum eius regnum (teste Saxone) in suam potestatem redegit, ipsumq; qui patrem a patria impiè eiecerat, a paterno regno iustissimo bello exclusit, totoq; septennio (teste Saxone) regno Danie potitus, amplissimum principatum (quem Tanais fluuius ab Oriente, & Albis ab Occidente terminauit) in pace, & magna tranquillitate gubernauit. Tandem euoluto septennio, illa eadem fata, quæ Ericum hac mortali uita destituerunt, etiam Suenonem post multos miserabiles casus in paterni regni solium restituerunt.

## CAPVT XV.

**E**RICUS Aorsel, aliàs Stenchillus, post defuncti patris Erici fata, cunctorum procerum & populorum assensu in paternum principatum assumptus, tanto feliciter regnauit, quanto maiorem sollicitudinè propagandæ fidei Christianæ adhibere curauit: quæ eius tempore, diuina clementia palam & mirabiliter cooperante, non parua incrementa suscepit. Accidit enim, eo præsentè, totaq; populi multitudine circumstante, quod sacerdos omnium nomine sacrificia idolis ostrens, repentina cecitate percussus collaberetur: deinde postquàm diu et frustra a cæcis idolis cecitatis remedium postulasset, atq; in proprias ædes reductus sopori se tradidisset, ecce illa misericors misericordissimi Dei mater non dedignata est afflictum peccatorem, omni humana ope destitutum, uisitare, consolari, & de mysterijs sanctissimæ fidei nostræ Christianæ informare, Christi q; Apostolum

*Ericus Victoriosus contra Suenonem Danum. Sueno patre patria priuatus, patria priuatur.*

*Erici Victoriosi principatus amplissimus.*

*Ericus Aorsel, aliàs Stenchillus III. Rex in terris. Ericus fit Christianus.*

*Idolorum sacerdos cecitate percussus.*

*Maria uirgo cecati illuminata, & ad Christum conuertitur.*

ex impio malorum demonum nuntio suscitare. Inquit enim: Quia lumine intellectus, & ratiois tuæ abusus, à Deo uero te ad demonum cultum conuertisti, iuste corporis tui oculis priuari meruisti. Igitur si corporis tui oculos recipere uolueris, crede in filium meum Iesum Christum, qui est Deus Christianorum, eiusq; fidem firmiter serua, & ab omnibus seruandam prædica. Credidit ille, & credendo uisum oculorum perfecte recepit. Statimq; Christianæ religionis diligentissimus prædicator effectus, omnem in circuitu regionem peragrando, lumen ueræ fidei cordibus omnium incolarum infundere conabatur, ut & ipsi ab illa horrenda perfidæ mentis cæcitate, qua infeliciter tenebantur, liberati, lumen ad reuelationem gētium ab alto exortum aspiciere mererentur. Nec deerat omnis salutis auctor salutarem doctrinam fideliter annuntianti. Quippe breui tempore non paruus fidelium numerus in uincam Domini ab ipso coelesti patrefamiliās uocatus intrauit, ut uerum ostenderetur Christi uerbum: Nefcis quidem multa, operarij uerò pauci. Quamuis enim nonnullæ Christianorum reliquæ à tempore Beronis Regis ad hæc tempora in Suetia permansissent, attamen petendi erant ex Bremensi Metropolitano magis idonei doctores, qui uerbum Domini rectè tractare didicerant. Quocirca optimus Rex Ericus Stenchillus, missis solennibus legatis ab eodem Metropolitano, qui tunc erat Adagarius, aut eius successor, impetrauit ad se duos sanctissimos Pontifices in diuina lege doctissimos confestim emitti, uidelicet Adaluardum, & Stephanum: qui tanto honore à Rege & populo excepti fuerunt, ut ab hominibus maiorem assequi nequiuissent. Prædicabant Christi Euangelium cōtinuè & diligenter, crescebat quotidie cum magno fructu diuini uerbi plantatio, baptizabatur magna populi multitudo, tantuq; omnium ardor ad baptismum

Suetia paulatim ad Christum conuertitur.

Stenchillus missis legatis petiit ab Archiepiscopo Bremensi prædicates. S. Adalwardus, S. Stephanus.

baptismum erat, ut euolutis paucis diebus nulli, aut paucissimi incolæ in uniuersa ciuitate Birchenfi (quæ tunc frequentissima erat) inueniretur, qui Christianæ militiæ ascripti non essent, quemadmodum in historia Pötificum Upsalensium diffusius ostendere curauim. Sed nõ deerant illi pessimo humani generis inimico suæ solitiæ artes, per quas tam ipsi optimo Regi Erico Stéchillo, quàm etiam sanctissimis Pontificibus grauissimas persecutiones, & insuperabilia pericula passim ab incolis regni suscitaret, præsertim illis, qui de sanguinis nobilitate magis, quàm de uirtute gloriabatur. Hi enim uidentes Christi legē suis operibus contrariam, cœperunt eius assertores primò occultè, deinde palam apud simplicem & ignarum populū, multis calumnijs atq; impropertijs afficere, ita ut Rex ipse unà cum Pontificibus publico uulgi clamore ad interitum peteretur, quasi non esset ueri Dei cultor, sed nouorum demoniorum annuntiator: tantuq; uesani populi furor à proceribus excitatus inualuit, ut Christiani Pontifices comprehensi, & uirgis casti, ac plurimis iniurijs affecti, ex Upsala ad Bircham duorum dierum itinere redire compellerentur, cum interim Rex nūc huc, nūc illuc fugitādo latebras captaret, nolens manus suas sanguine ciuium contaminare. Tandem postquam multos labores, & pericula pro augendo Christi cultu sustinuerat, ab ingratis ciuibus, & malignis proceribus impugnatus trucidatur.

Bircha urbs populosa ad Christum conuertitur.

Stenchillus pro fide Christi persecutionem passus.

Pontifices pro Christo persecutiones patiuntur & fugiunt.

Ericus Stenchillus pro fide Christi occubuit.

## CAPVT XVI.

**O**laus cognomēto Schotkonung, quem alij filium, alij fratrem præmortui Erici Aorsel appellat, magna & memorabili omnium incolarū felicitate ad Gothorum & Sueonum regna peruenit. Siquidem eius ingenita benignitate, & summa prudētia effectum est, ut Christiana

Olaus Schotkonung rex interit.

fides, quæ hætenus in aliquot Suetici regni partibus uiguerat, & uigebat, ab uniuerso Gothorum & Sueonum principatu efficaciter constanterq; (abiecto ubique falforum Deorum cultu) assumeretur. Proinde à compluribus primus Christianorum Rex, qui apud Sueones regnauit, appellari consueuit: cum tamen compertum sit, Beronem eius nominis secundum, tempore Caroli Magni, & filij eius Ludouici, (nam utrique confœderatus erat) fidem Christi (ut dictum est) suscepisse, & in eius uera confessione animam exhalasse, deinde non paucos Christianos usque ad tempora huius Olau, per centum frè et sexaginta annos in diuersis Suetiæ partibus permanuisse, cum interim Dania in uetusto gentilitatis errore (ut Saxo satis ostendit) perseueraret. Nullum enim Regem Christianum apud Danos emeruisse scribit ante Haraldum Gormonis filium, præter Ericum cognomento Impium, cui sanctus Ansgarius in sine uita suæ Christi fidem annunciauit. Sed Erico extincto, lumen fidei pariter extinctum est. Frotho autem eiusdem Erici successor, dum à Romano Pontifice Euangelicæ legis doctores expectat, fatis suis Romanæ legationis præcucurrit aduentum, animo certè quàm effectu superior. Quòd autem Saxo asserat, eam legationem expectatam fuisse ab Agapito Papa, uerisimile non est. Duos enim eius nominis Pontifices Romanos fuisse accepimus: quorum primus sedit anno Christi DXXXIII. secundus anno DCCCCL. cum in Dania regnaret idem Haraldus Gormonis filius, quem Otho primus Imperator (teste Crantzio) armis ad fidem Christi coëgit, baptizato unà cum patre filio Suenone, quem Imperator à sacro fonte lenans, Suenooihonem uocauit.

*Olau Schœkoning primus Rex Christianus in uniuerso regno.*

*Ericus Impius Danorū Rex, cui Ansgarius prædicauit.*

*Agapiti Papæ duo.*

*Otho I. Daniæ conuertit ad Christum.*

## CAPVT XVII.

**H**ic autem Sueno postea à uia religionis discedens, patrem, & susceptam fidem à toto regno Danorum nimis impiè eiecit: unde & ipse tandè eiectus est. Sed prius plurimos & difficillimos casus, perinde ac si ad fortunæ ludibrium natus esset, experiri cogebatur, toties in ignominiosam captiuitatem ductus, toties per suos grauissimo ere redemptus, toties per terras, & maria iactatus. Tandem expleto septenni exilio, cum se ad fidem Christi ex toto animo conuerteret, regnum paternum (miserante Deo) recuperauit. Eodem tempore Olau quidam Trigonis Noruegiæ Rex erat, qui nomine magis, quàm re Christi fidem amplexus, à Bernardo pontifice Anglica baptismum accepit: primusq; apud Noruegianos in Christianorum Regum numero collocatur. Hic cum esset in bellicis rebus plurimum strenuus, cogitabat quomodo iniurias, quas pridem Dani Noruegians intulerant, uindicaret, Suenonemq; Danorum Regem, ob pristina fortunæ ludibria contemptibilem, in suam redigeret potestatem. Sed uisa est ad illud negotium maximè necessaria fore Suetiæ Regis Olau confœderatio. Quocirca missis ad eius matrem illustrissimam principem Sigritham Suetiæ Reginã, olim Erici Victoriosi coniugem, legatis, effecit, ut ipsa in suum coniugium cõsentiret. Quo comperto, Sueno ad insignem astutiam conuersus, impacabile odium inter Suetiæ & Noruegiæ Reges suscitare cogitauit, ne ipsis pariter Daniæ impugnantibus opprimeretur, aut denuò in exilium pulsus periclitaretur. Itaq; duos satellites astutia Danica insigniter præditos subornauit, qui transfugarū titulo ad Olauum Noruegianum supplices peruenerunt: à quo postquã more gentis benigniter excepti, familiariusq; tractati essent, coeperunt Suenonem Regem multo uituperio

*Sueno Daniæ sit apostata.*

*Suenonis grauissima calamitates.*

*Olau Trigonis Noruegiæ Rex.*

*Bernardus Põti fex Anglicus.*

*Olau Trigonis Sigritham Suetiæ Reginã in coniugè pafulat.*

*Suenonis Daniæ Regis astutia.*

*Danica astutia.*

*Thyra commen-  
datur Olauo  
Triggonis.*

*Olauus Triggo-  
nis stupida sto-  
lida.*

*Olauus Triggo-  
nis maligna  
in Regina Si-  
gritham molis-  
tio.*

*Suenonis Dani  
versuta.*

*Olauus Triggo-  
nis dignū sua  
stoliditatis pre-  
mium recepit.*

afficere, eiusque filiam Thyram eximia laude extollere, ut falsum proscriptorum nomen mendaciter assumptum, per mendacia ad optatum effectum facilius promouerent. Olauus enim à prauis ingenij hominibus persuasus, omnem cogitationem suam à Sigritha Regina ad filiam Suenonis conuertit, statimq; per legatos eam sibi desponsari impetrauit. Quo factò, Sigritham illius rei ignaram ad se sub colloquij simulatione in nauigium, quo uectus aduenerat, inuitauit: quæ cum nauem ascensura pedem pensili ligno, quod in eum usum affixum erat, impo- neret, mox per subornatos ministros lignum euertitur, & amplissimæ maiestatis femina inter undas periclitata, difficulter suorum auxilio à morte liberatur, & in litus semianimis reportatur. Tandem recepto spiritu, cum consideraret se duabus non ferendis calumnijs, uerecundia, & periculo affectam, minis ( quibus poterat ) opprobrii deformitatem insequeretur. Ita uerfuti Suenonis acumen magis utili, quam honesto inuolucro tectum, uires, quibus Olauum exiit, sibi uaferrimè conciliauit. Cōfestim nanque petiit in matrimonium Sigrithæ benignum consensum impetrauit, filiamq; Thyram Olauo desponsatam non imprudenter denegauit. Ita Olauus duobus illustrissimis coniugijs destitutus, dum alterum stolidè contemnit, ab altero turpiter repelli merebatur, utq; hoc repulsa, ita illud insolentia perdidit.

## CAPVT XVIII.

**R**estabat igitur ut Olauus post tantam imprudentiam aliquod maioris imprudentiæ opus aggrediretur, quò sibi temerarium & præmaturum fatum acceleraret. Collectis nãq; copijs, ac præualidæ classi impositis, in Suenonem nauale prælium eduxit. Sed Sueno Suenonũ Regis

Olauus

Olauus auxilio suffultus, facile superat aduentantem. Qui cum se uictum aduerteret, stans celsa in puppi ad profundam maris exiliit, malens inter marinas belluas, quam inter Danorum manus periclitari. Quo factò, Olauus Gothiæ & Suetiæ regnis Noruegiam adiunxit. Interiecto tempore Sueno ex Regina Sigritha Canutum Regem, omnium qui unquam in Dania regnauerunt potentissimũ, procreauit. Sed his externis rebus omisissis, ad Olauum Sueonum & Gothorum Regem me conuerto: qui (ut dicere cœpi) admirabili pietate successus, fidem Christi hoc modo in Gothia & Suetia instituit, siue uerius antea institutam, & collapsam restituit. Cum enim iuxta morem priorum Suetiæ Regum, qui cum Anglis contra Danos confœderari consueuerant, integerrimam amicitiam cum Mildredo Anglorum Rege coniunxisset, diuq; inuiolatam conseruasset, tandem per idoneos legatos apud eum egit, ut uiros aliquot optimos, in Christiana lege eruditos, ad se mittendos curaret. Quam quidem petitionẽ ipse, tanquam ex pio affectu depromptam, decreuit optimo effectui quantocytus mancipare. Proinde Mildredus (aliàs Eldredus) ut erat in Christiana fide propaganda studiosissimus, ita nulla intercedente mora congregato omnium Pontificum & prælatorũ concilio, iustam & honestam Sueonum Regis postulationem coram omnibus aperit, hortaturq; ut ex suo numero aliquot idoneos dilatande Christianæ fidei ministros eligant, qui labores, & uitæ pericula, ac mortem pro Christi gloria sufferre uelint. Actum est hoc pium negotium triduano concilio, dictæq; hinc inde uariæ sententiæ, nunc de periculis & laborum magnitudine, nunc de gentium illarum seueritate, nunc de dulcedine patriæ in perpetuũ exilium commutandæ. Tum sanctus Archiepiscopus Eboracensis Sigfridus, cum cōsideraret nullos, aut paucissimos esse, qui

*Olauus Triggonis  
temerariũ bel-  
lum in Sueno-  
nem Danum  
promouit.*

*Olauus Trigillus  
se submersit.  
Sigritha Canu-  
tum Danorũ  
Regem omniũ  
potētissimum  
genuit.*

*Olauus Schotko-  
nũz fidei Chri-  
stiana propa-  
gator.  
Sueonum & An-  
glorum Regũ  
perpetua con-  
fœderatio.*

*Olauus legatos  
pro fide Chri-  
stiana predi-  
canda mittit.*

*Concilium An-  
glorũ pro con-  
uertenda Sue-  
tia.*

*S. Sigfridus Ar-  
chiepiscopus  
Eboracensis.*

auderent, aut uellent se tot, tantisq; periculis committere, in medium omnium surgens, longam, & eruditā, ac pietate plenissimam orationem habuit, in cuius fine se ad tam longinquam & difficillimā peregrinationem sponte offerens, suo exemplo ostendit, primum in Pontificatu, primum esse debere ad martyrium, & persecutionē pro Christi gloria sustinendā. Excepta est ea sanctissimi Pontificis oratio non solum à Pontificibus, uerum etiam ab optimo Rege Mildredo per summam congratulationem: actēq; sunt ei in publico regni cōsistorio singularibus uerbis gratiæ, quod in humeros suos tantā negotij molem suscipere decreuisset. Itaq; postquā omnia ad tam gloriosam peregrinationem necessaria disposita essent, uideri poterant in Pontificibus, ac proceribus, & præsertim in optimo Rege gemini affectus, unus mœroris, alter gaudij: gaudebant quidem, per tam insignem & piissimum Pontificem diuinæ uoluntati gratissimum præstari obsequium: dolebant uerò plurimum, quod ab eis amplius non uidendus abiret, quod tanti pastoris solatio destituerentur, quod dulcissimam patriam perpetuo exilio cōmutaret, quod in totum reliquum uitæ tempus inter duros paganos in summo discrimine uicturus esset. Quis etiam dubitat maximum in eo Rege fuisse dolorem? quando tam propinquum consanguineum suum à se, non secus ac dimidium animæ suæ, auelli pateretur. Sed necesse fuit Regi Anglorum, uoluntati Regis angolorum subseruire.

## CAPVT XIX.

S. Sigfridus ad Gothiam Meridionalem peruenit.

**H**Oc igitur modo gloriosus Christi pontifex Sigfridus, relicta patria, & amplissima prosperitate, quæ felix patria ei polliceri poterat, superatis longissimi & periculosi maris uincibus, peruenit ad Gothiā Meridionalē,

lem, ubi nunc cernitur ecclesia Cathedralis Vexionensis, quam tunc angelica uisione in somnis præmonitus erigendam curauit. Interea uerò cum in eodem loco extensis tentorijs paululum moraretur, Regius præfectus, explorata (ut poterat) conditione aduenarum, Regem apud Westrogothos in ciuitate Scarenfi constitutum, uelocissimo cursu accessit: quo de peregrinorū moribus aliquid referre iussus, respondit, Pacificos esse homines, & nullas moliri insidias: senē eis præesse uenerando uultu, & graui autoritate conspicuū, qui lintea & candidissima ueste ad talos demissa uititur: huic omnes assurgunt, & genibus flexis se ad eius pedes prosternunt. Præterea uidi, inquit, tabulā, siue mensam quandam mappis albisimis cooperiri, panemq; candidū, & admodū exiguū superimponi, unā cum uasculo, cui potus parcissimē ab aliquo astantium infundebatur: his ita dispositis, nunc submissa uoce murmurabat, nunc altiore clamabat. Interea senex ille mirum in modum à planta pedis usq; ad uerticem capitis indutus, panem illum post multa murmura in manus acceptū eleuauit, uisusq; est mihi paruulum admodum speciosum, qui eidem seni ardebat, eleuare. Tum Rex Olaus ex ea pagani militis relatione prudenter collegit, Anglos esse, quos ad se pridem à Mildredo mitti petiuerat. Proinde expedita confestim ad eos solenni legatione efficit, ut ad se cum summo honore adducerentur, processitq; obuiam aduentantibus, & nihil omisit, quo erga eos summum amorem suum testari potuisset. Nec diu distulit se ad ueræ fidei sacramenta cōferre. Quippe auditis per interpretem eximij & doctissimi Archiepiscopi Sigfridi sermonibus, quos de fide in Deū omnipotentem, & filium eius, quæ pro redimendo humano genere in terras miserat, adduxit, mox diuina cooperante clementia plene persuasus, atq; in fide confirmatus euasit, statimq;

Præfcti Regi de aduentu S. Sigfridi apud Regem enarra-  
tio.

Episcopales com-  
timonia.

Missā à S. Sigfrido celebratur.

Miraculū in eleuatione corporis Christi.

Olaus Rex baptizatur.  
Husaby arx Regia fit sacra e-  
des Christi.

suscepto per manus Pontificis baptismatis sacramento, ar-  
cem Regiam Husaby, quæ in eodem loco erat, in ecclesiam  
cōsecrari præcepit, in qua sanctus Christi Pontifex diutur-  
nam moram complexus, totam Vestrogothiam (quæ est ter-  
tia Gothiæ regni pars) ad Christum cōuertit, conuersamq;  
sacri baptismatis unda perfudit.

## CAPVT XX.

**I**nterim uerò, cum ea apud Vestrogothos feliciter age-  
rentur, proceres quidam sanguine quàm moribus nobi-  
liores, tres nepotes S. Sigfridi, Vinamannū, Vnamannum,  
& Sunamannū, quibus ecclesiam Vexionensem custodiendā  
commiserat, crudeliter occiderunt, occisosq; multis &  
pretiosis rebus, quas ex Anglia secum adduxerant, spolia-  
uerunt. Insuper corporibus eorum in uicinam paludem, ne  
inueniri possint, abiectis, capita in uasculo imposita, &  
grandi saxo alligato, in proximum stagnum submerserūt.  
Quo audito, sanctus Archiepiscopus uehemēter indoluit:  
nec minor cōstitiua Regē inuasit, qui cōfestim sumpto secū  
Archiepiscopo, ad terras illas descendit, sumpturus condi-  
gnum de tam atrocibus sanguinarijs supplicium: pro qui-  
bus etiam benignissimus Pontifex, ne occiderentur, orauit:  
factumq; est ob preces eius, ut uitam, quam iuste amissuri  
essent, pecunia data redimerent. Quam cum Rex Pontifici  
tam insigniter offēso dare uoluisset, ipse Pontifex magna-  
nimitè reiecit, & contempst, atq; interim se totum in diui-  
nam prouidentiam iactans, desursum omnem consolationē  
expectabat. Nec Deus sancto suo in tanto dolore laboran-  
ti defuit. Cum enim una noctiū, circa stagnum ecclesiæ Ve-  
xionensi contiguum, orans & plorans ambularet, uidit à  
longè tria luminaria diuinitus micantia ad se super aquas  
asserri. Quæ cum litoribus appropinquarent, subito in-  
genii

3. Sigfridi nepo-  
tes occiduntur.

3. Sigfridus pro  
occisioribus suo-  
rum nepotum  
orauit.

3. Sigfridi tres  
nepotes tribus  
luminariibus  
declarantur.

genti desiderio succensus aquas insiliit, remq; stupendam,  
& sempiterna admiratione dignam contemplatur, quippe  
urnam prægrandi saxo alligatam pariter adnatam: in qua  
capita suorum charissimorum nepotum adhuc roseo cruo-  
re perfusa aspiciens, flendo inquit: Vindicet Deus. Cui mox  
unum ex capitibus respondit: Vindicatum erit. Alterum ue-  
rò inquit: Quando? Tertiū deinde nimis horrendum subin-  
tulit uerbum dicens: In filios filiorum. Quod hodie quoq;  
adeo ueraciter prædictum fuisse experimur, ut passim ex il-  
lis nobilium familijs, quorum maiores tam nefarium scelus  
perpetrauerunt, illæ querulose uoces audiantur:

Sentit adhuc proles quod commiserunt parentes.

Immo in omnes Gothorum & Sueonum proceres ea inno-  
centum occiso quotidie à diuina iustitia uindictatur. Nec  
propterea cessant illi innocentum Christi ministrorū per-  
secutores, quin eos intolerabilibus iniurijs continuè affi-  
ciant, donec iustus Deus oppressionem seruorum suorum,  
desitiuta penitus tam ingrata nobilitate, grauius & cele-  
rius quàm creditur ulciscatur, cui etiā sanctus Christi con-  
fessor Sigfridus suam causam iudicandam commendauit.  
Neq; interim animum à Christi fide propaganda, & eius  
sancto Euangelio quotidie annuntians remisit: qui tan-  
dem post multiplices labores, & continua sanctissimæ uite  
studia, felicem spiritum Deo commendauit. Sepultus in ec-  
clesia Vexionensi: & demum multis miraculis clarus, in nu-  
merum sanctorum dignissime est relatus, annuaq; festiuitate usq;  
ad hæc nostra infelicia tēpora ab omnibus Gothijs,  
& Sueonibus, ceterisq; Aquilonaribus regionibus meritò  
honoratus. Cetera huius sanctissimi confessoris opera, quæ  
sempiternam laudem merentur, doctis Vexionen-  
sum ingenijs scribenda re-  
linquo.

S. Sigfridus diu-  
no miraculo  
consolatus est.

Suetica nobili-  
tas diuina ri-  
tioni subiecta.

S. Sigfridi obi-  
tus.

**I**Nterea ad Olauum Regem (quem alij Iacobi nomine in baptismo appellatum fuisse affirmant) me conuerto. Qui etsi in suscepta Christi fide diligentissimus obseruator esset, tamen à iustis bellis, quibus ab adolescentia assueuerat, non cessauit. Cum enim non solum Gothorum & Sueonum, sed etiam Noruegiorum Rex esset, & nonnullis annis satis quietè feliciterq; in tam amplo imperio regnasset, obiecit ei fortuna in regno Noruegiæ potentem aduersarium Olauum, filium Haraldæ Grenska, qui post multa clarissima opera in numerum Sanctorum est relatus. Hic à primis adolescentiæ suæ annis mores suos ita ad omnem probitatem accommodauit, ut facillè omnibus persuaderetur, quod Respub. Noruegiana eius ductu aliquando in pristinam dignitatem, & libertatem restituenda esset. Nec qui sic persuasi erant, decipiebantur. Totus enim conatus eius eo contendit, ut diuinæ legis præcepto satisfaceret, quo dicitur: Non poteris alterius gentis hominè Regem facere, qui non est frater tuus. Eaq; pietate in patriam suam ductus, omnes conciuēs suos induxit, ut abrogata exterorum dominatione, se prudenter & celeriter in libertatem uendicerent. Nec minus ipso effectu præstare, quam uerbis consulere curauit. Contractis namq; copijs, & ualida classe instructa, ex Noruegians littoribus soluens, fretum illud, quo Cimbræ Dani à Gothis separantur, penetravit, classemq; Australibus & Orientalibus littoribus Gothorum & Sueonum admouens, omnia ferro, flamma, & ædibus inuoluit, ut & ipsi bellorum incommodis affecti, pacem libertatemq;, quam Noruegians abstulerant, restituentes, mouerentur, ne alijs irrogarent, quæ ab alijs contra iustitiam irrogata minimè pati uellent. Nec solum littora, sed intima regni maximè bellorum calamitatibus implicauit, ut Olauus Sueonum Rex

numero-

numerofum exercitum contra eius fortitudinem expedire cogere. A quo cum Noruegianus in arcto maris sinu (ubi nunc Regia ciuitas Stocholmensis crecta est) concluderetur, & iam omnino uictus putaretur, cōfestim diligentissimo suorum studio, de fossa partim terra, saluus cum tota classe ad mare elapsus euasit, indignante plurimum Olauo Suetico, quod sui exercitus duces omnia perfidè & dissimulante agendo, ipsum, quem in manibus uictum habebant, tam liberè elabi permisissent. Qui inde abiens Gothlandiæ insulam Ostrogothorum litoribus uicinam inuasit: quæ etiam flamma & cædibus deuastasset, nisi incolæ, data magna pecuniæ summa, se illi subdidissent: à quibus (peracta apud eos hyeme) discedens, Danos Frisfosq; præteruetus, ad Angliam peruenit: apud cuius Regem Mildredum toto triennio militans, multa præclara & magnifica opera pro Anglorum libertate gessit. Enimuerò Danos à terris, ciuitatibus, oppidis, & castris eiciens, in eorum locum pacem, libertatèq; restituit. Deinde multis onustus spolijs, in Noruegiam cunctorum bonorum applausu reuersus excipitur. Sed non multo peracto tempore iterum in Angliam à Mildredi relicta uidua, ut contra Canutum Danorum Regem, qui Angliam denuò impugnabat, opem ferat, reuocatur.

## CAPVT XXII.

**C**lassem igitur bellicam militibus & armis instructam educens, contra Danos pugnaturus Angliam repetiuit. Verum quia Canutus fortior erat, & iam ad pacta cum Anglis conuenerat, Olauus in Noruegiam sine uictoria remeauit: sedemq; in prouincia Vichie complexus, primum amicos & consanguineos, deinde proceres regni ad se uocans, querelas contra patriæ oppressores exaggerabat, nunc Sueones, nunc Danos uehementer accusando, sub quibus ad eam seruitutè turpitudinemq; patria deuenerat, ut nec

ambrosius  
venerabilis  
apud

Olauus Schotkung  
Sueonum,  
Gothorum, &  
Noruegiorum  
rex.

S. Olauus Rex  
Noruegians.  
S. Olauus in  
adolescentia  
& pietas.

Regem externum  
non eligendum.

S. Olauus patria  
libertatis asser-  
tor.

S. Olauus bellum  
in Sueones &  
Gothos mouit.

Olauus Schotkung bellum  
parat in sanctum  
Olauum.

S. Olauus periculum.

S. Olauus Gothlandiam  
oppugnat & sub-  
gat.

S. Olauus in  
Angliam militauit,  
& Danos inde  
eiecit.

S. Olauus in  
prouincia Vichie  
sedem elegit.

uestigiū quidem libertatis habeat, quæ pridem magna regna, & nationes superauerat. Proinde suadet, & persuadet, ut se uiros esse meminerint, & ad libertatem, nō ad seruitutem natos. Consideraret, quibus præsidij à natura munici essent, quàm insuperabilibus montibus defenderentur, quantamq; securitatem à periculosissimi maris accessu haberent. Præterea diligenter perpendere, quàm probrosū esset fortes & robustos homines, armorum industria præstantes, illorum sustinere iugum, quos haud difficili negotio nō solum reprimere, uerum etiam superare possent. Itaq; Noruegiani ab Olauo efficaciter persuasi, ipsum in eodē loco ad regni soliū extulerūt. Quo comperto, Olauus Sueonum, Gothorū, & Noruegiorū Rex, misso in Noruegiā grandi exercitu, cogitabat eos armis ad obsequiū reducere, quos debuisset beneuolentia, & clemētia in officio continere. Sed totus ille Sueonum exercitus, mortuo in uiduce, absq; pugna & uictoria redire cogebatur. Deinde Olauus Noruegianus eo Sueonū insultu plurimū prouocatus, edictum in omnes Noruegiæ fines mittit, quo omnē societatem & cōmercium cum Gothis, & Sueonibus interdicit. Quo interdicto omnes Noruegiani uehementer cōmoti, apud ipsum importunissimè agebant, ut tam perniciosum præceptum quantocyus reuocaret, cum ex eo publica patriæ perniciēs omnino secutura esset: aliamq; uiam cum Sueonum Rege inueniret, per quam amicitia potius, quàm publica hostilitas aueretur. Ea enim esset Sueonū & Noruegiorū conditio, ut alter alterius cōmodo nequaquam deesse possit. Deinde subinserūt aptius & honestius mediū esse, ut Sueonū Regis filiam in coniugiū impetraret. Talem enim affinitatē illa pristina & necessaria regnorū pax, cōcordiaq; sequeretur, quæ ab initio regnorū nunquā fuerat, nisi cum maximo utriusq; partis damno, intermissa.

Hoc modo rex Noruegianus à suis consultus, legatos ad Suetiæ Regē mittit, per quos filiam eius in coniugem postulabat. At Sueonum Rex legatis tam honesta petentibus non solum nō fuit, sed graues minas, ut cepto steterent, opponebat. Illi tamen rem tam necessariā prudentius exequentes, occasione expectabant, qua fortē per suos proceres & consiliarios instructus cōsideraret, quàm graue & periculosum esset, publicam pacem à tot terris & populis proscriptam exulare. Sed non erat tanta procerum autoritas apud Regem alioquin optimū, ut ipsum ad eam affinitatem inclinare potuissent, donec plebeiæ multitudinis nuntij nomine omnium incolarū regni magno serio proponerent, nisi in amicitia & pacem cum Olauo Noruegiæ Rege consentiret, cogitaret quod ipse in suo regno securus nō esset, sub quo ipsi securi esse non possent. Tantis igitur, tamq; importunis precibus Olauus Sueonum Rex superatus, filiam suam Regi Noruegiæ, magna nobilium multitudine comitatam, ad oppidum Tonsbergum in Noruegiam misit: cum qua etiam missa est multa & pretiosa suppellex, quæ digna putabatur à Rege focero ad Regem generum mitti. Sed pretiosior cunctis opibus erat ipsa pax, quæ illæ nuptiæ inter Reges & regna conciliabant. At de fide Christiana nulla alia adiecta est conditio, nisi quod in utroq; regno liberè predicaretur, & firmiter obseruaretur. Tam enim ante aliquot annos ambo Reges, cooperatione Mildredi Anglorū Regis, baptismatis sacramento abluti fuerunt. Quocirca minus uerum scribunt, qui afferunt filiam Olauus Schothkonung, post celebratas cum D. Olauo Rege Noruegiæ nuptias, multū laboris unā cum marito impendisse, ut pater ad Christianā fidem cōuerteretur. Immo S. Olauus tam potēti Regi, & optimo Christiano tam arcta affinitate

S. Olauus suos ad libertatem hortatur.

Noruegia inex-pugnabilis.

S. Olauus in Regem Noruegiæ eligitur.

Olauus Schothkonung bellum mouet in Noruegianos.

S. Olauus Sueonum commercium cum Noruegians interdicat.

Noruegiani & Sueones communibus modis gaudēt.

S. Olauus filiam Regis Suetiæ Olauo postulat, & tandem impetrat.

Plebeiæ multitudine in Suetiā potens.

Nuptiis conciliatur pax inter Reges et regna.

S. Olauus ob amicitiam Olauus Sueonū Regis à multis bellis liberatur.



coniunctus, eò efficacius omne regnum suum ordinauit, & Christi fidem per omnes Noruegiæ fines propagauit, quò maioris amicitia: præsidium ex eo coniugio contraxerat. Tanta etiam erat eiusdem Olau Sueonũ Regis autoritas, ut fratrem suum Canutum Danorũ Regem potentissimum ex eadem matre Sigriþha genitum, ab impugnatione generi sui S. Olau Noruegiani prohiberet. Quocirca felices erant illi Reges, & feliciores populi, qui sub tam sapientibus & potentibus Principibus regebantur, donec Olau Sueticus, tantæ pacis conciliator & conseruator, circa annos Christi M X V I I I. in fata concessisset. Sepultus in ecclesia Cathedrali Lincopensi, quã tunc Gothi & Sueones præcipua ueneratione colebant.

Canutus tẽpore  
Olau Schot-  
konung regna-  
uit in Dania.

Olaus Schorko-  
nung moritur,  
& Lincopiæ se-  
pelitur 1018.

IOANNIS MAGNI  
GOTHI ARCHIEPISCOPI V.  
PSALENSIS HISTORIAE GO-  
thorum Sueonumq; liber de-  
cimusextus.

CAPVT L

Amundus anno  
suis 113. Rex in-  
ternus.



Amundus à S.  
Olao educa-  
tus.

Hoc itaq; paterno fato Amundus (quẽ à uita diuturnitate cognomen sortitum fuisse affirmant) in paterna regna consuetudinibus proceribus & populis peruenit. Hic adolescẽtiæ suæ annos apud diuini Olauũ Noruegiæ Regẽ agens, in Christiana fide pie instratus, & fortẽ (ut aliqui asserũt) à Bernardo Anglicano Episcopo (qui pridẽ in Noruegiã uenerat) baptizatus est. Ego tamen credo eum prius apud patrem in Suetia baptismum subiisse: tantaq; inter hunc Amundũ, & Olau sororis mariti

tum, amicitia confirmata fuit, ut nulli fratres sese intimius amare potuisset: quã nisi Olau affecutus fuisset, nequaquã se tãto tẽpore ab insuperabili hostiũ multitudine defendere ualisset. Enimuerò post soceri sui Olau Sueonici Regis facta, tam domi à suis Noruegians, quã foris à Danis continuo bellorũ insultu impugnabatur. Cuius impugnationis præcipua causa erat suscepta fidei Christianæ defensio, pro qua dilatanda Olau omnẽ operam nauans, potius uoluit uitam & regnũ, quã fidem in Christi amittere. Nec satis esse putabat, quòd Pontifices, & sacerdotes continuẽ, & ubiq; in eius regno Christi Euangelium prædicarent, sed nouo rerum ordine ipse Rex Apostoli uicẽ fungens, circuibat ciuitates, uicos, uillas, salutarem Christi doctrinã ubiq; diffeminans, nulli eius transgressori parcendo, sed illos, qui ab ea semel accepta resiliere parabant, acriter punire nõ distulit, ne quisquã Regem Regum, per quẽ Reges regnant, impune offendisse uideretur. Quo euenit, ut pleriq; proceres Noruegiani, cum considerarent sibi illicita non licere, decreuerint ipsum regno & patria exturbare. Ad quod externam opem adhibere uolentes, Canutũ Danorum regem accedunt, eiq; supplices facti ostendunt, se, & totã Noruegiã grauib; iniurijs ab Olauo Rege affici, qui patrias leges, & maiorũ statuta, ac cõsuetudines abrogare cõtendit, inducti religione importabili, atq; anteaclis seculis incognita, à qua nullũ sine mortis periculo, & omniũ bonorũ publicatione deficere pateretur. Spectasset profecto tũc ad Canuti pietatẽ, magis fauere Christiano Regi pro ampliana Christi gloria laboranti, quã ueritatis aduersarijs proprium Regem, eundemq; optimum Christianum perfidẽ impugnare uolentibus: quorum perditis conatibus tantum fauit, ut non modo opem efficacem pollicitus fuerit, sed se ab eis in Regem Noruegiæ eligi pateretur, ausus per-

S. Olau ob fidẽ  
Christi grauissi-  
mas persecu-  
tiones susti-  
nit.

S. Olau Rex fi-  
dẽ Christi præ-  
dicat.

S. Olau à Da-  
nis impugna-  
tur, quia fidẽ  
Christi promo-  
uet.

Canutus Da-  
niae Rex S. O-  
lau hostiũ &  
occisor.

litteras optimo & innocentissimo Regi Olauo præcipere, ut regno cederet, aut ipsius administratione à se suscipere curaret. Quo comperto, Rex Olauus ad Amundum Sueonum Gothorumq; Regem, à quo in omni aduerso casu opportunum auxilium assequi cõsueuerat, se conuertit: nec sua frustra, quicquid optauit, inuenit.

## CAPVT II.

Interea autem, cum Canutus tam indignas infidias in maiestatem Olauo instrueret, non longè aberat, à quo Canutus insigni contumelia, siue infamia uicissim inureretur. Erat enim quidam Vlpho cognomento Sprochaleg, natione Suecus, admodum obscena commixtione (ut mox dicemus) procreatus: qui in familiaritatem Canuti tunc in Anglia comorantis assumptus, astutam operam adhibuit, ut à Canuto ad eius sorore Estritam in Dania manentem litteras acciperet, quibus à fratre præciperetur, ne ipsa faceremitteret, quæ Vlpho per eam fieri postularet. Persuaserat enim Canuto, se (acceptis ab ea militum copijs) bellum aduersus Noruegianum Olauum, & eius confederatum Amundum Sueonum Regem promouere uelle. At cum ad Estritam peruenisset, & illa interrogaret, quid postulareret, Vlpho eius coniugium perseuerantissimis precibus petens, facilius quam putabat uoti compos euasit, cum ipsa crederet, eam petitionem ex arcano fratris consensu prodijisse. Peractis igitur nuptijs, Vlpho, ne Canutum patrie perfidie uindictam in Dania expectaret, sumpta secum coniuge in Suetiam redire festinabat, factus ex uersutissimo satelitem accrimus Canuti inimicus: deditq; Amundo, & Olauo ea idonea consilia, quibus Canutus, & tota Dania facile expugnari posse uidebatur. Ortum uero huius Vlphonis talem, & tam obscenum fuisse, Saxo summam, & hoc modo

modo commemorat. Cuiusdam, inquit, patrisfamilias in agro Suetico filia liberalis formæ, cum ancillulis lusum egressam, eximia granditatis ursus deturbatis comitibus complexus rapuit, exceptamq; unguibus præ se leniter ferens, ad notam nemoris latebram deportauit: cuius egregios artus nouo genere cupiditatis aggressus, amplectendi magis, quam absumendi studium egit, petitamq; laniatui prædam in usum nefariæ libidinis uertit. Continuo enim ex raptore amator effectus, famem concubitu soluit, ardoremq; gulae Veneris satietate pensauit: quoq; eam indulgentius aleret, crebris incurstonibus uicini acrius incessabat armentum: nec nisi lautioribus antè uesci solitam, sparsis sanguine dapibus assuescit. Adeo enim captiue species effratam raptoris seuitiam fregit, ut quem sanguinis sui cupidum extimecebat, amoris auidum experiretur, partumq; ab eo perciperet, cui fore protinus alimonia metuebat. Tandem fera à canibus, & retiaris circumuenta, ac uenabulis occupata cõfoditur. Ut ergo duplicis materiæ benigna artifex natura, nuptiarum deformitatem seminis aptitudine coloraret, generationis monstrum usitato partu ædidit, soluestremq; sanguinem humani corporis lineamentis excepit: natoq; filio paternum nomen à necessarijs imponitur. Qui tandè agnita sue propaginis ueritate, à patris intersectoribus funesta excogit supplicia. Cuius filius Trugillus Sprachaleg, nihil à paterna uirtute deficiens, Vlphonem genuit: à quo Rex Sueno, & cætera Danorum Regum stemmata, ceu quodam deriuata principio, longo successionis ordine (teste Saxone) profluxerunt. Crediderim ego id à uindicta Deo effectum, ut Dani, qui de sanguinis nobilitate plus nimio gloriantur, Suetiamq; frequentius, quam felicius impugnare consueuerant, Regibus à fera Suetica genitis, obnixos uertices inclinare cogentur.

S. Olauus ad Amundum opem confugit.

Vlpho Sprochaleg Suecus.

Estrita Canuti Regis soror.

Vlphonis Suetici uersutissimus facinus.

Vlphonis ortus.

Vrsus puella amator.

Vrsus à retiaris captus, & occiditur.

Trugillus Sprachaleg.

Dania Reges à fera Suetica geniti.

*Tres exercitus.**Naues 400.**Alter exercitus  
etiam ex nauibus  
400.**Dani, teste Sa-  
xone, infidias  
benignissima  
responsione co-  
tegebant.**S. Olavi pericu-  
lum apud Da-  
nos.**Naues mille in  
exercitu Canu-  
ti.**Bellū atrox in-  
ter Danos &  
Sueones.*

**N**unc à diuerticulo ad Vlphonem reuersi, considere-  
mus eius consilio & opera tres fortes exercitus ad-  
uersus expugnandam Daniã eductos fuisse: quorū primus  
ex nauibus quadringentis constabat, quem Olauus Norue-  
gianus in Selandiam, Danici regni partem, exponendum  
curauit: cum alterum Amundus in Schonungiam, & tertium  
ex quadringentis nauibus collectū, Vlpho in quendam Ble-  
chingiæ sinū eduxit. Visa sunt in primo accessu omnia per  
Daniam Olauo feliciter successura. Ipse enim ut erat pij  
cordis, ita etiam Danorū animos dispositos esse credebat:  
qui (ut eorum historiæ fatentur) benignissima responsione  
insidias, quas in eum moliebantur, contegebant. Erat enim  
eorum intentio, ipsum alternis sermonibus & promissis oc-  
cupatum tenere, donec Canutus ex Anglia cōtracto inge-  
ti classis numero superueniens, incautum opprimeret: atq;  
interim ad omnia, quæcumq; Olauus imperaret, sese prom-  
ptissimos dissimulabant: fuisseq; confestim à Canuto nauig-  
ationem in Daniam acceleranti oppressus, nisi quidam  
Noruegianorum Danicæ astutiæ commenta præsentien-  
tes, Olauum salubriore consilio ab imminente periculo eri-  
pissent: qui utiq; in hunc modum credulitatem eius allo-  
qui potuissent: Heu fuge crudeles terras, fuge litus avariū.  
Vix enim in classem suam fugiendo peruenerat, & Canu-  
tus eidem portui appropinquans, penè intercepisset fugien-  
tem. Sequenti uerò die naualem exercitum, quem ex An-  
glia satis grandem, utpote mille nauium eduxerat, contra  
Olauum, qui se cum Vlphonis exercitu coniunxerat, sub du-  
ce Haquino expediuit. Ipse autem Canutus Amundo Scho-  
nungiam deuastanti occursum, terrestre ductabat agmen:  
sitq; inter eos prælium acre & pertinax, neutra parte ui-  
ctoriam assequente: quamuis Danica historia Amundum  
in signi

in signi pugna superatum fuisse affirmet. Sed ut Dani sibi li-  
cere uolunt, suos autores sequi, ita ego meos pari libertate  
imitari constitui. Post eam pugnam Schonungianã uentum  
est ad prælium nauale, in ostio Helgæ fluminis non longè  
à Calmarnia, in quo Vlpho præfectus erat, homo astuti &  
uafri ingenij. Qui cum præsentiret Danicarū nauium ad-  
uentum, aquas ita in hostem armauit, ut earum uiribus Da-  
norum uires non solum obruere, sed penitus delere potuif-  
set. Aggerem namq; præualidum aquarum cursui obijciēs,  
eas prorsus à solito impetu cohibebat, donec subeūte in flu-  
minis ostium Danica classe, easdem rursus rupto aggerere  
laxaret, simulq; rates uario igniū fomēto accensas dimitte-  
ret. Quo euenit, ut ferè tota Danorū classis, præter duas na-  
ues, quæ Dracones uocabantur, aqua & flamma penitus  
submergeretur, quemadmodū in Noruegianis historijs ap-  
paret: quamuis Danici scriptores asserant, Danos à ponte  
quodam per Vlphonem deturbatos perijisse.

*Bellum nauale.  
Vlpho aquas in  
hoste armauit.**Danorum sub-  
mersio.*

## CAPVT IIII.

**V**Tcumq; hæc se habeant, nihil dubito, quin pleraq;  
magna flumina ex Occidua & Australi Gothia in  
Hallandiam, Schonungiam, & Blechingiã deferantur: quæ  
si à suo cursu (quod haud difficulter fieri posset) ad maiore  
Gothici regni cōmoditatem diuertentur, nequaquam ea  
oppida præmunirēt, à quibus Gothico regno nõ rarò gra-  
uia damna irrogari consueuerunt. Quod fortè tūc fiet, cum  
Succorum & Gothorū proceres desuerint uti consilijs ex-  
teriorū, qui ob enormia flagitia apud Danos, uel Teutones  
cōmissa, iuste proscripti, importunius quàm utilius se in ip-  
sorum familiaritatem intrudunt, pacemq; domi à ciuibus,  
& foris à uicinis regnis ac populis ita auferunt, ut maiora

*Flumina ab ho-  
stibus ad pa-  
triae cōmodita-  
tem conuertent  
da.**Externi homi-  
nes de sceleri-  
bus cōmisti ad  
Suetiam con-  
fugunt.*

Reges stulti peregrinos homines consiliarios suos constituit.

Canuti Dani astutia.

Trās fuga uehementer cauēdi.

Aurei montes.

Naues 600 ad Canutum Danum defecerūt.

S. Olauis uictoriam amisit.

S. Olauis ut publicus hostis à Noruegijs excipitur.

Naues 1200.

damna à potentissimis Regibus, & hostibus minime inferri possint, quàm ab eis, quos stulti praesides sibi constituunt consiliarios, & rectores. Prius enim talium ingenijs Suedi & Gothi uinci solent, antequàm à fortibus Regibus, aut populis superantur. Quod etià eo tempore non ignauiter attendit Danorum Rex Canutus: cui cum alia consilia desissent, submitit eiusmodi astutiae uiros in exercitum Olauis & Amundi, qui ob simulata obsequia ad intimam ipsorum familiaritatem admisi, quicquid fraudum in proposito habebant, facile deducerent ad effectum. Siquidem occultius quò poterant, omnes exercituum duces, promissis ingentibus stipendijs, ab illorum Regum militia ad Canutum auerterunt: quem affirmabant non modò aurum, sed aureos montes in suos milites erogare. Erat enim ex Anglicano auro ditissimus, & in militares homines liberalissimus. Quocirca accidit, ut trecentae naues ab Amundo, & totidem ferè ex Olauis classe ad Canutum subito deficerent. Quibus copijs Canutus fortior effectus, totam suam potentiam ad exuperandam Noruegiam conuertit. Quo comperto, Amundus quamuis plurima & grauiusdamna pro Olauo hactenus sustinuerat, tamen quia constituerat nunquam deserre amicum, ad eò intima amicitia coniunctus, obtulit ei partem regni Suetiae, quamcunq; eligere uellet, ut in ea securus, quàm inter tot domesticas insidias uiuere posset. At Olauis ut leo absq; terrore manens, classis suae reliquijs Calmarniae relictijs, per Vestrogothiam in Noruegiam remeauit: in qua non secus ac publicus patriae hostis à proceribus & populis exceptus est. Erant enim eius mores diuinae legi conformes, quae ipsi toto conatu explodere contendebant. Ad quòd negotium tam impium, nusquam opportunius auxilium, quàm apud Danos denuò circumspiciebant. Siquidem eorum Rex Canutus mille ducentarum nauium classe

secum

secum aduecta, regnum Noruegiae, non tam ui & armis, quàm incolarum erga optimum Regem perfidia, facilius quàm honestius occupauit: cum interim Olauis unico & paruo nauigio, perinde ac profugus, intra scopulos Noruegiani maris hinc inde iactaretur, nusquam de uita securus, immò ubiq; ad mortem quaesitus, donec relicta nauis per deserta Noruegiae ad Neritiam, regni Suetiae prouinciam, difficili & periculoso itinere perueniret. Deinde in Rusiam diuertens, non paruo tempore apud Regem Ierizleuum, qui eius sororem habebat, commoratus est.

S. Olauis profugus ad Neritiam peruenit.

Ierizleuus Rusiae Rex sororius S. Olauis.

### CAPVT V.

Interea, submerso duce Haquino, quem Canutus Noruegiae praefecerat, Noruegiani proceres in nouam controuersiam redierunt, cum alijs praesens rerum status placeret, alijs uerò uehementer displiceret, quòd tota patriae libertas ablata esset: alijsq; placuit, optimum Regem Olauum ab exilio ad regni solium restituendum. Qui suam sententiam efficaciter executuri, legatos ad Olauum mittunt. Quibus ipse persuasus classem, militesq; ope Ierizleui comparat: quibus succinctus, ex Rusia ad Gothlandiae insulam celeri nauigatione accessit: unde uelis ad Suetiam conuersus, ad ciuitatem Arosiensem peruenit: in qua per summam omnium Suconum, coniugisq; suae, & filiae laetitiam atque amorem exceptus est. Aderat etiam Amundus, qui maxima congratulatione redeuntem amicum amplexus, omnia fraternae charitatis studia in ipso honorando & adiuuando superabundè impendit, datis ei in auxilium mille quadringentis armatis. Aduenit quoque in occursum eius illustrissimus Noruegiorum procerum Dagerus Ringonis, mille ducentis equitibus comitatus. Nec parua erat militum manus, quàm frater Olauis Haraldus, alijsq; amici ad cum in

Haquinus dux Noruegiae submergitur.

Noruegiani discordes in substituendo Rege. S. Olauis parat reditum in Noruegia ex Rusia.

S. Olauis à Rege Amundo et amicis excipitur.

Dagerus Ringonis Noruegianus.

Noruegiorū  
pars pro S. O-  
lavo, pars con-  
tra eū stabat.

Trugillus Episco-  
pus Danus.

Canutus Rex  
Danorum per  
insidias occidi-  
fecit S. Olavū.

S. Olavi mors.

Haraldus fra-  
ter S. Olavi su-  
git ad Cōstan-  
tinopolim.

Noruegiani post  
mortē S. Olavi  
sua tyrānide  
Danorum op-  
primuntur.

Noruegiani à  
tyranno victi  
graviorem ty-  
rannidem tole-  
rant.

Suetiam adduxerunt. Quibus copijs subnixus, reditum in Noruegiam parat. Quo comperto, Noruegiani in diuersa ac contraria vota ferebantur, cum magna pars eorum optaret ipsum in regnum restitui: maior uero imprudentium ciuium numerus erat, qui ne in patriam admitteretur, bello uenientem excipere decreuerunt: quorum princeps erat quidam Episcopus Trugillus, natione Danus. Hic enim nihil omisit, quo omnes & singulos indigenas, & alienigenas in caput innocentis regis Olavi exacerbaret. Itaque cum periculosa, & plus quam ciuili pugna inter Noruegianos confestim subortura uideretur, Canutus Danorum Rex non satis honesto praelio sanctissimum Christi amicum, & innocentissimum Regem superauit, & occidit. Nam (teste Saxone Danico) ipsum per quosdam pecunia à se corruptos, domestico bello opprimendum curauit. Indignum profecto facinus, & inexplabile flagitium, quod nulla unquam excusatione quantumcunque astuta aboleri queat, quodque solum Noruegianos impellere posset, ut Danicum imperium à suis ceruicibus perpetuo remouerent. Tum Haraldus Olavi frater, consimilem Canuti militiam ueritus, adito Byzantio, suspectam Danorum, uel Noruegiorum fidem longinquo declinauit exilio. Noruegians autem post fata S. Regis Olavi (quæ pro amplianda Christi fide glorioso martyrio coronatum confitemur) impositus erat à Danis Rex quidam Sueno, Canuti Regis filius, qui adeo seueriter subiectis populis imperabat, ut à parte deprehendi poterat, iratum Deum tam crudelem tyrannum illis hominibus præfecisse, quorum crudelis impietas summæ sanctitatis uirū tam acerbo odio impugnerat, & tandem absque omni humanitatis respectu trucidauit. Proinde coacti sunt Noruegiani ea arma in tyrannum iuste cōuertere, quæ pridē in Olauum patriæ patrem iniuste

iniuste comparauerant. Sed ab eo uicti rursus grauiori iugo adiguntur: quod ad plures annos continuo gemitu, & suffirijs sustinebant, donec Magnum diui Olavi filium ex Russia reuocatum, in paterni regni solum collocarent: qui adeo prudenter & feliciter patriæ ignominiam absterfit, ut Danorū colla Noruegiano imperio subiugaret. Interea Amundus (quem nonnulli Annosum, nonnulli uero Carbonarium, quia domos delinquentium combussit, uocauerunt) comperta integerrimi amici, & educatoris sui S. Olavi Regis Noruegiæ occisione, uehementi dolore affectus, diu ægrum spiritum ducere nequiuit, sed tædiosam uitam optate mortis solatio commutauit. Crediturque in Cathedrali ecclesia Lincopensi tumulatus.

Magnus S. Olavi filius fit rex Noruegiæ.

Amundi Annosus mors.

## CAPVT VI.

Amundus uilitate cognomen adeptus, ad Regium sceptrū post fata Amundi Annosi, aliàs Carbonarij peruenit. Cuius origo, quia cōtra leges erat, silentio supprimi consueuit. Erat enim præmortui Amundi ex concubina filius: quod tunc adeo uile existimatum fuit, ut qui ea illegitima commixtione nati erat, perpetuo rubore suffusus, uix audebāt inter honestos comparere, etiam si Regum filij fuissent. Quod etiam usque ad nostra tempora apud Gothos obseruatum fuisse didicimus. Nōdum enim elapsi sunt septuaginta anni à morte Caroli, Suconum, & Gothorum, ac Noruegiorum Regis, qui optime spei adolescentē ex concubina procreauerat, eamque in lecto extreme ægritudinis agens, ut filium legitimū efficeret, desponsauerat: attamen idem filius nō solum paternis regnis, sed ab omni alia hereditate seclusus, infami cōditione uixit, & cōsensit. At presbyterorum filij in Gothia semper fuerāt uilissimi estimati, patresque eorū ob lesæ honestatis infamiam, nō minus

Amundus uilis 114. Rex inter nos.

Illegitimo tero geniti, infames exheredatūr.

Presbyterorum filij uilissimi.

contemptibiles effecti, uelut sal infatuatum conculcabatur. Sed his omisis ad Amundum Vilem reuertamur. Qui etsi defectum natalium summa probitate redimeret, tamen nunquam ualuit perfectam obedientiam à subiectis populis assequi. Quod cum Canutus Daniæ Rex, Sigrithæ Sueonum Reginae filius, attederet, coepit uarias occasiones inquirere, quibus ipsum à regno exturbaret: & cum aliæ deessent, ad ueterem illam maximorum bellorum occasionem se conuertit, quæ ob Schoningianam terram infinitas lites parere consuevit. Hanc enim Schoningiam Canutus sibi uendicare constituens, ualidum exercitum non solum ex Danis, uerumetiam ex Saxonibus, Anglis, Scotis, & Frisjs contraxit: ducemq; ei præfecit Vlphonem Sprochaleg, & stritæ sororis maritum, iam per coniugis intercessionem in gratiam receptum. Sed non quieuit Amundus, qui Sueonibus & Gothis in militiam conscriptis, sese uenienti Danico exercitui obicere festinauit. Commissum est cruentum, & pertinax, ac triduanum prælium, prope uillam, siue pontem Stangapellæ, ubi antea contra Amundum Carbonarium fuerat dimicatum. Tandem Amundus, qui à suis parum dilectus erat, superatur, & rursus in Suetiam, uictoria amissa, refugere cogebatur.

## CAPVT VII.

Amundus superatus fugit.

**V**lpho uerò totius Danici agminis dux, ad Canutū reuersus, in summam eius indignationē denuō incidit, siue quod uictoriam in Sueones minus perseueranter executus fuisset, siue quod Schoningiā nullis præstidjs muniuisset, siue etiam quod ebrietate suffusus, fata Danorū à se pridem subuerforum licentiosus, quam utilius ad pocula ceciuisset. Quocirca à Canuto comprehendi, & interfici iussus, ad templum diui Lucij, quod Roschildie in præcipua

cipua ueneratione habebatur, cōfugit: in quo sine respectu sacris locis debito, trucidatur: ob quod facinus toti ciuitati à diuinis officijs, & sacramentis est interdictum, donec ipse Rex, soluta ingenti pecuniæ summa, in gratiam offensæ Ecclesiæ, cuius libertatem temerè uiolauerat, reciperetur. Hic quoq; silentio implicanda non est quædam insignis fabula, quam nonnulla Danicarum historiarum fragmenta præ se ferunt, de terminis (ut dicere uolunt) positis inter Schoningiam, Westrogothiam, & Smalandiam, tempore huius Amundi Vilis, & Suenonis eius nominis primi Danorum Regis. Quæ quidem assertio nō solum Saxoni Danico, uerumetiam rationi temporū, & ipsi ueritati omnino repugnat. Dicit enim Saxo, duos potentissimos Reges successiue in Suetia regnasse, toto tempore quo Sueno primus nomen Regium in Dania sustinebat: Ericum uictoriosum, qui (ut dictum est) Suenone in diuturnū exilium expulso, totam Daniam diu & pacificè occupauit: deinde Olauum Schotkonung Erici filium, qui non minoris, immò maioris potentiæ Rex, non permisisset sibi eum ludum à Suenone Danico inferri. Nec Suenoni tanta libertas unquam permissa fuit, qui toties à Slauis captiuatus, toties exhausto patriæ thesauro redemptus, toties infelicem belli aleam expertus, toties aliena regna profugus adiit: à Noruegiano Principe repulsus, ab Anglo indignè exceptus, & indignissimè tractatus, tandem apud Scotos (quos in eo loco Saxo Danicus effratos barbaros uocat) utrimq; consolatus diuturno exilio permansit. Nec unquam has miserrias facile euasisset, nisi in specialem Olauæ Sueonum Regis gratiam, ducta in coniugem matre eius Sigritha, ut diximus, peruenisset: ante cuius obitum Sueno in fata concessit, relicto filio Canuto, qui etiam tempore Olauæ Schotkonung regnabat in Dania. Quocirca hic Amundus co-

Fabula de terminis Schoningianis.

Scoti à Saxone Danico effrati barbari appellantur.

Schoningiā  
termini fabu-  
loſi, & impu-  
denti menda-  
cio conficti.

Sueonū ſimplici-  
tati à Danis  
ſape illuditur.

Amundi mors.

gnomento Vilis, nulli Suenoni in Dania regnanti contem-  
poraneus erat, ſed eidem Canuto ſecūdo Suenonis filio, &  
ipſius filio Canuto tertio: niſi fortè inuincibile argumen-  
tum pro Danis faciat, quòd ſextus lapis limitaneus poſitus  
fuiſſet inter Blekingiā, & Noruegiā. Quod quā inepitè  
dictum ſit, facile nouit, qui longiſſimam diſtantiā inter  
eas terras nouit. Proinde nulli prudentes & cordati uiri  
induci poſſunt, ut eos limites unquam poſitos fuiſſe credāt.  
Igitur uehementer doleo, talibus commentis ſimplicitati  
patriæ meæ illudi, quæ ſemper de omnibus uicinis regnis  
optimè mereri contendit. Ceterū ad Amundum reuer-  
ſus, conſidero ipſum poſt multos & difficiles labores,  
quos pro omnibus ſubiectis populis diu & continuè ſuſti-  
nuit, uiam uniuerſæ carnis ingreſſum, & Lincopiæ in ſe-  
pulchris Regum tumulatum.

## CAPVT VIII.

Haquinus Ro-  
de 115. Rex in-  
ternus.

Schiſma in ele-  
ctione Regis  
ſubortum, prou-  
dētia procerū  
ſopitur.

**H**Aquinus Rode, ſiue Rufus, ex nobiliſſima Veſtro-  
gothorum familia ortus, in Gothorū regnum poſt  
ſata Amūdi ſurrogatur: fuiſſetq; iterum pernicioſum ſchiſ-  
ma inter Gothos & Sueones renouatum, niſi utriuſq; par-  
tis proceres opportuno remedio tantam perniciem pru-  
denter & celeriter auertiffent. Siquidem ad ea pacta, &  
conditiones tunc deuentum fuit, ut Stenchillus (quem tunc  
Sueones ſuum Regem designauerant) priuata ſorte cōten-  
tus maneret, donec Haquinus (qui inualeſcēte ſenio mātū-  
riora ſata expectabat) utruſq; regnū ſua morte uacuaret.  
Similis quoq; conditio pacis eodem tempore inter Magnū  
Noruegiæ, & Canutū Daniæ Reges appoſita fuiſſe memo-  
ratur. Hi enim de utroq; regno contendentes, tandem ad  
prudētum, & bonorū uirorum arbitria, eo modo paciſi-  
cati fuerunt, ut qui prior decederet, ſuperſtitiū utruſq; re-

gnūm

gnūm relinqueret. Et ut ea pacta firmiora permanerent,  
adiectū eſt ab utriuſq; partis proceribus inſiurādum, quo  
omnis controuerſiæ materia penitus tolleretur. Factuſq;  
eſt eo modo Magnus Noruegianus Danorū Rex, Canuto  
paucis euolutis annis in ſata concedente. Haquinus igitur  
utruſq; regnum ſine cæde & ſanguine aſſectus, nullius  
unquam ſanguine manus ſuas contra leges & iuſtitiam  
cruentauit, ſed omnibus clemens & benignus effectus, ſum-  
moperè conabatur, ſe Chriſtianum hominem, non crude-  
lem Ethnicum, Regem non tyrannum, patrem patriæ, non  
euerſorem Reipub. exhibere. Proinde ab omnibus ſuis ut  
pater amabatur, & ut dominus timebatur: nullaq; bella  
totiſtredecim annis, quibus regnabat, alijs intulit, nec ab  
alijs illata ſuſtinuit: ſed domeſtica pace contentus, oſten-  
dit ſe magis curare ſuorum ciuium ſalutem, quā quòd  
eos hoſtium gladijs maſtādōs obijceret. Præclarum quip-  
pe uerbum, & optimo Principe dignum eſt, malle unum  
ciuem ſeruare potius, quā centum hoſtes ſuperare. Cir-  
cūiuit ſepe regna, non ſine maximo ſubditorum populorū  
commodo. Enimuerò iuſtitiam, & concordiam ubi-  
que reſtituit, aut conſeruabat, ſummēq; prouidit, ne ſui  
quenquam contra leges opprimerent, aut moleſtarent.  
Ceterū frequentius in Veſtrogothia (unde ei origo fuit)  
uerſabatur. Eſt enim in ea terra populus ad omnem huma-  
nitatem propenſior, habetq; commodiorem portum in  
Occidua ſui parte Lodhuſtam, quā ſit aliquis in tota re-  
liqua Gothia & Suetia. Hunc ſi Suetiæ incolæ prudentius  
conſiderarent, nequaquam tot irreparabilia naufragia in  
mari Sueonico, aut in litoribus Curetum ſuſtinerent: quæ  
nequaquam ex culpa ſimplicis populi proueniunt, ſed  
eorum, qui minus experti ad moderandum tam amplum  
Reipublicæ ſtatum ſæpius aſſumuntur: qui etiam minus

Haquinus clemē-  
tia in omnes  
ſubditos.

Haquinus paci-  
ficus matuſ  
unum ciuem  
ſeruare, quā  
mille hoſtes  
perdere.

Veſtrogothorū  
cōmendatio.

Lodofia portus  
ualde commo-  
dus.

culpandi essent, si expertioribus integram fidem accommodarent. Sed de his aliàs, nunc calamus ad Haquinum reflectatur: qui tandem mortem apud Vestrogotos (apud quos esse, & uiuere cœperat) ex graui egritudine contra-  
 xii. Sepultus in ecclesia Leuenæ, in cuius uicinia plurimas hæreditarias terras possidebat.

Haquini mors,  
& sepultura.

## CAPVT IX.

Stenchillus 116.  
Rex internus.

**S**TENCHILLUS deinde Olauï Schothkonung ex sorore nepos, quæadmodũ antea inter Gothiæ & Suetiæ proceres concordatũ fuerat, in demortui Haquini locũ successit, inter optimos quosq; Reges optimo iure cõnumcrãtus, Quippe non solum transitorij imperij negotia prudenter diligenterq; curauit, uerumetiam totas animi sui uires ad augendam, propagandãq; Christi fidem ita accommodauit, ut prioris Stenchilli nõ solum nomen, uerumetiam eximiam pietatem in se transtulisse uideretur. Quippe ut in missis ad Adagarium Archiepiscopum Bremensẽ legatis, sanctissimos, & in Christiana lege doctissimos Episcopos Adaluardũ & Stephanum ad se mittendos curauit: ita hic secundus Stenchillus ab Alberto Archiepiscopo Bremensi diuinæ legis doctores & sacerdotes impetrauit. Quamuis enim S. Sigfridus Eboracensis in Angliã Archiepiscopus (ut diximus) complures in lege Domini, & moribus Christianis instructissimos in Suetiam et Gothiam secum adduxisset, tamen quia messis illa Euangelica nimis multa erat, operarij uerò pauci, necessarium fuit, non modò Anglorum & Saxonum, uerumetiam aliarũ nationum nuper ad Christum conuersarum auxilium à pientissimo & Christianissimo Rege implorari, ne uinea Dominica necessarijs cultoribus destituta, atq; ab eo derelicta arefceret, qui se uerã uitem dignatus est appellare: & quia totum studium suum ad

Stenchilli eximia in Christum pietas.

Albertus Archiepiscopus Bremen. predicator in Suetiam misit.

ad augendam gloriam Christi cõferebat, contulit ei Deus tempora, & annos ferè omnes quietos & tranquillos: in quibus optimas leges condidit, concordiam ubiq; in regno restituit, & quicquid ad componendum Reipub. statũ attingebat, ita instituit, ut nullus esset in tã amplissimo regno, cui præsens rerum status displicere potuisset. Omnes quippe ciues & incolæ ab eo magnoperè diligebantur, præsertim Vestrogothi: apud quos credo ipsum continuam moram habuisse, nec se permisisse ad illum angulum Holmensis ciuitatis (quemadmodum nunc fit) coarctari. Erat enim eo tempore apud Vestrogotos opportunior Regum habitatio, tum quia Anglis confederati erãt, tum etiam quia uicinorum Danorum insidiæ repellendæ erant. Nam tribus prælijs cos ob regnorum limites superasse dicitur. Tribuunt autem Suetiæ historiæ huic Stenchillo insignem quandam corporis molem, & giganteam fortitudinem, atque incredibilem sagittariæ artis industriam, de qua non minora referuntur, quàm Suetonius Tranquillus de sagittaria arte Domitiani commemorasse uidetur. Tandem hic Stenchillus post multa clarissima gesta apud Vestrogotos uitam & regnum morte commutauit.

Stenchillus optimarum legum conditor.

Stenchilli gigantea fortitudo.

Stenchilli mors.

## CAPVT X.

**I**NGO post fata Stenchilli in Regem Gothorum & Sueonum sublinatur, nulli optimorum Regum postponendus: quippe qui summoperè contendebat omnes priores Reges, tam in rerũ gerendarũ magnitudine, quàm in omni-  
 bus uirtutũ officijs superare. Nec minus, quàm intendebat, effecit. Erat enim in bellicis rebus incomparabiliter strenuus, nec minus in Christiana fide propaganda sollicitus: pluresq; clarissimarum uirtutum suarum exemplo, in magna morum honestate continuit. Præterea mores suos

Ingo 117. Rex internus.

Ingonis optimi mores in bello & pace.



ad diuinas & humanas leges tanta seueritate castigauit, ut publico omnium Gothorum & Sueonum testimonio deo affirmetur, ipsum nunquam contra leges patrie deliquisse. Nec pauci erant, quos illa eximia liberalitate, quae passim in omnes utebatur, in Christianis legibus conseruauit. At ubi nec exemplo, nec exhortatione, nec liberalitate, aut alijs beneuolentiae studijs se proficere posse speraret, tunc magno atque excelsio animo ad iustitiae rigorem conuersus efficit, ut quos Regia mansuetudo, & benignitas ad bona opera minime reuocaret, illos iustitiae seueritas à morum prauitate, & malefaciendi licentia coerceret. Bella complura contra Valdemarum Ruthenorum Regem (quem sui Iarizlaum dixerunt) prospera gessit. Schoningiam quoque multis bellis afflixit, Gothorumq; regno restituit. Sueno enim Ulphonis Suetici & Estritae filius, Danorum Rex, quia sepe ab Haraldo Noruegiae Rege (ut asserit Saxo) subactus, ad bella contra Sueones minime prodire audebat, sed honestiore ac seueriore consilio usus, sororem, siue filiam Ingonis Giutham (non praemeditato cognationis uinculo) missis legatis in coniugem impetrauit, quae ad Danos non solum pacem, sed eximia uirtutum exempla secum adduxit: quam Saxo Danicus adeò profusis laudibus prosequitur, ut maiore laudes in aliquam summe sanctitatis feminam uix cumulare potuisset. Haec, inquit, à Suenonis mariti toro Pontificum censura ob consanguinitatis uinculum amota, perternos penates repetens, susceptis uiduitatis insignibus, cum summa morum sinceritate consenuit, castitatemq; uotis professam, uirilium concubitus experientiam abdicauit. Et quia iniusto se toro maculauerat, nullum sibi ulterius permittere decreuit. Sanctitatis siquidem amplexa propositum, reliquum uitae tempus coelebs exegit, ingeniumq; pudicitiae

Ingo contra leges patrie nunquam deliquisse creditur.

Ingonis bellum in Valdemari Ruthenorum Regem.

Sueno Danicus Rex Giutham ducit uxorem.

Giuthae Reginae eximia laus, & opera pia.

pudicitiae seueritate illiciti concubitus noxam licentis euitatione pensauit. Sed nec inerti otio effluere passa, quotidiana consuetudine exquisita sacrariorum ornamenta fingebat, inq; eandem operam continuam ancillarum curam cogebat: inter quae chlamydem sacerdotalem subtilibus stigmatibus excultam, pretiosaeq; materiae impensa, ac mirifici operis arte elaboratam, Roschildensi sacrario doni nomine largita est. Alia quoq; complura diuini cultus insignia sacrorum usibus operata est. Haec Saxo. Ego autem cum pueritiae annos agerem, atq; apud Westrogothos bonis literis, & moribus operam darem, sepe in monasterium Guthem ab ipsa fundatum, atque eius sepultura illustratum, ob loci sanctimoniam, diuertere consueui.

Guthem monasterium virginum in Westrogothia.

## CAPVT XI.

Neque parum cooperatus est ad optimos atq; integerrimos huius Ingonis, ceterorumq; procerum mores, sanctissimus Pontifex Aeschillus, qui D. Sigfridum ex Anglia comitatus fuerat, aut postea Sigfrido in senium uergente aduenerat. Hic enim Aeschillus uicem ueri Christi Apostoli gerens, infatigabili animo Christianam fidem apud Gothos & Sueones, usque ad ultimum uitae spiritum (quem per insigne martyrium Christo commendauit) praedicabat. Quocirca à Rege Ingone, & omnibus bonis in summa ueneratione habebatur, donec eodem Ingone in Schoningia occiso, nefarii homines prosperam sibi in diuina seuiendi occasionem rediisse gauisi, totam religionis stirpem à radice euellere cogitarent. Quendam enim Suenonem cognomēto Sanguinarium, in Regem eleuantem, uictimas & libamenta denuò idolis offerebat, sanctumq; Pontificem Aeschillum, impijs eorum conatibus,

S. Aeschillus Episcopus & martyr.

Sueno Sanguinarium.

resistētem, lapidibus obruerūt. Sed hæc in interregno perpetrata, cōfestim suffecto nouo & optimo Rege Halstano, suum finem acceperē. Quod autem nonnulli putent, huiusmodi Suenonem Sanguinariū fuisse eundem, qui erat Rex Danorum, ex Vlphone & Estrita genitus, nō solum Sueonū, uerum etiam Danorū historijs repugnare uidetur. Sed oportuit aliquem alium fuisse, qui ad tam impiam blasphemiam se extolli pateretur. Ille enim Sueno Danicus, post amotam à se optimam Reginam Giutham, ad optimos mores (teste Saxone Danico) conuersus, ita in reliquum uitæ tempus uixit, ut nequaquā inter sacrilegos, aut blasphemos tyrānos, sed inter felices & optimos quoscunq; Reges iure commeretur. Ad quod (si cætera testimonia deessent) satis efficacem probationem asserre potest illa memorabilis & publica pœnitentia, quam pro homicidio in ecclesia Roschidensi perpetrato sustinuit. Peccauit enim ut homo, at penitentiam egit ut humilis Christi confessor. Secutus est Dauid, & Theodosiū, pluresq; alios potentissimos Reges peccando: secutus est etiam eosdem pro peccatis pœnitendo. Quamobrem non solum apud homines gloriam immortalē, uerum etiam apud Deum uitam meruit sempiternam. Nūc à diuerticulo ad Ingonem redeamus: qui (ut diximus) bellum in Schoningiam promouit, eamq; subiugatam occupauit, donec nocturnis insidijs (cum se satis securum putaret) trucidatus est. Quod cum Vestrogothis nuntiatum fuisset, mox factō ingenti agmine in Schoningiam irruentes, omnia eius loca flamma & ferro deuastabāt, corpusq; optimi Regis non sine publico mœrore in Vestrogothiam reportantes, in monasterio Varnhem sepulturæ commendabant: quod tunc in honore diuī Benedicti erectum, & consecratum fuisse putamus, cum diuus Bernardus nondum illius ordinis regulam restituisset.

Suenonis Vlphonis & Estritæ filij probitas.

Suenonis Danici Regis pœnitentia memorabilis.

Ingonis cades.

Varnhem monasteriū S. Benedicti.

## CAPVT XII.

**H**alstanus præmortui Ingonis frater, à proceribus & populis plurimum dilectus, ad Regale solium dignissimè sublimatur. Is tantæ modestiæ atque benignitatis erat, ut omnia quantumcunque temerè dicta, uel facta essent, benignè interpretaretur, eosq; apud iudices excusaret, & in iudicijs defenderet, à quibus etiam grauissimas iniurias susceperat. Magna profectò, & heroica erat illa patientia, & mansuetudo in Rege, quem tot, tantiq; non solum milites, sed exercitus circumstantabant. Sed ea erat tunc nouellæ fidei Christianæ uis, ut qui uis Rex, etiam potentissimus, cum sanctissimo Iob dicere non dubitaret: Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me: in utero enim fecit me, qui & illum operatus est. Quocirca Rex Halstanus omnia publica & priuata negotia nō modò faciliter, sed cum magna tranquillitate administrabat. At longè secus in regno Denemarchiæ eodem tempore euenit, quādo Danicæ Reipublicæ summa sub discordia duorum fratrum, Haraldi & Canuti, maxime periclitaretur, ipseq; Canutus optimus Princeps (qui postea ob sua præstantissima merita in numerum Sanctorum dignissimè est relatus) salutem à fuga in Suetiam (teste Saxone) ad Halstanum mutaret: à quo maximis auxilijs & copijs adiutus, bellū in Rusiam, & Orientales terras extēdit, cum interim Haraldus in Dania per summam ignauiam, & Halstanus in Suetia per maximam prudentiam omnia administraret. Ille enim, ut Regiā maiestatem populare efficeret, leges magis libertati, quam religioni conformes promulgauit: noxas quoq; non modò uenia, sed etiam licentia prosequeretur: tamq; inopē iuris Daniam reddidit, ut omnis iustitia & æquitas omnino proscrip̄ta uideretur. Hic autem Halstanus præcipuus

Halstanus 118. Rex internus.

Halstani heroi cæ virtutes.

Danorū domestica discordia. S. Canutus Rex Danorum.

Halstani prudentia. Haraldi Danici Regis ignauiam, & iniustitia.

*Halstani leges  
sanctissime.*

*Halstani mors  
omnibus sum-  
mum maxore  
attulit.*

*Ragualdus In-  
gonis filius à  
nonnullis Rex  
est assertur.*

Christianæ fidei amator, nihil in suis legibus immisceri per-  
tinebatur, quod sanctissimi Evangelij institutis contrarium  
esset, aut à bonis moribus alienum. Quocirca infinito  
more ab omnibus incolis amabatur, maximoq; luctu cum  
funus omnes affecit. Quippe nullus, aut rarissimus in tam  
amplo imperio inueniebatur, qui non potius præcipuum  
amicum sibi ablatum uoluisset. Considerandum tamen est,  
in nonnullis historijs contineri, Ragualdum Ingonis filium,  
post paterna fata in paterna regna ante hunc Halstanum  
successisse: cuius gesta quia ab antiquis prætermissa uideo,  
solam nominis eius memoriam hic inserere curauit. Quo  
autem loco Halstanus mortuus, aut sepultus fuerit, non  
dum scriptum inueni.

## CAPVT XIII.

*Philippus 119.  
Rex interm.*

**P**hilippus deinde defuncti Halstani filius, in paten-  
imperio dignissime circa annos à Christo nato  
LXXX. surrogatur. Siquidem in nullo prorsus ab illa summa  
Halstani probitate degeneras, effecit, ut omnes qui in sum-  
re patris maxime doluissent, uisa ea optimi filij benignitate,  
acerbum dolorē magno perē temperarent, firmiter cre-  
dentes, diuinam maiestatem, per quam Reges regnant, om-  
nia prospera, & felicia illi regno concessuram, cui Regem  
tam benignum præficere curauisset. Sub cuius tempore  
omnia inter Gothos, & Sueones, atque uicinas terras, in  
summa quiete, & concordia, atque securissima pace uer-  
bantur. Enimuerò apud Danos eodem tempore totius Re-  
pub. summa ad Regem Canutum summæ sanctitatis uirum  
deuenerat: qui ita terreni regni curam gerebat, ut satis  
stenderet, se maiore, atq; excelsiore animo esse, quàm quod  
uellet Dancæ telluris angustias cœlesti, & æterno regno  
præferre. Proinde Christi ministros (quorum ductu cœ-  
lesti

*S. Canuti Dani  
et Regis sancti  
144.*

lestis regni incolam se futurum sperabat) ita uenerabatur,  
ut nihil, quod ad eorum honestatem, utilitatemq; augen-  
dam, tam diuinæ quàm humanæ leges præscribunt, unquam  
prætermisisset uideretur: lege quippe pie, & rationabiliter  
ædita decreuit, ut Pontifices perinde ac principes, & Du-  
ces, proximo post Regem loco uterentur. Nec solum erga  
Pontifices ea Regia benignitas apparuit, sed etiam priua-  
torum clericorum ordinem benignissimis decretis adorna-  
re studebat, seuerius prohibens, ne quis militiæ clericali  
adscriptus, ad uulgaris fori iudicium traheretur. Indi-  
gnum quippe esse censuit, Christianæ Ecclesiæ pastores ab  
illis iudicibus iudicari, quibus uice Dei præficiuntur. Nec  
leuis est erga diuinam maiestatem offensa, alienum seruum,  
præsertim Deo consecratum, tam temerè iudicare. Sed hæc  
Deus, qui nostro æuo in suis ministris tam grauius con-  
temnitur, tandem respiciat: & aliquos Reges tandem ex-  
citabit, qui se homines peccatores, & non Deos esse con-  
fiteantur, quemadmodum hic Canutus erat: qui cum sum-  
mo, ac pio studio contenderet, ut Christi ministris libera-  
lius, & commodius de decimis, & primitiis prouideret-  
ur, insigni cuiusdam Blaconis perfidia traditus, à con-  
sternata plebe trucidatur. Quo facto, tanta frumentorum  
penuria uniuersam Daniã inuasit, ut maxima populi pars,  
alimentorum inops, inedia consumeretur. Nec prius Da-  
nicis agris fecunditas restituta est, quàm populus ad cor  
reuerfus, poenitentiam ageret, se tam sanctum Regem oc-  
cidisse, qui tam iusta & honesta pro Christi ministris postu-  
lasset: iamq; experimento didicerant, se iuste nouem fru-  
mentorum partes amisisse, qui decimam ex eis Deo, & Dei  
ministris reddere noluisent. Interea omnia prospera, &  
felicia per omnes Gothorum, & Sueonum fines Philippi  
Regis prudentia agebantur: qui morte sublatus, gloriantur

*S. Canuti pietas  
in honorandis  
Dei ministris.*

*Libertas cleri à  
S. Canuto con-  
cessa.*

*S. Canutus à  
Blacone prodi-  
tus occidi-  
tur.  
Fames Daniã  
inuasit.*

*Dani poeniten-  
tiam agunt de  
cade S. Canu-  
ti.*

*Philippi Regis  
obitus.*

apud omnes posteros assequutus est immortalē. Sed hic considerandum est, quod tempore huius Regis Philippi anno Christi MLXXXV. una ex filiabus sancti Canuti Regis Daniæ Ingertha, tradita fuit nuptui cuidam nobilissimo Sueonum Folchoni, quem primum Folchunorum parentem fuisse putamus.

## CAPVT XIIIIL.

Ingo 120. Rex  
Sueonum.

Ingonis optimi  
mores.

S. Canutus ab  
Halstano Re-  
ge Suetiæ edu-  
catus.

Raguilda.

Christina S. Erici  
coniunx.  
Lib. 19. cap. 1.

**I**ngo in defuncti patris Philippi imperium concordibus eligentiū suffragijs sublimatus, talibus auspicijs sui principatum inchoauit, atq; ad ultimum uitæ exitū continuauit, ut non solum nomen, & regna, uerum etiam illos probissimos mores à priore Ingone quadam hereditaria successione assumpsisse uideretur. Erat enim tunc felicissimum tempus, ob illam optimam educationem, qua Regum filij apud Gothos, & Sucones, in ueris fidei Christianæ moribus instituebantur, præsertim à patre, & atavis huius Ingonis, quibus regnantibus, magna ubiq; tranquillitas in illis terris, tam domi quàm foris, omnem iniuriam ab innocentibus auertebat. Crediderim ego firmiter, diuū Canutum Danorum Regem, illos sanctissimos mores suos ob optimo, & Christianissimo Halstano Sueonū Rege (ad quem à fratre Haraldo ad mortem quæsitus aufugerat) contraxisse. Habuit hic Ingo coniugem nobilissimam Raguildem: quæ quantæ fuerit sanctimonix, satis ostendunt eius reliquæ in oppida Telgensi depositæ, atque in summa ueneratione hæctenus ab omnibus pijs incolis habitæ. Nec minor erat sanctitatis opinio in eorum illustrissima filia Christina, quæ postea meruit coniunx effici diui Erici Regis & martyris, ut infra dicemus. Præterea unam filiarum suarum Margaretam, ex altera coniuge Helena genitâ, Nicolao Danorum Regi matrimonio sociauit, qui ex ea filium Ingonem,

Ingonem, in puerilibus annis equi casu mortuum, genuit. Hanc Saxo inter optimas Danorum Reginas summis laudibus extollit. At Margareta, inquiens, non solum diuinarum ædium opes latifundijs auxit, sed & totis uiribus ad augendum earum splendorem incubuit, sacerdotalisq; cultus inopiam exquisito ornamentorum genere permutauit. Enim uerò quò rem diuinam ornatiorem efficeret, pallas latitauit, cæteraq; sacerdotum insignia condere, atq; sacrorum usibus erogare curæ habuit. Erat quippe Margareta admodum diues, non modò in thesauris, sed amplissimo numero prædiorū, & terrarū, ac patrimonio plurimū locuplete, & exuberanti. Quod quia Magno filio, & neptibus suis in Dania nuptis, nimis prodigè, & cum maxima cætorum consanguineorum suorum iactura erogauit, occasione dedit maximæ inter Sueones & Danos dissensionis: quæ postea compluribus inimicitiarum incrementis coalita, ad posteros per multa secula ueteris odij tenacissima perseverabat, & fortè adhuc in nonnullorum animis pertinacius perseverat. Cæterum Margareta magnam ubiq; curam adhibuit, ut omnia odia inter subditos proceres, & populos tollerentur, effecitq; ut grauisima odia, quæ eius filius Magnus in uirum integerrimum, & patruelem suum ducem Canutum pertinaciter fouebat, ad effectum minimè peruenirèt, quandiu ipsa ageret in humanis. At sublata ipsa benignissima consanguinæ charitatis altrice, datus est locus, quo maxima ipsius Magni perfidia innocentissimum Canutum insigni tradimento trucidaret. Intereà Ingo, dum omnia pietissimi Regis officia diligentius quàm securius exequeretur, domesticis insidijs impetitus opprimitur. Tanta siquidem erat inter nonnullos proceres malignitas, & perfidia, ut benignissimo Regi, cui se & omnem salutem suam per summam gratitudinem impendere debuissent, in-

Margareta Sue-  
tica pietas, &  
opera bona.

Margareta ma-  
xima opes.

Odi causa in-  
ter Danos &  
Sueones.

Magnus Nico-  
læ Regis filius  
S. Canutus dux.

Magnus S. Ca-  
nutum ducem  
occidit.  
Ingonis mors ex  
veneno.

dignissimam mortem præpararēt. Enim uerò cum regnum propter publicam omnium salutem, & pacem conseruandam circuiret, uenissetq; in eum locum, ubi nunc erectū est monasterium uirginum in uilla Vretensi, ecce à quibusdam perditissimis hominibus ueneno impetitus occubuit.

Vreta uilla.

## CAPVT XV.

Ragualdus 122.  
Rex internus.

**R**agualdus deinde cognomento Knaphofde, ab irato Deo in uindictā occisi Ingonis impositus, ad septimum peruenit. Deus enim, postquam Sueci, & Gothi tam ingrati erga optimos Reges fuissent, dedit eis talem Regem, qualem habere merebantur. Siquidem primū diuini furoris indicium erat, quòd discordantibus incolis assumptus, totam Gothorum, & Sueonum Rempub. perniciosissimo dissidio inuoluit. Gothi enim (ait Saxo) Suctiorum partium Rege Ingone absumpto, summam Magni Nicolai Danorum Regis filio deferentes, ostenderunt, se non minus iuris habere in regum electione, quàm aliarum gentium, & nationes. Quorum Sueci autoritate contempta, lecto hoc nouo Rege Ragualdo, Magni electionem cassare contenderunt: qui mox à Gothis trucidatus, morte Magni imperiū cessit. Erat enim Ragualdus (ut nonnulli asserunt) præmortui Ingonis filius, giganteo corpore procerus, animo ferox, oculis toruus, aspectu minax, incessu superbus, plus audax quàm prudens, plus fortitudini quàm consilijs inherens. Quocirca non solum procerum & sapientium consilia, sed ipsas quoq; patrum leges, & probatas regni consuetudines temerè contemnens, nunc huc, nunc illuc uelut furijs agitatus per subiectas terras, & populos ferebatur. Quicquid in nocte somniando excogitauerat, hoc pro lege obseruari uolebat: semper nouus, & nunquam bonas leges inuenit: uoluitq; suæ temeritatis arbitrium, petendo

ac Deo-

ac Deorum oracula, summam autoritatem habere, ut nulli profus licitum esset illi dicere: Cur ita facis? Interea accidit, ut ipse ad terras Westgothorum descenderet, negotia priuata, uel publica dispositurus. Quod cum præter cōsuetudine patriæ illius attentaret, uniuersorū incolarum indignatione excipitur. Habebant enim uetusta consuetudine præscriptum, ne quis Regum ad eos accederet, nisi præmissis nuntijs, & literis, quibus causam sui aduentus declararet, ut præscirent, an gratiosum Regem, an crudelem tyrannum deducendum admitterent. Igitur antiquarum legum & consuetudinum contemptorem, non secus ac temerarium totius patriæ hostem excipientes, publicumq; contemptum publicis armis uindicantes, in uilla Carlabi occiderunt, ut qui cōtra eorum uoluntatem intrauisset, sua uoluntate exire non posset, & qui contra leges ingredi nõ debuisset, armis oppressus egredi prohiberetur. Probabile tamen apud me est, Westrogothos uindicare uoluisse sui amantissimi Regis Ingonis mortē, quam fortè putabant cooperatione huius Ragualdi acceleratam, idq; circa annos à Christo nato M C XXXIX.

Ragualdi in sen-  
sata temeri-  
tas.

Westrogothorū  
mos in admittendo  
Rege.

Ragualdi cedes.

An. 1139.

## CAPVT XVI.

**M**agnus igitur ea occasione, quam diximus, à Gothis in Regē assumptus est: non quòd eis externis aliquis plus, quàm innatus ciuis acceptior esset, sed quòd etiam ab inferioribus terræ partibus auxilia aduocassent, quibus iniuriā à Suecis illatā uindicassent. Quāuis enim firmiter persuasum haberent, quòd Sueonū societas Gothicæ Reip. admodū necessaria esset, tamē omnia alia prius sustinere maluerūt, quàm suū, & suæ patriæ contemptū. Proinde nõ quieuerunt, donec Ragualdum, quē Sueci elegerant, trucidassent, Magnumq; in utroq; regno potenter collo-

Magnus 122. rex  
internus.

Gothi uindictæ  
cupidi.

Ragualdi assump-  
tio seditiosa.

Magnus Nico-  
lai Danorum  
Regis filius.

Ragualdi gigantea  
proceritas,  
& ferocia.

castent: quasi dicere uoluissent: Quia Sueci super nos insensatos tyrannos imponere contendunt, nos uicissim seueriores sanguinarios capitibus eorum imponemus. Quae enim alia ratio prudentes proceres, & patriae suae amantissimos impellere potuisset, ut tyrannum contra tyrannum ad summam utriusq; regni calamitatem eleuarent? Quem admodum enim uniuersas Daniae partes cruentissimis bellis implicauerat, ita Sclauiam, Poloniam, Sueoniam, & Gothiam, ut atra quaedam tempestas peruasit, atq; inter caetera spolia, malleos Iouiales, quos Sueones pagana superstitione seducti (ut prius diximus) coluerant, sacrilego ausu abstulit, & profanauit. Deinde occiso innocentissimo sanguine suo Canuto duce, tot bellorum procellis se, suosq; inuoluit, ut patri suo Regi Nicolao, omnibusq; amicis, & subditis populis irreparabilem ruinam acceleraret. Filiam Polonorum praesidis Bogoslau in coniugium, & infinitorum dolorum societate assumpsit. Saepe ad bellum progressus, totiesq; bello uictus excessit, ut omnibus facile persuasum esset, ipsum ob trucidatum pridem Canutum, Dei & hominum iram merito contraxisse. Confestim namq; post impiae caedis euentum, profuso in gaudium animo urbem Roschildiam repetit, regnumq; Daniae, quasi iam sublato aemulo, spei firmitate complexus, erubescendam facinoris fortunam tripudio prosequi deforme non duxit. Sed breue admodum erat gaudium, in quod conscientia tam enormiter laesa consentire nequiret. Quippe ab Erico, occisi Canuti fratre, uiuente adhuc Nicolao Rege trucidatus occubuit, duplicesq; poenas una morte persoluit: & quod uirum omni sanctitate conspicuum oppressisset, & quod sacra solennitate Pentecostes acies in praelium eduxisset. Caetera huius Magni facinora apud Danos, quibus non minore perniciem, quam Suecis attulit, inquirantur.

CAPVT

## CAPVT XVII.

Suercherus ex nobilissimo Comitum genere natus, uiuente adhuc Rege Magno, & intricatissimis bellis (a quibus se nequaquam explicare poterat) implicato, a proceribus, & populis Ostrogothorum, primum Rex Gothiae designatur: deinde consentientibus Suecis utrunq; regnum ad pristinam unitatem reuocauit: frequentius tamen apud Ostrogothos morabatur, quos unice dilexit, rursusq; ab eis magnopere dilectus. Prima sui regni tempora habuit pacifica, & tranquilla: nulli quippe bella intulit, nec ab alijs illata sustinuit. Veruntamen Nicolaum Danorum Regem, plurimis, & domesticis bellis impeditum, insigni iniuria affectum. Is enim Nicolaus, mortua nuper illustrissima coniuge Margareta, ad nuptias cuiusdam nobilissimae, & speciosissimae uirginis Vluildae Noruegianae peruenire conabatur: iamq; habito uirginis consensu, nihil praeter deductionem restare uidebatur. Quo comperto, Suercherus misis clam nuntijs ipsam in suum amorem, datis pro Regia magnificentia muneribus, allexit, atq; ad se in Gothiam deducendam curauit: ex qua Carolum in regno successorem procreauit. Nicolaus autem, etsi tam graui iniuria affectus esset, nihil tamen contra iniuriantem audebat, impeditus domesticis bellis, quae non sinebant eum extra patriae limites arma transferre. Nec longo post tempore mors Nicolai subsequuta, litem atq; omnem controuersiam abruptam. Interea successere in Dania plures Reges post fata Nicolai, uidelicet Ericus tertius, Emundi filius, Haraldus septimus, Ericus quartus: qui ob ciuiles in Dania dissensiones, ab armis in externos inferendis retrahebantur. Tandem Sueno eius nominis tertius Danorum Rex, non minores bellorum difficultates apud Sueones expertus est, quam in eos moliebatur. Occasus autem Suenoniani belli haec erat: Cum Suer-

cheri

Magnus Nicolaus tyrannus.

Mallei Iouiales lib. 1. cap. 13.

Magnus S. Canuti duci occisor.

Magnus Polonorum Regis filiam in uxorem duxit.

Tyrannorum gaudium breue.

Magni tyranni caedes.

Suercherus 123. Rex interuus.

Suerconis regnum a principio pacificum.

Suerco Nicolaum Danorum regem insigni iniuria affectum.

Vluilda uirgo Noruegiana.

Sueno 3. Danorum Rex.

Ioannes Suero  
nis Regis filius  
totâ patriâ bel  
lo Danico in-  
uoluit.

Ioannis Suero-  
nis Regis filij  
turpissima li-  
bido.

Sueno 3. Dano-  
rum Rex bel-  
lum mouet in  
Suetiam.

Nicolaus Cardo-  
nalis Albanē.  
Anglicus bel-  
lum dissuadet.

Sueonum in Da-  
nos odium per-  
tinax.

cheri Regis filius Ioannes, à patre indulgentius, quam ho-  
nestius educatus esset, corruptosq; mores ex paternis uitijs  
contraxisset, cogitauit magnum, & præclarum aliquod sa-  
cinus se facturum, si unum paternæ intemperantiæ crimen  
gemino superaret. Proinde collectis copijs Hallædiæ terrâ  
(inter Schoningos, & Vestrogothos limitancâ) ex impro-  
uiso adortus, Caroli eius præsidis coniugē, sororēq; uiduâ,  
matronas quidem specie pulcherrimas, & summa morum  
honestate præditas, ad libidinis consortium raptas, in Sueti-  
am usq; deduxit. Quibus non minus contumeliosè, quam  
intemperanter usus, alternis noctibus ad stupri uices euoca-  
bat, ausus ingenuæ pudicitie fœcundissimâ turpitudi-  
ne proculcare. Tandem postquam publicum totius patrie  
odium, ob tam temerarium facinus, contraxisset, utraq;  
remisit. Sueno autem tam enormi flagitio permotus, decre-  
uit totius Daniæ uiribus, insignem contumeliam illustriss-  
mis fœminis irrogatam, in totum Gothorum, & Sueonum  
imperium seueriter uindicare. Quo comperto, Nicolaus  
Anglicus urbis Romæ Cardinalis Albanensis, postea Ha-  
drianus Papa quartus, (qui tunc apud Danos Summi Pon-  
tificis Eugenij tertij legatione fungebatur) summopere con-  
atus est eum ab illo Suetico bello reuocare: adduxitq; plu-  
rima impedimenta, quæ ante uictoriam superanda essent:  
Penetranda in primis asperissima, & difficillima loca: sul-  
canda periculosa maria: priusq; cum uastis, & immanibus  
scopulis, quam cum hoste certandum. Quem si superaret,  
nequaquam diu in obsequio, aut amicitia continere pos-  
set, ob connatum inter Sueones, & Danos odium, quod po-  
tius beneuolentia, quam armis abolendum esset. Præterea,  
inquit, aranea sese euiscerando, saltem muscas uenando as-  
sequitur: Dani uerò in Sueones pugnaturo, nihil præter in-  
dubitatum uitæ periculum expectabant. Sunt apud Sueo-

nes inexhaustæ pretiosorum metallorum fodinæ: plus ta-  
men ferri, quam auri aduentantibus hostibus obijciunt:  
argentum latebris condent: ferrum inimicorum suorum ui-  
seribus immergent: crepturis pecuniam, uitam citius  
eripient.

## CAPVT XVIII.

**A**T Sueno potius dignitatem legati, quam salubrem  
cuius monitionem ueneratus, sese (ut ex Saxone eli-  
citur) stolidum, & inertē ostendebat, utpote qui periculo-  
sissima bella iucundissimæ paci stolidâ pertinaciâ præfer-  
ret. Effecit tamen Nicolaus ea legatione, ut apud Noruegia  
nos Archiepiscopalis sedes cū plenitudine Pontificiæ pote-  
statis erigeretur. Quod etiam anno Christi MCXLVIII.  
apud Sueones celebrato Lincopiæ Cœcilio prouinciali, per-  
agere cupiens, Gothis & Sueonibus de urbe, & persona  
tanto muneri idonea concordare nequeuntibus, spe sua fru-  
stratus abscessit, ordinato prius sancto Henrico Episcopo  
Vpsalensi. iam enim Suetia tēpore Amūdi filij Olauī Schot-  
konung, Archiepiscopū ex Polonia acceperat: qui in cōtro-  
uersiâ cum Gothis, & Archiepiscopo Bremensi, quam Vpsa-  
lensi Archiepiscopo obediendū putabant: ob quâ dissensio-  
nem Archiepiscopalis dignitas in Suetia ad aliquot annos  
intermissa fuit. Proinde Nicolaus, ne ea legationis suæ par-  
te in toto frustraretur, palliū Archiepiscopalis dignitatis  
apud Aeschillū Lundensem Archiepiscopum deposuisse di-  
citur, ut illi conferret, quæ Gothi, & Sueones conformibus  
suffragijs elegerant. Sed nullus Sueonum Archipræsulum  
hactenus inuentus est, qui se Lundensī Pontifici in accipien-  
dis Archiepiscopalibus insignibus submittere sustinuerit.  
Et ita titularis illa dignitas, si aliquando concessa fuit, in

Argentifodina  
apud Sueones.

Sueno Danicus  
stolidus & in-  
erts.

Archiepiscopa-  
lis dignitas ali-  
quot annis in  
Suetia inter-  
missa.

Vpsalen. Archie-  
piscopi in mal-  
lo obligantur  
Lundensē.

Lib. 19. cap. 7.

Suerco pacis le-  
gatos ad Sue-  
nonem Daniã  
mittit.Consiliarij ty-  
ranorum.Sueno, Canu-  
tus, Valde-  
marus, Daniã in  
Triumviratũ  
vertunt.Ioannes Suerco-  
nis filius, dux  
belli.Ioannes Suerco-  
nis à conster-  
nata plebe oc-  
ciditur.

Aeschillo extincta euauit, prout infrã latius deducemus. Et in nostra Metropoli Vpsalensi latius ostendere curauimus. Nunc ad Suercherum redeamus. Qui cum consideraret Suenonem pertinacissimo proposito bellum in Suetiam moliri, missis legatis postulabat, ut alia uia pro amouendis controuersijs aptior inueniatur, quàm periculosa bella, in quibus plurimi innocentes periclitarentur: se autem esse ad omnes honestas pacis cõditiones promptum, et paratum. Sed erant apud Suenonem tales consiliarij, quales habere merentur omnes tyranni, nempe qui uolebant ipsum cum potentissimo hoste in prælium deuenire, et perire. Habebat enim Sueno duos grauissimos æmulos domesticos, et consanguineos, Canutum et Valdemarũ: à quibus tandem in summum discrimen uitæ et honoris deductus, dispersit. Hi cum Suerchero primũ occultè, deinde apertè sentientes, facile effecerunt, ut Suenone externis bellis implicato, liberior sua negotia per Daniã molirentur. Suercherus igitur considerans obstinatum Suenonis animum à bellis auerti non posse, filium suum Ioannem coactis, et cogendis copijs præficiendum curauit. Qui cum paternis præceptis satisfactorius, coram tota populi multitudine, in cõcionem contracta, instantis belli onera exponeret, exigeretq; ut se contra irrupturi hostis impetũ quantocyus præpararent, tributaq; auerent, et omnia alia facerent, quæ pro defendenda patria necessaria essent, summa populi indignatione excipitur, obijcientibus cunctis, quòd cum ipse sua petula libidine præcipuam imminentis belli occasionem præstisset, aut illud sua industria auertat, aut suo impendio suffineat, experiaturq; an æquè facile sit, honestissimas matronas ad stupri commercium uolentius rapere, et bellatoribus hostibus manus muliebribus amplexibus assuetas conserere. Nec illi spurcæ libidinis facinora obieciße con-

tenti,

tenti, impetu facto, ipsum multa pro se dicere parantem occiderunt.

## CAPVT XIX.

Quocirca audita filij cæde, Suercherus uehementer indoluit. se filium suum in spem regni genitum liberius, quàm honestius educasse: nec minus suæ saluti timens, latebras hinc inde circũspicere cogebatur. Quod cum Sueno comperisset, tam firma spe uictoriã complectebatur, ut ante militiæ ingressum inter milites suos Sueticarũ prouinciarum iura, tanquã belli præmia partiretur. Sed erat exitus belli admodum inanis, cuius apparatus nimium formidabilis apparebat. Siquidem Sueno maximo Danorũ, et Teutonũ exercitu subnixus, ad limites usq; Gothorũ Meridionalium, uidelicet ad Finuidianos, et Verendenses peruenit. At Suercherus prudentissimo usus consilio, nequaquam seipsum ducem in eo bello præbuit, sed (ut Saxo fatetur) totam belli summam agrestium multitudini credidit, constitutisq; super eam præfectis, quos de agendis instruxerat, ipse se intra arces continebat, futurũ ratus, ut Rex Danicus Danici regni militia succinctus, ab agrestibus magis, quàm à nobilibus superatus, ad proprias terras fugiendo properaret. Nec secus quàm credebat euenit. Vix enim ad limina regni perueniens, cum uideret agricolas undiq; ad bellum paratos, celerius quàm aduenerat in Daniã remcauit, relicto post se exercitu, qui à Finuidianis nõ solum superatus, sed omnino deletus est: in quo erant non pauci nobilissimi iuuenes, quos rustici sub glaciem Niceæ amnis, qui mediam Finuidiã præterlabitur, submerserũt. Ita (inquit Saxo) paucorum agrestium numero maxime expeditionis labor eximatus est, Suenoq; in Daniã reuersus, perpetua uerecundia suffundebatur, se ab inermibus rusticis superatum, et

Suercheri timor  
et perplexitas.Sueno Danicus  
triumphat ante  
te uictoriã.Suercheri pro-  
dentia.Suenonis Dani-  
ci fuga à facie  
agrestium.

Nicea amnis.



frigora horren-  
da.

Canutus, et Val-  
demarus Suer-  
cheri aduent.

Suercheri pietas  
in religionem.

Suerco à seruo  
proprio truci-  
datus.

Magni scelera  
morte punita.

Suercheri sepul-  
tura.

frigatum. Prætexit tamen suæ fugæ causam, ingentia, & horrida frigora, quibus à prosequendo bello impeditus fuis-  
set: adicitq; Suercherum imbellem senem esse, qui non si-  
prælio offerret, non arma, non expeditionem pararet, sed  
ignotos locorum recessus quæreret. Nec longe post Valde-  
marus, & Canutus, accepta ab eo cōmendi licentia, quasi  
bona sua apud Suetiam inuisuri, Regem Suercherum acco-  
dunt: re autem uera, Canuto Suercheri filie postulanda  
negotium fuit. Inde in Daniã reuersi, hoc inuisiores Sueno-  
ni, quò hosti concordia iunctiores fuere. Eisdem quoq; an-  
nis Suercherus ad senium deurgens, duo clarissima mona-  
stera instituit, aut consummauit, Aluastra & Vernhem,  
hoc apud Vesgothos, illud apud Ostrogothos: utriq; mona-  
chos ex Claraualle adductos imposuit. De morte huius  
Suercheri ita à Saxone Danico scriptũ inuenimus: Eadem  
ferè tempestate, qua periculosissimus ille Triuūtratus So-  
nonis, Canuti, & Valdemari, res Danicas uehementer affi-  
xit, Suerco Rex à seruo, qui cubiculo eius præerat, nocte  
dormiens occisus est. Quod scelus diuinitas haud segniter,  
quàm iustius uindicauit. Nam paruo post tempore Ma-  
gnus, qui occulta regnandi cupiditate seruo peragendi fi-  
cinoris autor extiterat, in eo cōsiliũ, quo filium Suerconis  
Carolus, quem patre spoliauerat, regno etiam exuere ego-  
stiebat, sceleratæ machinationis pœnas morte persolu-  
it. At Sueonica historia habet, quòd Suercherus nocte, qua  
Christi natiuitas celebratur, à seruo stabulario trucidatum  
fuerit, dum ad uillam, & ecclesiam Tolstada, nocturnam si-  
stiuitatem uisurus, adiret. Ostenditur eius sepulchrũ in mo-  
nasterio Aluastra, nõ procul à summo altari, sub lapide ma-  
gnò, testimoniũ Regij funeris referente. Circa tempora hu-  
ius Suerconis incipiebant erigi urbes munitæ in litore Ten-  
tonico, & ex Aquilonaribus regnis coloniz in illas dedu-  
ci. Prius

ci. Prius enim Vandalica lingua toto illo tractu, quemad-  
modum etiã nostro æuo, homines illi Sarmatici litoris ute-  
batur. Lubeca enim anno à Christo nato MCLXL. Rostoch  
MCLXX. & Riga Liouiz metropolis MCLXXXVI. ini-  
tium sumpsit. Deinde anno Christi M C C V I I I. Stralesun-  
dium, Reualia autem MCCXXII. inchoatæ fuerunt. Post-  
quam Vismaria an. Christi MCCXLVIII. erecta est, & mu-  
nita.

Lubeca erigitur  
Rostoch erigitur  
Riga erigitur.  
Stralesundium  
erigitur.  
Reualia funda-  
tur.  
Vismaria in-  
choata.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GO-  
thorum Sueonumq; liber de-  
cimifnonus.

CAPVT I.



Eniendum nunc est ad illud clarissimum  
patriæ nostræ lumen, sanctũ Ericũ nobi-  
lissimi Iaduardi optimũ filium: qui circa  
hæc tēpora, in quib. annus Christi MCL.  
agebatur, à proceribus populisq; regni  
Suetiæ cōcordibus suffragijs ad regale soliu apud metropo-  
lim Upsalensem dignissimè sublimatur. Cuius tot, tãtæq; ex-  
titerè uirtutes, ut in terreni regni fastigio cōstitutus, cœle-  
stem et angelicã uitã ducere uideretur, merereturq; per illu-  
stre martyriũ ex hoc mundo ad cœlestia regna trãsferri, et  
in Sanctõrum catalogum publico totius Christianæ Ecclesiæ  
consensu conscribi. Qualis aut fuerit eius adolescentia, &  
quantis uirtutibus prædita, satis intelligit, qui animaduertit,  
optimũ Regem Ingonem Philippi filium, nullius quan-  
tumcunq; illustrißimi uiri matrimonio tradere uoluisse

S. Ericus 124.  
Rex interitus.

Anno 1150.

S. Ericus Sancto-  
rum catalogo  
ascriptus.  
S. Ericus filiam  
Ingonis Regis  
in coniugem  
duxit.

charissimam, atq; castissimam filiam suam Christinam, nisi huic illustrissimo iuueni Erico, in timore Domini diligenter educato: quam is secundum diuinæ legis præcepta accipiens, ita amauit, ut iuxta sanctorum Patriarcharū exempla liberos ex ea ad laudem Dei procrearet, factus & ipse omnibus alijs præclarum uirtutis exemplar. Quicquid enim honestū, & iustū, ac pium erat, illud in eo, perinde ac purissimo speculo, relucebat: poteratq; cæteri nobiles eius bona opera admirari, imitari autem non poterant. Accidit interim periculosa tempora in omnibus Septentrionalibus terris suboriri. Dania enim & domesticis, & externis bellis uehementer afflictā, ad extremā desolationem corrueat debatur. Gothi aut̄ mortuo Rege Suerchero, non expectatis Sueonū suffragijs, Carolum eius filium in suum Regem erexerunt, magis ad Danos (ob Suercheri, & Caroli affinitatem, qua cis coniuncti erant) quā ad Sueones respicientes. Nec Sclauū, aut Liouonū, uel Moscouitæ ab impugnanā Suetiā quieturi uidebantur. Tunc enim piraticam in mari Suetico continuè exercebant: immo nihil magis futurū putari poterat, quā Suetiā in proximo ad domesticam discordiam collapsuram, atq; ab omnibus uicinis terris inimicem concordatis diripiendam.

## CAPVT II.

**P**roinde Ericus non tam à proceribus & populis electus, quā à propitio Deo periclitanti patriæ donatus, in difficillimis temporibus curam conseruandæ patriæ assumpsit: in qua qualem se gessit, succinctis uerbis absolueamus. Primum omnium concordiam inter proceres, & omnes Suetiæ incolas restituit, summoperè cauens, ne iustitia, & innocētia iniurijs exposita opprimeretur. Quippe ut ipse omnium iustissimus erat, ita omnes mites, & pacificos in summā

summa pace cōseruabat. Labores continuos, & difficiles sustinuit, ut subiectus populus pace, & quiete gauderet. Et cum potuisset magnos thesauros, sub prætextu gerendi belli, quod à multis, & potentissimis hostibus contra Sueoniā imminēbat, coaceruare, attamen uix poterat induci, ut consuetæ regni tributa ad se integro numero, uel pōdere deferri pateretur: quinimō subiectos incolas, cum tributis onusti ad eius conspectum adreperēt, pia quadam obiurgatione, ut allatos census sibi retinerēt, cogere consueuit, præfatus: Nihil mea sufficiunt, uobis uestra sint salua: non quero uestra tributa, posteri uestri indigebunt. Quam quidem posterorum indigentiam quā uerissimè prædixerit, satis experiuntur illi, quos deus ad hæc infelicia tempora nostra reseruauit, in quibus non modò pecunia, sed caro, & sanguinis miserabilium hominum insatiabilibus tyrannorum dentibus ubiq; dilaniatur, & absumitur: quasi iam reges opprimendis ciuibus magis, quā reprimendis hostibus instituti uiderentur, idemq; esset Regem agere, & prædonem.

## CAPVT III.

**N**ec contentus erat Ericus illam summam liberalitatem, atq; incredibilem humanitatē in subiectos populos continuè exercere, sed leges admodò tolerabiles, & benignas, ex equo & bono constituit, ut nō à Rege in ciues, sed ab aliquo indulgentissimo parente in charissimos liberos excogitatæ crederentur: ad quas etiam nostris temporibus iniuste oppressi, perinde atq; unicum innocentie sue præsidium, confugiunt: tametsi nimis frustra ab illis leges aliquas implorant, qui præter uiolentiam, & rapinas, nihil, aut parum didicerunt: qui tamen non raro suam tyrannidem, diui Erici legibus perperam adductis, confirmare

Tempora periculosa.

Dissentiunt Gothi à Suecis in Rege eligendo.

Suetici regni periculum.

S. Ericus innocentia tutor.

S. Ericus auaritiā summoperè detestatur.

Tyrannorum crudelitas & auaritia.

Leges S. Erici optime.

Tyranni legibus S. Erici abutuntur.

non erubescunt. Ceterum, qui condendis humanis legibus tam pius, & benignus erat, nequaquam à diuinis legibus solum licite obseruandis aberrasse credendus est. Siquidem diuina prouidentia actum esse non dubitamus, quod sanctissimæ uitæ, & summæ eruditionis Pontifex Henricus, in eius tempora incidisset, Pontificatumq; Upsalensis ecclesiæ dignissime administraret: ad cuius consilia, & pias exhortationes, pius Rex omnem uitæ suæ cursum ordinauit: quæ menti suæ illud diuinæ legis præceptum à natura insitum habuisset, quo Deus præcepit, ut Principes populi sui nihil arduum sine summi sacerdotis consilio aggredierentur: quoties facere omiserunt, toties multis incommodis affecti, poenas suæ temeritatis lucrent. Inter cætera autem piæ exhortationis consilia, Henricus animum optimi Regis illam magnam, & memorabilem militiâ in Finlandos intras, pro dilatanda fide Christiana induxit. Erant enim eo tempore Finlandiarum incolæ, non solum regni Suetiæ tolerabiles hostes, sed pertinacissimi fidei Christianæ persecutores, continuâq; bella, & damna plurima Sueonibus intulerunt. Quocirca Rex Ericus, collecto præualido exercitu, sumptoq; secum eodem sancto antistite Henrico, bellum in Finlandos transferre contendit: ueniturq; ad pernicem, & cruentam pugnam: qua Finlandi superati, minus uictus uictori Regi porrexerunt. Tum Pius Rex in lethargias resolutus, ad circumstantes familiares inquit: Gaudete quidem diuinam prouidentiam nobis uictoriam in suis, & nostris aduersarijs concessisse: at uehementius doleo, tot hostes in hoc prælio desideratos: qui si ante mortem ad sacri baptismatis sacramentum peruenissent, nequaquam per hanc mortem ad sempiternam mortem conuersissent. Deinde maiore parte Finlandiæ ad ueram Christi fidem conuersa, & per baptismum in Christo regenerata

reditum

reditum in Suetiam accelerabat, nihil à tam sæuis hostibus, præter licentiam maleficiendi, eripiens: immò potius sibi dimidium animæ suæ eripi passus est, quando apud eos charissimum Pontificem Henricum in tot uitæ periculis remanere sustinuit, ut solus maiorem pugnam contra hostes animarum aggredieretur, quàm antea Ericus contra formidabilem Finlandorum potentiam cum toto suo exercitu subiisset. Cetera huius sanctissimi Pontificis Henrici opera, qualiter amplissimam terram Finlandiæ ad Christum conuerit, & anno Christi MCLII. glorioso martyrio pro fide, & iustitia certans occubuerit, in nostra Metropoli Upsalensi ostendere conabimur.

S. Henricus episcopus Finlandiæ.

Anno 1151. S. Henrici martyrium.

## CAPVT IIII.

Deinde Ericus, postquam superatis hostibus ad Suetiam cum memorabili triumpho redisset, cepit totius ingenij sui uires eò conuertere, quò posset diuinam maiestatem, & Christi Ecclesiâ in suis ministris honorare, omnibusq; honorandâ persuadere. Totum quippe studiū eius ad illorum sanctorum Regum exempla, qui in lege Domini continuè uixerant, tendebat. Quicquid enim Dauid, aut Salomon, uel alij quicumq; optimi Reges pro decore domus Dei efficere curauerant, illud magnoperè imitari contendebat, sciens illud esse præcipuum inter optimos, & pessimos Reges discrimen, quòd hi nunquàm cessant diuinam maiestatem in suis ministris contemnere: illi uerò eos, qui clericali militiæ sunt ascripti, summis honoribus efferre, sciètes illud uerissimum esse, quòd à prima ueritate dictum est: Qui uos spernit, me spernit, & qui me spernunt, erunt ignobiles. Proinde hic sanctus Rex continuè studuit ecclesias erigere, erectasq; idoneis prouentibus, & sacerdotijs augere, atq; ornare. Et inter cætera suæ eximie pietatis, et Regiæ magni-

S. Ericus sanctus Reges imitatur.

S. Ericus in clauum, & ecclesiam magnificensissimam.

S. Ericus ecclesiam Upsalensem consummavit.

Nobiles turpi infamia persequuntur Christi ecclesiam.

Nobilitas praesentia a praesentibus multum diuersa.

S. Erici vita tota eximijis virtutibus plena.

ficientiae opera, insignem ecclesiam metropolitanam Upsalensem ab antiquis Regibus fundatam, & aliquantulum edificatam, cum tanta laude, & perpetua gloria studuit consummare, quanta infamia, & sempiterno dedecore ipsam nostri temporis proceres conculcare non uerentur, plane ostendentes, se nec patriae honestatem, nec suam ipsorum nobilitatem, aut Christianae Ecclesiae dignitatem in aliquo reputare: tantum abest, ut de se, & suis moribus gloriosum ad posterum memoriam transmittere possint: nisi forte cogitant, aliquando uenturos homines, qui dicant, furta, rapinas, sacrilegia, pupillorumque, & uiduarum, ac innocentium oppressiones, ad nobilium, & illustrium uirorum officia spectare, talibusque moribus magis, quam uirtutum officij ueram nobilitatem comprobari. Sed longe aliter sese praesentium temporum nobilitas erga publicam patriae gloriae & Christianae Ecclesiae decorem ostendebat. Caeterum ipsa priuata uita huius incliti Regis qualis fuerit, satis attestatur tum publicae historiae, tum publicis omnium de ipsius sanctimonia consensus. Quippe apud omnes pios perceptum est, totam eius uitam clarissimis, atque heroicis uirtutibus praeditam fuisse. Quis enim in orationibus ardentior, in uigilijs frequentior, in ieiunijs crebrior? quis maior afflictorum consolator, oppressorum adiutor, pupillorum, & uiduarum tutor? Ab eo siquidem inopes, infirmi, calamitosis, & quacunq; aduersitate affecti, praesentissimam consolationem inuenerunt. Nullus in elemosynis liberalior, nullus in conuersatione benignior, nullus in iudicio iustior, neque in poenitentes clementior. Carnem suam iugi cilicio castigans, rectae rationis imperio obedire coegit: & ut omnem peccati fomitem ab ea prorsus auferret, praegelidam aquam insilire consuevit, dum ad libidinis ardorem stimularetur. Habebat quidem coniugem non minus specie pulcherrimam,

quam

quam sanguine illustrissimam, sed erat a diuino spiritu satis instructus, aliam esse legem humanae commixtionis, quam iumentorum: immo nouit, nequaquam decere filios sanctorum ita coniungi, sicut gentes, quae ignorant Deum: quamuis hoc nostro infelicissimo tempore, homines etiam Christo consecrati, ita in connubia ferantur, ut ab equis & mulis parum differre uideantur. Sed haec diuino iudicio sint relicta, & nos calamum ad Ericum reflectentes, confiteremur, quam indigna egregijs suis factis recepit.

## CAPVT V.

Cum enim omnibus palam ostenderet, multisque & memorabilibus experimentis probaret, se natum esse ad bene merendum, non solum de patria, sed de toto humano genere, ecce quidam regni Suetiae nobiles, abiecto iurandi, & omnis humanitatis respectu, in necem eius uanamente conspirauerunt. Sed cum considerarent, se pauciores complices in Suetia inuenire posse, quam illius propositi magnitudo requirere uidebatur, ad Danorum auxilia (quae in talibus negotijs paratiora exhiberi consueverunt) astutius, quam honestius se conuerterunt: inueneruntque quendam Henricum Scatelerum, illius Suenonis Danici filium: qui cum Daniae regnum in concione Vibergensi nimium properando ambiret, praematura morte regni titulum amisit. Hic Sueno, accepta in coniugem Ingridae, Ragualdi Regis Sueonum filia, praedictum Henricum Scatelerum ex ea procreauit. Qui cum paucorum honorum in Dania heres existeret, totum animi sui conatum eo intendebat, quod posset se in aliquam partem Suetiae intrudere: nihilque in uotis eius, praeter solam occasionem, restabat: quam diu Erici Regis oses non satis honeste subministrabant. Nec segniter Henricus cum filio Magno se eorum

Lex carnis alia est a lege spiritus.

S. Ericus ab ignobili nobilitate Sueonum traditur, & tandem occiditur.

Danorum auxilia parata sub Suetis, quando proditione moluntur in suos dominos.

Henricus Scateler Sueonis Danici filius.

Henrici filius Magnus cum

X 5

patre S. Erici  
insidiosè inua-  
dunt.

societati coniunxit, collectoq; exercitu, Ericum apud  
psalensem Metropolim ipso die, quo Dominica ascensio  
celebratur, ex improuiso, nulloque hostilitatis indicio  
premissis, insidiosè adoriuntur: quod tunc apud nobiles,  
& militares homines inter præcipua probra ducebatur.

S. Erici cædes.

AN. 1160.

Miracula Deus  
in S. Erico ope-  
ratur.

Magnus S. Erici  
occisor in Regè  
eligitur, &  
mox occiditur.

Helsingi primi  
vindicat mor-  
tem S. Erici.

impiorum gladijs oppressus occubuit, regnumque ter-  
rum cælesti, & sempiterno regno feliciter commutauit,  
anno à Christo nato MCLX. postquam ferè decem annis  
Sueonum regnū innocèter, & cum summa laude admini-  
strasset. Quanti autem meriti apud Deum in uita sua fu-  
rit, satis ostendunt ea miracula, quæ Deus in ipso sancto  
suo usque ad nostra tempora ad multorum salutem ope-  
ratur. Ea igitur cæde peracta, Henricus suis complicitis  
sociatus, Regias opes diripuit: omnibusq; direptis & oc-  
cupatis, filium suum Magnum Regem Suetiæ constitu-  
moliebatur, consentientibus proceribus, qui pium patriæ  
patrem occiderant, ut impius sanguinarius in eius solium  
eleuaretur. Sed tunc aliud placuit summo Regi, qui imo-  
centis Regis sanguinem confestim uindicare disposuit. Co-  
tinuò enim erumpente in uniuersum regnum patris e-  
dis fama, non minor dolor uniuersos regni incolas inua-  
sit, quam si singuli paternum funus elaturi fuissent. Pri-  
miq; fuere Helsingi, quos iustus dolor ad sumendam uin-  
dictam de sceleratis homicidis excitabat. Deinde reliquæ  
omnes Sueonum prouinciæ, quasi ad extinguendum pu-  
blicum incendium, ad publica arma consurgebant: pri-  
mòque congressu Magnus, & pater eius Henricus, ac uni-  
uersi Dani, eorumq; commilitones uicti, trucidatiq; fu-  
erunt. Testatur eandem insignem Danorum cladem insi-

gnis ecclesia Denemarcha, quam uictores Sueci, non lon-  
gè ab Vpsalia in loco conflictus, ex Danicis spolijs admo-  
dum opimis construxerunt.

Danorum cædes  
circa ecclesiã  
Denemarchã.

## CAPVT VI.

Carolus præmortui Suercheri Gothorum & Suedo-  
num Regis filius, post paterna fata in Gothorū re-  
gnum (ut diximus) sublimatus est: idq; duobus annis, ante-  
quam Sueones diuum Ericum suo regno præficerent. Hic  
Carolus, quia sibi non satis integrè cum Sueonibus à prin-  
cipio sui regni conueniebat, constituit suam potentiam ui-  
cini Danorū Regis Valdemari confœderatione, & affini-  
tate cõmunire. Quocirca missis solennibus legatis, neptem  
eius in coniugè impetrauit, eo tempore, quo Canutus eius-  
dem Valdemari filius nuper natus, sacri baptismatis sacra-  
menta percepit: quod religiose executionis officium dux  
Gothorum Gutthormus, eiusdem Gothicæ legationis prin-  
ceps, sua præsentia plurimum honestabat: qui deinde de-  
ducta ad Carolum sponsa, cum summo Regis & patriæ ap-  
plausu excipitur. Interea uerò, cum hæc affinitatis nego-  
tia inter Gothum & Danum agerentur, Ericus Sueonum  
Rex (quemadmodum nunc diximus) tum domestica suo-  
rum perfidia, tum malignis exterorum insidijs pertina-  
citer impetitus occubuit: uenissetq; eo tempore Suetia in  
extraneorum, & crudelium tyrannorum potestatem, ni-  
si Carolus opportuno auxilio periclitantibus Sueonum re-  
bus consulisset. Quamuis enim Sueones Danorum impe-  
tum sine Gothorum auxilio auertissent, attamen Carolus  
sua plurimum interesse putans, ne Dani in Suetia domina-  
rentur, collectis undiq; copijs, ad liberandam ab imminen-  
te seruitute Suetiam properauit, deletisq; omnibus Da-  
norum reliquijs, à uictoribus Suecis in Regem Suetiæ

Carolus 125. res  
interuen.

Carolus neptem  
Valdemari dux-  
cit in coniugè.

Gutthormus Go-  
thorum dux.

Gothus & Da-  
nus affinitate  
sociantur.

S. Erici Regis  
occiso.

Carolus Gotho-  
rū Rex Suedo-  
nes à Danijs li-  
berat.

Carolus fit Go-  
thorū & Suedo-  
num Rex.

assumuntur. Itaque factus utriusque regni Princeps, pacem in primis inter Gothos & Sueones, quæ præteritis annis plurimum labefactata fuerat, conciliauit. Deinde apud Danorum Regem Valdemarum (cuius gener erat) effecit, ut pacem cum Noruegianis (quorum tunc Respublica ob domesticam discordiam nimium periclitabatur) cõponeret, & stabiliret. Parta hoc modo domi & foris pace, leges patriæ à sancto Rege Erico editas, uel correctas, ubique, & diligenter obseruari fecit, nusquam innocentiam à tyrannide impunè opprimi permittens. Deinde ne diuine, & Christianæ leges in aliquo uiolarentur, diligentissimè cauere, & si qui errores, aut hæreses in ipsas suborirentur, mox Pontifici arbitrio, & censura, ne altiores radices figerent, succindendos curauit: nihilq; de Pontificia autoritate sibi usurpare contendens, palam ostendit, ad Regum pietatè spectare, Christo, & Pontificibus ab eo institutis benigno animo obtemperare, nolleq; eis in illis, quæ sunt Christianæ legis, temeraria impietate reluctari. Præterea ad Catholicæ Ecclesiæ unitatem toto desiderio intentus, non quieuit, donec missis solemnibus ad Alexandrum Papam tertium legatis impetraret, ecclesiam Vpsalensem Metropolitanò honore, & pallio Archiepiscopali insigniri. Hæuisset tunc fortasse Lundenfis Pontifex AEschillus palli, quod Archiepiscopo Vpsalensi conferri potuisset: at Carolus, & regni Suetiæ senatores, prudentiores erant, quàm quòd paterentur, suam Metropolim alteri, quàm Summo Pontifici subiacere. Quamuis enim (ut superius dicere cepimus) Nicolaus Cardinalis Anglicus, ab Eugenio Papa tertio, qui sedit anno Christi MCL. in Noruegiam missus, palli pro Archiepiscopo in Suetia erigendo attulisset, illudq; (ut Dani dicunt) apud Lundensem deposuisset, attamen & honestius, & securius erat, ex primo fonte limp-

Carolus pro Noruegiano rum pace sollicitus.

Carolus diuinarum & humanarum legum obseruantissimus.

Vpsalensis ecclesia fit Metropolitanis ab Alexandro Papa tertio.

Lib. 18. cap. 18. Nicolaus Cardinalis Anglicus legatus Eugenio Papa 14.

pidam aquam haurire, quàm eam ex riuo multùm à primæ scaturigine separato postulare: immò potius Archiepiscopali dignitate caruissent, quàm ipsam à Lundenfi, qui tunc Danicæ coronæ subiectus erat, acceptassent: cum ipse Lundenfis, aut Dani, nihil unquam pro plantanda fide Christiana apud Sueones cooperati fuissent: immò multis ante annis Christi religio (ut dictum est) ad Sueones, quàm ad Danos peruenit. Videtur igitur nimis insolens, & plena ambitionis opinio esse, qua nonnulli Dani se plantatores fidei Christianæ in Suetia, atque ob id primas partes sibi à Suecane ecclesiæ Prælati deferrere uolunt. Si tamen aliqua talis præ eminentia Lundenfi Archiepiscopo permissa fuit, ea in consilio Basiliensi per Nicolaum Rauldi Archiepiscopum Vpsalensem abrogata fuit, & extincta. Sed nunc ista quiescant: ad Carolum redeamus. Qui una eademq; summè necessaria, & honestissima legatione apud Summum Pontificem egit, ut ecclesia Vpsalensis Sueonum Metropolis esset, & nulli externo Pontifici in aliquo subiecta esset. Primusq; Archiepiscopus erat Stephanus, cuius optimam uitam, & integerrimos mores, in Metropoli nostra Vpsalensi descripsimus.

Danorū ambitio suggillatur.

Stephanus primus Archiepiscopus Vpsalensis.

## CAPVT VII.

His peractis, Carolus ad ecclesiarum & monasteriorum erectionem se conuertens, primò illud præclarum monasterium pro uirginibus, perpetuum cœlibatum sub regula diui Bernardi profiteri uolentibus, edificauit, quod in uilla Vreta non longè à Lincopia distare uidetur. Præterea monasterium Aluastra, à patre Suerchero in honorem eiusdem diui Bernardi fundatum, muris, & plurimis edificijs ampliauit: curauitq; apud Alexandrum Papam tertium, ut Stephanus nuper in Archiepiscopum Vps-

Caroli pietas in monasterijs erigendis.

Vreta monasterium an. 1162. erectum. Aluastra.

pidam

S. Helena de  
Vesgothia ca  
nonizatur.

S. Canutus dux  
canonizatur.

Saba monaste  
rium erectum.

Caroli Regis ca  
des & sepultu  
ra.

An. 1168.

Canutus 126.  
Rex internus.

salensem consecratus, illustrissimam, & sanctissimam uir-  
duam Helenam de Schedui, ob summam uitæ sanctimo-  
niam, & miraculorum operationem, in numerum San-  
ctorum referret, currēte anno à nato Christo MCLXIII.  
Nec longè post idem Archiepiscopus Stephanus, unā cum  
Æschillo Archiepiscopo Lundensi, in translatione diui  
Canui Danorum ducis constitutus, multa pro publica  
regnorum, & Regum pace prudenter effecit. Nec silen-  
tio implicandum est, quòd pia sollicitudine Regis Caroli  
monasterium in uilla Saba erectum fuit: monachiq; in-  
psum ex ordine sancti Bernardi introducti, uitam coeli-  
bem, & Christianæ pietati conformem, usque ad hæc no-  
stra infelicia tempora, in quibus omnis sanctimonia pro-  
fus corruerat, obseruabant. Tandem inter hunc Regem  
Carolum, & Canutum diui Erii Regis filium, ad eò gra-  
uis atque impacabilis controuersia suborta fuit, ut ne-  
sarium esset, aut hunc, aut illum, uel utrumque in extrema  
pericula deuenire. Ipse enim Canutus sibi persuaderi per-  
miserat, Carolum non nihil operatum fuisse, ut pater à Da-  
nis impugnatus, uitam pariter & regnū præmatura mor-  
te commutaret. Quocirca collectis hinc inde copijs, Ca-  
rolum in insula Wisingiana commorantem adortus occi-  
dit: occisusq; in monasterio Aluastra prope paterna sune-  
ra sepelitur, anno Christi MCLXVIII. postquam decimū  
regni sui annum attigisset.

## CAPVT VIII.

Canutus (quemadmodum diximus) diui Erii Re-  
gis filius, non solum procerum, & populorum ele-  
ctione, sed publico omnium desiderio, ob eximia patris sui  
beneficia, quæ cum uiueret, in omnes contulerat, ad utrum-

que regnum sublimatur. Hic etsi à paterna pietate ad to-  
lerandos omnes aduersos casus instructissimus esset, ta-  
men omittere non poterat, quin tam optimo patre orba-  
tus, contenderet omnem animi, & corporis, ac omnium  
fortunarum suarum uim, in tam cruentos homicidas effun-  
dere. Quamuis enim, moriente patre, uix adolescentiæ an-  
nos egressus esset, tamen omni sollicitudine (cui uix uiril-  
is ætas sufficere potuisset) effecit, ut tota Suetia in illos san-  
guinarios consurgens, uindictā (ut narratum est) de inno-  
centis sanguinis effusione sumere properaret. Nec cessauit,  
donec post Noruegianum exilium, uariosq; fortunæ casus,  
quibus iactatus fuerat, Regem Carolum (ut diximus) re-  
gno, & uita priuaret. Fatendum tamen est, optimo Regi  
Carolo nihil plus ad interitum nocuisse, quàm illam affini-  
tatem, & confederationem, quam cum Danis habebat. Er-  
rat enim diligentissimus Christianæ religionis propaga-  
tor, ciuium amator, æquitatis & iustitiæ obseruator. Nec  
se in aliquo secus, quàm patriæ patrem exhibuit: attamen,  
quia Valdemari Danorum Regis gener erat, publicū Sueo-  
rum & Gothorum odium in se contraxit, suoq; exemplo  
satis ostendit, quàm periculose in Suetia & Gothia uiuunt,  
qui etiam sola Danicæ factionis suspitione notantur, ob  
quam nonnunquam innocentissimæ uitæ homines pericli-  
tantur. Gemina igitur causa, eademq; satis efficaci, Canutus  
in Regem potentissimum euasit: una, quia optimi Regis fi-  
lius: altera, quia acerrimus erat extraneorum hostium ini-  
micus, præsertim Danorū, contra quos prægrandem exer-  
citiū denuò eduxit, acerbiores uisionē paternæ cædis de-  
cis in ipsorū patria sumpturus, quàm pridē in Suetia apud  
Upsalensem Metropolim sumpsisse uidebatur. Præfecit au-  
tem toti militiæ suæ Haraldum quendam, illustrissimo &  
Regio sanguine genitū, sed in re militari minus expertum,

Canutus pater-  
næ necis uin-  
dex.

Caroli mors ob  
Danicam cō-  
federationē.

Danica factio  
Suecis pericu-  
losa.

Canutus bellū  
mouet in Da-  
nos.

Haraldus dux  
ignauus.

quàm gerendi belli necessitas exigebat. Erat enim in prosequendo bello nimis cunctabundus, & quod celerius, ac felicius efficere potuisset, tardando differendôq; elabi permisit. Veruntamen confestim ut Schoningiæ partes irrumperet, Rex ab Achone Schoningorum duce, atque omnibus incolis salutatur. Erant tamen non pauci nobiles, qui eius imperium subire detrectantes, ad Danos, transmissis fretis, confugerant: quorum possessiones, & prædia ab Haraldò direpta, combusta, desolataq; fuerunt.

## CAPVT IX.

**Q**uocirca Canutus in Danorum Regem nuperrimè post fata patris Valdemari assumptus, uehementè animi molestiam ex ea Sueonum irruptione contraxit. Nondum enim in regno confirmatus, potentes regni impugnatores sustinere cogebatur. Coactis itaque copijs, Haraldò obuiam ire cõtendit: sitq; atrox & cruenta pugna cãpis Schoningianis: in qua dum Haraldus imprudentè pugnat, superatur: superatusq;, in Suetiã Achone sociatim remeauit, uiresq; auxilio Canuti Regis, et Birgeri Ostrogothorum ducis reparauit: nec ab impugnanda Dania animum remississet, nisi prudentissimus Archiepiscopus Lundensis Absolon (cuius præclara opera ad nos cum immortalis eius laude peruenerunt) tum armis, tum consilijs, tum deniq; alijs honestissimis medijs, ipsum à Danorum certibus auertisset. Tempore huius Canuti, tres successiuè Archiepiscopi in Metropoli Upsalensi præfuerunt, Stephanus, Ioannes, & Petrus: quorum optimis monitis ita pie, ac perseveranter obediuit, ut paternam pietatem in omnibus operibus suis æquare, uel imitari uideretur. Siquidem à Ioanne Archiepiscopo non pauca salutaris doctrinæ monita accipiens, uigilantissimum Christianæ religionis obseru-

Acho dux Schoningianorum.

Schoningianis bellum.

Haraldus fugit.

Birgerus i. dux Ostrogothorū.

Absolon Archiepiscopus Lundensis.

Canuti erga Pōsifices obedientia.

torem sese exhibuit: nihilq; omisit, quod ad subiectorū populorum salutem, ac pacem, æternamq; felicitatem necessarium uidebatur. Diuini cultus augmento ita insudauit, ut nō solo nomine, sed uita, moribus, legibus, Rex Christianus diceretur. Pœnitentiã quoq;, quæ sibi ob necem Caroli Regis ab hoc Pōsifice imperata erat, reuerenter excepit, pieq;, ac efficaciter expleuit. Nouit enim Christianus Rex, diuina obsequia non uiribus propitianda esse. Proinde offensa religioni satisfactorus, duo præclara monasteria, Saba uidelicet (quod uulgariter Lulitha dicitur) & Varnhem, priorem à Rege Carolo inchoata perfecit, & prædijs sui patrimonij liberaliter dotauit. Nec ista in augmentum diuini honoris fecisse contentus, diuini cultus ministros honoribus, prouentibus, priuilegijs, cumulatissimè prouexit, sacerdotia instituit, ædes sacras reparauit, aut de nouo erexit. Felix Rex talem sortitus Pontificem, cui obediendo diuinam clementiam, & diuturnã pacem mereretur: sed felicius regnum, & felicius populus, cui cõtigit tam glorioso, & pio, ac sapiente Rege gubernari. Verum hic Pontificatus, quamuis numero annorum angustus extitit, tamen ingens eius gloria memoriam sortita est laudabilem, & sempiternam. Quarto enim anno à principio sui Pontificatus, ab Estonibus, qui piraticam usq; ad interiora Suetiæ exercebant, in proprijs ædibus Almerstech, circa principium mēsis Iulij, anno à nato Christo MCLXXXV III. trucidatus occubuit. Cuius successor Petrus, auxilio huius Canuti suffultus, totum Suetici regni populum ad ciuiles mores, & Christianam pietatem toto corde amplexandam induxit. Interea hic memorabilis Rex Canutus, post multa & præclara facinora, mortis necessitati succumbens, regnum patenter & uitam amisit. Sepultus in monasterio Varnhem, anno Christi MCCCII.

Canuti sincera pœnitentiã, & opera pia.

Saba, aliàs Lulitha, monasterium. Varnhem.

Ioannis, primi Archiepiscopi Upsalensis Pontificatus breuitas.

An. 1188.

Petrus, primus Archiepiscopus Upsalensis.

Canuti mors, & sepultura.



*Suercherus 127.  
Rex interitus.*

**S**uercherus Caroli Gothorū & Sueonum Regis filius post Canuti fata ad utriusq; regni imperium sublimatur. Diuina siquidem providētia actum fuisse crediderunt ut à tempore sancti Erici Regis, quem Sueones elegerunt & Caroli, quē Gothi eodem tempore sibi præfecerunt, alternis vicibus ex eorū posteritate Reges, qui utriq; regno præessent, eligerentur, usq; ad Birgerum Regem, qui tam amplum imperium (ut infra dicemus) desolari permisit quando uniuersam Gothorum & Sueonum Rempublicam illo turpissimo odio, quod cum suis fratribus fouebat ad extremam perniciem deduxit, occasionemq; præstitit qua prioris seculi felicitas in statum longè deteriores colaberetur. Erat hic Suercherus, siue Suercho, in militari arte ualde peritus, atque in rebus gerendis admodum prudens, & in sermone elegantia nulli secundus. In te cuius tempora Petrus Archiepiscopus Upsalensis Clementis Papæ tertij epistolis urgebatur, ut Canutum Regem, totumq; populum eius monarchiæ subiectum hortaretur ad communia arma, cum cæteris Christianis principibus, & populis in Saracenos Christianæ fidei hostes assumēda, aut sumentibus commeatu, auxilijsq; prouiderent. Quam piam, paternamq; Sūmi Pontificis exhortationem optimus Rex maturo cōsilio perpendēs, decreuit omnibus modis tam sancto negotio succurrendū esse. decretūq; suæ promissionis liberaliter executus fuisset, nisi promatura fata ipsum celerius abstulisset. Quo sublato, Suercherus purpura insignitus, regni solium cōscendit. Qui eundem animum cum Canuto consentaneum haberet, uelletq; religionem Christianam nimium periclitantem efficacius adiuuare: obstitit tamen eius affectui bellum illud domesticum, quod à regni nobilibus ob seueritatem, quam

*Reges ex Gothiis  
& Suecis uicissim eliguntur.  
Lib. 20. cap. 15.*

*Suercheri laus à  
prudētia &  
arte militari,  
ac eloquentia.*

*Clemens Papa  
ij. opem cōtra  
Saracenos petiit.*

in Canuti Regis liberos commiserat, sustinebat.

**A**ppetitu enim uindicandi ita cōcitatus est in Suetiæ nobilitatē, ut naturæ suæ benignitatē summa seueritate permutaret: nec prius destitit, quam optimi Regis Canuti liberos partim trucidaret, partim proscriptos omnibus bonis spoliaret: è quorū numero Ericus fuga salutē assecutus, in Noruegiā peruenit. Quocirca omnibus Sueonū proceribus & populis ad arma consurgētibus, Suercherus ciuili & periculoso bello implicatur. Quod cum Olauus Archiepiscopus Upsalēsis multis salutaribus cōsilijs auertere conaretur, inde graue odium bene suadēdo cōtraxit, unde summā beneuolentiā merito assequi debuisset. Valdemarus enim Danorū Rex, à Suerchone auxiliares copias afferre rogatus, præualidū exercitū ex Danis & Bohæmis cōparauit: quē ductu nobilissimi uiri Ebbonis Sunonis Sialandici, Vestrogothorum terris immisit. Vestrogothi autē aduentantes hostes tam cruento bello exceperunt, ut pauca bella in eorum terris confecta fuisse memorētur, in quibus plus, aut tantum humani sanguinis contigerat exhauriri. Quippe tam Bohæmi, quàm Dani, non solum uicti, sed penitus deleti fuerunt, anno Christi MCCVIII. magnitudinemq; acceptæ stragis non nuntio aliquo, sed communi omnium exterminio ad suos remittere potuerunt. Monstratur adhuc nostris temporibus in Falonia terra Vestrogothorum, prope uillam Lena, illius memorabilis belli locus: nonnullaq; carmina in Danicæ gentis suggillationem (quod ibidem exterminata fuerit) passim & palam circumferūtur. Deinde reparato exercitu, æquē infelicitè secundò in Gestilbro, sicut primò pugnam conseruit. Igitur Suercho Rex bis in bellum contra proprios subditos progressus, ut eos temerè ad iracundiam prouocauerat, ita ab

*Suercho rindes  
in nobilitatē.*

*Suercherus bello  
ciuili implicatur.  
Olauus Archiepiscopus  
pro dilectione odii  
reportauit.*

*Ebbo Danicus.  
Vestgothi cruento  
bello Danos  
deleuerunt.*

*Lena uilla stragis  
Danorum  
memorabilis.*

*Suercherus occi-  
ditur.*

*Anno 1210.*

cis cruento bello occisus occubuit, exemplo ad postera relicto, quòd nulli Reges unquam in Suetia feliciter regere possint, nisi qui in bono malum uincere didicerunt. Incidit autem huius Suercheri mors, in annum à nato Christo MCCX. Sunt nonnulli, qui dicunt, ordinem clericalem ab hoc Suerchone exemptum fuisse à iudicio seculari, sed illi uel stupida ignorantia, uel ignaua malitia uehementer errant. Talis enim exemptio non à Regum & Principum indulgentia, sed à iure diuino, & naturali dependet. Fandum tamen est, ipsos Principes diuinæ legis moderatores & executores esse, quando clerum priuilegijs, & libertatibus Deo concessis, uti permittunt: licet hoc nostro infidelium æuo minus liberales sint erga Christi ministros, quam dei, uel Ethnici in suos sacerdotes.

## CAPVT XII.

*Ericus 128. Rex  
internus.*

**E**ricus Canuti Regis filius, ab exilio Noruegiano euocatus, atque in regna Suetiæ & Gothiæ, concantibus procerum, populorumq; suffragijs sublimatus, primam curam restituendæ Reipub. Christianæ, quæ namque ciuiliū bellorum turbine non parum concussa fuerat, inhibiturus, uenerabilem Pontificem Upsalensem Valerium, non secus ac patrem, à quo Christo generaretur, in omnibus audiuit, eiusq; salutaria monita piè, ac diligenter amplexus, ab omni populo diligentissimè obseruari præcepit. Quamobrem septem illi anni, quibus Gothia, & Suetia his duobus luminibus illustrata fuit, tam felices & tranquillill, ac omnium necessariorum rerum affluentia beatissime prædicantur, ut uix unquam diuina misericordia liberalior in illas terras fuisse credatur. Quæ enim est felicitas, quam Deus unquam negaturus sit populo suo, qui sic cetera fide illi Regi paret, qui summum omnium Regem

*Valerius archie-  
piscopus Upsa-  
lensis.*

*Erici in Christi  
ecclesiâ pietas.*

*Erici tempora  
felicissima.*

deli obsequio ueneratur? Præterea hic optimus Rex ab eodem sancto Pontifice Valerio persuasus, magnum inimicorum numerum, qui in necem fratrum eius cum Suerchero consenserant, in gratiam & amicitiam excepit, nulli ad uindictam imputans, quæ etiam potuissent iusta seueritate puniri. Eodemq; Pontifice autore, nullos præfectos, siue terrarum præsides, prouincijs administrandis adhibere uolebat, nisi qui magis commodo subditorum, quam implendo Regio fisco inuigilarent, haberentq; eam rerum experientiam, qua possent ignaram plebem, & regnicolas de rebus gerendis instruere, utpote quomodo ædes utiliores extruerent, quomodo prata extendrent, noualia ferendis frumentis aptiora redderent, agrorum fertilitatem conseruarent, quomodo piscatu, uenatuq; & alijs quibuscunque commoditatibus feliciores euaderent. Indignum quippe uisum est tam Regi serenissimo, quam Pontifici prudentissimo, ut illi præfecti Regij constituerentur, qui nullis prorſus rebus, quam emungendis pecunijs idonei essent, cum utique postrema in quocunque bono Rege esse debeat pecuniarum cura: quam si primam haberit, nihil omnino reliquum in eo erit, quo subiectis populis de suo principatu bonam spem polliceatur. Ceterum hic Ericus in insula Visigiana (quæ in uastissimo lacu Vether uersus Gothos Australes extenditur) continuam mansionem complexus, Gothos in fide & obsequio continebat, cum interim Valerius Archiepiscopus Upsalensis apud Sueones, ne aliquem tumultum molirentur, diligentius prouideret. Erat hic Ericus Danorū Regis Valdemari gener. Ducta siquidem eius filia Richeſa, genuit ex ea filium Ericum Balbum, postea Regem, & Ingeburgent, ex qua dux Ostrogothorū Birgerus (ut nonnullæ historiæ testantur) duos filios, Valdemarum & Magnum, successiuè

*Erici clementia  
summa.*

*Praefectorum Re-  
giorum officia.*

*Regum honoris  
ultima cura  
de pecunia.*

*Visigiana in-  
sula.*

*Ericus Valde-  
mari Danici  
Regis filiâ cō-  
iugem habuit.  
Birgerus 2. dux  
Ostrogothorū.*

Reges (de quibus postea dicemus) procreauit. Nec diu permissa est Suetia tam benigno huius Regis Erici presidio gubernari. Octauo enim regni sui anno uitam hanc mortalem egressus, sepulturam in paterno monumento, in monasterio Varnhem apud Vestrogothos affecutus est, circiter annos à Christo nato MCCXVI. Nec longè post regina Richese desiderio optimi mariti tabefacta, fatali necessitate succumbens expirauit. Credèdumq; est, integerrimū Pontificem Valerium incurabilem animi ægritudinem ex mortuissimi Regis contraxisse. Quippe pauco annorum numero post eius fata euoluto, uitam transitoriam semperina felicitate (ut piè credimus) commutauit.

## CAPVT XIII.

Ioannes 129. rex  
internus.

Ioannes præmortui Suercheri Regis filius, tam procerum, quam populorum consensu, ad utriusque regni sceptrum, sublato è uiuis Erico, sublimatur: dictusq; est, à defectum ætatis, Ioannes Iuuenis, siue ab innata pietate Pius. Erat nanque benignissimæ indolis, spemq; de se maximam, & optimam toti regno polliceri uidebatur. Cum enim sub tutoribus ageret, nihil, quod ab eis uetabatur, facere audebat: maxime autem sapientissimo Archiepiscopo Upsalensi Olauo obediuit, eiusq; consilia, perinde ac uenici patris præcepta, uenerabundus impleuit: cui etiam maximarum, & difficillimarum causarum in suis regni emergentium examinationem, decisionemq; permisit, nihil dubitans, quin is, qui in diuina lege, & Christianis moribus esset instructissimus, de humanis etiam causis, & controuersijs, certius sapientiusq; iudicare posset, & uelut ita tenere ætatis Princeps prudentiam, quam ex se præstare, nec polliceri poterat, alieno pectori prudentiùs erutam, sapienter subditis populis accommodauit. At

Olauus Archiepiscopus  
Upsalensis.

Ioannis pietas.

tamen temporibus huius Ioannis, inceperunt nonnulli proceres Vestrogothorum negotium facere suo Episcopo Scaresni Benedicto, de prædijs ecclesiasticis: summaq; eorum intentio eò intendere uidebatur, quò Christianorum sacerdotum humilium efficerent, quam olim erant sacerdotes Iudæorum, qui suas possessiones, & colonos ab omni Principum onere liberos, & sibi solis, ac suæ iurisdictioni diuino iure subiectos habebant. Cauebantq; uehementer Iudæi, ne ipsam suorum sacerdotum libertatem à Deo institutam, in aliquo uiolarent. scientes seueram Dei ultionem diuinæ legis transgressoribus continuo præparatam. At præfato Vestrogothorum Pontifici Benedicto ea diuini iuris sanctio suffragari nequiuit, nisi Regio sigillo confirmata fuisset. Quod quàm præposterum fuerit, alij prudentius attendant, qui nouerunt Regum iura diuinis legibus non præponenda esse, sed per eas dirigenda: cuius oppositum nunquam sine publica omnium incolarum perniciæ euenire consueuit. Sed hæc est malignorum, aut ignauorum procerum consuetudo, ut cum uideant rerum summam uel ad pueros, uel ad imprudentes præfides deuolutam, mox sibi, quicquid libet, idem etiam licere putent. Proinde nimis infelix est regnum, cuius Rex puer est, & cuius Principes magis lucra, quam honestatem sectari didicerunt. Sed euenit huic adolescenti Regi Ioanni, quod in sacris literis dicitur: Raptus est, ne malicia mutaret intellectum eius. Quippe anno quarto, postquam regnare, uel regium nomen portare cœpisset, præmaturo fato in insula Wisingiana sublatus, publicum & maximum dolorem toti patriæ incussit. Sepultus in monasterio Aluastra, anno Christi MCCXXII. non longè à patris, & aui sui monumentis,

Vestrogothi suum  
Episcopum indigne  
molestant.

Iudæici sacerdotum  
libertas.

Regum iura diuinis  
legibus  
postponenda.

Ioannis præmaturo  
fate mors, &  
sepultura.

1222.

*Ericus Balbus  
130. Rex inter  
1146.*

**E**ricus, cognomento Blesus, uel Balbus, cum à sancto-  
rum Regum progenie, uidelicet à S. Erico abauo,  
Canuto auo, & Erico patre descendisset, talem se in omni-  
bus suis temporibus exhibuit, ut nullus omnino inter pro-  
ceres, aut plebeios inueniretur, qui nõ summo desiderio fi-  
retur, ut ipse in auitum regnũ sufficeretur. Quamuis enim  
impeditioris linguæ, & claudi incessus esset, tamen hos na-  
turæ defectus tanta morum probitate cõpensabat, ut à Do-  
donatus potius, quàm per humanam electione assumptum  
uideretur. Iustitiam cum clemẽtia ita temperabat, ut in du-  
bio relinqueretur, iustiorne, an clementior esset. Quippe  
ut neminem impunè permisit innocentiam opprimere, in  
neminem clementia dignum seuerius castigauit. Proinde  
inuenti sunt nonnulli in regno nobiles, qui ea eximia Re-  
gis modestia abutentes, contra eum insurgere tentauerunt,  
quorum præcipuas partes Folchungorum familia genuit,  
non uerebatur, faciente illis animos illustrissimo matris  
monio, quo eorum dux & caput Canutus Helenam, soro-  
rem huius Regis Erici, in coniugem pridem acceperat.  
Erat enim in ipso Canuto magna dignitas formæ, præ-  
cipuèq; morum urbanitas, & admiranda prudentiæ, atque  
eloquentiæ uis. Quocirca eius consanguinei paulatim in-  
cepere Regem claudum, & balbutientem contemnere,  
contemptoque primùm occultas, deinde apertas insidias  
struere. Primi autem huius rebellionis autores, cum præ-  
dicto Canuto fuere alij duo nepotes Erici, quos optimus  
& modestissimus uir Nicolaus de Tostia ex eius sorore  
Merita procreauerat, & cum eis quidam Holingerus  
magnæ nobilitatis uir, qui magis casu, quàm proposito in  
illam rebellem societatem creditur consensisse. Hi igitur  
collecto undique prægrandi exercitu, Regem nihil minus

*Erici Balbi uir-  
tutes maxime.*

*Suavia nobiles  
in Ericum Bal-  
bũ cõspirant.  
Folchungorũ fa-  
milia.*

*Canutus Fol-  
chungus.*

*Holingerus.*

quàm

quàm bella ciuilia cogitantem, circa uillam Alaftrem anno  
Christi MCCCXXIX. adoriuntur: fitq; atrox, & cruen-  
tissima pugna: in qua Ericus superatus, extra Suetiam effu-  
gatur, & Canutus à suæ factionis hominibus Rex saluta-  
tur. Sed diuturnus esse nequiuit principatus scelere, & im-  
pietate quæsitus. Ericus enim, collectis apud Ostrogothos  
copijs, Suetiam repetit, magno atq; forti animo bellum re-  
stauraturus. Conueniunt utræq; acies circa uillam Sparse-  
ther, non longè à metropoli Upsalensi, concurruntq; infes-  
tissimis armis: & non minoribus animis res agitur, quàm  
solet inter eos, qui pertinacissimè pro aris, & focis, atq; ip-  
sa uita decertant. Tandem post grauem stragem hinc inde  
acceptam, Canutus unà cum suæ temeritatis complicitibus  
occubuit, iustam in se diuinæ ultionis potentiam expertus,  
qui potentiam suam contra benignissimi Regis innocen-  
tiam temerè extendere contendebat. Potitus hac uictoria  
Ericus, nihil seuerius in rebelles egit, nisi quòd quosdam su-  
scitatorum rebellionis autores in aliorum terrorum occidi præ-  
cepit: in quorũ numerũ Holingerus iam nominatus, maio-  
re sua imprudentia, quàm malicia incidit. Hunc Ericus ad  
Helsingos præcipiti fuga dilapsus, missis confestim militi-  
bus apprehendendũ curauit. Deinde capite plexum hone-  
stissima sepultura in monasterio monialiũ (quod Scogh uo-  
cant) non longè ab Upsalia decorari præcepit. Quo facto,  
uisus est pius Rex nobilissimi uiri casum dolenter sustinuisse:  
estq; à pluribus creditum, hunc Holingerũ magis ob alie-  
nam, quàm propriam culpam periisse, & ob id miracula  
ad eius sepulchrum, in testimonium innocen-  
ter actæ uite, aliquando in-  
crebuisse.

Anno 1229.

*Ericus à regno  
fugatur.  
Canutus regnũ  
occupat.*

*Bellũ atrox cir-  
ca uillã Spar-  
sether.*

*Canutus Fol-  
chungus cedi-  
tur.*

*Ericus uictoria  
regnum recuperauit.*

*Holingeri ca-  
des.*

*Holingeri inno-  
centia miracu-  
lis declarata.*

**S**uperatis itaq; domesticis, & extraneis hostibus, Ericus concessam diuinitus pacem, ad augendum summi Dei honorem conuertere cupiens, cogitabat Tauestiæ incolis bellum inferre, qui nõ solum Sueonibus, sed fidei Christianæ graues, & intolerabiles hostes imminabant. Ad hoc quoq; tam necessarium negotium, continuas preces adhibuit prudens, & optimus Archiepiscopus Vpsalensis Iarlerus, siue (ut alij dicunt) Olaus, Iarleri antecessor. Quicum esset huius Regis Erici consanguineus, omnes ingenij sui vires ad hoc pridem intenderat, ut sopitis periculosis procerum controuersijs, in Regem assumeretur, securusq; regni gubernacula possideret. Deinde non quieuit, donec eius potenti, & efficaci opera interueniente, infinitas animas diabolica fraude deceptas, ad ouile Christi perductas uideret. Moturus igitur iustus Rex iustum bellum contra Christi hostes, ducem toti exercitui præfecit Birgerum Ierl Ostrogothum, à Bielbo cognominatum. Qui cum tertiam sororem Regis in coniugio haberet, atq; ex ea magnæ spei filios, Valdemarum & Magnum, postea Reges, institisset, maximã in toto regno, hoc est, secundam post Regem autoritatẽ habebat. Erat prætercã in rebus gerendis, atq; in militari exercitio instructissimus, utpote qui non solum ob generis nobilitatem, sed ob eximiã morum probitatem, ad Regiam affinitatem peruenisset. Quocirca paratis omnibus ad nauale, atq; terrestre bellũ necessarijs, classem Tauestiæ litoribus prospero uento aduexit: statimq; erectis signis, hostes pertinacissimè resistentes aggrediuntur. Paratissimos namq; inuenerunt, quos imparatos obrui posse sperabant. Commissa demum pugna, Sueones uictoriam non incrementam affecuti, legem uictis præscripserunt, ut spægana superstitione abiecta, Christi fidem acceptarent, nec

Ericus Balbus bellum in Tauestiã parat.

Iarlerus Archiepiscopus Vpsalensis.

Olaus Archiepiscopus Vpsalensis.

Birgerus Ierl dux belli in Tauestios.

Birgeri ducis uirtutes.

Sueones cruenta pugna Tauestios superat. Tauesti sunt Christiani.

in uita, nec in bonis periclitarentur: alioquin nec uita, nec bonis deinceps potirentur. Assumpta est conditio à compluribus, qui non solum Christi fidem integro pectore admiserunt, sed regno Suetiæ fidelem subiectione iureiurando promiserunt, eamq; hæcenus tam incorruptè præstiterat, ut & optimi Christiani, & fidelissimi erga Suetiæ Principes semper fuerant æstimati: digni profecto, quod à Regijs præfectis, & terrarum dominis minus, quàm modò sit, grauari uarentur. Erecta est eodẽ tempore in eadẽ terra arx fortissima, quam Burgum Tauestiæ uocant. Hanc prudentissimus dux Birgerus muris, et propugnaculis, ac præsidij imposita ita muniuit, ut omnibus persuasum esset, ipsam humanis uiribus uix expugnari posse. Sed nec minor erat Iarleri Archiepiscopi Vpsalensis cura, quomodo Christi fidem in illis terris inexpugnabile redderet. Quocirca Thomã ecclesiæ Aboënsis Antistitem, siue eius proximũ successorem, nouel læ fidei plantationi præficiens, effecit, ut populus ille non minus fidelis erga Deũ, quàm erga Regẽ inueniretur. Interea uerò Ericus, dum sui pro Christo tam magnificè triumpharent, superata huius uitæ militia, regnum Sueonum regno cælorum felici commercio cõmutauit, anno à Christo nato M C C L. post quàm uiginti octo annis cum summa laude regnasset, multaq; sui optimi regiminis testimonia ad posteros transmisset: inter quæ non infimum locum habent, quæ in concilio Scheningensi acta fuere per Guilhelmum Cardinalem, & Episcopũ Sabinensem, Summi Pontificis Gregorij IX. legatum, pro restituendis moribus fidei Christianæ, tam ipso Rege, ac proceribus præsentibus, & approbantibus, quàm Iarlero Archiepiscopo Vpsalensi cũ omnibus coepiscopis suis, ad omnia eiusdem Concilij decreta consentientibus. Quæ si hæcenus æquè diligenter obseruata fuissent, quemadmodum piè, & ad publicam

Querela de oppressione Tauestiorum, & Finnoorum.

Tauestiæ arx.

Thomas Episcopus Aboënsis ab Archiepiscopo Vpsalensi institutus. Erici mors.

Anno 1250.

Cardinalis Sabinensis concilium Scheningiæ celebrauit.

concordiam instituta fuerunt, non solum Christianam Rem-  
pub. felicem haberemus, sed regnū ex omni parte beatū ad  
nostros successores trāsmitteremus. Prima intentio, & cura  
Cardinalis Sabinēsis in eo cōcilio erat, reuocare Suecos &  
Gothos à schismate Græcorū, in quod presbyteri & sacer-  
dotes ductis publicè uxoribus consensisse uidebantur: effi-  
citq; cooperantibus Rege Erico, & Birgero duce, ut abiu-  
ratis coniugibus, & concubinis, cœlibatum amplecteren-  
tur. Transgressores uerò huius statuti omnibus prouenti-  
bus, & dignitatibus, & priuilegijs, & libertatibus clerici-  
ali ordini annexis priuauit, grauibuscq; pœnis, & censuris,  
ac iudicio seculari subiecit. Præterea circa hæc tēpora urbs  
Lubicensis graui obsidione à Danorum Rege, & Holsatiae  
duce impugnabatur, catena ferrea per fluuium Traue exit-  
um, & aditum impediēte: quam clas̄is Suetica suffern-  
tis nauibus per medium secans, amicam urbem ab obside  
ne liberauit, meruitq; ut in omne reliquum tempus à ciui-  
bus Lubicensibus simili officio iuaretur.

## CAPVT XVI.

**V**aldemarus Birgeri ducis filius, cum pater in Tuae-  
stia contra Christi inimicos feliciter (ut diximus)  
militaret, ipseq; Rex Ericus auūculus eius sine liberis mor-  
tuus esset, ad Gothorū, & Sueonum regna concordia proce-  
rum electione assumptus est: ad quod præcipuè coopera-  
tus est quidam inter Sueonū proceres nobilissimus, nec mi-  
nus in rebus gerendis prudens, Iuarus Blao, non longe ab  
oppido Enecopensi in castro, quod Viridem burgū cogno-  
minauere, mansione complexus. Hic defuncto Erico, cum  
primum inter regni senatores locum, & autoritatem habe-  
ret, contractis in concionem proceribus, & populis, docet  
Regem uacanti regno quantocivus præficiendum esse. Cu-  
ius exhortationi tantum ab uniuersis cōcorditer tributum  
erat,

Valdemarus 132  
Rex interuus.

Iuarus Blao.

erat, ut Regem, quē uellet, liberè designaret. Eo igitur Val-  
demarū præmortui Regis Erici ex sorore nepotē (quant-  
uis minorem) nominante, mox concursu procerum, &  
populi consensus, Regium iuuenem à tam prudente Senato-  
re nominatum approbavit, circa annū Christi M C C L I. Anno 1251.  
Interea Birgerus ex Tuestia cum gloriosa uictoria, & in-  
tegra classe ad Suetiam reuersus, didicit filium suum in de-  
functi Regis locum surrogatum. Quod etsi grato, atq; iu-  
cundo animo audire debuisse, animum tamen suum ambi-  
tioni permittens, satis ostendit, sibi potius, quàm filio regni  
diadema imponi uoluisse. Proinde coram conuocato regni  
senatu, quasi electionem cassaturus, expostulat, quòd se nō  
expectato noui Regis suffectionem accelerassent. Deinde  
interrogat, cuiusnam audacia effectum sit, ut is eligeretur  
in Regem, qui nondum per ætatem seipsum regere posset.  
Ad hæc inquit Iuarus: Ego sum huius electionis autor, qui  
singulari beneuolentia in te usus, nolui te hominē senio con-  
fectum, quamuis optimè de nostra Repub. meritum, tam  
grauo onere administrandi regni obruere, quod ego ipse in  
me collatum recusassem. Attamen si tibi electio, quæ de tuo  
filio facta est, displiceat, tu tibi recipe filium tuum, tuæq;  
& eius saluti, uti uolueris, & potueris, melius consule: &  
nos interim facile inueniemus, in quē Regiæ dignitatis ho-  
norem & officium imponemus. Cui Birgerus, nondum de-  
posita spe assequendi regni, dixit: Certum est, regnum sine  
Rege subsistere non posse: quem ergo, cassata filij mei ele-  
ctione, eligetis? Desub hac tunica, inquit Iuarus, qua in-  
duor, Regem extrahemus. Quo audito, Birgerus magis ti-  
muit, ne tam ipse, quàm filius à Regio honore deijceretur:  
consensumq; factæ electioni confestim præbuit, præfatus,  
se omnia dixisse, ut intelligeret, an omnium suffragia con-  
formiter in filium collata fuissent; egiq; singularibus uer-

Birgerus lert  
ambit re-  
gnum.

Iuari Blao ma-  
gnanimitate  
sponsum.

bis gratias tam tuaro, quam senatui, quod filium suum  
to honore extulissent, & ornassent.

## CAPVT XVII.

Tutor minorum  
Regi consili  
tuitur.

**T**VM ex senatusconsulto datus est Regi iuueni tutor  
seu curator, unus ex optimis regni proceribus, cuius  
nomen historiae per negligentiam, ut multa alia, omiserunt.  
Hic omnia domestica Regis negotia ita fideliter, & diligen  
ter curabat, ut nec Regi, nec eius familiae quicquam deesse  
pateretur, quod sua sollicitudine poterat comparari. Inter  
rim Birgerus regnum circueiens, omnia publica negotia pruden  
ter administrabat, legesque multas & bonas constituit,  
uel pridem constitutas emendauit, summopere curans, ut  
quisquam earum praetextu innocentibus iniuriam inferre  
auderet, sed ubique iustitia inuoluta seruaretur. Omnes  
liberos suos ad iustitiam, & omne genus uirtutis educa  
fecit. Habebat enim post Valdemarum genitos, Berno  
ctum, qui creuit in Episcopum Lincopensem, & ducem  
Finlandiae: praeterea Magnum, postea Regem: & Ericum  
praematura morte sublatum. Creuit itaque huius Birgeri au  
toritas in utroque regno non minus, quam si Rex esset. Ne  
erant aliqui in toto populo, qui ei resistere auderent, excep  
pta una familia Folchungorum: qui eius generacionis  
principium ad nobilissimum, atque integerrimum prin  
cipem Folchonem referrent, nihil tamen paternae, aut au  
tore probitatis in eis relucebat. Erant enim ad omnia nefaria  
opera parati, contemptisque legibus non ut nobiles, sed ut  
praedones huc illucque ferebantur: quasi dicere uoluissent.  
Quid ad nos de isto Birgero Ostrogotho, aut eius filio.  
Quocirca Birgerus tot atrocibus iniurijs lacepsitus, constitu  
it eorum uolentiam uiribus, & armis reprimere: colle  
ctoque exercitum, in apertam pugnam contra eos descendit.

Birgerus Ierolo  
regni admini  
strator.

Birgerus dux,  
trium insigni  
um filiorum pa  
ter.

Folchungi ab a  
nima probitate  
degeneres.

Bellum civile in  
ter Birgerum  
ducem, & Fol  
chungos.

Nec illi pugnam detrectabant, sed coactis undique militi  
bus, ducem Carolum in suae factionis principem eligentes,  
se aduentanti obiecerunt. Et cum fluuius inter utrumque exer  
citum medius pugnam impediret, Birgerus ad strategema  
ta non satis honesta se conuertens, conabatur Folchungos  
ad se sub spe reintegrandae pacis aduocare. At illi eius fi  
dem suspectam habentes, persuaderi non poterant, ut se ad  
eius colloquium conferrent, donec Colo Episcopus Lincop  
pensis de Birgeri integritate confusus, iusiurandum de eorum  
saluo accessu, & regressu praestitisset. Sed cum transito pon  
te in castra Birgeri peruenissent, confestim comprehensi irru  
cidantur: quod Episcopus Colo adeo grauer tult, ut nun  
quam deinceps eo ore sanctum Christi corpus consecraret,  
quo nobiles uiri ad interitum deducti fuerant: sed relicta ec  
clesia Episcopali, & patria, ad Christi sepulchrum profes  
sus, uitam peregrinatione, & exilio finiuit.

## CAPVT XVIII.

**C**AROLUS autem Folchungorum dux eo tempore, quo  
caeteri decepti fuerunt, aberat. Susceptus tamen in  
Birgeri amicitiam, non magis postea, quam antea se secu  
rum putabat: fuitque necessarium, ut, si diutius uiuere uellet,  
patriam ipsam exilio commutaret. Veniens igitur in Prute  
norum terras, incidit in quoddam graue bellum, quod Pru  
teni aduersum idolatras Lituanos committebant: ad quod  
se ob defensionem sanctae religionis immiscens occiditur.  
Neque enim, ut ab eo bello abstineret, quocumque modo a  
Cruciferis militibus persuaderi poterat: tantus quippe fi  
dei seruator inuictissimum cor eius accenderat, ut se feli  
cem beatumque existimaret, si pro Christi honore tran  
sitoriae uitae reliquijs erogaret. Sed non inultus obiuit:  
nam ingenti numero barbarorum sua manu protestato,

Carolus dux  
Folchungo  
rum.

Colo Episcopus  
Lincopensis.  
Birgerus iusi  
randu violat.

Colonis Episco  
pi Lincopensis  
pro alieno pec  
cato peniten  
tia grauissi  
ma.

Carolus dux  
Folchungo  
rum in exi  
lium iuit.

Carolus dux  
pro fide Chri  
sti occisus.

## CAPVT XIX.

*Birgerus dux  
inimicū mor-  
tuum honestis  
exequijs deco-  
rauit.*

*Laurentius Ar-  
chiepiscopus  
Vpsalensis.*

*Birgeri ducis pœ-  
nitentia.*

*Birgeri pietas in  
diuinum cul-  
tum.*

*Sophia Dani-  
ca Valdemari  
Suetiæ Regis  
coniunx.*

*Ionacopia oppi-  
dum.*

*Birgeri Ierl leges*

admiranda fortitudinis opera ædedit, cunctis Christianis  
qui funeste pugne supererant, ob eius præmatura funere  
collachrymantibus. Nec Birgerus, comperta eius morte,  
à gemitu continuit, quamuis mixtum dolore gaudium ha-  
beret, quòd à tam potente aduersario liberatus esset: quem  
etiam, deposito omni utere odio, honestis exequijs propo-  
quendum curauit. Egittq; grauem pœnitentiam à Laure-  
tio Archiepiscopo Vpsalensi impositam, quòd stragem  
bilibium Folchungorū (fracta fide) perpetrasset. Deinde cla-  
mentius cum omnibus incolis agens, omnia publicæ paci-  
negotia studiosè exequabatur. Nec minor in diuino cultu  
propagando erat. Quippe monasteria, & templa pluri-  
ma erexit, sacerdotijsq; & prouentibus auxit, rectè ex-  
mans, quòd ad piorū Regū, & Principū officiū præcipue  
spectet, diuinā maiestatem in Christianæ Ecclesiæ ministris  
honorare. Interea etiam, habito illustriſſimæ coniugis  
& procerum consensu, Sophiam Danorum Regis Erici  
liam, Valdemaro in coniugem accepit, restituta cum ea ma-  
gna parte Schoningiæ dotis nomine: quæ (ut prius dixi-  
mus) semper fuerat inter Gothos, & Danos maximorum  
occafio bellorum. Celebratæ fuere hæ nuptiæ in oppido  
nacopenſi, quòd situm est in Australi Gothia ad litora u-  
stissimi lacus Vether: in quod Gothorum, & Sueonum,  
Danorum ingens multitudo confluerat, pompam nuptia-  
lem immenso apparatu instructam contemplatura. Quo  
peracta, Birgerus magno studio, maximaq; prudentia  
ad regni administrationem conuertens, nouas denuò leges  
approbantibus incolis, condidit, præcipuè de hæreditate  
inter sororem & fratrem, ac pace domestica nõ uiolanda  
compluresq; alias non minus necessarias, quàm utiles: quæ  
ob singularem earum æquitatē, etiam nostro tempore, publi-  
lico omnium consensu obseruantur.

Sed omnia eius præclara, & magnifica opera excede-  
re uidetur, quòd præcipuam Sueonum ciuitatem, &  
regiam Stocholmiã à fundamentis erexit, murisq; & mœ-  
nibus fortissimis communiuit, in loco adeò opportuno, &  
necessario, atq; inuincibili, ut nihil unquam cõmodius per  
eum excogitari potuisse crediderim. Est enim locus torren-  
tibus undiq; munitus, atq; inter aquam salſam, & dulcē ita  
postus, ut porta totius Suetiæ appellari possit. Prius enim  
Estones, Moscouitæ, Rusi, Tauersti, per eas fauces continuè  
ingrediebantur, & clandestinis incursionibus Sueones, nul-  
lam hostilitatem suspicantes, adorti prædabantur, factaq;  
ingenti hominum strage, liberè, & impunè, atq; maximis  
spolijs onusti, in suas terras euaserunt: quo incurſu Ioan-  
nem secundum Archiepiscopum Vpsalensem in sua pro-  
pria mansione Almerstech occiderunt, & nonnullos alios  
clarissimæ memoriæ proceres. Sed extructa Stocholmia,  
ciues perpetuam pacem affectui fuerunt: hostes uerò sem-  
piternam formidinem, uiso tam insuperabili præsidio, con-  
trahentes, in omne reliquum tempus à diripiendo agro  
Suetico abstinerunt. Sunt præterea quàm plurima alia  
per Birgerum Ostrogothum magnificè gesta, quæ osten-  
dunt, ipsum plus utriq; regno præfuisse, quàm multos an-  
te eius tempora Reges. Inter quæ silendum non est, quòd  
semper prudentes præfectos per totum principatum or-  
dinauit, à quibus populi magis ad publicam, & priuata com-  
moda instruebantur, quàm exactionibus opprimebantur.  
Quod si nostro tempore seruarietur, felicem Rempubli-  
cam haberemus, qui uix eius uestigium cernimus. Ego au-  
deo polliceri, quòd si sapientes præfecti per terras illas con-  
stituerentur, qui scirent & uellent commoditates à natura  
concessas, ad publicam patriæ utilitatem conuertere, insi-  
da

*Stocholmia à  
Birgero Ierl  
fundata, &  
erecta.*

*Stocholmia præ-  
sidium totius  
regni.*

*Birgerus Ierl  
prudētes præ-  
fectos insti-  
tuit.*

*Præfecti mali-  
jug gillan-  
tur.*

*Præfecti malis  
patria desola-  
tur.*



finem decem annorum tam felicia efficeret illa duo regna, ut ad multa centena millia increuisse uiderentur. Quot enim comoda accrescerent ex sola deriuatione aquarum que possent ab ingratu uicinis auerti, & ad communem utilitatem, defensionemq; patrie facili negotio conuerti. Taceo de illis uastis nemoribus, & saltibus cum magno dedecore, & damno desertis, in quibus terra est optima, & serendis frugibus aptissima. Nec desunt homines, si a prudentibus Principibus recte in omnes partes terrae distribuere. Effectq; ante omnia prouidendum, ne mancipia ex Finlandia, uel alia parte Suetiae, in exteras terras cum grauius regni opprobrio deportarentur. Quis sapiens unquam mihi negauerit, quin nimis ineptum sit illud ignauorum praefectoru praecipuum, quo prohibent equos extra patriam efferi, homines uero passim, & liberè in alienas terras turpem seruitutem deportari permittunt quasi non Regi summus rubor, plus curare equos, & bestias, quam homines in spem patrie genitos, & educatos. Taceo similes utilitates quasi infinitas, quibus optime patrie perspicientes Principes prudenter, & efficaciter consuli possent. modo suo officio magis, quam coaceruandis pecunijs intenderent. Sed de his alibi latius.

## CAPVT XX.

**T**andem hic clarissimus dux Birgerus currente anno à nato Christo MCCCLXVI. non sine publico conuiuium bonorum planctu diem clausit extremum. Sepultus apud suos Ostrogothos in monasterio Aluastra, in Regum monumentis, ad latus suae consortis biennio ante defunctae. Eodemq; anno Guido S. R. E. Cardinalis, & Summus Pontificis Urbani quarti legatus ad Calmarniam peruenit. Cuius negotia quae fuerint, & quem effectum accepertint, oportet

opportuniore loco dicemus. Interim res Sueticas continuaturi, inuenimus regnum Valdemari post prudentissimi patris occasum, multis uarijsq; modis ad ruinam irreparabilem praecipitatum fuisse: ad quod nimium cooperata fuit superbissima illa Danica Regina Sophia: à qua cum tres ipsius Regis fratres, Magnus, Benedictus, & Ericus, non solum non amarentur, sed ut uiles homines contemnerentur, de hereditarijs bonis diuidendis cogitare ceperunt. Diuiso igitur patrimonio, quod eis amplissimum à patre Birgero relictum fuerat, ad feudalia bona ex aequo & iusto diuidenda se conuerterunt. Itaq; Benedictus, cum esset in Episcopum Lincopensem designatus, nihil praeter ducatum Finlandiae ambiuit. Erico etiam ad bonorum uiro rum arbitrium non contemnenda regni portio attributa est. Magnus autem dux Sudermanniae, aliarumq; terraru Princeps effectus, cepit se in omnibus operibus ita magnifice, & sapienter gerere, ut omnium oculos in se cum summa admiratione conuerteret. Cum enim uideret Regem fratrem suum ignauos consiliarios admittere, atq; in pretio habere, ipse diuersa uia incedens, prudentiores, qui in toto regno inueniebantur, in suam familiaritatem assumpsit: factumq; est, ut aula ducis in nullo uideretur Regia Maestate inferior. Quocirca Rex, concepta indies maiore in fratrem inuidia, non solum occultè, sed palam ostendit, sibi fraternalis fortunae felicitatem uehementer displicere. Regina quoq; (ad cuius probitatem spectasset, odia inter fratres extingueret) non modo conceptum odij fomitem non extinxit, sed additis maioribus fomentis acrius imprudentem Regem in fratres accendit. Nec id occultè fecisse contenta, sed palam, & ubicunq; sermo de eis incidebat, conuictijs, contumelijs, & improprijjs eos afficere uoluptatis loco duxit, nimiam se potius, quam Reginam ostendens. Enim-

Valdemari regnum mortuo eius patre Birgero periclitatur.

Sophia Regina superbissima.

Valdemari fratres paternam hereditatem diuidunt.

Benedictus Episcopus Lincopensis dux Finlandiae.

Magnus dux Sudermanniae clarissimus.

Magni ducis claritudo Regem ad inuidiam prouocauit.

Sophiae Danica insolentissimi, & pessimi mores.

Aquarum deriuatio.

Terra ob praesidium ignaua deserta.

Finni indignissime transportantur, et venduntur.

Principum magna uia taxatur.

Anno 1266. Birgeri Ierl mors, & sepultura.

Cardinalis Guido ad Calmarniam peruenit.

uerò ducem Magnum, quòd parum candido, & flauo capillo esset, faciemq; subnigram, & macram præ se ferre cacaborum reparatorem, Ericum uerò ineptum, atq; insensum contemptum, & scurriliter appellare consuevit, exemplum cæteris Regis satellitibus idem audendi relinquens. Nec eos in colloquium admittere dignata, inextinguibili odio se in eos ferri patefecit. Sed Deus omnia iustus dispensans, permisit eam unà cum suo marito ad eam infamiam corruere, quam nulla unquam tempora poterat abolere. Magnum autem tam gloriosum regem effecit, ante cum pauci, post uerò nulli tam probi, & magni fuisse memorentur.

## CAPVT XXI.

*Iutha uirgo Danica Sophia Regina soror.*

**A**ccidit enim Reginae sororem Iutham, uirginis aciosissimam, ex Dania in Suetiam cum magno apparatu, & Regia pompa aduenire, uisendæ sororis causa: quam Rex Valdemarus, missis in occursum eius nobilibus proceribus, & matronis, tanta beneuolentia excepit, acceptamq; in palatium suum induxit, ut maior honor aliam uirgini, quantumuis illustrissimæ, à Rege impendi nequisset. Sed suberant maligni demonis insidiæ, quibus Regina & Reginae extrema perniciës parabatur. Rex enim familiarius, quam honestius cum ea conuersando, ad nefarium stupri libidinem infelicissimo casu deuenit, prolemq; ex eo in perpetrati flagitij testimonium suscitauit. Quo uno, & enormi scelere, seipsum omni honestatis opinione exiit, legitimi tori iura corrupit, illustrissimam uirginem uiolauit, sororem sororis pellicem effecit, Deumq; in publicam totius regni uindictam prouocauit. Tum infelix illa, & nimis superba Regina, satis habebat suæ faciei rugas ex acerbissimo dolore contractas, omisso alienæ nigredinis indicio, con-

cio, contemplari. Erat tamen mater trium liberorum ex Valdemaro susceptorū: quorum primus erat Ericus, quem prematura fata (forte ob paterna flagitia) eripuerunt. Filia uerò Richesa tradita est in matrimonium Primislao Pomeraniæ duci, qui postea factus est Rex Poloniæ, ipsaq; Regina: et filiâ ex eo genuit, Poloniæ & Bohemiæ Reginam: postquam ea generatio (ut historiæ Polonorum testantur) cessauit. Altera autem filia Marina maritum sortita est illustrem Principem de Deuenholt. Celebratæ sunt utriusq; filia nuptiæ pariter in oppido Nicopensi: à quo loco, post abundantissimam dotem à patre acceptam, cum Regia, & sumptuosissima pompa ad terras maritorum suorum honestissime ducebantur. Interea crescentibus annis, fratrum illud odium inter Regem, & fratres eius, maiora incrementa suscepit, quam quòd posset aliquo humano ingenio extingui. Habitus tamen est maximus in ciuitate Strengensibus eisdem Rege, & fratribus, omnes regni Pontifices, unà cum tota procerum multitudine, summoperè nitebantur illam fraternam necessitudinem tam periculose collapsam, & quasi radicitus auulsam, resarcire: maxime autem ad id totos animi sui neruos frater eorum Benedictus Episcopus Lincopensis extendit, qui ducatum Finlandiæ, & omnia sua patrimonialia bona in eorum manus obtulit, ut in mutuam, & fraternam gratiam redire uellent. Sed inane erat, quicquid illi Regi suadebatur, quem Deus ne amodo regnaret, abiicisse uidebatur.

## CAPVT XXII.

**M**agnus itaq; desperata penitus cum obstinato fratre concordia, sese, accelerato per Ostrogothiam itinere, recepit in Daniam, datisq; liberalissimis stipen-

*Richesa Suetica sit Regina Poloniæ.*

*Marina filia Valdemari.*

*Fraternū odiū inextinguibile.*

*Comitia Strengens celebratur 1275.*

*Benedictus Episcopus Lincopensis, & dux Finlandiæ.*

*Magnus ad Daniam fugit.*

Anno 1276.

Magnus dux  
Vesgothiã in-  
greditur.

Valdemarus in  
bellum contra  
fratrẽ progre-  
ditur.

Valdemarus fu-  
peratus fugit  
ad Vermelan-  
diam.

dijs, maximũ Danorũ, Teutonũq; exercitũ cõflavit, anno  
Christi M C C L X X V I. Danico etiam Regi Erico pro-  
centum armatis mille puri argenti libras rependit, reperi-  
surus post uictoriam duplum. Deinde tot militum copiam  
subnixus, Vestrogothiam ingreditur, palãm affirmans,  
aut in eo praelio moriturum, aut regnum Suconum à ma-  
nibus tam ingrati Regis erepturũ. Quo audito, Valde-  
marus, resoluta immodico risu bucca, respondit: Aliquid mi-  
nus in eius sortem, quã regnum adueniet. Congregatur  
in infinita populi multitudine, constituit in Vesgothiã  
li fortunam experiri: quam etiam sibi unã cum certa uictoria  
firmiter polliceri potuisset, si prudentiam cum tanta  
potentia cõiunxisset. Premisit enim satis imprudenter  
regnam populi multitudinem, cum ipse interim electissimam  
militiam succinctus, nimis lento gradu, & cuncta abundantia  
mo incederet, pausanq; & somnos, ac crapulam (in qua  
te Marte) in Romundaboda captaret. Interea enim multi-  
tudo, quæ sine ductore premissa fuerat, ab exercitu  
Magni in ulla Houa anno Christi M C C L X X V I.  
peratur, & repellitur. Magnusq; uictoria potitus, uirum  
& animose processit, cuncta resistentia prosternens, pro-  
fatus, se uenturum, ut fractos Reginæ cacabos repararet  
occupassetq; ex improviso Regem dormientem, & Ro-  
nam ad scacos ludentem, nisi quidam equitum ex am-  
pugna ad Regem præcipiti cursu aduolasset, uulneraq; ce-  
cepta ei ostendens consuluisset, ut paululum regressus  
citum repararet. Sed ille, ut erat improuidus, & metico-  
sus, atq; in rebus bellicis minus expertus, confestim ad  
gam se conuertens, non quieuit, donec clam deserta sua  
lectissima militia, ad deserta Vermelandiæ perueniret.  
Quo comperto Magnus ex suis expeditissimos post ter-  
fugientis emisit: qui ipsum in quadam uilla cœnantem,

omnia quasi securè agentem comprehenderunt, atq; ad du-  
cem, qui interim sibi regnum subijcere festinabat, celerius  
adduxerunt. Quò adductus Valdemarus, primum sup-  
plex effectus, misericorditer secum agi rogabat: deinde re-  
gnum ad manus fratris reponens, asseruit se priuata uitæ  
sorte contentum, dummodo sibi saltem medietas ex pater-  
na hereditate permitteretur. Tum dux Magnus suæ inna-  
tæ bonitatis rationem habens, respondit: Scio quia fratres  
sumus, & nimis inhumanum esse, fraternam necessitudi-  
nem uiolare. Quocirca si me in meo iure liberum permi-  
sisses, nec me tam graui odio ad tuæ coniugis suggestionem  
persecutus fuisses, nequaquã hoc bellum in te suscepissem.  
Agam tamen tecum ea, ad quæ me deducit humanitas, ut  
omnes cognoscãt, me maximis beneficijs maximas iniurias  
compensasse. Statimq; cõuocatis proceribus, & regni cõsi-  
filiarijs, assignauit ei totum regnum Gothorum, contentus  
in regno Sueonum, sopitis illius domesticæ discordiæ fo-  
mentis, regnare. Itaq; restituta fratrum concordia,  
totã patria cumulatissimo gaudio affecta  
exultauit.

Valdemarus ca-  
ptiuatur.

Magni humani-  
tas in uictum  
fratrem.

Z 4

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V.

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; liber  
uigesimus.

## CAPVT I.

Magnus Lada-  
laos 132. Rex  
internus.

Vccesit deinde in utroq; regno Magni  
cognomento Ladalaos, anno Christi M.  
CCLXXVII. postquam eius frater Valde-  
marus inutilis, & perniciosus Rex, publi-

Magnus Regia  
corona insigni-  
tur ab Archie-  
piscopo Vpsa-  
lensi.Magni Regis mu-  
ptia.Helugis Regi-  
nae optimi mo-  
res.

co, & iustissimo omnium ordinum iudiciali  
Regio folio amotus esset: regniq; diademate à Folchom  
chiepiscopo Vpsalensi die sancto Pentecostes insignia  
Deinde eodem anno in medijs diebus mensis Nouem-  
nuptias, in oppido Calmarnensi, ducta in coniugem Helu-  
ge uirgine nobilissima, Gerardi Holsatiæ ducis filia, cele-  
brauit: quæ tantum ob suas eximias uirtutes ab omnibus in-  
lis commendabatur, quantum Sophia Danica ob non ferren-  
dam superbiam, & morum difficultatem, à cunctis con-  
temni merebatur. Peractis his nuptijs, Magnus prægra-  
dem exercitum aduersus Ericum Danorum Regem educa-  
re festinauit. Cuius belli causam quidam inde prodijisse  
firmant, quod Ericus argentum illud à Magno pro centum  
equitibus stipendio promissum, nimis importunè extor-  
quere nitentur, cum interim Magnus assereret, numerum  
militum ad promissum pretium minimè ascendisse. Prete-  
rea à Schoningiam, Hallandiamq; Gothici regni partes, sine  
ante solutionem restitui postularet. Verum quia illas sine ar-  
mis recuperare nequirit, prælium in Schoningiam trans-  
ferebat. Vastata igitur utraq; terra, uictorem ab incruen-  
to bello

to bello exercitum reuocauit, occasionemq; & causam præ-  
stitit, ut Ericus de uindicta in terras Sueonum inferenda  
cogitaret. Sed cum optimè nosset, Suetiam hostilibus armis  
minimè superari posse, nisi prius domestica discordia la-  
befactetur, missis clam nuntijs, persuadet Valdemaro, se uelle  
eum in amissi regni solium collocare. Qua uersutia imprudè-  
tissimus Valdemarus iterum seductus, Danicæ factionis par-  
tibus se uelocius quam feliciter sociauit, aperteq; se Magno  
opponens, significabat ei, se de diuisione regni pridè facta  
minimè contentum esse: sed secum firmiter statuisse, aut to-  
tum recuperare, aut toto carere. Deinde uenientibus Da-  
norum copijs adiunctus, publicum totius patriæ hostem se  
exhibere non erubuit, Vefgothiam, Finuidiam, Verendiam  
ferro, flammaq; deuastans. Nec sacrosanctis ecclesijs, aut  
locis consecratis pepercit, immò ecclesiam Cathedralem,  
& ciuitatem Vexionensem incendio consumpsit. Damnum  
tamen ecclesiæ, datis ei prædijis Tollagarn in sempiternam  
possessionem, compensauit.

Sueci & Gothi  
sine domestica  
discordia in-  
superabiles.Valdemari Re-  
gis inconsan-  
tia.Valdemari cru-  
delitas in pro-  
prios subditos.Vexio.  
Tollagarn.

## CAPVT II.

Interim tamen cum Verendiam tam cruentis armis op-  
primeret, & auxiliares copie ex Dania aduenirent,  
aderant etiam ex improviso Sueci, quos strenuissimus prin-  
ceps Vlfö Caroli adduxit: subitoq; in Danos comestationi  
& crapule indulgentes irruerunt, & magna eorum parte  
captiuata, Valdemarus Daniam fuga elapsus accessit. Præ-  
cipui autem inter Danos captiuos erant, Palno. Albus, &  
Benedictus de Alsne, antè multis uictorijs clari. Hos & cæ-  
teram captiuorum turbam, quæ non parua erat, Sueci in  
Daniam redire permiserunt, data fide, quod anno elapso  
in Sudercopiam Ostrogothorum oppidum, more capti-  
uorum reuerterentur. Nec multo post tempore Valdemarus

Dani uicti fuge-  
runt.Valdemarus ite-  
rum belli alea  
tentat.

Danico Rege Erico, & immenso exercitu sociatus, Vestrogothiam intrauit, totamq; incēdijs, direptionibus, cædibus inhumaniter deuastauit, & penè desolauit, cum interea Magnus contra Danos se opponere non curaret, asserens ipsam Vestrogothiam in diuisione regni ad Valdemari sortem deuenisse, qui etiam potuisset sine Danorū auxilio terram propriam in solitudinem redeuisse. Igitur postquam Valdemarus & Ericus considerarent, Magnum aperiendam pugnam detrectare, per eandem uiam, qua uenerant, pariter in Daniam redierunt. Adhibuere tamen utriusque partem principes suas operas, ut Magnus soluto argento, siue stipendio, quod Danorū militibus debebat, in amicitiam cum Erico rediret. Interea cum hæc fierent, aut circa eorum principium, mortuus est Ericus, duorum Regum, Valdemari et Magni frater, & sedes Archiepiscopalis ex antiqua salia in nouam translata, ibiq; Metropolis constituitur, quondam fuerat præcipua cultura idolorum. Ceterum Rex Magnus, quo magnificentius suam familiam augere, & Regiam maiestatem clariorem efficeret, amplissimis stipendia proponebat. Quo factum erat, ut militum professionis homines, quorum honor maxime præmijs litur, certatim in eius famulitium confluere: inter quos non pauci ex Teutonibus, & Danis in eius militiam conscripti fuerunt. Qui quoniam adulando, & applaudendo plurimum ualebant, præcipuum familiaritatis gradum in aula Regia ante Sueonum nobiles, qui à talibus artibus minime sunt alieni, affectu fuerunt.

## CAPVT III.

Suetia nobiles  
tardi ingenij.

**S**unt quippe nostri nobiles Sueci tardioris ingenij, Sueracioris, quam sunt externi. Qui quidem externi cum nec leges, nec mores patriæ norunt, ad consulendum

de aliena Repub. imprudentissimè admittuntur: plerumque etiam ob enormia facinora, aut ob insolubiles obligationes, apud suos locum honestum minimè inuenientes, in Suetia super capita nobilium, & prudentissimorum uiro- rum, ab imprudentibus Principibus statuuntur: quemadmodum huic Regi Magno euenit, ad quem quidam nobilis miles Petrus Porse, ex Dania ob sua enormia flagitia proscriptus, peruenit: qui confestim ad summam Regie familiaritatis gradum admissus, non solum regionum arcanorum particeps effectus est, sed credita est illi arx fortissima: à qua etiam intolerabilem in subditos tyrannidem exercebat. Sed audiamus, quam egregiè sese, quisnam esset, aperuit. Cum enim idoneam occasionem nactus esset, ut exquisitis uerborum blandimentis Regiam simplicitatem illaquearet, supplex orabat, ut in arcem sibi creditam se solatij causa recipere dignaretur: consensit generosi animi Rex perfidissimo proditori tam nequiter se humilianti: & paucis comitatus uernaculis, arcem intrauit. Tum Danus suæ malignæ naturæ memor, summam fraudem summis blandimentis primum occultabat: deinde Regem in omnem hilaritatem resolutum, inter hospitalis mensæ sacra captiuauit, captiuatumque in arctum locum detrudit: nec eum inde egredi permisit, donec argentum Danorum militibus ratione stipendij debitum persolueret, seq; iureiurando astringeret, ne unquam hanc offensam ad uindictam reuocaret. Dura quidè hæc erant homini Regi, qui libertatem à fugitiuo & perfido mancipio redimere coactus, arcem Lodosensem eidem cum omnibus Regalibus prouentibus assignauit, nihilq; de solito erga ipsum fauore, ne iusurandum uiolaret, imminuit. Quo facto, heroicæ patientiam, an singularem ignauiam ostenderit, à plerisque dubitatur. Nec inde cautior effectus,

Externi imprudenter præcipientur incolis.

Petrus Porse Danus Regem inuitat, & captiuat.

Magnus Rex à proditore Danico captiuatur.

Valdemarus & Ericus Reges in Daniam fi-  
giunt.  
Cõcordia inter Reges Suetia & Dania.

Ericus Birgeri ducis filius moritur.

Magni regis magnificencia.

Filij regni eiciuntur foras.

*Ingemarus Da-  
nias sororius  
Regis.*

*Folchungi alie-  
nigenas apud  
Regem crimi-  
nantur.*

*Magnus Folchun-  
gi trahitur.*

*Folchungi Inge-  
marum incre-  
pant.*

Ingemarum quendam Danum in tantam amicitiam & familiaritatem assumpsit, ut data ei in coniugem sorore, vel consanguinea sua Helena, omnibus regni nobilibus ipsum pretulisse uideretur: tamq; magnifica dote ornauit, ut de omnibus prodigus poterat iudicari. Quocirca Sueonum nobilissimi, praesertim illi, qui de Folchungorum familia erant, Regem adeuntes, summo perè hortabantur, ut, habita suorum procerum ratione, ita externos promoueret, ut incolis, & benemeritis ciuibus iniuriam intulisse notaretur. Habet, inquiunt, Suetia & Gothia uiros ad arma magis, quàm ad blandiloquentiam natos, qui suam uitam pro te, ô Rex, quandoquaque necesse fuerit, uiriliter exponant. At isti homines, quos scelera, & crimina ad te ex propriis eorum terris extruserant, nec uestigium fidelitatis erga te, aut nos, aut patriam nostram habere possunt, immò nec uolunt. Quippe mentiri, & fallere, inter sordes, & uitiam ducunt. Quocirca serenissime Rex consulimus, ut pro tua, & publica omnium tuorum salute, atque honestate, meliore, ac honestiore instituto hos tuos mores commutare contendas. His liberius, quàm efficacius coram Rege propositis, Rex ipse, perinde ac si fuisset importuno alloquio offensus, iram contraxit, unde sanio rem animi sui affectum colligere debuisset. Ipsi tamen iustissimum dolorem suum, & totius nobilitatis, ac patriae ignominiam auersuri, Ingemarum seorsum alloquuntur, monentq; ut se modestius gerat, nec se tam superbe, & temere alijs, quos nec sanguinis nobilitate, nec rerum gerendarum industria superaret, praesumere conetur. Sed cum nullum modestius responsum ab eo, quàm pridem ab irato Rege assequi poterat, ad impacabilem iram prouocati discesserunt, opportuniora remedia contra extraneorum insolentiam quaesturi.

CAPVT

## CAPVT IIII.

**I**nterim uerò accidit eundem Ingemarum ad ciuitatem Scarensensem in Vestrogothiam cum Regina Heluige ex Suetia descendere: ad quæ locum etiam Folchungi conuenientes, omnia consilia sua eò conferebant, quò possent se, & patriam suam ab exterorum iniurijs uindicare. Subitaq; irruptione in hospitium Gerardi Comitis, qui nuper ex Holstia cum filia Regina locuturus aduenerat, facta, ipsum Ingemarum ibi in primo aggressu repertum, crudeliter trucidauerunt. Gerardum uerò Comitem captiuantes, uelocissimoque cursu transportantes, in munitissimam arcem Impseborg incluserunt. Regina autem, dum hæc fierent, in uicinum monasterium Prædicatorum effugiens, periculum euasit. His peractis, Folchungi collectis bellicorum copijs castrum Ionacopense inuictissimum dura obsidione cinxerunt, atque in suam partem Valdemarum Regem, antea à regni administratione iustissime amotum, attraxerunt. Quo audito, Magnus uehementi dolore concutitur, tam ob casum Comitis, & maximum Regine periculum, quàm ob suam, totiusq; regni salutem, quam uidebat ad graue & presentissimum discrimen adduci. Nouit enim ingentem esse in regno potentiam Folchungorum, quæ etiam ob Valdemari accessum formidabilis atque inuicta fieri posset. Sed erant in consilio eius Dani, qui ipsum omnia feliciora sperare iubebant, si eorum consilijs admodum opportunis obtemperaret. Sciebant enim Sueonum crudelitatem uerbis decipi posse, uiribus autem superari non posse. Quocirca Rex à talibus consiliarijs persuasus, incepit Folchungos plurimum commendare, quòd opus fecissent sempiterna laude extollendum, eosq; de medio sustulissent, qui regno plus oneris, quàm honoris, aut utilitatis afferrebant: multaque similia tum

*Folchungi Inge-  
marum occi-  
dunt.  
Gerardus Co-  
mes captiua-  
tur.*

*Ionacopense  
arx.*

*Danica consilia.*

*Suetica crudeli-  
tas.*

Per literas, tum per nuntios apud eos agebat: quibus illi imprudentissimam credulitatem adhibentes, exercitum à bello, & Comitem à captiuitate soluerunt. Tandem anno Christi MCLXXX. suauissimis literis à Rege inuitati, ad ipsum in ciuitatem Scarensem, & ad idem hospitium, quo eadem Ingemari peregerant (quod uulgò Gellaquish dicebatur) conuenerunt: quos confestim ut aduenissent, Rex comprehendi, comprehensosq; ad ciuitatem Holmensen duci mandauit: ubi duces eorum præcipuos, Ioannem Philippum, & Birgerum fratrem eius, ac Ioannem Caroli, capite plexos trucidauit. Philippus uerò de Rumbi dissi- culter mortem euasit: siquidem toto patrimonio suo confiscato uitam redimere coactus est. Et ita Folchungorum familia, quæ ciuitates, & regna concutere posse uidebatur, repressa & penè extincta defecit. Nunquam enim præstè ad eam potentiam, à qua tunc cecidit, ascendit. Præ- tamen, quam hæc fierent, Folcho Archiepiscopus Upsalensis in fata concessit: atque in eius locum Iacobus Erlandi anno Christi MCLXXVII. surrogatus est: quem etiam præmatura mors in quinto anno sui Pontificatus absumpsit, succedente in eius locum Ioanne Adolpho, quemadmodum nostra historia Metropolitana satis ostendit.

## CAPVT V.

**M**agnus igitur à domesticis illis, & nimis periculosis insidijs liberatus, adiecit animum, ut etiam cum uicino Danorum Rege Erico ad firmiorem concordiam rediret: descenditq; ad limites, quibus Vestrogothia à Schoningia separatur, expectatus ibi à Rege Erico, qui ad eum locum totius Danici regni nobilitate comi-

tatus præcesserat. Sed non minore Gothorum & Sueo- num pompa Magnus sociatus accessit. Facta fuere in eo Principum conuentu multa pro publica Regum, & regnorum pace, ac concordia. Nec defuere militaris disciplinae exercitia, quibus Sueones & Dani sese hinc inde ad hastiludia prouocabant. Erat autem inter Danie proceres quidam Magnus Dysauald, qui uerbis, quam uiribus abundantior, singulos Sueonum nobiles ad singulare certamen ex postulabat, leoninamq; fortitudinem præ se ferre uisus, equum, & centum marcas puri argenti in præmiū certaminis reponebat, si uictus pugna excessisset: quæ ex Sueonibus Erenghisus Plata primo impetu procul ab equo deiciens superauit, equumq; & argenti in uictoriae præmium recipiens, documento Danis esse poterat, Sueones magis uiribus, quam uerbis instructos ad prælia deuenire. Itaque Dani, uiso occasu sui Achillis, à torneamentis, & uerborum iactantia quieuerunt. Deinde ambo Reges, Magnus & Ericus, transacti temporis odia firmissimo amicitiaæ fœdere permutantes, uniuersos utriusque principatus populos maxima, & diu expectata letitia affecterunt. Egitq; Ericus apud Magnum, ut Valdemarus in gratiam receptus, de cætero ex solo patrimonio suo uiuens, uitam ageret priuatam, & tranquillam: quod facile fuit à benignissimo Rege impetratum. Sed inane erat omne beneficium, quod in hominem illum, qui tam instantis & perditæ mentis erat, conferebatur. Voluisset profectò Magnus totius regni gubernacula eius administrationi restituisse, sed obstabat publica totius patriæ utilitas: obstabant etiam omnes regni senatores, quemadmodum hæc literæ eorum de uerbo ad uerbum adductæ, satis ostendunt: Benedictus Dei gratia Episcopus Lincopensis, & Finlandiæ dux, Magnus eadem gratia electus Upsalensis,

Conuentus Regum  
Suetia & Dan-  
cia.

Magnus Dysa-  
uald Danus.

Erenghisus Pla-  
ta Suecus.

Valdemarus i-  
terum reconcilia-  
tur Regi.

Anno 1280.

Folchungi inui-  
tantur, & ca-  
ptiuantur, ita-  
demq; occidu-  
tur.

Gellaquish.

Folchungi deleti.

Folchonis Archi-  
episcopi mors.

Iacobus Erlandi  
an. 1277.

Ioannes Adol-  
phi.

*Cōsiliarij regni  
Valdemarii cō  
demnant ob  
eius inconstan  
tiam.*

ceteriq; consiliarij. Sanè confitemur, & publicè profite-  
mur, nos illustri domino nostro, domino Magno Dei gra-  
tia Sueonum Gothorumq; Regi, salubriter consuluisse, &  
modis omnibus suggestisse, quòd dominum Valdemarium  
fratrem suum (quia omni iure, quod in regno nostro di-  
noscebatur possidere, liberè renunciato, memoratum re-  
gnum nihilominus interdum per se, & suos, nec nò alieno  
attentauerit immaniter perturbare: qui etià dimissa uxore  
propria, & legitima, quasi mète captus, & suæ famæ pro-  
digus, & antiqui hostis suggestione, & instinctu, formida-  
ne diuinæ ultionis minime refrenatus, mulierculis uulibus  
interdum per coitum damnatum, quandoq; etiam scelerati  
adulterij publicè adhaerebat, contemnens ad salutarè pro-  
latorum regni monitionem ab earum nefario cōsortio re-  
sistere: & ad tantam uergebat ignominiam, atque inopia,  
ut in alienis partibus degere cœpit uagabundus, in nu-  
mum suæ animæ præiudicium, & scandalum plurimum  
usque ad emendationem uitæ suæ, & morum reformatio-  
nem, deputatis ei seruatoribus competentibus, faciat cap-  
diri. Datum anno Domini MCCLXXXV.

Ab. 1285.

## CAPVT VI.

**D**Einde Magnus, habitis his literis à toto regni ser-  
uato, non statim fratrem custodiæ mancipauit, sed  
tertium annum, si fortè mores suos emendaret, expectan-  
dum putauit. Quo termino elapso, cum nullam spem melioris  
uitæ ostenderet, à fratre comprehensus, atque in aream  
copensi inclusus, ex ignauo Rege captiuum mancipium  
fieri merebatur. Cæterum inter eosdem Reges, Magnus  
& Ericum, constitutum erat, ne alter alterius regni trans-  
fugas, & rebelles colligeret, aut ullo patrocinio adiu-  
uaret, sed sibi mutuo auxilio contra quoscunque hostes pro-  
uiderent.

*Valdemarus ca-  
ptiuatur, &  
custoditur.*

uiderent. Præterea, ut inter regna aliquando firma, & per-  
petua concordia restitui, uel institui posset, affinitatis ne-  
cessitudine eam procurare conabantur, promissa per Da-  
niæ Regem filia in matrimonium primogenito Magni Bir-  
gero. Silendum quoque non est, Regem Noruegiæ Ericum  
unà cum Erico Danorum Principe constituisse hunc Re-  
gem Magnum iudicem in causis grauissimis, quæ inter eos  
uoluebantur: quas Magnus in oppido Calmarnensi ita iu-  
dicauit, ut uterq; Rex iuste iudicatum fuisse fateretur. Tam-  
dem postquam Magnus domi & foris à diuina benignitate  
pacem obtinisset, cogitabat reliquum mūdani regni cur-  
sum ita ordinare, ut ab æterni regni felicitate minimè se-  
cluderetur. Quocirca plura monasteria, & ecclesias fun-  
dauit, sacerdotiaq; & prouentus ecclesiasticos instituit,  
quàm omnes Reges, qui post eum usque ad nostra tempo-  
ra peruenerunt. Immo nisi ipse tam liberalis & magnificus  
in augendis ecclesiarum prouentibus fuisset, nequaquã no-  
stri infelicitissimi temporis Principes, ne dicam sacrilegi, tam  
diuites, & inelyti ex ecclesiarum spolijis cuassissent.

*Affinitas Princē-  
pum causa pa-  
cis.*

*Magnus duorum  
Regū causam  
indicat.*

*Magnus ad au-  
gendū diuinū  
cultum se con-  
uertit.*

## CAPVT VII.

**P**rimum igitur monasterium uirginum in honorem  
S. Claræ uirginis prope mœnia ciuitatis Stocholmæ-  
sis fundaturus, magnam Principum multitudinem, etiam  
ex ultramarinis partibus, ad grande conuiuium in eum  
locum inuitauit: exhibuitq; in loco fundandi monasterij  
plurima militaris disciplinæ spectacula: atq; inter cætera  
memorabilia opera, Birgerum filium suum primogenitum  
equestris militiæ cingulo decorauit: deditq; ei autoritatē,  
ut cæteros, quos dignos putaret, eisdem militaribus insigni-  
bus decoraret: qui cōtinuò Albertū ducem Brunswicensē  
in eo loco præsentem, simulq; alios nobilissimos proceres

*Magnus mona-  
sterium S. Cla-  
ræ erecturus,  
solennem con-  
uēium pro in-  
ternis et exter-  
nis Principi-  
bus Holmiæ  
instituit.*

*Albertus dux  
Brunswicensis*



à filio Regis  
Suetiæ militiæ  
cingulo deco-  
ratur.

Magnus filiam  
suam mona-  
cham efficit.

Monasteriū mi-  
norū Holmiæ.

Monasteria Ar-  
bogeje & Lin-  
copense.

Monasteriū vir-  
ginum Sche-  
ningiæ.

Monasterium  
Montismariæ.

Magni ingens  
in diuinū cul-  
tum affectus.

Magni in Chri-  
sti ministros  
pietas.

S. Brunolphus  
Episcopus Sca-  
rensis.

numero quadraginta ad militariē honorē prouexit. De  
de monasterio quā celerrimē, & sumptuosissimē com-  
to, diuinoq; cultui cōsecrato, uirgines S. Francisci regulæ  
profidentes induxit: quarū sancto collegio filiam suam  
rissimam, uix septimū ætatis suæ annū ingressam adiuua  
collatis abundē in eum locum prouētib; , qui apud om-  
posteros testantur, eum fuisse Regem magnificum. Simi-  
erga Deū pietate ductus, circa aliud latus eiusdē ciuitatis  
monasterium pro fratrib; S. Francisci erexit: in quo  
dem gloriosam meruit sepulturam. Tertium uerō eiusdē  
professionis fratrib; in oppido Arbogensi erigendū  
rauit. Quartum quoq; in ciuitate Lincopensi ad usum  
rundem fratrum ab ipso ædificatum aspicitur. Est & ali-  
num monasterium in honorē S. Domini eius opera,  
impensa in oppido Scheningensi fundatum. Nec longè  
monasterium Mōismariæ pro uirginibus erexit: ceterū  
multa, immò plurima templa, & sacra loca ab eius cura  
in Deum, & diuinum cultum pietate constructa uidentur.  
Vix enim in amplissimo Gothorum & Sueonum prima-  
tu ecclesiæ, aut monasteriū, immò uix sacellum, aut aliquid  
aliquod inueniebatur, quod non fuerat eius liberalitate  
natum, aut magnificē dotatum. Ceterum in clerum, & ec-  
clesiæ libertatem pio, atque integerrimo studio ferebat  
summo perē contendens Christianum sacerdotium per  
mnes terminos imperij sui adeo felix efficere, ut nec Dan-  
nec Teutones, nec aliæ terræ, liberaliores in Christi eccle-  
siam uideri potuissent. Fatendum tamen est, inter eum, &  
diuum Brynolphum Scarensem Episcopum, ex illustri  
chuzgorum familia natum, aliquando grauem controve-  
rsiam incidisse. Sed cum Rex multis argumentis consider-  
set eius sanctimoniam, & uitæ integritatem, prostratus  
pedes eius, suppliciter ueniam impetrauit. Quis autem

quā gratiosas literas sub suæ maiestatis sigillis in fa-  
uorem & conseruationem cleri, atque Ecclesiæ libertatem  
ædidi, hic forte in medium afferrem, ostenderemq; Gotho-  
rum & Sueonum Principes semper fuisse sempiterna lau-  
de dignos, quod suæ gentes sacerdotes in summo honore  
præ ceteris nationibus habuerint, nisi hac nostra infelici  
tempestate tam infamis licētia subiret perferret, ut inter præ-  
clara opera habeatur, antiquorum Regum priuilegia in  
fauorem ecclesiarum concessa, rumpere, aut rapidis flam-  
mis abolere. Sed an hæc bonum finem sortiantur, futura  
tempora palam ostendent.

## CAPVT VIII.

Tandem hic optimus Rex in senium uergens, comi-  
tia in oppido Scheningensi celebrauit, in quibus  
Birgerum filium suum natu maiorē, in utroque regno suc-  
cessorem eligi procurauit, anno Christi M C C L X X X I I .  
consentientibus omnibus utriusque regni senatoribus: qui  
etiam suam fidem nouello Regi Birgero iureiurando obli-  
gauerunt, ut ipsum post patris fata in regni solio colloca-  
rent, & conseruarent. Quo factō, missi sunt solennes ora-  
tores, qui Daniæ Regis Erici nuper occisi filiam Birgero  
coniungendam adducerent: quæ cum nondum nubilem an-  
nos attigerat, in gynæcio Regine Heluigis ad idoneam æ-  
tatem educatur. Estq; uicissim filia Magni Ingeburgis data  
Erico Danorum Regi, prioris Erici filio, in coniugem:  
quæ inter optimas eius regni Reginas meritō connumerat-  
tur. Testatur Saxo, & reliquæ Danorum historiæ, omnes  
Reginas ex Suetia in Daniam adductas, semper fuisse opti-  
mas, & maximam utilitatem Danico regno præstitisse, ea-  
rumq; maritos ad summam rerum gestarū gloriam perue-  
nisse: quemadmodum hic Ericus, qui in Magnopolenses &

Suetia & Go-  
thiæ Reges in  
Christi mini-  
stros olim libe-  
ralissimi.

Birgerus in Re-  
gem eligitur.  
An. 1282.

Margareta Da-  
nica fit uxor  
Regis Birgeri.

Ingeburgis Sue-  
tica fit coniū-  
x Regis Daniæ.

Danorum Regi-  
ne ex Suetia  
adductæ, sem-  
per fuisse opti-  
ma.



Pomeranos bellum prosperè gessit, erecta fortissima in portu Rostochiensis Vernamynne. Iisdem quoque temporibus uixit in Suetia nobilissimus ille Prutenus Suantopolchus, cuius magnifica beneficia in Cathedrali ecclesiam Lincopensem, immò in totam ecclesiam Suecanam collata, etiam hodie cum summa laude memorantur. Huius Suantonis filiam Ingridem, quidam Folco Algothi pator uirginis. Strogothorum legislatoris filius, raptam ad Noruegiam duxit: ob quod facinus amici et consanguinei eiusdem Folconis, multis periculis uexabantur. Captus enim pater Algothus, et frater Roricus, multa incommoda tam à Rege Magno, quam à patre uirginis Suantopolcho sustinuerunt ceteris cognatis in Noruegiam elapsis; et à Noruegiam Rege conseruatis.

## CAPVT IX.

**E**odem quoque tempore, cum anni à nato Christo MCCLXXXVIII. numerarentur, inter incolatorem Gotlandiæ ciuilibus, et admodum periculosa pugna suboriebatur. Ciues enim Wisbyenses ceteris terræ incolis congressi, uictoriam cruentam, et parum honestam portarunt. Nec poterat ea domestica lis componi, nisi Magni Regis Suetiæ autoritate, à quo tunc ciues permisi fuerunt ciuitatem suam moenibus, et muris, ac fossis communitur. Deinde corrente anno à nato Christo MCCXC. Rex Magnus considerans uitæ suæ terminum aduenisse, complures regni proceres ad se conuocauit, eosque ex lecto ægritudinis, qui decumberbat, multis, et saluberrimis consilijs adhortatus est ad publicam et domesticam concordiam, ac pacem, quæ sola atque unica spes esset patriæ conseruandæ. Hac exhortatione præmissa, unum et presentium procerum numero, Turgillum Canuti Regum

dapiferum,

dapiferum, regni gubernaculis, usque ad maturam filij sub Birgeri ætatem, admouit: cui etiam presentem Reginam, ac liberos, sub multa uerborum elegantia, et grauitate, per manus commendauit. Postremò non sine astantium lachrymis ueniam erratorum precatus, rogabat suum finis ad Pauperes fratres S. Francisci in Stocholmia sepeliri. Sicque, sumptis more Christiani Principis Christianæ fidei sacramentis, transitorij imperij sollicitudinem æterna felicitate feliciter commutauit, portatus in humeris incolarum, ab insula Wisbingiana ad Stocholmensem ciuitatem, duo decim dierum itinere, non sine publico totius patriæ planctu, præsertim eorum, qui innocenter uiuere uolebant, quorum ipse inexpugnabile suerat scutum, et præsidium. Omnesque utriusque regni proceres tam memorabile finis prosequuti, fatebantur se patrem, non Regem sepulturæ commendare.

## CAPVT X.

**B**irgerus premortuo patri Magno (quem admodum antea electus fuerat) in utroque regno successit. Sed quia minor erat eius ætas, quam tanti principatus magnitudo postulabat, Turgillus regni gubernator à patre designatus, totam imperij molem in suos humeros assumpsit: tantaque prudentia, ac diligentia omnia Reipublicæ negotia exquebatur, ut nullam eius partem neglexisse uideretur. Toto namque tempore, quo regnum gubernabat, maxima ubique concordia erat, nullis in toto principatu uel audientibus, uel uolentibus pacificum populi conuictum euertere, aut in aliquo perturbare: eratque omnium necessariorum rerum tanta abundantia, quantam priora secula uix uidere meruerunt. Superuiuens autem Valdemarus olim Rex, post fraternali fata, tolerabiliorem indul-

Ad 3

Vernamynne.

Suantopolchus  
Prutenus.Folco Algothi  
pator uirginis.

1288.

Gotlandensis se  
ditio et bellum.  
Wisby urbs munitur.

1290.

Magni ægritudo,  
et mors.Turgillus Canuti  
tutor Birgeri  
Regis.Magnus Hol-  
miæ sepelitur.Birgerus 133. rex  
internus.Turgillus regni  
gubernator.Tempora felicia  
sub Turgillo.

Valdemarus liberiorē captiuitatem affectus.

Ericus ob Valde mari patris de merita incarceratur.

Tyrannorum filij ob paternā scelera castigantur.

Turgillus mouet bellum in Moscouitas.

gentia Turgilli captiuitatē expertus est. Enimuerō permixtus est liberē, & sine uinculis intra mœnia arcis Nicopoli quocunq; uellet deambulare, & in omnes partes ad mare, uel terras prospicere: familia quoq; decēs, & necessaria ei assignata, à qua non ut captiuus custodiebatur, sed ut Princeps obseruatus est. Enimuerō necessarium erat ipsū ab arcis egressu reprimi, ob summam animi eius inconstantiam. Quippe nec literarum, nec promissionum, nec iuramentorum ullam rationem habere consueuerat, quem admodum literę senatorum regni prius adductę satis ostendunt. Ob cuius etiā demerita Ericus filius eius comprehensus, atque in arce Stocholmensi inclusus, similis cum imprudentissimo patre sortem, & captiuitatem experiri cogebatur. Videtur enim iure gentium permitti, ut tyrannorum filij pro paternis sceleribus castigari possent ne paternę tyrannidis imitatores effecti, innocentem patriam cuertant. Rarō quippe tyrannus dissimilem à se moribus filium educare consueuit, quemadmodum Suetonius de illo tyranno C. Caligula asserit: qui cū uideret filiam suam paruulam coetanearum oculos ludendo erant uelle, exultans dicebat: Hęc uerē est filia mea. Quocirca Turgillus regni gubernator ualde necessarium fore putabat, ut consentientibus proceribus, pater & filius à tyrannide pridem amoti, diligenter custodirentur. Ea q; diligentia factum est, ut omnis dissensio, & dissensionis occasio, ab omnibus incolis penitus tolleretur, respicientibus cunctis ad unum Regem Birgerum, & eius tutorem Turgillum Canutum: qui constituta domestica pace, prægrandem exercitum contra Moscouitas, & Carelos per mare, & terras eduxit.

CAPVT

## CAPVT XI.

Sunt autem Careli populi limitanei inter Moscouitas, Carelorū regio. & Sucones, qui hactenus gentilitatis errore decepti, idolis sacrificia offerebant, omniumq; uicinarum Christianorum persecutores erant acerrimi, & pertinaces. Hos igitur Sueones potenti manu aggressi superauerunt, atque regno Suconum adiecerunt, erecto in eius confinibus munitissimo præsidio, uidelicet oppido & castro Viburgensi, contra insultum Sarmatarum & Moscouitarum: quę omnia Turgillus consilio & prudentia Petri Episcopi Arosiensis feliciter consummauit. Hic enim Petrus, cū esset in omnibus rebus gerendis prudentissimus, eodem tempore geminam, & memorabilem utilitatem effecit. Quippe totam Careliam baptizauit, eandemq; munitissimis præsidij confirmatam, Sueonum imperio subiecit. Sed id mercedis consecutus est, quod plerique alij nostro infelici tempore assequuntur. Est enim huius Turgilli persecutione coactus ad Nidrosiam Noruegię Metropolitim in exilium cōmigrare: ubi etiā mortem ex dolore cōtrahens, in fata concessit. Erecta igitur arce Viburgensi, & comiteatu, ac hominibus bene instructa, Turgillus cum uictore exercitu in Suetiam remeauit, relicta aliqua parte copiarum, quę bello acerrimo cum Moscouitis commisso, præclaram uictoriam referebat: expugnatumq; castrum Kokesholm occupauerūt. Quod cū minore comiteatu prouisum esset, & qui in Suetiam aduectandorum uictualium causa transuerant, nimium tardarent, Moscouita intolerabili multitudine collecta aduolabant, paucosq; militas, qui in eo præsidio relictis fuerant, obsidentes, pertinacissimis animis impugnabant. Nec minore conatu, qui intus erant, se defendebant, donec exhausto penitus comiteatu, uiribus omnino destituerentur: traxerunt tamen

Careli à Suecia superati, Christiani fiunt. Viburgum erigitur.

Petrus Episcopus Arosiensis ab ingrata patria in exiliū mittitur.

Petrus Episcopus in exilio moritur.

Kochesholm.

Moscouitarum intolerabilis multitudo.

uitam in extrema fame sex diebus continuis pugnando, nihil degustando: quibus finitis, & nulla spe apparente, conglobati in Moscovitarum castra irrumpunt, atque admiranda fortitudinis opera exercētes, maximam hostium stragem precegerunt: inter quos nequaquam ignaui, aut multi corruerunt.

## CAPVT XII.

**D**Einde elapsis paucis annis, Birgerus Rex nuptias suas cum uirgine Merita in ciuitate Stocholmæ magnifico & Regio apparatu celebrauit, suamq; sponsam tanta dote locupletem efficit, quantā Danorum Rex Ericus uicissim in ipsius Birgeri sororem Ingeburgem conferre uellet. Quibus quidem nuptijs peractis, decretæ bellica expeditio in Moscouitas, & Carelos. Quam enim priore bello contra Carelos satis feliciter dimicauerat, tamen restabat adhuc magna pars, quæ Suetiæ gno obedire recusabat. Quocirca Turgillus, assumptæ cum instructissima classe, ad ipsorum terminos felicitate aspirante peruenit, ibiq; arcem fortissimam inter duos maxima flumina, Ny & Suarta, circa limites Moscouitarum crexit: quam Landæcronam, hoc est, Terræ coronam appellauit. Quo comperto Moscouita, ut præsidium constructum destruant, exercitum trigintaduorum millium eduxerunt: eumq; in naualem & terrestrem diuidente, constituerunt classe per mare album (quod Carelos à Moscouitis separat) Sueones adoriri, cum interim reliquum agmen terrestrem pugnam cum eis attentaret. Factumq; est, ut quiescente Sueonum classe in portu, qui ab omnino uento tranquillus, & ab omni hostili insultu securus uidebatur, subito uterque exercitus Moscouitarum apparuit: specie quidem terribilis, effectu uero inanis euasit.

Quamuis

Quamuis enim primo accessu satis contenderunt Sueticam classem flammis absumere, demissis per torrentem ratibus, quæ igne copiosum, & uehemēter accensum in ipsam aduexerunt, attamen ducis Turgilli diligentia prudenter obuiatum est periculo imminenti, positus in flumine palis, qui igniuomā congeriē impediebant. Itaq; ea uia nō succedente, confestim ferocibus animis naues exiliūt, Sueonumq; agmina maiore impetu, quam conflictu insiliunt. Cōtinuō namq; superati, cæsi, captiuati, uictoria caruerunt. Supererat tamen ex eis equestris exercitus, qui accensis late ignibus per campos, & nemora, ingentem militum multitudinē ostentabat. Tum unus Sueonum militum præstantissimus Mathias Chetelmundi, impetrato ducis consensu, hostium stationes accessit, eosq; uerbis militari audacia plenis prouocabat, ut unum, quemcumq; uellent, ex totis agminibus eligerent, qui secum singulare certamen iniret: idq; à meridie usq; ad noctem importunissimè postulans, timorē, atq; imbelliā eis sine intermissione exprobrabat: tantūq; unius ualentis militis audacia effectum est, ut tota Moscouitarū castra sequenti nocte penitus desererentur, nullusq; sequenti aurora ex tanta hostium militia compareret. Itaq; superatis, & fugatis Moscouitarum agminibus, castrisq; Landæcrona præsidij trecentorū militum, sub Stenone arcis præfecto, & uictualibus abunde instructo, Turgillus reliquum exercitum classi impositum in patriā primo aspirante uento reducere cogitabat. At postquam contrario uento obstante tempus sine aliquo militiæ fructu consumeretur, reuocatis ex classe militibus, Mathias Chetelmundi duas hostium terras, Nigram & Watlandiam, ferro, ac flamma uastauit. Quo facto, Sueones optatum uentum affecti in Suetiam redierunt, adeptamq; ex uictoria letitiam noua primogeniti Regis natiuitate cumulauerunt. Natus enim erat

Aa 5

Sueonum fortitudo admiranda.

Birgeri nuptias cum Regina Merita.

Turgillus secundo mouet bellum in Carelos.

Landæcrona castrum erigitur. Moscouiticam bellum.

Mare Album.

Suecorū de Moscouitis uictoria.

Mathias Chetelmundi.

Moscouita ad unius militis Suetici prouocationem fugiunt.

Nigra &amp; Watlandia uastantur à Suecis.

Birgero filius  
Magnus nasci  
tur.

Birgero ex Merita Magnus, futurus (ut sperabatur) in regno successor, nisi paterna demerita ei regnum (ut infra dicitur) ademissent.

## CAPVT XIII.

Landzcrona ob  
corrupta vi-  
tialia iterū  
periclitatur.

**C**Aeterum qui in nouello castro Landzcrona remanserant, primam, & extremam perniciem ex corrupto cibo contraxerunt. Quāuis enim erectæ arci de uictibus satis abunde prouisum esset, tamen humor ex nouelle muri euaporatus, ita omnia infecit, ut humano usui peritus contraria, & pestifera redderentur. Quotquot enim ex eis gustauerūt, grauisimos, atq; incurabiles morbos inderunt. Proinde maxima parte praesidiariorum milium morte sublata, parte etiam fuga se à presentissimis periculis eripiente, arx penè deserta remansit. Erant tunc nonnulli prudentiores, qui suadebant, celeriore nuntio admonendum esse Regem, aut Turgillum, de magnitudine periculi imminentis: quorum consilia quidam imprudentes ita ceperunt, ut reclamarent, nequaquam negotium faciendum esse Regibus, & Principibus, cum Deus alia uia subuenire possit. Interea Moscouitæ, sive Rutheni, considerantes summum toti patriæ suæ exitium ex ea arce imminere, admirandæ multitudinis exercitum coegerunt: à cuius ducibus quidam exploratores præmissi, ipsos castrenses ad pugnam prouocabant: confestimq; soli uiginti, qui in castris remanserant, egressi, pugnam fortissimo animo consuerunt. Sed insidijs infinitæ multitudinis occlusi, admiranda fortitudinis opera peregerunt, antequam de tam insuperabili periculo erepti, in uacua arcem restituerentur. Ita soli tredecim uiri salui in arcem reuersi, ab innumerabili hostium multitudine obsidentur. Nec tamen incruentè hostibus uictoriam de se relinquere uoluerunt. Quippe

Consilia prudentium saepe ab imprudentibus cassantur.

Moscouitæ Suecos adorantur, & vincunt.

Sueci viginti contra innumerabilem multitudinem Moscouitarum pugnant.

edita incredibili hostium strage, non tam ab hostibus occisi, quam hostes occidendo festi occubuerunt: & interim à quodam corruentiū fortissimo improperatum erat Stenoni arcis praefecto, non faciendum esse Regi negotiū: quasi inuere uoluisset, eius negligentia rem ipsam ad extremam desperationē corruisse, idq; anno à Christo nato MCCC. Deinde anno sequenti in Ostrogothia, & portu Sudercompensi Rex Birgerus, & eius coniunx Regina Merita Pontificum cōsensu, & officio, in Regiæ maiestatis dignitate confirmantur, & coronantur: ubi etiā Valdemarus Regis frater militiæ cingulo decoratus est, matrimoniumq; cum filia Turgilli Canuti consummauit: quod tamen Archiepiscopus Upsalensis Nicolaus, ob spiritualis cognationis impedimentum, postmodum irritauit. Peractis his nuptijs, Ericus Birgeri Regis frater ad Haquinum Noruegiorū Regem in ciuitatē Asloensem literis, & nuntijs inuitatus, cum magno illustrissimorum procerum comitatu accessit: exceptus à Rege, & Regina, omnibusq; Noruegiæ proceribus tanta liberalitate, & magnificentia, ut maior ab hominibus uix præstari potuisset. Redijtq; inde in suam Gothiā, admodum letus, se summam apud Noruegianos beneficentiam inuenisse.

Anno 1301.

Birgeri Regis, et Regina eius coronatio.  
Valdemarus Birgeri Regis frater.

Ericus dux Birgeri frater Noruegiam petit.

## CAPVT XIII.

**N**Ec longo post tempore Rex Birgerus comitia in ciuitate Stocholmensi, presentibus fratribus suis Erico, & Valdemaro ducibus, totaq; Gothorum, & Sueonum nobilitate, peregit: sub quibus comitijs Turgillus Canutus priore coniuge orbatus, nuptias cum illustrissima filia Comitis de Rauensborg terræ Saxonie in maxima pompa celebrauit: in quarū termino Regē, & eosdem duces fratres eius, presente procerū multitudine, rogat, ut administra-

Birgerus comitia in Holmia celebrauit.

Turgillus ab administratione regni absolutus petit.

tione rerum publicarum, quam hactenus cum maximis laboribus, & periculis sustinuerat, absoluerat. Qui etsi tunc à Rege, & ducibus esset multis nominibus cōmendatus, & bene sperare iussus, tamen eo tempore ab ea cura liberari nequiuit, ducibus ad magis necessaria negotia animum intendentibus. Contendebant enim sui iuris esse, habereq; bona hereditaria, & partem regni, quæ filijs Regum assignari solebat. Elegerant autem suorum negotiorum gestores Arbernum regni dapiferum, cum interea Turgillus consilia, & negotia Regis pro suo uoto ordinaret, & exequeretur. Facta igitur hac rerum diuisione, cœperunt singuli sui priuatis rebus magis, quam publicæ, aut fraternæ concordie consulere. Tunc etiam præcipua cura animum Turgilli inuaserat, pecuniam undiq; per fas & nefas sub nomine Regio coaceruandi: non tantum ut illum inexplebilem scum Regis impleret, sed ut fastui suo, qui nuper ductu stuosa coniuge nimium excreuerat, abundantius induleret: effecitq; ut omnis laus, quam priore administratione acquisiuerat, penitus aboleretur, Rex quoq; in publica totius populi odium collapsus, passim, & ubiq; contemneretur. Hic enim Birgerus primus Rex erat, qui huius Turgilli suggestione ecclesiam regnorum Gothiæ, & Suetiæ inbutis, atq; oneribus grauare non uerebatur: archiepiscopumq; Upsalensem Nicolaum, & reliquos Episcopos pro ecclesiastica libertate respondentes, eodem autore capiuisset, nisi se ad tutiora loca à conspectu tyranni confestim recepissent. Sed quem fructum tunc affectus est Birgerus ex rebus Deo pridem consecratis, & postea in Regium scum sacrilega audacia translatis: profecto nullum alium, nisi ut ad pericula insuperabilia deiectus, se, & omnes suos atq; utrumq; regnum ad extremam ruinam præcipitaret, & tandem post infamem uitam infami morte periret. Præ-

Duces pro hereditate instat.

Turgilli auaritia ob ductam coniugem Saxoniam.

Birgerus publico odio laborat.

Birgerus ecclesiasticæ libertatis uiolator.

Tyrannorum infamis uita, & mors.

mò nanq; ad inextinguibile odium cum fratribus suis delinuit: sub quo totis sedecim annis adeo periclitatum est totum Gothorum, & Sueonum imperium, ut nihil ultra ad illarum terrarum desolationem addi posse putaretur. Cum enim annus à nato Christo quartus supra millesimum trecentessimum ageretur, Turgillus malorum consiliorum auctor, & executor, Regem Birgerum, & fratres eius in Westrogothiâ ad arcem suam Aranes (cuius fortitudinem alibi prosecuti sumus) inuitauit: finitoq; magnifico conuiuio, Rex utrumq; fratrem indignabundus alloquitur, affirmans se certa relatione didicisse, quòd intenderent se extra patriam recipere, insidiasq; tam in ipsum, quam in regnū machinari. Proinde si illinc salui abire uellent, literas (quas tunc paratas habebat) confestim sigillarent.

## CAPVT XV.

Itaq; illustrissimi duces in arcto postii, cum multa ad suam innocentiam declarandam dicere pararent, nullam gratiam poterant inuenire, nisi quòd literis subscriberent, quibus iurciurando se astringerent, ne patriam sine obtenta Regis licentia egrederentur, quòd ad Regis conspectum, nisi uocati, non adirent, nec familiam multiplicarent, aut aliquas insidias in personâ Regis, Reginae, uel eis adherentiū procurarēt. Quibus literis datis, minus liberi, quam aduenerant abscedere permittuntur. Nec multi dies interuenerant, antequam à Rege ad insulam Visingianam uenire iubentur, responsuri articulis, quos popularis fama contra eos disseuerat. Sed cum dux Valdemarus Regis fidem suspectam haberet, solus Ericus, assumpta secum pauca clientela, Regis conspectui se presentauit, multa præmitens obsequiosæ salutationis, & uenerationis officia: erat enim magnæ eloquentiæ, & in honore Regi exhibendo ual-

Anno Christi  
1304.

Aranes lib. 2.  
cap. 7.

Birgerus fratres suos proditiue notat.

Birgeri fratres literas sigillare coguntur.

Duces à fratre Rege citantur.

Ericus dux magnæ eloquentiæ & comitatus.

de sollicitus, & urbanus. Rex autem, contemptis omnibus obsequijs, & humanissimis uerbis eius, toruo uultu uentem excepit: habebatq; in promptu articulos, quos presenti cuidam Episcopo recitandos tradebat: at is, quibus infamiam, & periculum ducis conscripti erant, legere refrasauit, præfatus se uitæ, non mortis autorẽ à Deo constitutum esse. Tunc à quodam presente milite lecti, hæc summum continerant: Quòd dux contra Regis mandatum uisum extra regni limites transportari fecerat. Translueratq; per terras Regis armata manu, uolentiã faciendo populis Regi subiectis. Deinde quòd famulus ducis alapam Regis portario intulisset, quòd in aulam Regiam non admitteretur. Postremò quòd curiam suam tanta magnificentiã instruxisset, ut Regia curia eius comparatione contemptui haberetur. His adductis, Rex non admisso ducis responso, in furrem exit, & nimia ira concitatus dixit: Nisi meo saluam ductu aduenissetis, mercedem meritorum uestrorum continuo reportaretis. Induciæ tamen uestre cum præfati diei occasu finiuntur.

## CAPVT XVI.

Duces iniuste  
proscripti.

**D**uces igitur nec iuste, nec humaniter à fratre prescripti, præcipitato cursu ad Ericum Danorum regem confugerunt: à quo ita excepti fuerunt, ut cõsuetum pñiteret eos se Danicæ fidei credidisse. Spectasset utiq; Danum pro concordia fratrum & affinium suorum, quorum sororem in coniugem habebat, fideli intentione laborare: at cum oppositum fieri deprehenderent, iamq; in proximo esset, ut per tyrannũ tyranno traderentur, subita ga ex Dania in Noruegiam elabuntur: à cuius Rege Håkon per integram, & non simulatam beneuolentiã collecti, securitatem, quam querebant, inueniunt: accepti

Duces pœnitent  
ad Danos con  
fugisse.

Duces ad Norue  
giam fugiunt.

ab eo in feudum castro, & oppido Cungella, inter Noruegianos, & Vestrogothos limitaneo, ita utebantur, ut Birgeri Regis subditos eidem oppido uicinos, utpote qui Daliã, Vermelandiam, Vestrogothiã incolebant, continuis bellis, cædibus, incendijs, direptionibus molestant: essetq; ob id Birgerus coactus, præsiariam arcem (quam Aureũ montem appellant) ibi contra eorum importunissimũ insultum extruere. Sed obiecto illo fortissimo præsidio, duces nihil remissius egerunt, immò arcem Daliæ nõ minus fortem molientes, magis potentes euaserunt, semperq; Birgeri copijs congressi, uictores redierunt: nonnunquã etiam decem proceres, cum totis eorũ copijs, à Birgero in Daliæ præsidium missos captiuabant. Proinde Birgerus exercitu decem milium pugnatorum educto, statuit eos ex tota Noruegia explodere. Sed prudentum uirorũ interuentu tam atrox bellum interceptum erat, ut Birgerus fratres suos in pristinã, & fraternam gratiam reuocaret, reuocatisq; omnia hæreditaria bona, & partem regni eis debitam assignaret.

## CAPVT XVII.

**F**acta ea concordia, Turgillus Canutus quondam regni gubernator, & Regis Birgeri, ac fratrum eius tutor, præcepto eorum in uilla Vestrogothorum Lena capti uatus, & compedibus ferreis constrictus, in regiã Stocholmensem deportatur: ubi decollatus ecclesiastica caruit sepultura, donec ad petitionem Regis Nicolaus Archiepiscopus Upsalensis permitteret ipsum in monasterio Minorũ sepeliri, accepta pro eius recõciliatione ingenti copia auri, & argenti, quòd Ecclesiæ persecutor existens, ipsam grauissimis damnis implicasset. Deinde currenre anno Christi MCCCVI. in medijs diebus mensis Septembris, cum duces Ericus, & Valdemarus in uico Bielbo terre Ostrogo-

Cungella.

Aureus mons.

Ducũ victoria  
de Birgeri mi  
litibus.

Duces in gratiã  
Birgeri redie  
runt.

Turgillus Canu  
ti captiuatur,  
& decollatur.

Turgillus caruit  
ecclesiastica se  
pultura.

Anno 1306.

Duces suorum multos agunt.

Hatuna.

Birgerus rex & regina à ducibus captiuantur.

Magnus infans Birgeri filius insidias ducibus enasit.

Birgerus regno cessit.

Birgerus rex carceri mancipatur.

Ericus Danus bellum parat in duces.

Bosund.

Induciae inter duces, & regem Ericum.

Valdemari ducis peregrinatio.

thorum, nuptias quorundam familiarium suorum magnis centesimo apparatu celebrarent, magnam suorum multitudinem occultius quoad fieri poterat, ad superiorum regni Suetiae limina praemisissent, praemissosque ex mediis nuptiarum pompa clanculo sequebantur, & priusquam rumor de eorum transitu diffundi posset, ad uillam Hatunam, in qua Rex Birgerus morabatur, peruenerunt, ipsi sumque Regem in penultima eiusdem mensis Septembris una cum Regina, & duobus filiis, & filia captiuabant. Praeterea Nicolaum Episcopum Arosensem, duosque ex principibus Sueonum nobilissimos in captiuitatem redegerunt. Interea tamen, cum hic tumultus fieret, quidam Regius, & fidelis seruus Aruidus de Gothia Australi oriundus, Magni Birgeri Regis primogenitum ex praesentissimis periculis exemptum, in humeris suis usque ad Ericum Danicæ Regem, & dem pueri auunculum, deportauit, atque in eius gremio cum multo lachrymarum profluuiio iniecit. Tum Rodericus Birgerus ad eam extremæ infelicitatis sortem delapsus, totum Sueonum, & Gothorum imperium Erico duci assignauit, cui pridem nec minimam eius partem permittere uoluisset. Duces igitur captiuam Regem secum usque ad castrum & oppidum Nicopense ducentes, arctissime custodia tenuerunt. Deinde utrunque regnum infra unius anni terminum ad suam obedientiam adducentes, ita se in eo firmarunt, ut difficillimum esset ipsos humana potentia indigere moueri. Attamen Ericus Danorum Rex captiuo Regi auxiliolum laturus, ingentem exercitum comparabat: qui cum limitibus Westrogothiae circa Bosund peruenisset, fortissimum ducum agmina ad pugnam paratissima inuenit. Aeternum tamen est prudentum uirorum industria, ut induciae unius anni inter eos firmarentur: quibus durantibus, Valdemarus Finlandiae dux peregrinationis causa ultra mare transiit.

sens, multa Sanctorum loca uisitauit, & in reditu octingentos equites in arte militari instructissimos, secum ex Teutonum terris in Suetiam aduexit.

## CAPVT XVIII.

Interim dux Ericus Haquinum Noruegiae Regem accedens, postulabat cum filia eius sibi alias desponsata matrimonium consummare. Sed cum ipse Ericus castrum Vardbergen se reposcenti Haquino restituere nollet, eo tempore illud affinitatis uinculum perfici nequiuit. Proinde Ericus ab Haquino ad oppidum Cungellam reuersus, magnificos illos sumptus, quos ibi pro nuptiarum apparatu magnificentè congefferat, liberalissimo conuiuio consumpsit. Quo peracto, duces, cum induciarum finis inter eos, & Danos adesset, atque interea Dani pacem non postulassent, non solum domesticam, sed Teutonicam militiam subnixi, contra Daniam procedunt: totamque Schoningiam à Danis occupatam ferro, & flamma deuastantes, fratrem Erici Regis ibi in praesidijs constitutum, cum centum proceribus, & armigeris, excepta gregariae militiae multitudine, captiuabant: terram uero Hallandiae, quod minime ad Danos pertineret, sed esset cuiusdam comitis Iacobi, à Danico nomine & societate penitus alieni, minus uastauerunt. Enim uero flammas, & caedibus abstinentes, uictualia cuncta consumpsērunt. Quocirca Ericus Danicus, quamuis ingentia agmina ad bellum parata haberet, prudentius tamen egit domi quiescendo, quam tantum exercitum per terras educendo, in quibus nulla omnino uictualia residua essent, itaque duces ab Australiore parte Schoningiam ingressi, & per Borealem partem in suas terras regressi, incruentam uictoriam reportarunt. Sed erat ea uictoria tam Gothis, quam Sueonibus satis onerosa. Quippe illa Teutonica militiam per-

Dux Ericus Haquinum Regem Noruegiae adit.

Duces in Daniam bella mouent. Schoningianum bellum.

Danici Regis Erici frater cum centum proceribus captiuatur.

Hallandia ad Daniam minime spectat.

Ericus Danicus ducibus cessit.

Duces incruentam uictoria potiti.

Ducum militiae agricolis onerosa.



oppida, & ciuitates collocata, non parum molestie ciui-  
 positis agricolis inferebat, ablato per uim cōmeatu, qui  
 debebat iusto ære comparare: parumq; aberat, quin ma-  
 le regni ea uiolentia prouocati, in duces arma mouiss-  
 eosq; unā cum tota eorum Teutonica militia regno eie-  
 sent. Deinde sequenti anno, qui à nato Christo erat octo-  
 supra mille trecentos, Ericus Danorum Rex potentiss-  
 damna, & iniurias superiore anno à ducibus acceptas  
 dicaturus, simulq; amicū Regem Birgerum à captiuitate  
 liberaturus, immensum exercitum tam ex Teutonici-  
 Holsatis, quā ex Danis coactum, in Suetiam contra  
 direxit: præfecitq; tantæ multitudini duos potentes pri-  
 cipes, uidelicet Holsatiæ comitem, & Slesuicensem  
 cem Valdemarum: quos etiam alij complures principes  
 & proceres comitabantur. Sed nihil aliud ea multū  
 effectum est, nisi cum uiderent Dani Sueones promp-  
 mis, & pertinacissimis animis in bellum prosilire, in  
 unius anni, & dimidij constituerunt, ut duces medio-  
 pore cogitarent, quomodo Rex Birgerus à captiuitate  
 berari posset.

## CAPVT XIX.

**D**uces igitur cum Suconum, & Gothorum proci-  
 bus primò in comitijs oppidi Orebroënsis, deinde  
 in Nicopia, in qua Rex captiuus detinebatur, ita comi-  
 runt, ut libertati restitutus maximam regni partem pro-  
 deret, si iureiurando se obligaret, ne præteritorum temp-  
 rum iniurias sibi illatas quacumq; occasione uindicare  
 let: quæ omnia Birgerus æquè promptè, ut petita fuerat  
 iurauit. Sed mox ut suæ libertati restitutus esset, primò  
 Gotlandiam, deinde in Daniam aufugit. Exceptus à Re-  
 Erico perhumaniter, & benignè, benèq; sperare iussus

pu-  
 pud eum aliquantum temporis absumpsit. Interea Ericus  
 dux ab Haquino Noruegiæ Rege ad colloquium inuitatus,  
 confestim se ad iter accinxit, sperans se filiam eius in coniu-  
 gem accepturum. Sed præmonitus ab amicis, quòd non ad  
 filiam accipiendam, sed ob arcem Cungellam restituendam  
 uocaretur, subito ab incepto itinere destitit. Haquinus au-  
 tem arcè obsidione cingens, tentabat si fortè eam recupera-  
 re posset: sed sua intentione frustratus, arcem alterā fortio-  
 rem Bouahus nō procul ab eo loco erexit. Proinde Ericus,  
 quasi fuisset ob non traditam sibi sponsam ab Haquino illu-  
 sus, grauissimū bellū intulit Noruegianis: magnamq; Nor-  
 uegianorum multitudinem prosternens, complures proce-  
 res secum captiuos abduxit: sequentiq; æstate nauale præ-  
 lium cum Haquino iniens, uictor euasit. Deinde sine inter-  
 missione cum eo pugnavit, donec accepta in coniugem filia  
 perpetuam pacem inter se, & Regem cōfirmaret. Tandem  
 Ericus Danorū Rex, ut Birgerum in amissa regna omnino  
 reducat, sexaginta millia bellatorum ex Dania, & uicinis  
 Teutonum terris collegit: quibus copijs ambo Reges subni-  
 xi, bellum graue, & atrox Sueonibus, & Gothis inferre  
 contendebant. Sed post multos bellicos labores, & grauissi-  
 ma damna, quæ frustra sustinuerant, nihil aliud assequi po-  
 tuerunt, nisi quòd Rex Birgerus pacta, & iuramenta, qui-  
 bus se antea obligauerat, obseruaret, haberetq; regni Sue-  
 tiæ partem, quæ pridem ei decreta fuerat publico senato-  
 rum regni consensu. Parta igitur tam necessaria cōcordia,  
 & pace, dux Ericus, antequam extraneæ militiæ multitu-  
 dinem à se dimitteret, curiam magnificentissimam apud  
 Vestrogothos Lodosta instituit, in qua Regio more libe-  
 ralis stipendia suis commilitonibus, præsertim Teuto-  
 nicis, erogauit. Erat enim amantiſsimus Teutonice urba-  
 nitatis, Quocirca comites, barones, proceres, omnesq;

Anno 1308.  
 Ericus Danus  
 contra duces  
 bellū atterat.

Inducis bellum  
 intercipitur.

Duces comitia  
 celebrat pro li-  
 berando Rege  
 Birgero.

Birgerus Rex  
 insurandum  
 violat, & ad  
 Daniā fugit.

Ericus dux bel-  
 lum Noruegia-  
 nis infert, &  
 victor euasit.

Ericus dux fit ge-  
 ner Regis Nor-  
 uegia.

Ericus Danorū  
 Rex iterū bel-  
 lum cōtra du-  
 ces mouet.

Birgerus ad pa-  
 cem cum duci-  
 bus redit.

Lodosta.  
 Ericus dux mo-  
 re Regis curiā  
 magnificā in-  
 stituit.

militares homines, qui ad eum ex Teutonum finibus aduen-  
nerant, leti, & locupletes ad suas terras redierunt. Quibus  
autem pactis, & conditionibus ea fratrum cōcordia stabili-  
retur, restabat in comitijs oppidi Helsingborg terre Sa-  
ningie inquirendum. Ad eum nanq; locum conuenit  
Birgerus Rex Suetiæ cum duobus fratribus suis, & Re-  
Daciæ Ericus cum Christophoro fratre suo: aderant etiam  
Gerardus Holsatiæ, & Henricus Magnopolensis dux  
qui in medijs diebus mensis Iulij anno Christi M C C C  
hoc modo omnibus controuersijs, quæ hactenus inter  
Regem Birgerum, & fratres eius inualuerant, finem impo-  
runt, ut Birgerus tertia parte regnorum Gothiæ, & Sa-  
tiæ, unâ cum insula Gotlandiæ, & eius ciuitate Visby  
contentus esset: reliquæ autem duæ Erico, & Valde-  
maro permitterentur. Adiectæ sunt huic concordiæ complu-  
res conditiones, de non uindicandis iniurijs, de immunitate  
honorum, de nunquam uiolanda alterius iurisdictione.  
Inter cetera de mutuo auxilio contra quoscunq; hostes sub-  
strando, omnes Principes, qui aderant, consenserunt.  
hilq; prætermissum uidebatur, quo firma pax, & intro-  
rita concordia resarciretur.

## CAPVT XX.

Ericus dux ad  
exterarum natio-  
nes proficisci-  
tur.

Ericus dux à  
Clemente Pa-  
pa 4. honorifi-  
cè exceptus.

**C**onciliata igitur pace, dux Ericus, ne in paternis  
tribus ignauiter consensescere uideretur, sumptibus  
cum magnifico comitatu, ad exterarum nationes, & loca Sa-  
ctorum uisitanda discessit, peruenitq; ad Papam Cleme-  
ntem quartum, qui tunc in Francia residebat: à quo non se-  
cè ac magni Reges, & Principes excipi consueuerunt, ex-  
ceptus est. Deinde ab eo reuersus, celebriores Germaniæ  
tates adiuit: in quibus tanta beneuolentia susceptus, atq;  
natus est, ut nihil amplius ab humanissimis ciuibus addi  
uisset.

tuisset: nec minore familia, & pompa incesit, quam si ali-  
quis Rex potentissimus aduenisset. Erat enim in expensis  
sumptuosissimus, in operibus magnificus, & admirandus,  
in donis erogandis liberalissimus. Tandem in patriam resti-  
tutus, nuptias Lodosiæ (quæ est Vestrogothorū portus, &  
emporium cōmodissimum) celebrauit, ducta in coniugem  
filia Haquini Regis Noruegiani. Valdemarus quoq; filiam  
Erici Regis Noruegiæ antea defuncti in tori consortē acce-  
pit, eodemq; loco, & tempore unâ cum fratre, in magnifica  
pompa nuptialia festa peregit. Erant quidē hi duces in ap-  
paratu, & sumptu splendidissimi, quia fortunati erant eo-  
rum rustici, à quibus etiā maior fastus continuè sustentari  
potuisset. Eodem tempore incidit quædā cōtrouersia inter  
Regem Birgerū, & subditos eius in terra Gotlandiæ. Nam  
cum eos insolitis tributis grauare uoluisset, ad rebellionem  
conuersi, Regem bello superatū à se fugauerunt, seruata ni-  
hilominus erga ipsum obedientia pristina, cum solita eorū  
libertate. Silendū etiam nō est, quod post tot domestica bel-  
la secutus est per totam Suetiam magnus annonæ defectus:  
estq; modius frumenti pro uiginti solidis Holmensibus em-  
ptus, qui antea uno solebat comparari. Sequenti uerò anno,  
qui à Christo nato erat decimusquartus supra mille treccen-  
tos, Birgero comitia in oppido Sudercopensi celebrati, se-  
natores regni iurandum, quod fraterno bello interrup-  
tum fuerat, renouantes, obligarunt se, & suam fidem Re-  
gi, ac Reginæ, & Magno primogenito eorum in omnem  
casum, & fortunam.

## CAPVT XXI.

**I**nterea duces, ut commodiorem uitam ducerent, sum-  
ptuosam illam familiam à se remouentes, separatim in  
terris suis habitare cœperunt. Accidit autem Valdemarum

Lodosiæ.  
Duces nuptias  
celebrant.

Birgerus Rex à  
Gotlandensibus  
fugatur.

Annona penur-  
ria maxima.

Anno 1314.  
Birgerus comi-  
tia celebrat Sue-  
dercopiæ. & de  
nuò confirma-  
tur in regno.

Duces quieti  
sua consulti.

ex Elandia, in qua mansionem elegerat, ad ciuitatem Stockholmensem transire: ex quo itinere paululum diuertit Regem Birgerum in arce Nicopensi constitutum: qui nientem tot beneuolentiæ officijs excepit, ut penè ex Regis & fratre, seruum ac mancipium se factum esse monstraret. Regina quoq; in excipiendo hospite ad incredibilem hospitalitatem tam uerbis, quam operibus descendit. Quo cum ut Valdemarus Erico persuaderet, Regem Birgerum in las omnino moliri insidias, sed omnia ex sincero petere operari, ac meditari. Proinde non uerendum esse ei uisum, nec quicquam ex eius societate formidandum. cuius igitur à Valdemaro persuasus, & à Birgero benignis literis inuitatus, tam humaniter inuitanti obtemperabat. Itaq; ambo ad Regis conspectum in Nicopiam prouidentes, tanta beneuolentia excipiuntur, quanta uix erat ab ullo mortaliū exhiberi: osculorum, amplexuumque quiorum, quibus fratres à fratre excipiebantur, nullum modum. Præterea cum ad conuiuium deuentum esset, non in apparatu mensæ, aut ferculorum numero, aut mentis quicquid oblectamenti pro gula, pro uisu, pro auditu fieri poterat, abundè subministratum fuit. Sed erat immanis feritas, quam Birgerus, & sui sub tam insolitis blanditijs, & insidiosis obsequijs occultabant. Si quidem ad nocturno tempore, ducti sunt magna, sed perniciosa societate in cubiculum, in quo putabant se optatam requiem accepturos. Sed mox à tergo aderat sanguinarius Rex ipsos celeriter inde extractos, in profundissimam, & terrarum rimam totius arcis turrim præcipites deijci mandauit: tamq; & inauditam crudelitatem in eos exercens clauit: immò in eos tanta feritate accensus erat, ut pro eis in profluentem clauibus, iuraret, se nequaquam remissurum, quòd ab illo carcere uiui egredierentur.

Birgerus duces  
benignissimis  
literis inuitat.

Birgeri obsequia  
quia insidiosissima.

Birgeri feritas  
in fratrum captiuitate.

cum uelocissimo rumore in uniuersos Gothorum, & Sueonum fines erupisset, cuncti, qui tam horrendum facinus peritratum fuisse audiuerunt, autorem, & conscios adeo execrabantur, ut iurarent se nunquam toleraturos tam perfidum sanguinariū in regni solio residere. Quocirca eisdem diebus properanti ad Stockholmensem ciuitatem Birgero, ciues collectis armis ipsum, ne ad eos ingredi posset, repulerunt: ceteriq; fidelissimi milites, & familiares ducum, comperita tam crudeli dominorum suorum nece, militum copias undiq; ex omnibus regni finibus contra crudelem patricidam in Nicopiam eduxerunt. Quod cum Birgerus fieri uideret, salutem suam in sola fuga reponens, à Suetia ad Ostrogothiam fugaci cursu properauit, statimq; filium suum Magnum ex Dania, in qua tunc apud auunculum suum Regem Ericum agebat, reuocauit, ut Gothorum, & Sueonum regna quantocyus sub suam potestatem reducta occuparet.

Sueci & Gothi  
à sanguinario  
Rege Birgero  
deficiunt.

Birgeri fuga.

## CAPVT XXII.

Filius igitur paruit literis paternis, & acceptis ab Erico Danorum Rege sexcentis equitibus optimè instructis, ad patrem in Ostrogothia commorantem accelerauit. Quibus copijs, quamuis exilibus, statuit Birgerus cum ducibus belli aleam experiri: sed primò aggressu superatus, ad Westrogothos fugere cogebatur: à quibus pari indignatione susceptus, cogitabat eorum arma (quibus impar erat) astu & dolo superare. Enimuerò trium dierum inducias cum eis pactus, occasionem dedit, ut complures eorum pro aduehendo comæatu domum remearent: ipse interim reliquam multitudinem adortus, stragem populi maximam peregit, proximamque uillam incendi præcepit, ne occidendi noctis beneficio salui elaberentur.

Magnus Birgeri  
Regis filius  
ex Dania reuertitur.

Birgeri infelix  
ubiq; pugna.  
Birgeri dolus, et  
crudelitas in  
agricolas.

*Canutus Pose.**Magnus Birgeri filius captiuatur, & occiditur.**Birgerus fugit in Gotlandiam, et à regno excluditur.**Bruncho cum socijs captiuatur, & tandem rotis imponitur.**Mathias Chetelmundi regni gubernator.**Duces in carcere mortui.*

Deinde ad Ostrogothos reuersus, pari infelicitate, ut prius pugnavit. Ducales enim sub praefecto Canuto Pose agerent, facto in ipsum impetu, uersus Gotlandiam fugerunt, relictoque filium eius Magnum in arce Stegaborgensi obsidione cinxerunt: nec prius ab arcis impugnatione quieuerunt, donec ipsa expugnata, filium captiuum in ciuitatem Stocholmensem destinarēt: in qua tandem obterna scelera trucidatus occubuit: uitaque propter eum periret, & regno, qui regnum bonis ciuibus priuare non uerebatur. Antea tamen Birgerus ex Gotlandia classem armatam, ut obfesso filio succurreret, expediuit. Qua per Ostrogothos superata, secundam non minoris potentiae Brunchonem dapiferum suum praefecerat) denuo emittendam curauit. Sed haec secunda aequè infelicitè pugna exemplo primae superatur. Quauis enim milites satimuos, & in re militari instructissimos habuerit, atque fortitudini ducaliu cedere coacta captiuatur. Praecipuum inter captiuos fucere Bruncho, Vlfö, Luderus, Valmus: qui ad Stocholmiā missi, uinculis constringuntur, nec rotis impositi occiduntur: nomenque monti Bruncho ex illis apud Holmiam inditum est.

## CAPVT XXIII.

**B**irgero igitur ob enormia crimina à regno seclè praestantissimus procerum Mathias Chetelmundinatorum consensu in regni gubernatorem surrogatur: per suam singularem prudentiā totum Gothorū, & Sueonum principatum ad tranquillum statum reuocauit. In re à Regis Birgeri satellites, qui in Nicopia à ducalibus obdebantur, corpora ducum in carcere mortuorum exportam arcis deponentes, hortabantur obsidentes, ut bello domestico desisterent, cum extincti essent, quomodo desiderant.

desiderio tantam belli molem suscepissent. At illi magnificis exequijs Principū corpora in ecclesia diui Nicolai Stocholmiæ procurantes, constantè negabant, se aut tyranno, aut tyranni filio regni solium permissuros, sed pro filio ducis Erici se usque ad extrema fata pugnuros. Quocirca pertinacibus insultibus obfessos ita urgebant, ut castro manibus eorum relicto, salutem corporum pacti egredierentur. Ducales autem paricidij enormitate permoti, deuictam arcem funditus desolatam reddiderunt. Deinde arce Stegaborg (ut diximus) in suam potestatem redacta, atque funditus destructa, Mathias regni gubernator praegrandi exercitu suffultus, bellum graue, & atrox in Schoningianos transferebat, quod hi antea Vesgothos unā cum Birgero cōtra pacta, & fidem trucidassent. Tum Dani copias ingentes tam ex Teutonum terris, quā ex sua Dania contrahentes, obuiam procedunt hosti aduentanti: factaque pugna, Gothi uictoriam assecuti, trecentos milites, ac militares ex Danis captiuabant, ceteris omnibus aut fugatis, aut occisis. Deinde direpta tota Schoningia, praedaque maxima congesta, uictores in Suetiam & Gothiam redierunt. Quibus compertis Birgerus, & Regina ex Gotlandia in Daniam sese recipere festinabant, deposita omni spe amplius ad Suetiam redeundi. Tunc Christophorus Rex, qui nuper defuncto fratri Erico successerat, mansionem quandam in castello Spicaborg Birgero, & Reginae eius concessit: in qua post paucum infelicitis uitae tempus, incomparabili dolore desiccantes, morti, quam diu optauerant, succubuerunt.

*Nicopia arx desolatatur, & desolatatur. Stegaborg arx deuicta desolatatur. Schoningianū bellum.**Gothi Danos vincunt, & captiuant.**Birgerus & Regina ad Danos fugiunt.**Spicaborg Birgeri mors.*

**H**Astenu de tragica historia Birgeri, & fratrum eius nunc paucis illa attingamus, quæ eorum temporibus acciderunt. Annus Christi MCCXCI. fuit apud Gothos Sueones admodum grauis, & infelix. In primis enim continxit illud clarissimum lumen totius ecclesiæ Suecane, neditum Episcopum Lincopensem, Finlandiæ ducem, & Regum Valdemari & Magni fratrem: deinde Annus dum Episcopum Strengensensem uiolenta morte abstrulit eandem ecclesiam consecrauit. Sed uisum est portento le, quod ecclesia uno eodemq; die consecrata fuit, & casuali consumpta. Simile quoque fatum Bono Episcopo Vexionensis, pluresq; alij tam ecclesiastica dignitate, quam seculari potestate præditi sustinuerunt. Duo etiam rapiti, & profundissimi torrentes apud Ostrogothos uentata, & Norcopia à solito cursu contra omnem naturam spositionem quieuerunt. Nec diu post, uidelicet anno MCCXCIII. frigus hyemale tantum inualuit, ut equi Iuthia, siue Cymbria Danica per mare congelatum in uegiam itinere longissimo transirerent. Nec longo post tempore Nicolaus Alonis, accepta à Bonifacio Papa octauo consecratione, & pallio Archiepiscopali, ex Roma in Upsaliam reuersus. Sed multa aduersa sub illa perniciosissima Birgeri, & fratrum eius discordia pati coactus est, nunc ab altera parte impugnatus, quem admodum in Norcopia Metropoli extensius inuenitur. Eodemq; tempore duo principia emporia combusta fuerunt, Stocholmia apud Sueones, & Lodofia apud Vestrogothos, forte ut fatali incensio ostenderetur, neutrum sine altero periclitari posse. Ceterum anno Christi MCCXCVII. Nicolaus Archiepiscopus Upsalensis Concilium prouinciale in oppido Arbogensi celebrari: de quo alibi latius est enarratum. Præterea

An. 1291.

Benedictus Episcopi Lincopensis mors.

Anandi Episcopi Strengensensis mors.

Strengensensis ecclesiæ constagratio.

Bono Episcopus Vexionensis mortuus.

Motala.

Norcopia.

An. 1294.

Frigus ingens.

Nicolaus Alonis Archiepiscopus Upsalensis.

Stocholmia combusta.

Lodofia incensata.

An. 1297.

Concilium Arbogensense.

immineret horrenda calamitas in totum Gothorum & Sueonum imperium, ob intolerabilem Birgeri, & fratrum eius discordiam, nolens Deus suos fideles ad ea futura mala imparatos esse, suscitauit in sanctissima uidua Birgitta spiritum prophetiæ: quam si incolæ diligentius audiuisent, profectò à maxima tunc, & nunc imminentium periculorum clade præseruati fuissent. Anno Christi MCCXV. Olauus Sapiens, mortuo Nicolao Catilli, in Archiepiscopum Upsalensem surrogatur, & à Ioanne Papa XXII. confirmatur. Anno uero sequenti Finlandenses, postquam uiderent se à Sueonibus plus iusto grauari, nullumq; finem in solitis oneribus imponi, ut suæ tandem consulerent libertati, Buggonem quendam ex suis in Regem elegerunt. Sed eo per Birgerum Regem occiso, ad duriores seruitutem redierunt. Nec silentio implicandum est, quod anno Christi MCCXCVII. ille sanctissimus ecclesiæ Scarenensis Pontifex Brynolphus, post multos labores, atq; eximia sanctitatis opera, hoc tristorium seculum felici cursu consummauit. Sepultus in sua ecclesia Scarensi, & tandem miraculis clarus, in numerum Sanctorum dignissime est reclusus. Præterea hoc loco dissimulandi non sunt quidam nouelli patriæ suæ calumniatores, qui affirmant Regem Birgerum abstulisse quædam legem de uenditione mancipiorum: quasi id antea lege concessum fuisset. Nunquam enim uel gentilium, uel Christianorum temporibus ad eam seruilem conditionem depresso fuisse Gothi, uel Sueones, qui ab initio rerum suam libertatem gladio, & armis tutari consueuerunt. Abeant igitur illi soli scioli in turpem seruitutem, ad quam se sua ignauidia superbia, ut totam patriam euerterent, temere submisserunt.

S. Birgitta uirgine.

An. 1315.

Olauus Sapiens Archiepiscopus Upsalensis.

Buggo Rex Finlandiæ.

An. 1317.

S. Brynolphus Episcopus Scarenensis.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; liber  
uigesimus primus.

## CAPVT I.

Magnus Sme-  
ech 134. Rex  
internus.

Magnus igitur occisi ducis Erici filius, a-  
moto à regni solio Birgero, per summam  
ducalium militum industriam Rex Go-  
thorum & Sueonũ designatur. Mathias  
enim utriusque regni gubernator anno

An. 1319.

Christi MCCCXIX. non solum senatores & proceres, sed  
totius plebeiæ multitudinis nuntios ex uniuerso principa-  
tu ad Vpsalensem Metropolim pro sufficiendo nouo Re-  
ge conuocauit. Est autem nõ procul ab eo loco lapis, quem  
Morasteen appellat, Regiæ electioni ab antiquissimo tem-  
pore dedicatus: ad quem innumerabilis incolarum multi-  
tudo confluit. Tum quidam ex senatu regni præcipuum  
orationem grauem & elegantem coram congregata multi-  
tudine proponens, ostendit, quàm necessarium esset, post  
tot domesticas & periculosas controuersias, in unum Prin-  
cipem, & Regem consentire, idq; in eo loco, quem anti-  
quorum autoritas Regiæ electioni deputauerat. Demum  
uerba sua ad diuinam misericordiam conuertens, rogabat,  
ut Deus periclitanti populo suo talem Regem præficere  
dignaretur, qualem desolatæ patriæ necessitas magno de-  
siderio postularet. Qua oratione finita, Mathias guberna-  
tor hunc Magnum Erici filium, uix tertium annum egres-  
sum, coram proceribus & tota populi multitudine uiden-  
dum eleuauit, tantumq; sua eloquentia, qua magnifica du-

Magnus mino-  
rennis eligitur.

cum

cum gesta, & aui eius Magni Regis merita ad coelos effe-  
rebat, profecit, ut tandem post plura consilia hinc inde  
proposita, unanimitate omnium consensu in Regem assume-  
retur. Aderant quoq; Noruegianorum legati, qui ostenso  
omnium illius regni procerum consensu, ipsum post ma-  
terni aui fata Regem elegerunt. Non enim Haquinus alium  
post se Regem, quàm filiam huius Magni matrem reliquit.  
Aduenerunt etiam à terra Gotlandiæ (quam Birgerus in  
Daniam fugiens reliquerat) oratores, à quibus Magnus in  
tam tenera ætate Rex saluatus, prius potentissimus Prin-  
ceps constitutus est, quàm illa intolerabilia onera, quæ bo-  
ni Reges sustinent, cogitare potuisset.

Magnus fit Rex  
Noruegiæ.

## CAPVT II.

Accidit paulo post tempore Schoningianos sub gra-  
uissimam seruitutem Teutonicorum, & Holsato-  
rum deuenisse: nec habebat aliquam humani auxilij spem,  
cum etiam Dani ab eisdem hostibus grauissimè uexaren-  
tur, ut nec suæ propriæ libertati consulere possent. Quo-  
circa Schoningi, missis in Suetiam oratoribus, auxilium in-  
tantis calamitatibus implorabāt, se, suamq; patriā (quem-  
admodum ab initio fuerat) regno Gothorum subijciantes.  
At Sueonum & Gothorum proceribus uisum est, nihil in  
eo difficili negotio facere, nisi Danorum Rex Christopho-  
ris, consentiente sui regni senatu, eandem Schoningorum,  
& Hallandorum, ac Blechingorum liberationem postula-  
ri. Qui cum perpenderet impossibile esse, ut se, & Daniæ  
regnum tam acriter ab utroque latere impugnatum in li-  
bertatem uindicaret, consensit: immò per literas & nun-  
tios rogabat, ut Schoningia cum Hallandia, & Blechin-  
gia ad regni Gothici coronam, à qua abstracta fuerat, re-  
stitueretur. Proinde Hemmingus Archiepiscopus Vpsa-

Schoningiā à  
Teutonicis  
grauissime af-  
figuntur.Schoningiā Go-  
thi & Suedi  
auxilium im-  
plorant.Hemmingus ar-  
chiepiscopus

Vpsal.

*Vpsalensis in  
Rēpub. patria  
neglātissimus*

lensis cum omnibus suis cōepiscopis se ad Vardbergū, ter-  
ra Hallandiæ oppidum, in medio mensis Nouembris con-  
tulit: ibiq; summa prudentia usus, hostiles turmas, quæ iam  
illas terras penitus desolauerant, data eis ingenti pecunia,  
à calamitosorum ciuium capitibus amouit. Continuo nan-  
que acceptis à Sueonibus & Gothis septuaginta millibm  
marcarum argenti puri ad graue pondus Coloniense, ter-  
ras illas in manibus Sueonum & Gothorum reliquerunt.  
Præterea tenebantur eodem tempore Schoningi regio  
Sueonum in magna auri summa pro trecentis militibus, &  
ducentis equitibus à captiuitate redimendis. Quo factis,  
Hëmingus Vpsalensis, & Petrus Lundensis Archiepiscopi,  
unà cum cæteris Pontificibus & Prælati, qui aderāt, ple-  
namq; facultatem à Danis habebant, iudicabant, & decla-  
rabant, Schoningiam cum reliquis nominatis terris, omni-  
uia iuris, adeoq; indissolubili pacto unitam esse debere re-  
gno Gothiæ, & de cætero perpetuis temporibus censenda  
esset regni Gothiæ, & non Daniæ pars, repositis terminis  
eiusdem regni Gothiæ, ut ab initio regnorum fuerant, in  
medio freto Eresfundiano, quo Daniæ regnum ab Aquilo-  
naribus terris, & regnis separatur. Hanc opem nisi tunc  
Gothi & Sueones Schoningiani præstitissent, futurum o-  
mnino fuisset, ut Teutones non solum Schoningiam, sed to-  
tam Daniam occupassent. Deinde Archiepiscopus Lun-  
densis, cæteriq; Prælati Schoningiani sese ad perpetuam  
fidelitatem regno Gothiæ, consentientibus Danis, astrin-  
xerunt, omniaq; legitimo cōtractui necessaria, quæ apud  
bonos & fideles ualere solent, præstiterunt, quem-  
admodum literæ in archiuo ecclesiæ Vpsa-  
lensis recondite, & hic insertæ sa-  
tis apertè demon-  
strant.

*Petrus Archiepi-  
scopus Lunden-  
sis.*

*Schoningiani se  
et posteros suos  
Regibus, & re-  
gno Suetiæ per-  
petuo iure iurā-  
do obligant.*

SEQVNTVR LITERAE DE RE-  
demptione Schoningiæ.

**V**Niuerſis præſentes literas inſpecturis, Petrus Lun-  
denſis, & Hemmingus Vpsaleniſis diuina miſera-  
tione eccleſiarum Archiepiſcopi, Petrus Lincopenſis, Sig-  
go Scarenſis, Frenderus Strengenſis, Odgyſlus Aroſien-  
ſis, Henningus Aboçniſis, & Boëtius Vexionenſis eccleſia-  
rum eadem miſeratione Epicoſci, Ioannes monaſterij San-  
ctorum omnium in Lundis, Ragnaldus in Aluaſtro, Sue-  
no in Hergede, Vinmarus de Varnhem, Andreas de Sinth,  
Folcho de Nouaualle, Michaël de Biackaskog, Henricus  
de Saba, N. de Thomatorp, & Andreas de Aſylo Abbates,  
Petrus Dalbienſis, & Godeſfredus de Ekilſtuna Priores,  
nec non capitula eccleſiarum Cathedralium, & conuentus  
monaſteriorum prædictorum. Salutem in Domino ſempi-  
ternam. Cum regnum Suetiæ, & terra Schaniæ ita legali-  
ter & indiffolubilitè unita ſint, & coniuncta, quòd unum  
de cætero regnum cenſeri debent perpetuis temporibus,  
ac unius Regis præſidio gubernari, ſicut patentes literæ,  
& manifeſta inſtrumenta ſuper hoc ædita lucidius edocēt  
& declarant: nos unionem memoratam prompto & bene-  
uolo amplexatè affectu, firmiter promittimus, quòd ma-  
gnifico Principi domino noſtro chariſſimo D. Magno Sue-  
tiæ, Noruegiæ, ac Schaniæ Regi illuſtri, ſuiſq; ſucceſſori-  
bus & heredibus, pro dicto regno Suetiæ & Schaniæ in  
unionè præfata retinendo, necnon pro eodem cum ſuis iu-  
ribus, & iuſtitia contra omnem hominem defendendo, æ-  
ſtabimus fideliter uerbis, factis, conſilijs, & auxilijs, quan-  
tum poſſumus, iure eccleſiæ, ordine, & officio noſtro ſal-  
uis, habituri deinceps limites dicti regni Suetiæ, qui an-  
tè citra Schaniam tenebantur in ipſo paſſagio Oraſund,  
eoſdemq; uſque illuc unà cum alijs confinijſ, & limitibus.

*Gothi regni li-  
mites in Ora-  
fund.*

eiusdem regni Suetiæ & Schaniæ, ubicunque illud hostiliter inuadi contingat, cum omni fidelitate, & toto posse nostro uiriliter & unanimiter cum Dei adiutorio defensuri. Ceterum reuoluentes sedulo in intimis cordis nostri, quam plena sit periculis, & onusta dispendijs intestina dissensio, ea potissimum, quæ solet multoties ex uacillatione regiminis prouenire: & tantis malis, quantum Deus permiserit, prospicere circa regni regimen cupientes, firmiter promittimus, quòd inclytum domicellum Ericum filium dicti domini nostri Regis seniore, iuxta consilium & uoluntatem eiusdem domini nostri, in Regem, & dominum nostrum supra dictum regnum Suetiæ & Schaniæ terras, prouincias, & insulas tributarias ad idem regnum pertinentes, omni quo decet honore, secundum debitam formam, & consuetudinem ab antiquo iure in regno Suetiæ approbatam, in loco pro electione Regis deputato, unanimiter & concorditer eligemus, obligantes nos, & nostrum quemlibet extunc ad seruandū sibi cum omni obedientia, fidelitate, seruitijs, homagijs, & fauore, prout ex debito ueri subditi tenentur domino suo facere, & uero Regi, saluo per omnia eidē domino nostro Regi Magno patri eius iure regendi ut prius, præcipiendi, ordinandi, ac statuendi toto tēpore suo, quo superstes fuerit, circa nos subditos suos, & regni res, ac negotia, quæ pro commodo & utilitate ipsius regni uiderit expedire. Itē promittimus firmiter, ut prius, quòd si præfatum dominum nostrum Regem Magnum (quod Deus auertat) nobis uiuentibus migrare contigerit ab hac luce, inclytæ dominæ nostræ Blæcæ, & dicto domino nostro Regi Erico ad honorem, & seruitiū in omnibus fideles erimus, eisq; in suis iuribus in Suetia & Schaniæ fideliter astabimus, iuxta posse: & si idem Ericus Rex noster protunc minor annis fuerit, sibi & regno suo Suetiæ

tiæ & Schaniæ iuxta consilium, consensum, & ordinationem nobiliorum eiusdem regni Suetiæ & Schaniæ, tutor indigena deputetur, & castra omnia, & regni munitiones cum eorundem consilio, & prouisione per indigenas gubernentur, donec cum ad legitimam etatem Deus dederit peruenire. Si uerò dictum dominum nostrum Regem sine liberis existētibus decedere contingat, tunc alium de filijs domini nostri Regis prædicti Magni superuiuentibus, qui conuenientior & aptior habeatur, in Regem & dominū nostrum super antedictum regnum Suetiæ & Schaniæ, terrasq; prouincias, & insulas memoratas, & nullum alium ritē, & rationabiliter, ut cōuenit, eligemus. Item, si ipso domino nostro Erico Rege supradicto superstitē, uel eius liberis existentibus, contingat dominum Haquinum fratrem eius, quem idem pater ipsorum dominus noster Rex Magnus regno suo Noruegiæ præficiendum duxerat, principatum, seu regnum regni Suetiæ & Schaniæ contra istud patris sui, & matris factum uelle usurpare, tunc eidem domicello Haquino totis uiribus resistemus: quod etiam proceres, & domini in regno Noruegiæ promiserant, quòd eidem domicello Haquino in nullo penitus consilium, auxilium, uel fauorem ministrabunt, quorum prætextu contra hanc cōstitutionem ueniat, uel contrauenire attentet in futurum. Similiter si cōtingat dominum nostrum Regem Ericum supradictum ad regnum Noruegiæ uelle se intrudere, domicello Haquino, & eius liberis existentibus pari modo promittimus, quòd in hoc facto ipsi domino nostro Regi Erico memorato nullatenus coadiutores erimus, aut fautores. Et si contingeret quòd uterque dictorum fratrum, uel eorum alter, contra præmissa patris eorundem, & nostra facta uenire uoluerit, & alienigenarum, seu extraneorū ad hoc auxilium adduxe-



rit, & per hoc regnorum prædictorum aliquod hostilitate  
 inuadere, seu subintrare attentauerit, extunc regnum  
 trunque, scilicet Noruegia, Suetia & Schania, unanimi-  
 ter, & insimul totis uiribus, & posse huic eorū uoluntati  
 efficaciter resistere laborabit. Quodcunque regnorum  
 prædictorum prius, uel pluries circa talia fuerit necessi-  
 tatum, ad hoc finaliter, & intentè, ut eorum paterna tam  
 prouida pacis, simul & concordie præordinatio in suis  
 uiribus, & pleno robore irrefragabiliter perseueret. Et  
 si memoratum dominum nostrum Regem Magnum plu-  
 res contingat habere liberos, protunc promittimus, ut su-  
 perius, quòd ipsorum quemlibet utriusque sexus in suo iu-  
 re, & honore iuuabimus, prout ipsis, & eorum status,  
 conditioni, simul & sexui congruerit, & competit, secun-  
 dum leges, & statuta regnorum prædictorum, tam Suetie  
 & Schaniæ, quàm Noruegiæ, & iuxta consuetudines in  
 eisdem regnis approbatas. Verum si quis cuiuscunque con-  
 ditionis, aut status contra præmissa, uel eorum aliquod in  
 parte, uel in toto se opponere, aut ea annihilare, uel infrin-  
 gere quomodolibet nostris temporibus attentauerit, pro-  
 mittimus firmiter, sicut supra, quòd eidem, quominus illi  
 efficiat, totis uiribus & posse nostro, uiriliter & unanimi-  
 ter resistemus consilijs & auxilijs, quantum possimus, iure  
 ecclesiæ, ordine, & officio nostro saluis. Quamuis autem  
 libera & spontanea uoluntate, ac affectanti animo huius-  
 modi negotium pro bono pacis fecisse dinoscimur, per hoc  
 tamen iuribus, & consuetudinibus in regno Suetiæ & Sch-  
 aniæ ab antiquo tempore de Regia electione obseruatis, in  
 nullo penitus uolumus derogari, quin ad nos, & successo-  
 res nostros Regum electio cum iuribus suis omnibus, et  
 mortem dicti domini nostri Regis Erici, uel alterius domi-  
 ni nostri domini Magni filij, quæ ipso domino nostra

Regi

Rege prædicto sine liberis (quod absit) mortuo, in Regem  
 (ut præfertur) eligemus, liberè reuertatur. Ut autem præ-  
 missa omnia, & eorum quodlibet maioris habeat roboris  
 firmitatem, sigilla nostra præsentibus duximus apponen-  
 da. Datum Vardbergis anno domini MCCCXLIII. in  
 octaua beati Martini Episcopi.

## CAPVT III.

**H**Ac igitur indulgentissima fortuna Magnus trium-  
 regnorum potentissimus moderator effectus, prin-  
 cipium sui imperij gloriosum habebat, finem autem nimis  
 difficilem, atque infortunatum. Quandiu enim pruden-  
 tissimus regnorum gubernator Mathias Chetelmundi  
 uiuebat, & unicuique, quod iustum & æquum erat, fa-  
 ciebat, nulla in regno discordia, nulla bellorum formi-  
 do, neque ulla innocentum, & pacificorum hominum  
 oppressio usquam emerfit. Interim Magnus consensu,  
 & consilio procerum, præsertim Mathiæ gubernato-  
 ris, coniugem sibi ex Regio sanguine in Francia Blancam  
 nomine accepit: ex qua pater factus est duorum filiorum,  
 & trium filiarum. At sublato è uiuis Mathia, paulatim  
 Magnus de se ipse esse uirtute, & probitate magnus. Cœpit e-  
 nim comestationibus, delicijsq; magis, quàm Reipub. utili-  
 tatibus inseruire. Nec pati poterat consilia sapientum, qui  
 ad uanitates se abiecerat perditæ iuuentutis: maiorem quip-  
 pe rationem uoluptatis, quàm honestatis præ se ferre non  
 erubuit. Factumq; est, ut quantum Rex à uirtutum offi-  
 cijs cessauit, tantum tota Respublica tenderet ad ruinam:  
 & quantum erat imminutus numerus sapientum consi-  
 liariorum, tantum adauctus est numerus fatuorum: sub  
 quibus tandem tota patria non modò periclitata, sed pe-  
 nitus desolata iacebat. Interim tamen uisum est Magno

Pacis officia.

Blanca Gallica  
 uxor Magni  
 Smeech.  
 Mathias Che-  
 telmundi mo-  
 ritur.  
 Magnus à probi-  
 tate degenera-  
 rar.

Consiliarij ty-  
 rannorum.

Moscouitarum bellum.

Militia inutilis amouenda.

Magnus diuinorum reuelationum contemptor.

Moscouita superantur.

Moscouitarum fraus.

Ferrum pro auro offertur.

bellum contra schismaticos Moscouitas præparare. Quod cum sanctissimæ uiduæ Birgittæ tunc in Suetia clarescenti compertum esset, fideliter, & ex diuina reuelatione eam admonere curauit, ut à suo exercitu eos milites amoueret, qui sibi alium belli finem, quàm publicam Christiane plebis pacem proposuisse uiderentur, utpote qui magis rapinas, incendia, & urbium dirceptiones, quàm uerum ueri Dei cultum ad schismaticas gentes extendere curarent: quod maximè de Teutonica & Danica militia Deum præmonuisse dicebat: eligeretq; in eorum locum Sueones & Gothos, qui nihil aliud ab hostibus, quàm licentiam malè faciendi auferrent. Sed imprudens Rex non solum hanc, uerumetiam omnes alias reuelationes à Deo inspiratas contemnens, colluuiem ingentis, atque incondite militiæ secum trahens, primo insultu magnam Moscouiæ partem uictrix manu subiugauit, occupata eorum præcipua arce Pechense. Sed non deerat uaserrimis Moscouitis ingenium, quo hostium auaritiæ callidissimis promissis illuderent. Cum enim intelligerent Regem nimia auri fame laborare, tantum auri & argenti se quantocum allaturos spondebant, quantum ipse, & totus exercitus eius uix optare potuisset. Sed quid accidit? Credidit infelix Rex perfidissimis schismaticis, qui prius credere noluit Birgittæ mulieri sanctissimæ. Confestim igitur suæ temeritatis poenas luens, uidit infinitam Moscorum, Tartarorum, & Lituatorum multitudinem aduolare, non aurum, aut argentum, sed ferrum in aculeos sagittarum conuersum afferre, & mortem inferre paratam.

CAPVT

CAPVT IIII.

Itaque cum ad extrema, & penè inuitabilia pericula deductus esset, à solis Suconibus, quos in postremo stipendio collocauerat, seruatus euasit. Hi enim magno labore, & non minore industria uicini fluminis meatum effodientes, Regem (quamuis malè meritum) à mille periculis non sine omnium admiratione eduxerunt. Qui uerò in præsidio arcis remanserant, à Moscouitis crudelissimo mortis genere affecti, trucidatiq; corruerunt: quorum casum ingratus Rex inter parua damna reputans, palàm ostendit, se maiorem turpissimorum histrionum, quàm fortissimorum uirorum æstimationem habere. Quippe morum similitudine turpibus amicitia adiunctus, prudentes, & sani consilij homines abiecit, factus enormium uitiorum, & nefariæ libidinis portentum. Ea nanque flagitia relicto Regiæ toro commisit, quæ à uerecundo ingenio nequeat nominari. Quæ enim scelera tam horrenda esse possunt, quæ non committuntur à Regibus & Principibus, quando relicto Dei timore, uilissimorum hominum consilijs se permittunt? Iusto igitur dolore Regina commota, coram Hemmingo Archiepiscopo Upsalensi clam cõqueritur, Regem uiolata matrimonij lege ad nefariæ libidinis consuetudinem se penitus contulisse.

Magnus periculum maximè euasit.

Sueones à perfidis Moscouitis circumuenti trucidantur.

Magnus portento sa libidine inficitur.

Blanca Regina de sceleribus mariti apud Archiepiscopum conuerteritur.

CAPVT V.

Quocirca Hemmingus suo officio satisfacturus, assumptis secum coepiscopis suis, & quibusdam ex regni proceribus, Regem piè, paternèq; admonet, ut publicam suæ uitæ infamiam publica morum conuersatione castiget. Quæ quidem honestissima admonitio ita ab indurato Rege excepta est, ut nulla suæ Regiæ dignitatis, aut Pontificiæ autoritatis ratione habita, iuraret, se ince-

Magnus iusta admonitione deterior factus est.

ptæ uitæ institutum nequaquam mutare uelle. Hoc pertinacis animi responso accepto, Pontifices, & cæteri Gothorum, Sueonumq; proceres formidabant, ne diuina indignatio ob tam horrenda Principis facinora in omnes eius subditos prouocata desæuaret. Proinde duos ipsius filios, Ericum Sueonum & Gothorum, Haquinum uerò Noruegiæ Reges, siue regni consortes constituunt, existimantes, quod pater filiorum honorem, perinde ac propriam dignitatem æstimaturus esset, quemadmodum à principio æstimasse, & consensisse uidebatur. Sed ea erat in facinoroso Principe inconstantia, ut non longo post tempore filium Ericum à regni consortio amouere, & perdere conaretur. Quendam enim militem non solum ducem, sed dominum totius regni constituens, edicto præcepit, ut Ericus non Rex, sed Dux uocaretur. Ericus autem auxilio procerum subnixus, arma in aduersarium ducem mouens, omnia castra, & ciuitates, & terras ab eo recuperauit, atque in Schoningiam abire coëgit. Cuius eiectionem Regina adeò graui animo tulit, ut Superos, & Acheronta pro eius reductione flectere cogitaret. Nam Valdemarum Danorum Regem celeriter accedens, promisit, ut si eundem ducem in pristinum statum, à quo deiectus fuerat, restitueret, ipsa protinus efficeret, ut Schoningia facile, & sine armis ad coronam Daniæ rediret. Gratissima fuit astuto & auaro Regi Valdemaro tam grandis & inasperata promissio. Sed cum uoluntati Regine satisfacere conaretur, dux ille ab Erico impugnatus occiditur. Tunc Regina uehementi dolore afflicta, immò nouercali dolo affecta, apud Regem Magnum effecit, ut Ericus ad designatum diem compareret, perinde ac si de regnorum negotijs tractandum esset. Paruit autem Ericus ab utroque parente uocatus. Sed uenientem illi excepere parentes, ut tutius se ad tigrides, & quascunq;

Ericus & Haquinus Reges constituuntur.

Magnus in filiis Erici desecit.

Blanca Regina Schoningiam Danis prodidit.

Ericus Magni filius adulterinum ducem sperat, & occidit.

immanes belluas, quam ad eos contulisset. Nam à crudelissima matre toxico impetitus extinguitur, præfatus se ab eadem matre mortem accepisse, è qua uitam susceperat. Infamis profecto mulier, quæ potius ab extrema barbarie, quam à regno Galliæ illuc peruenisset. Hanc enim omnium primam lego, quæ uenena apud nostros miscere docuisset. Sed diuinæ benignitati debemus, quod nullas, aut certe paucissimas hactenus habuerit in nostris terris imitatrices.

Ericus à matre Blāca ueneno extinguitur.

## CAPVT VL

**R**ecuperatum igitur infami scelere regnum Magnus nihil prudentius, quam antea administrabat. Enim uerò nobiliores regni proceres, qui incorruptam Erico fidem seruauerāt, graui odio insectatus est: illiq; uicissim sanguinarium Regem, qui eorum Regem tam nefarijs insidijs auferri permiserat, nequaquam poterant non odisse: nec poterat eius contaminatissima uita, nisi in summo contemptu, & publico omnium odio uersari. Creuitq; indies eaciuilis controuersia, usque ad præsentissimam totius Reipublice perniciem. Quod cum Valdemarus Danorum Rex satis compertum habuisset, confestim Danicæ consuetudinis memor, cogitabat ea domestica Sueonum & Gothorum discordia ad aliquam eximiam Danici regni utilitatem uti. Primum itaque missis literis, & legatis, Regem Magnum ad suas partes, & singularem amicitiam inclinare cōtendit. Nec sua spe frustratus, plura, quam honestè sperare potuisset, assecutus est. Siquidē Magnus, uisis dulcissimis literis, & magnificis promissis Valdemari, quiescere non potuit, donec ad eius colloquiū in terram Schoningiae descenderet: ubi ab ipso tam blandis obsequijs, & suauissimis colloquijs exceptus est, ut putaret se in sinum indul-

Magnus recuperato regno crudelior euasit.

Valdemarus Danus Rex Sueonum discordia utitur.

Magnus Rex Blanditimonē assequutus.

gentissimæ matris rediisse. Valdemarus enim ita egregiè uerbis ipsum lactabat, ut Magnus in omne reliquum tempus, Blanditus, & Lactatus per conuiuium uocaretur. Quippe tam effeminatè se gessit, ut omnem Gothicam seueritatem penitus abieciße uideretur. Nec dubitabat plus fidei apud unum blandiloquum Danum reponere, quam apud omnes Gothorum & Sueonum proceres, quorum sudore, & sanguine factus fuerat tot terrarum & regnorum Princeps: immò abiecta omni erga patriam charitate, cum illo Rege in priorum regnorum desolationem omnino consensit, factus suorum subditorum insignis hostis, prædo, & proditor. Enimuero illarum literarum exemplaria, quibus terrarum Schoningie, Hallandie, Blechingie liberatio, uel redemptio inserta erat, spontè, & liberè in manus tam insignis hostis assignare non erubuit, nihil ab eo pro tam ingenti argenti summa repositens, nisi quòd toto studio conaretur Suetici regni proceres, à quibus pro suis enormibus sceleribus tam liberè reprehensus fuerat, opprimere, & in abiectam aliquam conditionem redigere: propter quod si Valdemarus equam mercedem ex terra Schoningie non haberet, permitteret etiam illi duas optimas insulas, Elandiam & Gotlandiam, quæ semper fuerant regnis Gothiæ & Suetiæ obedientissimæ, diripiendas & desolandas. Hic merito & iuste exclamare possem: O insensate, & dire tyranne, nimis ingenti pretio duos carnifices in capita tuorum fidelissimorum ciuium conducis.

Magnus proprii regni traditor, & suorum carnifex efficitur.

Exclamatio in tyrannum.

Germanie ciuitates hostilia nuntiant Valdemaro Danorum Regi.

CAPVT VII.

Commouit ea Gotlandie deuastatio omnes Germanie ciuitates, præsertim illas septuaginta capitales, quæ missis legatis hostilia Valdemaro, ob direptum eorum

insigne

insigne emporium Visbycense, nuntiabant. Sed iam Valdemarus ob confœderationem, quam cum Magno iniuerat, audacior effectus, earum legationem quibusdam ludicris uerbis reiecit, & cõtempst. sumpta responsione ex septuaginta anseribus, quibus principes, & totidem gallinis, quibus imbelliam ciuitatum denotare uolebat. Quam quidem responsionè Dani etiam hodie magno applausu extollunt. Nec minus, immò maximè commoti fuerunt omnes Suetiæ incolæ, considerantes suum Regem Magnum omnia temere, & nihil prudenter agere, totoq; studio in suorum subditorum exterminium ferri. Quocirca Pontifices, & proceres filium Regis Haquinum adhortantur, ut desolatæ patriæ misereatur, prouideatq; ne tam ipse, quàm pater eius ex toto imperio, citius quàm credi possit, amoueantur. Per suus igitur Haquinus tantorum uirorum autoritate, & consilio, patrem in ecclesia maiore ciuitatis Calmarnensis captiuat, atq; in arce eiusdem ciuitatis custodiri fecit. Quo facto, principes optimè consolati, suadebant Haquino, ut imperium à patris tyrannide liberatum ita confirmaret, ut accepta ex Holsatia coniuge, sese aduersus futuras hostium insidias Holsatica affinitate præmuniret. Paruit Haquinus optimè suadentibus proceribus, legatosq; qui sponsam Elizabetham Henrici Holsatiæ comitis germanam adduceret, expediuit. Interea tamen, cum illi impositam prouinciã diligenter prosequerentur, Haquinus patrem à captiuitate absoluit, absolutumq; quocunq; uellet abire permisit. Confestim igitur Magnus ad suauissimum amicum suum Valdemarum Danum accessit, effecitq; ut eius filia Margareta Haquino desponsaretur, insidiæq; in mari, & terra ponerentur, quibus legati pridem in Holsatiã missi intercepterentur. Quæ omnia, ut Sueonibus erant nimis odiosa, ita Valdemaro gratissima, & incunda. Statimq; filiam Haqui

Magnus ab Haquino filio captiuatur.

Magnus à captiuitate liberatur.

Haquino Margareta desponsatur.

*Sueonum legati à Valdemaro Dano capti-  
uantur.*

no despondit, & proceres ex Holsatia cum nouella sponſa ad Suetiam per mare regredientes comprehendit, comprehenſosq; multis contumelijs affecit, & hinc inde per arces regni Danie custodiendos distribuit. Cuius rei indignitate uehementer commotus est dux Albertus Magnopolensis, qui Regis Magni sororem Euphemiam habebat: eratq; eadem uirgini ex Holsatia ductæ proximo consanguinitatis gradu cõiunctus. Proinde instantissimis precibus apud Valdemarũ egit, ut Sueonum proceres, illustrissimamq; uirginem libertati restitutos abire pateretur.

## CAPVT VIII.

*Albertus dux Magnopolensis Sueonum legatos à captiuitate Danica liberat.*

**S**ed cum precibus nihil effeci posse uidebat, armatam Schaffem Danie litoribus imponit, totisq; quatuordecim septimanis ferro, flammaq; Danicas insulas deuastauit, donec Valdemarus captiuos sequenti cap. nominatos, ad naues ducis assignaret. Qui mox à duce in Suetiam abire permissi, non patriam, sed exilium intrauerunt. Iam enim Magnus à Valdemaro persuasus, non solum illos, sed plerosq; alios præcipuos Gothorum, & Sueonum proceres omnino proscribendos decreuerat: in quorum numero non postremum locum habebat Magnus Store, ex Gyltharum familia in Vesgothia oriundus: quem meum in paterna linea atauum agnosco. Hic ut erat patrie sue amantior, ita à tyranno maiorem persecutionem sustinebat. Causa autem ob quam tam illustres uiri proscribebantur, nulla alia erat, nisi quia Regem à perditis moribus ad uitam Regia maiestate dignam reuocare conabantur. Hi igitur uigintiquatuor erant, qui tyrannide Magni à patria expulsi, primò insulam Goilandie adierunt, deinde peracta huiusmodi me ad ducem Magnopolensem se conferentes, in primis excusare cœperunt, quòd illustrissimæ uirgini ex Holsatia

*Magnus nobiles proceres proscribit.*

*Tyrannos admodum est operam perdere.*

*Sueones proscripsi ducem Magnopolensem ademit.*

adductæ, non tam feliciter successerat, quemadmodum ab ipsis, & omnibus bonis magno desiderio fuisset optatum. Quorum excusationem optimus Princeps benignè admittens, respondit, eis non esse imputandũ, quod aliena culpa est cõmissum. Deinde ipsis bene sperare, & in sua terra manere iussis, de omnibus uitæ necessarijs liberalissimè, & ad plures annos prouidit. Interea tamen summũ studiũ apud Magnum tum per literas, tum per nuntios adhibuerunt, ut suorum iuramentorũ, & promissorum memor, melius terris, & populis sibi subiectis consulere, terramq; Schoningie ad Gothici regni unitatem reuocaret: nec putaret Regie honestati conuenire, auulsas regni partes in eorum potestatem transferre, à quibus mala sepius, bona autem nunquam, aut rarissimè rependi consueverunt. Præterea dux Magnopolensis summã diligentiam apud Magnũ adhibuit, ut tot, talesq; proceres de patria optimè meritos, in pristinã gratiam assumeret, eorumq; cõsilijs potius, quam aliorũ de negotijs regni minus expertorũ ueretur. Sed erat inane, & uacuum, quicquid apud Principẽ omnis humanitatis expertè agebatur, maxime talem, qui sine ratione, & lege uiueret, ac regeret, ut omnium, præsertim fidelium subditorum uitam euerteret, aut perderet libertatem.

## CAPVT IX.

**T**andem postquam aduertissent eum nullo obsequio, nullis precibus, nullisq; ingenijs mitigari posse, ad nouissima consilia conuersi, apertas ei literas miserunt, quibus significabant, se post ea tempora eius gratiam, aut amicitiam minimè curaturos, sed efficacius quò possent in ipsius destitutione cooperaturos. Et ne tantũ minis potentes esserent, confestim Albertũ eiusdem ducis Magnopolensis filium natu maiorem, ipsius Magni Regis ex sorore nepotem, in Regem Suetiæ elegerunt. Crantzius tamen causam

*Sueones proscripsi tyrannum sui officij admo-  
nent.*

*Magni stupida  
pertinacia.*

*Sueones proscripsi Magnum  
dissidentes, Al-  
bertum in Re-  
gem eligunt.*

adductæ,

potissimam huius electionis eam fuisse affirmat, quod Magnus inter dotalia pacta cum Henrico Holsatia duce ita conuenisset, ut si ipse Magnus coniugium Haquini filij sui cum sorore germana Henrici detrectaret, mox regnum Suetiæ ad Henricum, uel quæ ipse Henricus uellet, translatum esset, omnesq; proceres à iureiurando, quod Magno præstiterant, absoluti, & ipsi Henrico obligati censerentur. Qui demum ab Henrico ad Albertum (cuius filiam nuper duxerat) misit, filium eius Albertum in Regem elegerunt. Erant autem inter hos electores duo præcipui Pontifices, unus Lincopensis Nicolaus regni Archicamerarius, alter Vexionensis proximus regni consiliarius, Dominus Carolus de Topta regni Marscalcus, Nicolaus Sture Dapifer, Ericus Caroli Camerarius, equestri dignitate insignes, cum non paucis eiusdem regni proceribus, Albertum fortissima classe subnixū assumentes, navigationemq; ex Varnæ fluminis per Rostochium labentis ostio instituentes, ad insulam Gotlandiæ primò applicuerunt, effeceruntq; ut omnes eius incolæ eidem, perinde ac legitimo, & indubitato Gothorum Regi, obedientiam, fidelitatemq; præstarent. Deinde eum usq; ad Stocholmiam Sueonum regiam deducentes, prompto omnium consensu recipiuntur, ab horrentibus cunctis Magni ignauiam, & intolerabilem in omnes ordines tyrannidem. Tum Pontificum, & senatorum regni eadē tam nobiles, quàm plebeiæ multitudinis nuntij ex uniuerso Gothorum, & Sueonum imperio ad ciuitatem Stocholmensē conuocantur: ipsiq; Regi Magno, si suam causam ex æquo, & iusto defendere uellet, plena facultas est concessa. Sed eo non comparente, nec aliquo pro eo respondere uolente, lectæ sunt contra eum in publico regi consistorio grauissimæ querelæ, uidelicet, quod esset abominandis criminibus notoriè infectus, atq; in eis ita obstinatus,

Sueonum nomi-  
na qui profecti  
erant.

Gotlandi Sueo-  
num primi Al-  
berti Regem  
assumunt.

Holmiæ comi-  
tia instituan-  
tur pro amo-  
uendo Magno.

Querelæ contra  
Magnum gra-  
uissimæ.

stinatus, ut nec fidem Christianam, nec Catholicæ Ecclesiæ autoritatem in aliquo æstimaret, eò deterior Ethnicis, & barbaris principibus factus, quò diuina maiestate, & sapientia contempta, sese (Deo resistens) pariter & regnum suum iusto regimine destitutum subijceret inopinatæ calamitati: idq; iusto uindice Deo factum est, ut qui uellet alios in præcipites casus, ruinamq; emitere, ipsi certum foret pariformiter interire. Præterea iuramenta, quæ in sua coronatione ex more regni fecerat, non solum multipliciter uiolauerat, sed pro ioco, & ludo reputauerat: terras regni pro sua uoluntate ad manus hostium tradere, inter egregia facinora duxerat: subiectos populos omni uexationis genere molestare, nec ullum finem tributis, & oneribus imponere, ad Regiam gloriam spectare asseruerat. Insuper nec iudicij, nec legibus alicubi in toto regno ullum uestigium reliquerat: immò non secus ac publicus regni hostis, ad se omnium ciuium fortunas, nulla iustitiæ, aut æquitatis ratione habita, passim transfulerat. Quocirca totius senatus autoritate iudicatus est ipso nomine Regio indignus: omnesq; regnorum Gothiæ, & Suetiæ incolæ, ab eius obedientia senatus decreto absoluti. Deinde amoto à regni administratione Magno, proceres ipsi, ne in alienam familiam Regia dignitas translata uideretur, eiusdem Magni ex sorore nepotem Albertum in Regio solio collocauerunt. Haquini uerò similiter ut patrē, quia eius sceleribus plus, quàm patriæ fauerat, præterierunt,

Magnus ut pu-  
blicos prædo-  
habitus est.  
Magnus ab ho-  
nore Regio de-  
ponitur.

## CAPVT X.

**A**lbertus igitur anno Christi MCCCLXIII. Gothiæ & Suetiæ Rex creatus, in eam liberalem concordiam cum Magno consensit, ut ei tantam regni partem permitteret, quanta ad honestum statum eius conseruandam

Albertus 133.  
Rex interuenit.  
Anno 1363.  
Albertus Ma-  
gno concordiam offert.

dum satis idonea uideretur. Sed non æqua gratitudine Magnus Alberti liberalitatem compensabat. Nam cum Albertus grauibus prælijs in Finlandia contra eius terræ incolam implicaretur, Magnus filij Haquini Noruegiani, & Valdemari Danici Regis auxilio fretus, ingentem exercitum tam ex Gothis sibi subiectis, quam ex Danis, & Noruegians contraxit: eoq; suffultus ex Gothia in Suetiâ bellum transferre cõtendit, præfatus se aut totam Suetiam recuperare aut tota omnino carcere uelle. Nec Sueones suæ fidei erga Albertum præstitæ immemores, copias undiq; colligunt, & uenienti Magno circa pontem Osteni, non longè ab oppido Enecopensi occurrunt: sitq; atrox, & cruenta pugna: quæ etiam non minus impia, & crudelis erat. Nam ex utraq; parte Sueones pertinacissimè pugnantes, nec paratibus, nec amicis obuiam uenientibus pepercerunt. Tandem uictoria ipsum Magnum iam ter quaterq; infelicem deferens, ad partes Alberti aduolauit. Quod considerans Haquinus filius, dissipato post tergum ponte, in Noruegiam saluus euasit, patre interim in miserrimam captiuitatis sortem deducto. Nam Albertus exprobrata prius tam insigni eius ingratitude, ipsum in arce Stocholmensi toto septennio inclusit, donec filius eius Haquinus, collecto ex tota Noruegia exercitu, Vestrogothiam, ac Ostrogothiã devastando, usq; ad Stocholmiam perueniret, ipsumq; ab illa dura, & diuturna captiuitate faceret relaxari, resignatis in manus Alberti arcibus, quæ hactenus fuerant pro Magno cõseruatæ. Liberatũ itaq; patrem Haquinus secum in Noruegiam perduxit: ubi residuum infelicis uitæ suæ tempus absolvens, tandem infelicioris fato in aquis Bolmsford submersus interijt: de quo quid rectius dixerim, nisi quod melius illi fuisset, si aratro, & nõ sceptro genitus fuisset: Tum enim sine tanta infamiæ nota corpus, & sui nominis memo-

Magnus ad pertinaciam versus, bellum Sueon in infert.

Magnus vincitur, & Haquinus fugit in Noruegiam.

Magnus toto septennio captiuitate detinetur.

Magnus à captiuitate liberatur.

Magni Regis mors.

riam eodem tumulo obruisset, nec modò post tot secula factorem nominis eius sentiremus. Deinde Haquino defuncto, successit in regno Noruegiæ eius uxor Margareta, Valdemari Danorum Regis filia: mortuoq; patre etiam Daniam Noruegiano regno coniunxit.

Margareta Noruegiæ Regina.

## CAPVT XI.

Albertus igitur mortuo Magno in imperio confirmatus ad multos annos regnauit: & interim solenni, ac Regio instructus apparatu, in Magnopolim suam enauigauit: ibiq; curiã indicit in urbe Vismaria cunctis principibus Germaniæ inferioris. Cõfluxerat quicquid erat nobilitatis ab Hercinijs montibus usq; ad mare, Marchiones, Duces, Comites, & quicquid ubiq; erat præcipuum. Et primum quidem ratio habita est in cõsilio, ut pax & tranquillitas inter omnes seruaretur: inde cõuiujs, & tripudijs indultum est. Hastiludia, choreæ, militares & fœminei plausus, diuersaq; muscorum genera ubiq; personabant: non erat qui tristium rerum ullam memoriam faceret: omnia in pompis, & magnificis apparatibus, ac multiplici principum, & dominarũ honore agebatur. Quibus peractis, Albertus maxima Teutonum multitudine comitatus, classeq; instructissima uectus ad Suetiam remeauit. Sed erant in eo comitatu nimis multi, qui ad sempiternã Regis Alberti perniciem adducti uidebantur. Tales enim se in consilijs erga regem, & in conuersatione erga incolas præstiterunt, ut ab inimicis Alberti in eius familiã intrusi uiderentur. Quippe sub prætextu assiduorũ obsequiorũ, breui tempore effecerunt, ut Rex ab incolis, & incolæ à Rege penitus dissentirent, omnemq; amorè, & gratiã, quã Sueones à principio in Albertum ostenderant, publico odio cõmutarent. Cum enim ad utilitatè, honestatemq; Alberti spectasset, ut Suco-

Albertus in regno confirmatus Magnopolim adit.

Vismarianã comitia.

Albertus in Suetiam reuertitur.

Tyrannorũ serui & consiliarij pessimi.

Sueones ab Alberto contem-  
nantur.

num proceres in summa eius gratia, quem tot uitæ periculis in regni folio collocauerant, uersarentur, atq; ex ipsorum consilio omnia Reipub. negotia iudicaret: hi tamen extranei homines, rerum Gothicarum penitus ignari, eò Regem perfidissimis consilijs abduxerunt, ut nulla publica negotia per regni senatores, sed omnia per priuata suorum Teutonum iudicia decerneret, & exequeretur: castra omnia, & munitiora loca, officiaq; publica suis Teutonicis assignaret. Præterea Sueones, & Gothi suas causas coram Rege, uel eius iudicibus dicturi, cachinnis, & improperijs, immo non raro uerberibus excipiebantur, atq; sine omni consolatione reijciebantur. Nobilissimæ quoq; uirgines, & uiduæ, sepè in extraneorum, & indignissimorum coniugium consentire cogebantur: quos etiam Albertus suos consanguineos appellauit, ut digni haberentur illustrissimo matrimonio decorari. De quibus postea compertū erat, quod essent cerdonum, & uilium hominum filij.

## CAPVT XII.

**I**Nterea regni proceres non secus ac uilia mancipia estimati, prædia, & possessiones suas uenditabant, ut Regi in bellicis negotijs, quæ contiuè contra Danos promoueri, inferuissent. Tributa quoq; quæ ijdem imprudentes Regi consiliarij sine intermissione incolis imponebant, grauissima, & intolerabilia erant, nullumq; finem habebat: uidenturq; Sueticæ historiæ magno consensu affirmare, quod nunquam antea à principio regni tanta fuisset uiolentijs Sueones irrogata, quantam sub hoc Alberto sustinuerunt: quod non personæ eius, sed perfidissimis consiliarijs eius ascripserim: qui cum possent sua marsupia infarcire, & maxima munera suis cognatis transmittere, nihil proprius curabant, an Rex gloriosus, an infamis remaneret.

Albertus in Suecos intolerabilis.

dem postquam talium hominum tyrannide ita euacuatum esset regnū, quod antea fortunatissimū fuerat, ut nusquam alicuius auri, uel argenti uestigium appareret, coactus est Rex uim & uiolentiā suis subditis inferre, quos tenebatur ab omni aliorum ui, atq; iniuria liberos conseruare. Contractis siquidem ad publica comitia Pontificibus, proceribus, & omnibus, qui in regno prædia possidebant, quodlibet tertium prædium ab eis pro sua curia sustentanda postulabat, statimq; sine consensu possessorum omnia, quæ uoluit, nullo seruato numero, occupauit. Ob quam quidem intolerabilem uiolentiā Magnus Store atauus meus iterum exul effectus est: & quemadmodum olim ab iniquo Rege Magno Smeech in numero XXI II. I. procerum (quorum superius memini) proscripsum fuerat, atq; in Magnopolim discesserat, ita nunc nonnullis regni nobilioribus sociatus in Prusiā à facie crudelis Alberti euasit: ubi à Prusis Magistro, & ordine Teutonicorum, totius insulæ Gotlandiæ, quam consensu Alberti obtinebant, præfecturā assecutus est: in qua non multis annis superuiuens, in fata concessit. Hanc igitur Alberti temeritatem, siue tyrannidem cum Noruegiæ, & Daniæ Regina Margareta Regis Haquinii relicta comperisset, mox suorum prudentum consilio usa, nuntios, & literas quanto citius, & quàm occultissimè ad Sueonū proceres mittere curauit, quibus eos diligenter, & assiduè monebat, ut pristinae libertatis memores, ne quaquā pateretur, se ab hominibus Teutonicis tam iniuste opprimi, & ad ignominiosam seruitutē redactos cõculcari: sed se uiros ad arma natos meminerint, cogitarentq; honestius esse gloriosa morte occumbere, quàm seruituti, turpitudiniqu; succumbere: nec dubitaret, quin ipsa eos à presenti tyrannorum iugo potenter, & celeriter eriperet, si eam in regni Principem assumere uellent, quemadmodum

Albertus ex Suecia omnē thesaurū corrasit.

Albertus tertium prædium postulat.

Proscriptio nobilium.

Margareta Regina regnum Suetiæ ambit.



maritus eius uerus Suetici regni heres ante mortem declaratus fuisse. Audiuerunt quidem Sueonum proceres has Margaretæ exhortationes, sed plenam eis fidem adhibere nequiuerunt, in recenti memoria habentes, quomodo pater eius Valdemarus non parum cooperatus fuisset præsentium eorum infelicitati. Quocirca omnia extrema prius sustinenda esse, quam filiam malè meriti Principis in Regnam assumere uellent. Sunt tamen nonnulli inter eos reperti, qui quoduis aliud, quam præsentè rerum statum se pati posse putabant. Proinde relictis prædijs, & possessionibus, sese ad eam uelocius, quam felicius contulerunt. Albertus enim omnibus eorū bonis fisco adiudicatis, nō solū in eos, sed in eorum cognatos, & amicos sueritatem suam exercebat. Secutumq; est domesticum, & atrox bellum inter Regem, & totam regni nobilitatem, quo tam Regis, quam procerum uires uehementer extenuatæ fuerunt.

## CAPVT XIII.

Albertus bellū sumit contra Margaretam.

Interim uerò, dum Albertus ea domestica, & periculosa discordia laboraret, essetq; omnibus opibus penitus exhaustus, permisit sibi à suis imprudentissimis consiliarijs persuaderi, ut potentissimæ Reginæ Margaretæ (quæ iam Danicū regnum Noruegiano coniunxerat) bellum indiceret. Ad cuius executionē cum plurima pecunia indigeret, insulam Gothici regni partē, fratribus ordinis Teutonicorū tunc in Prussia regnantibus, pro viginti millibus duplorum ducatorum impignerauit. Sed Gothi, & Sueones summum dedecus existimantes, tam præclaram insulam à suo corpore auulsam esse, facta per singulorum capitum contributione, ipsam postea redemerunt, & quandiu concordēs erant, retinuerunt. Ea igitur pecunia à Prutenico ordine accepta, Albertus magnum ex Saxonia-

bus, & Holsaticis, ac suis Magnopolensibus exercitū comparauit. Nec contentus erat gregarios milites in suam militiam conscripsisse, sed duces, comites, barones sibi ex Germania associans, uisus est aureo hamo piscari uelle. Enim uerò inter cæteros principes, qui se in eius militiā contulerāt, fuisse dux Stagardiæ, comes Rupinensis, & comes Holsatiæ: quorū auxilio subnixus, putabat se de omnibus inimicis suis, etiā potentissimis, triumphum reportare posse. Sed deerat ei fauor, & auxilium propriorum subditorū, quorum uirtute omnes aduersarias uirtutes procul dubio facile superasset. Proinde experiri cogebatur, longè aliud ad principum felicitatē requiri, quam magnifica assentatorū uerba in conclauis audire. Cum enim annus à nato Christo MCCCLXXXVIII. ageretur, præualidum exercitum ex Suetia in Vestrogothiam deduxit. Sed non dormierūt illi, contra quos tanta uis auri, & argenti in militare stipendiū erogabatur. Margareta enim facinoræ sexui uirilem animum inserens, nullas prudentiæ partes ad imminēs bellum prospere gerendum necessarijs omisit, à prudentibus consilia sollicitè perquisiuit: expertis, & in re militari diu uersatis totam gerendi belli summam commisit: magnifica stipendia omnibus fideliter certantibus promisit, præfata se nihil enixius intendere, quam quòd Christianus populus duro tyrannorū iugo nimis diu oppressus, in pristinā libertatē restitueretur. Verū quāuis militia ipsius, & fortissimæ militum copiæ, optimusq; in exercitu ordo, & obsequendi promptitudo, certam uictoriā ei polliceri uiderentur, attamen maiorem, & certiozem spem ex illa pertinaci discordia inter Albertum, & subditos eius dudum suborta concepit, sciens nullum Regem diu, & feliciter apud Sueones, & Gothos uiuere posse, nisi qui populari fauore, & auxilio conseruetur. A quo cum Albertus, ob suorū consiliario-

Dux Stagardiæ  
Comes Rupinensis  
Comes Holsatiæ.

Tyrannorū consiliarij.  
Anno Christi 1388. bellū Alberti in Vestrogothia.  
Margareta prudentia in administrando bello.

Albertus à suis ob tyrannidē deseritur, & captiuitur.  
Sueones Regem uolunt populare.

rum seueritatem, pridem excidisset, nihil dubitabat, quin à suis desertus facile ab externo hoste uinceretur. Ad bellum igitur atrox, & cruentum, ac pertinacissimum, in Estonia Vestrogothorū terra, in die Matthæi Apostoli uterq; exercitus deuenit: certatumq; est diu, & acriter, donec victoria, relictis Alberti partibus, ad Reginam inclinaretur. Tum ipse Rex cū Erico filio, & cæteris principibus, quos secum in pugnam duxerat, captiuatur, & ad Reginam in arcem Bohuß (quæ est inter Vestrogothos, & Noruegia nos limitanea) deportatus, arctæ custodiæ per totum sequens septennium unâ cum filio mancipatur. A signatum autem locus carceris eius in arce Lindholm in terra Schoningianorū. Duces uerò, & comites, ac proceres, data ingenti pecuniæ summa, relaxari iubentur.

## CAPVT XIII.

Cæterum captiuato Alberto, suborta est inter Gothos, & Sueones domestica, & periculosa discordia, quibusdam asserentibus, ad noui Regis electionem properandum esse, aut Margaretam regno præficiendam. Alij uerò (quorū sententia præualuit) constanter affirmabant, minimè honestum esse, Regi captiuo successorem assumere, quousq; diligentius eius causa examinaretur. Quocirca utrumq; regnum, Gothorum & Sueonum, toto septennio, quo Albertus captiuus detinebatur, Rege carens, infimâ calamitatibus ob domesticam disensionem laborabat, donec ipse Albertus (teste Crantzio) Sueonibus scripsit gratiasq; egit de fide ad extremum impleta: semper illi fuisse animo uitam efflare, quàm ab illis discedere: necdum prorsus fuisse spem ad illos aliquando meliore fortuna redeunt nunc tempori cedendum, & necessitati. Quando non altera uia perueniendi ad id, quod queritur, tradant se

gina Margareta impræsentiarum, meliora futura tempora expectaturi, quando illos non poenitebit seruata ad finem fidei. interea uerò nullo existente Rege, qui inter disidentes iudicaret, Sueones Teutonicis, Teutonici rursus Sueonibus captiuitatem Regis Alberti improperant. Teutonici namq;, præsertim qui Magnopolenses erant, & qui Stocholmenses ciues erant, affirmabant ad Sueonum fidem spectasse, Regem à captiuitate præseruasse, aut captiuatum in libertatem restituere. Quibus illi responderunt, se nec consilium, nec consensum suscipiendi belli præstitisse, immò nec semel in consilium uocatos fuisse. Proinde quorum temeritate Rex corruerat, eorum opera, & prudentia ad amissam felicitatem restituendus esset, maxime cum tota Suetici regni nobilitas per eius questores tantum extenuata esset, ut suæ ipsius libertati consulere nequiret, Sed quicquid Sueones pro sua iusta defensione adducebant, ita ab aduersa parte acceptum fuit, ut culpa malignorum consiliariorum, quibus Albertus seductus fuerat, ad innocentes patriæ incolas, præsertim nobiles trāsferretur, eoq; breui deueniretur, ut totus ducatus Magnopolensis, adiuuantibus Germaniæ principibus, grauissima bella in totam Suetiam, sicut in Daniam, & Noruegiam ob captiuitatem Alberti molirentur. Sed cum reliqua regna sub Margareta Principe fortissimè se tuerentur, et Suetia Regiū præsidium nō haberet, atq; ob præterita bella penitus extenuata esset, totam Teutonici belli molem in se conuersam experiebatur. Cur sitabant enim Magnopolenses per totum regnum nullo resistente, uicosq;, & oppida, ac ciuitates, & quicquid obuium erat, incendio, direptionibus, & cædibus deuastabant. Accidit interea ingentem incolarum multitudinem circa uillam, & ecclesiam Tillinge congregari, ut se, & patriâ à tanta uiolentia liberaret: ac dum sine prin-

Bellum cruentū in Estonia Vestrogothorum.

Albertus captiuatur cum filio, et principibus.

Sueones & Gothi de eligendo Rege dissen- sunt.

Albertus Sueones à fidelitate absoluit.

Sueones cū Teutonici dissen- siones.

Consiliarij pesti mi suam culpam deriuant in innocentes. Magnopolenses bellum in Septentrionales parant. Sueonum gra- uis ruina.

Teutonum crudelitas in Sue- cos.

Tillinge.

cipe, & sine ordine rem difficilem aggredere-  
 tur, circum-  
 ta ab hostibus superatur, & dissipatur. Estq; ab eo uentu  
 nomen loco inditum, ut Mons rusticorū usq; in presentem  
 diem appellaretur. Sunt quoq; aliæ quàm plurimæ, & abo-  
 minandæ iniuriæ Suetiæ incolis per ea tempora à Teutoni-  
 cis irrogatæ, quas ob rei indignitatem, & horrorem pru-  
 dens, & sciens prætereo: attamen illam crudelissimam com-  
 bustionem optimorum ciuium, quam Stocholmiæ perpe-  
 trarunt, sileo non possum.

## CAPVT XV.

Stocholmia em-  
 porij descri-  
 ptio.

**E**st autem Stocholmia emporiū regni Suetiæ celeberrimum, in quod ex omni gente, & natione, maxime autem ex Germania inferiori ciues conscribi consueuerunt: & inter eos non raro miscentur illi, qui uel ob æs alienum, uel turpe aliquod facinus in sua patria nequeant comorari. Hi crescentibus diuitijs, solent sepe naturam, quam paupertas occultauerat, aperire, & patriæ, à qua benigna hospitalitate excepti fuerant, extremam moliri perniciem, maxime quando Principem talem assequuntur, sub quo omnelibitum licitum esse putauerint. Tales igitur Teutones in ciuitate Stocholmensi tempore Regis Alberti centum septuaginta inuenti fuerunt, qui occulta conspiratione colligati, se Cucullatos fratres appellabant: creuitq; postea eorum numerus ultra mille quingentos. Horū studium præcipuum erat, coniectis in Sueones, & indigenas conuictijs, ad rixas, & lites prouocare, ut demū apud Regem delatos uita, aut fortunis spoliarent. Nec paruus erat numerus illorum ciuium, quos tali, tamq; maligno ingenio perdidierunt. Sicut enim Sueones ad uerbales iniurias omnium mortalium impatientissimi: confestim enim iniuriosa uerba uerbis compensare solent. Origo autem, & fomentum tam imper-

Cucullati fra-  
 tres 170.

Cucullatorū stu-  
 dium erat in  
 Sueones conui-  
 tia ingerere.

Sueones impa-  
 tientissimi ad  
 iniurias uer-  
 bales.

cabilis odij, ex nullo alio surrexit, nisi ex commercijs, quo-  
 rum lucra alienigenæ ad se solos transferre nitabantur, nul-  
 la facta æstimatione reliquorum ciuium, quibus maior, aut  
 certè æqualis Reipublicæ cura incumberebat. Erant autem  
 inter cæteros Suetici generis mercatores centum septuaginta,  
 qui non solum magnitudine diuitiarum, sed summa mo-  
 rum honestate maximam sibi inter Sueones autoritatem  
 comparauerat. Hos totidem illi cucullati in libello designa-  
 tos Regi Alberto occulte deferebat, asserentes, nisi ipsi quan-  
 tocyus è medio uiuorum tollerentur, actum omnino effect  
 de Teutonico nomine in ea ciuitate. Tum Albertus exami-  
 nata quàm diligenter, & prudenter suorum Teutonū in-  
 tentione, inuenit eos omnia querelarum capita ex calum-  
 nijs congestisse, nulloq; iure contra Sueonum uitam, aut for-  
 tunas procedi posse. Quocirca contractis concione actori-  
 bus, ostendit nequaquam decere, uel expedire, ut innocen-  
 tes ciues ad mortem aut tormenta rapiantur, contra quos  
 nulla legitima accusatio hæcenus fuerat instituta, quin po-  
 tius habenda esset Germanicæ nationis ratio, & honestas,  
 simulq; perpendendum fuerit, quanta tragœdia ad poste-  
 ros transmitteretur, quando in huius terræ acta relatum  
 inueniretur, Teutones regnum illud beneuolentia incola-  
 rum adeptos, tanta, & tam crudeli innocentum ciuium cæ-  
 de cruentasse. His & similibus uerbis Teutones à Rege ius-  
 tè obiurgati abierunt. Sed in nullo animi sui propositum  
 remittentes, cogitabant, etiam Dijs, hominibusq; inuitis,  
 eos, quos designauerant, penitus exterminare, etiam si ex  
 eorum horrendo facinore non solum Germania, sed tota  
 Europa, immò totus orbis sempiternam execran-  
 di operis infamiam contrahere de-  
 buisset.

Origo odij inter  
 Suecos & Teu-  
 tones.

Albertus calum-  
 nias Teutonū  
 contra Suecos  
 conscribas rej-  
 cit.

Teutonum per-  
 tinax odij in  
 Suecos.

**I**Nterea Albertus (ut diximus) infeliciter pugnans capti-  
uatur: & Teutones ab eius terrore liberi, conceptam  
animo feritatem ad opus diu optatū deducere cogitantes,  
conuenticula frequentius coegerunt, in quibus denuo colligi-  
gati, intermissa aliquantulum conuiuia iterum Sueonibus  
in conuiujs, & triuijs obijciebant. At Sueones futurū rati,  
ut post tot contumelias, & impropria, etiam extremam  
perniciem ab illis irrogatam aliquando paterentur: quo-  
circa se mutua confœderatione confirmantes, statuerunt  
ingratos aduenas à sua Repub. penitus amouere. Sed non  
decrant eisdem aduenis fraudes, & doli, quibus Sueonum  
simplicitati tunc, ut sepe antea, illuderet. Enimuero coram  
cuium multitudine comparentes, se multis modis excusa-  
bant, & post multa excusationis uerba iurabant, se nun-  
quam contra eos quicquam molituros, sed perinde ac che-  
rissimis fratribus sincera fide cum eis conuersaturos. Credi-  
dit Sueonum simplicitas, & armis depositis pepercit eis,  
quibus mox crudeliter exterminanda erat. Quippe non  
longo post tēpore tres ex ciuibus nobiliores, Petrus Alan-  
dus, Albertus Carsen, & Bartollus Brhū, ab eis uincti in  
arcem Stocholmensē sine omni iudicio praenit includun-  
tur: clauēsq; domorum, quibus eorum thesauri includeba-  
tur, ab ipsorum uxoribus uiolentius, quā iustus eripie-  
bantur. Quo comperto, iterū Sueones ad arma consurgē-  
tes cum Teutonicis exposulabant, cur praeter morem, &  
contra leges patriæ, tam honesti ciues, & nusquam meriti,  
captiui essent. Sed eadem calliditate, qua prius, pe-  
cati, immo illius, à uindicta libertate destiterunt. Teu-  
tones ulterioris moræ impatientes, uix elapso biduo  
tam suam multitudinem tam ex arce, quæ ab Albertor-  
rum custodia relicta fuerat, quā ex ciuitatis angulis

Teutonum fe-  
da uasificies in  
uocet.

Sueonum simpli-  
citati sepiissi-  
mè illuditur  
ab externis.  
Petrus Aland.  
Albertus Car-  
sen.  
Bartollus Brhū.

Sueones iterum  
cōtra cuculla-  
tos armantur,  
& ab eis illu-  
duntur.

Teutonum ino-  
marrabilis per-  
fida in suos cō-  
ciues.

Sturno tempore in arma contraxerunt, & ductu cuiusdam  
Alfi Greueradh Sueones imparatos adoriuntur. Capti-  
uantur sine respectu boni ciues patriæ suæ amantissimi, &  
in arcem sine ulla causa deducuntur. Deinde, ut eos exqui-  
sitis tormentorum generibus crudelissimè dilaniarent, a-  
ptant ex ligno ferras, quibus eorum praestantiores ita usq;  
ad mortem tormentabant, ut magis ad horrorem tam cru-  
delis facti ingemiscere, quā scribere queam.

Alfi Greueradh

Teutones Suecos  
ferris lignis  
inhumanissi-  
me maclant.

## CAPVT XVII.

**H**is patris, Alfus Greueradh cum praefecto arcis  
conuenit, ut reliqui ciues sub mediæ noctis silentio  
ex arce per naues ad proximam insulam Cheplingam por-  
tarentur: ubi primum insigni ludibrio, deinde grauissimis  
tormentis affecti, postremo uiui in domo quadam inclu-  
si, & uinculis alligati, superiniecto igne combusti fuerunt,  
maiore quidē numero, quā ausus fuero affirmare. Fuit  
hæc insignis, & crudelissima clades optimis profectō ciui-  
bus contra omnem rationem & æquitatem, immo contra  
iusturandum, quod perdit aduenæ toties praestiterant, ir-  
rogata, anno Christi MCCCXXXIX. ipsa nocte, qua  
Christicolæ festum Corporis Christi celebrare consueue-  
runt. In eadem autem hora, qua hæc fiebant, suborieban-  
tur tot fulgura, tot coruscationes, tot portentosa tonitrua,  
tantaq; inundatio pluuiarum, ut ipsa ciuitas Stocholmen-  
sis mox submergēda crederetur. Hæc enim erat ea calami-  
tas, cuius meminisse uidetur Albertus Crantzius in hunc  
modum scribens: Stocholm insigne Suetiæ emporium, insi-  
gni clade afficiebatur. Nam de cœlo fulmine tactum penè  
totum conflagrauit: perierunt incēdio mille sexcenti ho-  
mines. Miserabilius quod sequitur: Foemina, proles, & sine  
numero puellæ, nauibus res suas inuexerūt cum paruulis;

Teutones Sweo-  
nes magno nu-  
mero inhumani-  
sime combu-  
runt.

An. 1389.

Teutones iram  
Dei aperte pro-  
uocabant.  
Albertus Cran-  
tius de insi-  
gni clade Sto-  
cholmensi.

aderant quoque uiri non pauci. Sed priusquam soluerent, ingruerat promiscuum uulgus incendia declinans. Tanta itaque multitudinē naues (quamuis maximæ) oppletæ fuerunt, ut omnis illa multitudo in ictu oculi submergeretur. Res calamitosa certè, & sine exemplo, quando diuina maiestas illam belluinam scuitiam contra innocentes perpetrata, tam seueriter in eiusdem ciuitatis reliquias uindicaret. Hinc ego uehementi, & iusto dolore commotus suadeo, ut, qui securi in ea ciuitate uiuerent, nullos prorsus aduenas in numerum ciuium admittant, nisi longa consuetudine probatos, literisq; suorum Principum, & Magistratuū ex omni parte commendatos, caueantq; summo perè, ne eos ad mercimonia tractanda permittant, quos Principes, uel Magistratus Germania ob commissâ scelera, uel magnitudinem alieni æris proscripserant. Attendant quoque eius incolæ, ne sibi persuadeant illa peccata leuipendenda esse, quæ nostris annis in diuinam maiestatem, & eius fideles ministros nimis audacter commiserat. Temerarium quippe est, alienum seruum iudicare. Sed hæc alibi latius adducemus. Interea uerò cum Sueones & Gothi tam domi, quam foris intolerabili aduersitate laborarent, Margareta Noruegiorum & Danorum Regina, nullam, aut certè tenuissimam opem, quam promiserat, periclitantibus accommodabat, sed omnia Daniis consilijs subnixâ dissimulabat, futurum rata, ut Teutonicis, & Suconibus mutua cæde consumptis, ipsa nullo resistente prædam ex faucibus utriusque partis eriperet, ereptamq; quietius possideret. Nec sua intentione decepta, imperium tandem supra eos mortuos assecuta est, quos uiuos aggredi formidasset. Sunt enim quandoque ipsi Danos ualde audaces in afflictos & desolatos, aduersaq; fortunâ laborantes, quemadmodum in illa clade Stocholmiensium

*Dens innocenti  
mortē grauitē  
uindicat.  
Consilium pro  
seruanda Re-  
pub. Stochol-  
mensi.*

*Margareta in  
moda Suecorū  
dissimulat.*

*Danorum sug-  
gillatio.*

quam Christiernus secundus anno Christi MDXX. peregit, latius explicare intendo.

## CAPVT XVIII.

**M**argareta igitur Haquini Regis Noruegiæ relicta, quæ pridem Daniæ regnum post paternam Noruegiæ coniunxerat, tandem ad Suetici regni sceptrâ (modo, quem nunc subijcio) peruenit. Quamuis enim spem habuerit, post captiuatum Albertum ad eius solum mox conscendendi, tamen seruata est integra fides Alberto toto septennio, quo captiuus detinebatur, donec à uinculis solutus Gothos & Sueones à præstitis sacramentis (teste Crantzio) absoluit. Itaque absoluti ab Alberti imperio Sueonum proceres, iterum deliberauerunt, an Margareta assumenda esset in Principem & Reginam. Multi profectò erant, qui eius assumptionē iuste damnâtes affirmabant, tam ipsam, quam patrem eius Valdemarum nusquâ de Suetica Repub. bene meritos, sed continuis insidijs tam occultè, quam manifestè eam semper impugnasse. Sed aderant plerique in senatu regni, quorum consanguinei antea ob seueritatem Alberti ad ipsam confugerant, eiq; non secus ac Regine fidem suam obstrinxerant: quorum præcipua opera effectum est, ut cedentibus melioribus consiliarijs, ipsa Sueonum & Gothorum Regina designaretur, anno Christi MCCCXXV. qui septimus erat ab Alberti captiuitate. Cõditiones autè plurimæ, & magnæ, ac summè necessariæ in eius assumptione per Sueonū proceres adiectæ fuerunt, quas illa promptius sigillis, & iuramentis cõfirmabat, quam proponi poterat, aut nominari. Inter cætera autem cautū erat, ne publica regni officia, stue arces, & castella alijs, quam in regno natis cõmitterentur: neque Danos in causis Sueonum iudicandis præficere

*Margareta 136.  
Princeptis ro-  
gata.*

*Sueonum con-  
trouersia in eli-  
genda Margareta.*

*An. 1395.*

*Margareta cõ-  
ditionibus sibi  
regni Princeptis.*

uellet, sed Sueonum controuersias Sueticorum procerum iudicio examinandas & terminandas esse. Præterea nulla insolita tributa, aut onera incolis imponenda, nisi regni Suetiæ senatu consentiente. Ceteraq; omnia de patriis legibus, & consuetudinibus obseruandis ita iurauit, ut si defectus par iuramento sequutus fuisset, nunquam Suetia Reipub. melius consultum fuisset.

## CAPVT XIX.

**S**ed erant Dani, cum quibus Gothi, & Sueones negotium habebant, utpote homines, cum quibus à regnorum initio semper in controuersia fuerant. Eorum namque consilij Margareta in omnibus obsecuta, nihil prorsus excipere curauit, quod tam liberaliter & magnifice promiserat: sed se talem apud Sueones (teste Sueonum historia) exhibuit, ut putent eam apud inferos sempiterno supplicio dignam, Dani uero ipsam ita uenerentur, ut in numerum Dearum referendam affirmant. Commisit quidem principio regni sui arces & castra, officiaq; publica Sueticis hominibus moderanda, sed cum hi eius inexplebilem auaritiam exatiare nequirent, cõfestim amouentur, & Dani (qui pecuniæ per fas & nefas cõgregandæ aptissimi erant) surrogantur: illis castra, illis præfecturæ, illis denique ciuitates, oppida, magistratus committuntur, nulla alia ratione, nisi quia eos nouerat grauißimos & uersutissimos Suetici populi oßores, atq; ob id magis idoneos, ut ipsum euaserent, & dilaniarēt. Insolitorum onerum, & tributorum nullus erat finis: tamq; continuè & importunissime exigebatur, quasi in singulis totius regni gurgustijs thesauri conditi fuissent, aut instar pluuiæ pecunia de nubibus scendisset. Nulliq; parti Reipub. interim utiliter considebatur, sed persuasum uidebatur Margaretae quæstoribus, quid

Margareta consilio Danorum à pactis discedit.

Margareta à Suecis & Danis diuersam assequitur estimationem. Dani Suecorum & Gothorum oßores.

Margareta auaritia inexplebilis.

quòd nihil aliud esset subiectos populos regere, quam ab eis pecunias & tributa extorquere. Inter cætera autem grauißima onera, certam pecuniæ summam pro qualibet cauda iumentorum extorsit. Deinde imposito uno floreno pro quolibet focò, per uniuersum regnum Suetiæ ingentem auri uim conlauit: ex cuius parte terram Gotlandiæ ab ordine Teutonicorum in Prussia redemit. Præterea eodem anno marcam unam Stocholmensem à quolibet coniugio sine omni humanitatis respectu exegit. Cætera tributa, quæ singulis mensibus & septimanis extorquebantur, uix poterant numerari. Et hæc omnia ad releuandam Danorum auaritiam ex Suetia & Gothia emittebantur. Nec uiuos depauperasse contenta, etiam mortuorum testamenta irritans, se eorum fecit heredem, quorum fortunas nunquam in uno saltem teruncio adauxisset. Nam inter cæteros mortuos, quos ea uiolentia affecit, erat Henricus Archiepiscopus Upsalensis, qui uix sepulturæ traditus est, antequam ingentem eius thesaurum, quem ad pia loca distribuerat, uiolenter, quamuis in Dania constituta esset, occupauit. Quo factò non tam defuncto Pontifici, quam Christi pauperibus, quibus ea pecunia legata fuit, insignè, immò impiam iniuriam irrogauit.

## CAPVT XX.

**V**identes igitur Sueones se nihil feliciores fuisse in Danica muliere eligenda, quam pridem in assumendo Alberto Teutonico, grauius doluerunt uices suas, quòd nunquam ad amissam libertatem respirare permetterentur. Quocirca Reginam supplices adeunt, rogantq; quam sincerè, ut fidelium subditorum suorum rationem habeat, curetq; ea efficaciter seruare, quæ à principio liberaliter & magnifice promiserat, literisq; & iuramentis

Tributi nouum genus de quolibet cauda.

Tributū aliud pro quolibet foco quo redempta est Gotlandia.

Tributū à quolibet coniugio. Margareta nullum finē facit tributis.

Margareta Henricum Archiepiscopum Upsalensem mortuum spoliast.

Suecos pernitet Margaretam elegisse.

Suoci frustra apud Margaretam conqueruntur de violatis pactis.

Margareta iusiurandum pro ioco habuisse videtur.

Principes violati in pactis sunt prædones.

Exilium iurans est omni exlege patria.

Margareta pronunciat Sueticos hostibus regni contulit.

Magnopolenses insignes piratae.

se se ita obligauerat, ut contrarium moliri non posset sine publico dedecore, & enormiter lesa Regiæ maiestatis honore. Proinde si quid esset in eisdem literis, uel promissis hæctenus omissum, emendetur, castraq; & oppida, ac ciuitates, & terræ, ut à Suconum proceribus regantur, efficere dignetur. Sed erat in ea Regina admodum exilis modestia. Enimuerò tali responso generosos proceres iustissima monentes excepit, ut aperte uideretur iusiurandum pro ioco habuisse. Inquit enim: Habetis'ne nos literas nostras optime scriptas, & obsignatas? Habemus, inquit. Et illa rursus respondit: Suadeo uobis, ut literas uobis datas diligentia custodia obseruetis: nos autem castra, ciuitates, & omnes regnorum nostrorum partes diligentius obseruari faciemus. Quo responso satis perpendere potuerunt Suetiæ proceres, quid sibi in reliquum tempus de Margareta regimine pollicerentur. Quid enim aliud sunt Principes & Magistratus, postquam iusiurandum spontè uiolauerint, aut pro ioco habuerint, quam prædones, & suorum subditorum hostes? Quid enim aliud habent fideles subditi, quo suorum principum licentiam à maleficijs reprimant, quam iusiurandum? quod postquam prudètes uiri uiolatum uident, uolunt potius in perpetuo exilio, quam in patria tam periculosa manere. Proinde nihil dubito, quin plurimi, & eximij uiri sub eadem Danica tempestate patriam exilio commutauerint, similes illis effecti, qui pestiferam auram declinantes, uitam præsentissimam morte eripiunt. Interea Margareta castella, & arces Sueticas non solum alienigenis assignauit, sed grauissimis Reipub. hostibus, qui nuper innocentes eius Stocholmenses tam incredibili feritate combusserunt. Erant aut quatuor atrocissimi piratæ, Sticho, Hæricus, Albertus, Arnoldus, ex Magnopoli orti: qui paulò antea omnia Sue-

oni, Gothorūq; litora & portus deuastauerāt, ferroq; & flāma, ac cædibus desolauerāt. His Margareta, perinde ac si pro ea pugnauissent, quatuor arces sigillatim tradens, nõ erubuit ciuibus iniuriā, & eorū hostibus gratiā ostendere.

## CAPVT XXI.

Præterea Anglis & Italis non solum arces, sed & publica officia administrada commisit. In omnibus autem negotijs suos Danos ita præferebat, ut Teutones, & Gothi, ac Angli eorum comparatione abiecti, & uilissimi putarentur. Quidam tamen equestris ordinis uir Abraham Broderi natione Suecus, tantū ab ea dilectus erat, ut illi arces, & terras, quas optaret, continuo permitteret. Sacerdotiumq; prouentibus amplum sub eius nomine in ecclesia Roschildensi instituit, quod præbendam Abrahamæ appellari iussit. Nec desunt testimonia, quibus ostenditur, ipsam fuisse satis benigno animo erga ecclesiam Suecanam, quam prouentibus & priuilegijs auxit, & ampliuit: ea tamen gratia postea à proceribus regni Suetiæ odio Danici nominis cassata fuit, & penitus sublata. Est enim apud Sueones lex & consuetudo, quæ tyrannorum gesta publico senatus edicto irrita, & inania decerni iubet, ut tyranni ea lege reprimantur, ne quid temerè contra leges & instituta maiorum constituent, quod postea cum dedecore constituentium fuerit abrogandum. Sed quæ lex, quis timor, quæ uerecundia satis esse potest, ad superadam audaciam tyrannorū? Proinde Sueones, cum omnia iusta & honesta media apud Reginam frustra attentassent, ad nouissima consilia animum applicantes, cœperunt se mutuis exhortationibus ad recuperandam libertatem confortare: iamq; in proximo erat, ut ad arma, & ciuilia bella ex omnibus Sueconum & Gothorum angulis consurgeretur.

Angli in Suetiā militantes. Itali in Suetiā militant.

Abraham Broderi.

Abrahæ præbendam Roschildensium.

Tyrannorū gesta per successores abrogari solent.

Sueci contra tyrannidē Margaretae insurgunt.

## CAPVT XXII.

Dani docēt Mar-  
garetā uerba  
Suecis dare.

Quo comperto Dani, qui in præcipuo Margaretae con-  
silio uersabantur, suadent, ut ipsa confestim mutato animi  
sui instituto, contractis in concionem Sueconum proceri-  
bus, omnia feliciora polliceatur, castra optioni eorum ex-  
ponat, nec quicquam in conditionibus suæ assumptionis  
appositum esset, quod ipsa nollet promptissimo effici  
mācipare: & si unquam didicisset uerba dare, tunc præcipue  
se ad illud studiū accommodaret, ut bene persuasi absce-  
dant, putentq; se omnia ex uoto affectos fuisse. Paruit pri-  
dens Regina consiliarijs prudētiora, quam efficaciora cō-  
silia afferentibus: nec minora, quam ab eis audiuerat, præ-  
sentibus Sueconum senatoribus proponens inquit: Conside-  
ramus, uiri nobiles, hoc nostrum imperium uobis admodū  
grauē uideri, esseq; in animis uestris firmiter constitutum,  
aliquid in nos moliri uelle, ut uobis & Reipub. uestre me-  
lius, utiliusq; cōsulare ualeatis. Statuimus igitur etiam nos  
nequaquam uelle uobis molestiam aliquā inferre, sed ter-  
ras, castra, uillas, oppida, ciuitates, totum denique regnum  
uobis relinquere, atque in nostram Daniam, unde nobis or-  
rigo est, remeare. Verū quia sine Rege subsistere neque-  
tis, cogitauimus ad summum Reipub. uestre decorem, uti-  
litatemq; spectare, ut nostrum ex sorore nepotem Ericum  
Pomeraniæ ducem, in Regem uestrum assumatis. Is enim  
in adolescentiæ suæ annis constitutus, apud uos educatus,  
moribusq; uestris assuescens, atque uobiscum perinde ac  
cum fratribus suis conuersari possit. Et ita hæc patriam  
suam pristinam libertatem sine cæde & sanguine facilius  
restituatur. Nos enim omnia ista pro uestre Reipub. salute  
magis quam pro nostra utilitate meditamur, tempo-  
raq; docebunt, nos istis consilijs nostris ue-  
stre libertati summopere con-  
sulare uoluisse.

Margareta ad  
Suecorum peti-  
ta respondet.

Margareta Eri-  
cum Pomerani-  
æ ducem eli-  
gendum pro-  
ponit.

His igitur auditis, ipsi proceres, est propositum ab  
armis assumendis reuocarent, attamen de consen-  
su in nouellum Regem præstādo plurimum perplexi, pla-  
ne ignorabant, quomodo se à tam intricato negotio pru-  
dentius, meliusq; expedirent. Volebant quidem Reginam  
(quam putabant aliud loqui, & aliud intendere) à suis  
ceruicibus amotam esse, non tam propter ipsam, quam  
propter eius consiliarios ex Dania adductos, quos puta-  
bant ex inueterato odio omnia ad Sueconum desolationem  
consulere, & meditari. Volebant præterea alium quemuis  
rerum statum, quam præsentem, à quo sibi nullum liberta-  
tis uestigium poterant polliceri. Volebant denique liberio-  
rem eligendi Regis facultatem sibi permitti: sed erant tunc,  
quemadmodum nunc, nonnulli in regni Suetici senatu, ex  
commixto Suetico & Danico sanguine procreati, qui uel  
ob Danicam affinitatem, uel ob hæreditaria bona apud  
Danos situata, in Danicæ factionis partem felicius traher-  
bantur, secumq; alios, qui ex præteritis futura colligere  
nesciebant, aut non curabant, attraxerunt. Itaq; factus est  
numerus senatorum rectius sentientium lōgè minor, quam  
rei, de qua consulebatur, magnitudo requirebat. Quod  
cum Henricus Archiepiscopus Upsalensis attenderet, Fu-  
turum est, inquit, o generosi proceres, ut hæc nostra perni-  
ciosa controuersia nos, & uniuersum regnum miserabili,  
& diuturnæ seruituti exponat. Sed quid curarent illi de  
publica incolarum salute, qui solam solius corporis sui cu-  
ram agere didicerunt? Iam enim maior nobilium senato-  
rum pars, contempta Pontificum, & cæterorum proce-  
rum autoritate, cum Regina in assumēdo Erico Pomerano  
consenserat: immò non solum Pontificum, sed diuinæ legis  
autoritatem aperte cōtempnissè uidebatur, qua dictum est

Sueones belli pro-  
positum remis-  
erunt.

Margareta odi-  
um Suecorum  
propter Danos  
incidit.

Sueci Danicam  
perniciosa  
in patria.

Henricus Archi-  
episcopus Up-  
salen. dissua-  
det Erici Pome-  
rani electionē.



*Præceptum Domini de non eligendo Rege alienigena.*

*Alienigenæ Reges ob suam, non regni utilitatem præfici ambiunt.*

à Domino ad ipsum Moſen: Nō poteris alterius gentis hominem Regem facere. Cui præcepto per nos etiam ſuperius adducto, ſi Gothi & Sueones haecenus diligentius paruiſſent, nequaquā in tot pericula ſeiſos, poſterosq; ſui præcipitaſſent, neque poſt Caligulas, tot Nerones, ac Domitianos tam temerè elegiſſent. Quis enim tam ſtupida, tamq; excæcata mentis eſt, ut credat Danos, uel Teutonnes, ſiue alios quoscuq; alienæ nationis principes ad Suetici regni ſceptra aſpirare, ut præcipuam intentionem habeant erga illius Reipub. utilitatem. Quinimò de augenda regni felicitate, & gloria, de erigendis ciuitatibus, de muniendis portibus, de inſtruendis populis, & ſimilibus Regum officijs, ſemper fuerat ultima quæſtio: at circa inexhauſtas metallorum fodinas, circa augenda tributa, circa coaceruandas pecunias, circa extenuandas ciuium & incolarum fortunas, ne unquam ſeruitutis iugum abijcere poſſint, præcipua Principum cura uerſari uidetur. Sed & his alibi ſermo latior habebitur.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; liber  
uigeſimū ſecundus.

CAPVT I.

*Ericus Pomeranus 137. Rex interims.*



**E**ricus ex Pomeraniæ ducibus, & Margareta ex ſore nepos (ut dicere ceperimus) Gothorum & Sueonū Rex ab his qui plus Margaretam, quàm publicam patriæ felicitatem curabant, electus.

Hic omnes patriæ noſtræ hiftoriæ inter ſeucriores Principes, quos unquā pertulit, locum aſſignant. Siquidem anno Chriſti MCCCXCVI. corona Regia inſignitus, uario fortunæ euentu, & multiplici ſubditorum incommodo, totis quadraginta tribus annis regnauit, donec ab omnibus Aquilonaribus regnis ob ſuam ſuorumque tyrannidem uno impetu excluſus, ad paternam domum (in qua conſenuit) remearet. Incidit eius coronatio in præſignato anno ad diem uigeſimum ſecundum menſis Iulij, ſub Pontificatu Henrici Archiepiſcopi Vpſalenſis: in cuius manibus grauiſſima præſtitit iuramenta, quæ à Chriſtianis Regibus ab antiquiſſimo tempore præſtari conſueuerunt: uidelicet, ut fidem Chriſtianam fideliter, firmiterq; ſeruaret, atque ab omnibus ſuis ſubditis integrè faceret obſeruari. Præterea Pontificum, ſacerdotumque autoritatem & libertatem in nullo uiolaret: nec ſe in iura eccleſiaſtica quocunq; modo implicaret, ſed ius ſuum unicuique tribuens, nihil Regium eſſe putaret, niſi quod iuſti & æqui rationem haberet. Prouideret quoque ex indigenis uiros ſapientes, & timentes Deum, in quibus eſſet ueritatis amor, & auaritiæ odium, atque ex eis iudices populi conſtitueret: nullis inſolitis tributis, aut exactionibus ſubiectos populos oneraret: bella in uicina, aut remota regna, niſi grauib; iniurijs coactus, non transferret: neque ea ſine ſenatus conſenſu, dum pax nullo alio modo haberi poſſet, exequeretur: aliâq; quàm plurima iuramenta præſtitit, quæ ſi effectui mancipaſſet, modò apud Deum, & homines gloriam haberet immortalẽ. Coniugem autem duxit Philippam illuſtriſſimi Anglorum Regis filiam: quæ tandem ſolutos mariti mores perofa, monaſtica ſolitudini in monaſterio S. Birgittæ in Vaſteno ſe totam mancipauit, atque in eo uitæ genere ibidem conſenuit.

*Erici coronatio anno Chriſti 1396. per Henricum Archiepiſcopum Vpſalenſem.*

*Erici iuramenta in ſua coronatione.*

*Philippa filia Regis Angliæ Erici coniunx.*

An. 1412.  
Margareta Re-  
gina mori.

Ericus à Chri-  
stianis mori-  
bus alicuius.

Ericus cleri per-  
sequitur.

Sueonum proce-  
res impruden-  
ter persuadet  
Erico oppressio-  
nem cleri.

Sueonum inter  
se odium per-  
uicisum.

et sepelitur. Interea currente anno Christi MCCCXXII, Margareta omnium Aquilonarium regnorum Regina, post constitutam cum Holsatis pacem, cum ad Daniam nauigaret, contracta ex marino sœtore nauisea, antequam ex nauis egrederetur, occubuit. Post cuius fata, hic Ericus Sueonum, Gothorumq; Rex, Noruegiam, Daniamq; sue potestati subiecit. Sed quid profuit Principi multis uitijs subiecto, multa sibi subiecisse regna? Quippe ( ut Suetice historię tradunt ) solatis, et uanis moribus deditus, parum recte de Christiana fide sentire uidebatur: eratq; admodum promptus ad hæreses, et schismata, paruipendens se à Catholice Ecclesie unitate separari. Proinde omnia illa, que prius per diuinum numen iurauerat, non solum nihil curare, sed penitus contemnere coepit, factus similior duris tyrannis, quam Regibus modestia, et benignitate conspicuus. Prima siquidẽ audacia in inuictabilem cleri libertatem ferebatur. Quicquid enim libertatis, aut priuilegiorum ipse clerus à diuina lege, aut humano iure, uel publica Christiane Ecclesie consensu, siue Principum, ac Regum indulto habebat, id uel cassauit, uel ad suum modum interpretatum tenuiter obseruauit. Quod cum proceribus regnorum pergratum esse uideret, immò cum nonnulli eorum ipsum ad cleri persecutionem multis persuasionibus inducerent, ad suos consiliarios conuersus: Bene ( inquit ) habet, quòd hi Suetici homines sese mutuis odijs insectantur: quibus si mutuus amor inesset, forsitan difficile negotium nobis aliquando generarent.

## CAPVT II.

Postquam igitur Ecclesie autoritatem in ordinem degit, consilia apud suos disquirebat, quibus etiam proceres, totamq; regnorum suorum nobilitatem uel de-

terminaret, uel omnino extenuaret, ne qua illi ad rebellionem facultas relinqueretur. Proinde suscitatis hinc inde, præsertim apud Holsatos, et Teutones, maximis bellorum occasionibus, effecit, ut omnes equestris ordinis uiri suis proprijs stipendijs continuè, et absque ulla excusatione militarent, eaq; militia nullo tempore interpolata, ad extremam inopiam redigerentur. Neque enim arces, aut præfecturæ, immò nec uicus, aut uilla aliqua Sueticis proceribus pro sustinendis militiae oneribus assignabatur, sed suis prædijs, et possessionibus uenditis, uel impigneratis, prius sibiipsis, et liberis suis perniciem asferre, quam hostibus bellum inferre cogebantur. Sed et coloni eorum interim, cum ipsi in longinqua militia occuparentur, damnaq; et captiuitates paterentur, nihil minus à Regijs præfectis domi uexabantur, adeò ut sæpe ob intolerabilia onera, que eis sine intermissione imponebatur, prædia desolata relinquere compellerentur. Nec rarò accidit ipsos nobiles in tot importunis bellis captiuari. Sed cum nulla captiuitatis eorum ratio apud Regem haberetur, in durissimis uinculis cõsensuerunt, et tandem sine omni spe consolationis, in alienis terris occubuerunt. Qui uerò propria industria, uel pecunia se ab hostium captiuitate absoluerunt, nec obolum quidem à Regio fisco, quo perperse captiuitatis expensas soluerent, impetrare potuerunt. Immo non rarò Ericus dolere uidebatur, quòd à carcere, et uinculis salui, ac liberi redissent, quorum libertatem sibi insidiosam existimabat. Narrat quidem historia Suetica, ipsum aliquando trecentos nobiles et militares uiros, grauisimo præcepto impulisse, ut insurgente seuisima atq; perhorrenda tempestate, se in naues confestim conferrent, et in quempiam locum subito nauigarent. Tum ex eis quidam cæteris audacior dixisse fertur: Vrget nos, ô Rex, ad indubitam mortem: attamen

Ericus post oppressum cleri, militiae opprimendam aggreduur.

Suetica nobilitatis conditio sub Erico Pomerano miserissima.

Erici horrenda barbaries in nobiles.

ut intelligas nos pro te mortem subire paratos, parentum durissimis præceptis tuis, mox morituri: tu autem misere coniugum & liberorum nostrorum, à quibus tua iustitia ne auellimur. His ore omnium dictis, uela uentis committuntur, & subita tempestate obruti, omnes pariter in ipsorum portu submerguntur. Res profecto incredibilis esset, nisi sanctis, & integerrimis uiris in historicam ueritatem relata esset. Sed nunquid nobilium procerum coniuges, & liberi, tot charis parentibus orbat, à Regia clementia aliquid gratiæ, aut consolationis reportarint? Nihil profecto, præter duriolem, atque intolerabilem seruitutem: de qua magis obstupescere, quàm scribere possum. Scribam tamen modestius quoad potero, ne sola Roma suos Terquinius, aut Sicilia suos Dionysios, uel Ægyptus suos Ptolemæos habuisse uideatur.

## CAPVT III.

**S**iquidem postquam bellum Holsaticum, siue Teutoniscum, maiore subditorum, quàm hostium strage pergerat, ciuitates Vandalias temerè ad arma prouocauit, nulla alia ratione (ut putabatur) adductus, quàm quod suos fideles subditos ita assidue opprimeret, ne contra uerectæ tyrannidis iniuriam saltem mutire auderent. Quo facto palàm ostendit, se malle miseris, & ad extremam inopiam redactis, quàm potentibus & felicibus ciuibus imperare. Quod etiam satis ostenditur per illa intolerabilia tributa, quæ Suecis & Gothis continuè imponebat, nihil prorsus à priorum tyrannorum instituto discedens, si ob inexhaustas metallorum effusiones, quæ in montibus Sueonum inueniuntur, putant, etiam infimæ sortis homines argento, & metallis undique circumseptos, nec pro tot onera, uel tributa eis imponi, quin plura, & maiora

sufferre possent. Quocirca sæpe mecum cogito, ipsam uicinam Daniam, ob suarum fortunarum tenuitatè, uel mediocritatem, longè felicius sub tyrannis uiuere, quàm Sueonum regnum, quod ob diuitiarum abundantiam sæpius, & acrius ab illis impugnatur. Certum quippe est, felicia regna bellis assiduis uexari, quando minus opulenta ob soli infelicitatem contemnuntur. Sed hoc rursus euenire solet, quòd fecundiora regna negligentes, sterilia uerò astutos homines producant. Quo fit, ut Dani ingenijs, Sueones diuitijs confidant: Dani astutia, Sueones, siue Gothi potentia pugnent: Dani multiloquio, Gothi taciturnitate res arduas aggrediantur. Et si unquam Danica astutia Sueticam credulitatem superauerit, profecto huius Erici tempore id uerissimè accidit. Maxima siquidem importunitate Dani, qui in consilio Erici frequentius uersabantur, ipsum induxerunt, ut continuis tributis Suetiam ad inopiam redigeret, præfati, facilius esse terram inopem regere, quàm opulentam. Credidit Ericus astutius, quàm uilius suadentibus, durissimosq; ex Dania quæstores & præfectos elegit, quorum opera omnem pecuniam à Suetia ita corrasit, & in Daniam transtulit, ut nec teruncius in toto regno aliàs locupletissimo inueniretur. Et nihilominus Sueonum proceres continuè (ut diximus) pro suo Rege naualem, & longinquam militiam exercentes, durius domi à Regijs præfectis, quàm foris à crudelibus hostibus uexabantur: idq; Dani prætextu fidelis erga Regem obsequij peregerunt, cum tamen graui admodum odio in ipsum ferrentur, uellentq; eum à Sueonibus ad iracundiam prouocatis expugnari, & à ceruicibus omnium regnorum magis Suetica, quàm Danica ope amoveri.

Regna felicia à tyrannis opprimuntur.

Sueonum & Danorum diuersa studia.

Danica astutia.

Ericus Danorum consilio fit tyrannus.

Danorum artes.

Nobilium Sueonum submersio ad præceptum Erici.

Tyranni in Suecia.

Ericus bellum in ciuitates Vandalias promouit.

Argentum Suecicum tyrannos promoucat.

**I**nter ceteros autem sanguinarios, & auaros praefectos, quos Ericus euiscerandae Suetiae praefecerat, erat quidam Danus Iusso Ericfen. Is super Dalacarlorum regionem constitutus, tam crudelem se in omnibus exhibuit, ut putarentur omnes omnium malignorum tyrannorum spiritus, qui unquam antea fuerant, in hunc perditissimum nebulonem confluisse. Narrat Cicero crudelem Verrē fumo ex putridis lignis educto, unum hominē innoxium perdidisse: at hic Iusso eiusdem malignitatis spiritu obsessus, non unum innocentē, sed ex Dalacariae incolis sine numero innocentissimos fumo suspēsus occidit. Quo peracto, ne non satis ingeniosus carnifex in exquirendis nouis tormentorum generibus uideretur, uxores maritorum tam crudeliter occisorum, in loca iumentorum trahendis aratris applicare non erubuit: immo inter primas delicias duxit, uidere, & audire eas inter tantas angustias foetus ex se mortuos abijcens, & rursus aratro apponi, donec mortuae, aut semianimes collaberentur. Possent hic complura, & horribiliora eiusdem Danicae tyrannidis facinora in medium adduci, quae tunc non solum per illum Iussionem, sed per omnes Regibus praefectos committebantur: sed nolo meos Suecones tam ingenti dolore, & Danos tam enormi Letitia afficere. At diceres: Absit Danos esse tantae feritatis, ut de tam belluina crudelitate aliquam letitiam concipiant. Deberet quidem non modo ab eis, sed ab omni homine procul esse tanta seueritas: sed si eorum Saxonicae historiam (quae uidentur in suggillationem omnium gentium composita) inspexeris, uidebis atrociora ibi conscripta, de quibus forsitan multiorum sibi plus nimio applaudunt. Inter cetera autem uidebis Pomeranos olim a Danis comprehensos, & crudelissima morte ita consumptos, ut Dani eos, reuinctis post

terga manibus, primum palis affigerent, deinde uentrium caua cultro rimati, nudatis extis, primaque uiscerum parte protracta, caetera stipitibus explicarent: nec ante supplicium remiserunt, quam tortos, extis funditus aluo egestis, spiritum profundere coegissent. Praeterea uidebis Frotonē eius nominis quartum Danorum Regem, adeo insolenter Saxonibus imperasse, ut pro quolibet membro indicem seruitutis stipem quotannis pendere cogerentur. Nec mitior erat Iarmericus in Teutones, quorum quadraginta principes captos, applicatis totidem lupis, laqueo adegit: deinde reliquos eorum optimates, primo tibias lorvis traiectos, moxque immanium taurorum unguis alligatos, molossisque incessantibus raptim in coenium, uoraginesque pertractos, la chrymabili spectaculo consumpsit. Sed nolo diutius in re omnibus exposita, & notissima immorari: hoc dixisse contentus, quod fortasse Danicae Reip. conducibilis fuisset, Saxonis libros in angulis latuisse, donec pari ingenio, quo primum scripti erant, ante omnium ora deuenissent. Quippe non leue negotium ex eorum contextu (ni fallor) aliquando in eam ipsam Danicam Rempub. generari possit. Nulli enim generosi animi homines libenter patiuntur se contemni, & impropere tam liberè affici. Sed nunc de his satis: ad Iussionem Danum tyrannum reuertar: cuius inhumanam feritatem quicumque attenderit, nihil mirabitur, si ego, uel alius quispiam, uices afflictæ patriæ meæ turbatiore animo cōmemorauero. Si enim originē, & incrementa sempiternæ discordiæ inter potentes nationes Gothorum, & Danorum inquisuerimus, deprehendemus profecto nullos in causa esse, nisi tam inhumanos Regum consiliarios, & praefectos, in quibus de congreganda pecunia summum studium habetur, de honore uero nulla penitus cura inuenitur. Quocirca Dalacarli, postquam totis triginta annis tam huius

Discordia perpetua inter Gothos, et Danos. Consiliarij tyrannorum pessimi. Dalacarli ad libertatem aspirant.

Iussis, quam aliorum similibus sanguinariorum preda fuissent, consilium à suis sacerdotibus acceperunt, ut toto corde diuinam opem implorarent. Tandem propitiata diuinitas, quæ filios Israël à Pharaone durissime oppressos liberauit, etiam Christianam plebem suam à iugo intolerabilis seruitutis eripuit.

## CAPVT V.

**E**Rat eo tempore in Dalacarlörū regione Engilbertus quidam mediocri nobilitate cōspiciuus, uipote libertino patre natus. Hic ueluti alter Moses, se nō semel, aut bis, sed sæpius coram indurato Rege pro populo Dalacarlörum magnis periculis exposuit. Et tandem à facie Eriæ perinde ac Moses à cōspectu Pharaonis eiectus, magna, & memorabilia prælia contra omnes tyrannos, qui libertati patriæ euerterant, feliciter, & summa omnium admiratione peregit. Cum enim uideret Christianum populum durum tyrannum tractari, quam si fuisset de lapide emptus, aut in terram hostilem transportatus, humana compassione ductus, secum constituit pro libertate patriæ, & ciuium mouelle. Itaq; multo, & difficili itinere se à Dalacarlörum regione ad Regem contulit, eiq; sine formidine omnes afflicti populi calamitates exponens, ostendit, quomodo ille Iusso Danus, euersa iustitia, seueriter atque inhumanè regeret, nec aliquod discrimen inter fas & nefas duceret, immo tam importunum omnis innocentie persecutorem se palam exhiberet, ut subiecti populi securiorem uitam sub publico hoste, aut inter sæuissima bella sese agere posse putarent. In primis siquidem insolenter, indomiteq; se gessit, ut constupratis aliorum nuptis, ac filiabus, proscripsit pudicitiam, atq; in prostibula relegasse uideretur, comitisq; matronarū fulcris, ne toris quidem uirginalibus ab-

Engilbertus publice libertatis assertor.

Moriendum pro libertate patriæ.

Engilbertus de tyrannide Iussis queritur.

stineret. Præterea omnium subditorum fortunis ita insidia retur, ut non ad regendam, sed de prædandam patriam potius crederetur, immo post direptas omnium fortunas, uitam, ac salutem omnium ad extrema pericula expeteret. Iamq; quam plurimos optimos ciues fumo, flamma, gladio ad ultima fata perduxerat, aperte ostendens, se totam patriam in solitudinem redigere uelle. Proinde supplicanti Regi clementiæ omnes eius regionis incolæ, ut tam furiosus tyrannus quanto cyus ab eorum ceruicibus amoueatur, dignamq; tam enormibus factis mercedē accipiat. His ab Engilberto animosius, quam efficacius propositis, Ericus ad tam graues ciuium suorum querelas uerba dedisse contentus, iussit, ut Engilbertus, ceteriq; Dalacarli bono animo essent, nec dubitarent, quin propediem uisuri essent crudelem illum sanguinariū aliquo singulari & horrendo mortis genere consumptum. Sed quam longè illa uerba à Regio corde distabant, satis ex literis Regis, quas Engilbertus ad senatum Sueonum reportauit, apparebat. Scripsit quidem Ericus, se Engilberti & Dalacarlörum querelas audiuisse: proinde curaret senatus eam controuersiam ita examinare, ut Iusso Danus in suo officio conseruaretur. Paruit senatus Regio mandato, & ferocè præfecti animū magis precibus, & muneribus, quam præcepto Regio mitigauit. Ad eam enim infelicitatem tunc res Suetica corruerat, ut nullo existente iuris remedio, cogerentur iniuriæ passi, gratiam & misericordiā à suis calumniatoribus postulare: quemadmodum aliquando mihi euenit, qui Gostau Regis præfectos, ne me, & clerum meum iniurijs obruerent, datis muneribus mitigare cogebar. Sed de illa tragœdia alibi latius.

Ericus Engilberto uerba dedit.

*Iusso demò sit tyrannus pef-  
fimus.*

**I**usso autem, postquam sibi paululum ab illa tyrannica rabie temperasset, ad pristinos mores, immò longè an- deliores reuerfus, non iam se hominem, sed immanem, & furiosam harpyiam ubiq; exhibuit, ita ut in quancunq; do- mum uenturus putaretur, mox omnes inhabitatores confi- stim fugerent, & à sylvarum latebris salutem mutuarent. Ipse uerò uacuas domos ingressus, omnia, quæ in eis im- nit, deuastauit, & penitus destruxit, atq; incendio consum- psit, ut omnibus modis se Danum esse monstraret. Quibus uisis Engilbertus iterum se ad Ericum celerius quò poterat contulit, & audacius, quàm unquam prius, miseriam sua- gentis exponit. Sed surdo fabulam narrans, nihil effecit, ni- si quòd post multam sollicitudinem, quam pro assequenda iustitia impenderat, à conspectu irati Regis eiectus audi- ret, sibi extrema quæq; comminari, si amplius redire tenta- uerit. Sed ut erat corpore paruo, ita animo imperterritus, atq; constanti, submurmuràs inquit: Aliquando reuerter. Videntes igitur Dalacarli penitus induratum esse cor Re- gis Erici, nec aliquod esse humanitatis uestigium, quo pos- set ad aliquam clementiam inclinari, statuerunt potius bo- nestè moriendum esse, quàm turpissimæ seruituti diuini succumbendum. Quocirca Engilbertum in Principem cri- gentes, unanimiter decreuerunt, nò solùm illum Iussonem, sed omnes alios eiusdem crudelitatis ministros à toto regno amouere: decretoq; suo statim satisfecissent, nisi quidam so- natorij ordinis utri, comperta illorum uoluntate sese qua- tocysus inter Regem & eos, arbitros obtulissent: quorum interuentu & prudentia, Dalacarli iterum pacati, ad pro- pria redierunt, palàm affirmantes, se nequaquam in Re- giam dignitatem insurgere uelle, sed id solùm totis uiribus conari, ut Ericus suos pfectos à tyrannica uiolentia ad modestiam

*Engilbertus ite-  
rum in Daniã  
ad Ericu pro-  
perat.*

*Engilbertus à  
Dalacarli  
princeps eli-  
gitur.*

*Dalacarlorum  
egressio cõtra  
Danos.*

*Erii in tyran-  
nide pertinacia.*

modestiam reuocaret. Sed cum uiderent animum Regis ita in suo proposito firmatũ, ut putaretur prius omnia regna, quàm tyrannicos mores deponere uelle, nò ultrà expectan- dum rati, sed insuperabili multitudine egressi, primo impe- tu impiũ illum carnificẽ Iussonem Danũ in arce Arosiensis adoriuntur: qui mox more tyrannorum, ex rugiente leone fugax lepus effectus, in sola fuga salutis suæ remedium po- nens, ad suam Daniã quàm celerimo cursu aduolauit. A qua tandem reuersus, & à rusticis propè Vastenum com- prehensus, admota securi dissectus est. Ceteriq; tyranni hinc inde per Gothorum, & Sueonum terras dispersi, au- dita Dalacarlorum potentia, & firmo ad recuperandam libertatem proposito, nequaquam ausi sunt contra eos ar- ma præparare. Non enim ad præliandum, sed ad prædan- dum docti erant. Itaq; intra arces se claudentes, ancipitem belli euentum pauidi expectabãt: nec erat difficile ipsos ab incermibus agricolis superari, & sub iugum mitti, qui enor- mium scelerum suorum conscj, nequaquam dubitabant, se iusto Dei iudicio, ob diu perpetratam scuitiam, confestim exterminandos.

*Dalacarlõ a  
gressio secũda.*

*Tyranni timidi*

*Iusso occisus.*

*Mala confien-  
tia graue terro-  
mentum.*

## CAPVT VII.

**E**Nimuerò Engilbertus tam potens, & formidabilis repente euasit, ut omnibus regni senatoribus & pro- cecibus mandauerit arma in quoscunq; tyrannos assume- re. prefatus, se nihil aliud, quàm patriæ libertatem optare: cuius uiolatores ita uiolare, aut reprimere intenderet, ut sic turisæculis compertũ fieret, maximos tyrãnos maxima sit- stinuisse supplicia, nec omnino gratis Christianos populos tot iniurijs, atq; ludibrijs affecisse. Respondit uerborũ ma- gnitudini operũ magnitudo. Pluribus nãq; ex senatu regni in suam sententiã clam adductis, tam potenter, & feliciter

*Engilbertus a  
natores cõtra  
tyrannos cõtra  
sas.*

Engilbertus 30.  
arces paucis  
diebus expu-  
gnauit.

Comitia Vaste-  
nis celebrata.

Engilberti ora-  
tio.

Engilberto re-  
spondit Canu-  
tus Episcopus  
Lincopensis.

Engilberti ora-  
tio secunda.

pugnauit, ut paucorum dierum numero plusquam triginta arces natura, arte, & praesidiario milite satis multas expugnauerit, tyrannosq; a quibus occupatae fuerant, uel occiderit, uel proscripserit. Interea uero cum ei pugnantia omnia feliciter, & pro uoto succederent, accidit senatum utriusq; regni, Sueonum & Gothorū, apud Ostrogothos in oppido Vastensi conuocari: ad quem locum accedens Engilbertus, coepit uniuersos & singulos proceres diligenter adhortari, ut uices desolatae patriae doleant, ut innocentium ciuium calamitates perpendant, ut iniquas tyrannorum leges abrogent, ut tam foedam, indignamq; seruitutem amoueant, libertatemq; nimis diu amissam restituant. Cui Canutus Lincopensis ecclesiae Pontifex, qui tunc, absente Olauo Archiepiscopo Upsalensi, in senatu praesidebat, tam suo, quam caeterorum Pontificum, & procerum nomine respondens, inquit: Honestum quidem, & pium negotium est, o Engilberte, patriam a seruitute, innocentiam ab oppressoribus, incolas ab iniurijs liberare: attamen iusturandum uiolare, fidem Regi praestitam infringere, crimen lese maiestatis incidere, inter turpia facinora semper fuerit reputatum. Proinde constanter negamus nos tali modo ad restituendam libertatem cooperari uelle, ne, dum liberi esse queramus, parum honesti inueniamur. Ad haec rursus Engilbertus: Scio (inquit) reueredi Pontifices, & illustres proceres, Regibus, & Principibus, immo omnibus hominibus, etiam hostibus seruandam esse fidem. Proinde nunquam in animum induxi rebellionem in Regem excitare. Nec mihi nomen Regis, aut Principis assumo, sed libertatis assertorem me profiteor: eiq; nomini ita satisfacere conabor, ut quibus alienus nostram patriam, atq; innocentiam tanto tempore, tamq; crudeliter, & impie oppresserant, addiscant, alii regendos esse liberos homines, quam iumenta: quorum ty-

rannorum

rannorum nefaria facinora si Rex Ericus tot importunissimis precibus, & obsecrationibus monitus repressisset, nequaquam illi nobis molesti fuissent, nec nos eius Regiae maiestati aliquod negotium faceremus. Caeterum de iureiurando erga Reges obseruando, hoc a uobis reueredi Pontifices scire uelim, an aliqua lex diuina uel humana, Christiana uel Ethnica, tam seuera & crudelis esse possit, quae nos cogere poterit omni tyrannorum libidini obtemperare, uidelicet, si filium in conspectu patris dilaniarent, si coniugem in conspectu mariti constupraret, si ciues sine legibus & iudicijs trucidarent, si diuinas, & humanas leges, perinde ac aniles fabulas aestimarēt, nec licitum esset, tam atroces omnis humanitatis hostes reprimere, & percutientibus dicere, Cur me caeditis? cum tamen diuina & humana lex uehementissime in tyrannos, & nequaquam contra innocentes feratur. Propterea tam apud Ethnicos, quam apud omnes Christianos, maximis praeconijs tyrannicide extolli consueuerunt. Igitur si plus Regi quam patriae, si plus tyranni quam innocentiae, si plus praedonibus quam incolis fauere contenditis, ego uos non ut ciues, sed ut publicos patriae hostes habendos statuam: iuroq; per ipsum Deum omnium innocentium defensorem, quod parem mercedem cum atrocibus hostibus, quos defraudandos creditis, recipiatis.

Engilbertus in  
perorando re-  
ueniens.

Engilberti in se-  
natores regni  
comminatio.

## CAPVT VIII.

Quibus in senatu liberè propositis, deliberauerunt proceres potius pro patria, quam tyrannorum defensione periclitandum esse: seq; cum Engilberto ad omnium rerum gerendarum euentum coniunxerunt. Deinde iuxta exemplar ab eo praescriptum, significabant Regi, se non posse liberandae patriae negotium omittere, nisi uelint unam cum

Senatores regni  
cum Engilber-  
to consentiunt.

eius Regia maiestate ad extrema pericula sine aliquo fructu deuenire. Iam enim eò processerat Regiorum præfectorum audacia, & uolentia, ut ob eorū intolerabilem ferocitate uix aliquis ex Sueonibus, aut Gothis inueniretur, qui se iratis Dalacarlis pro Rege obijcere auderet. Adertant quoq; in his comitijs cōplures nobiles, & generosi Westrogothi: inter quos etiam aduenerat paternus auus meus Petrus Store: quod Latine magnum, siue robustum significat. Ii omnes ob grauiſſimas iniurias ab Erici præfectis acceptas, in Engilberti militiam pro patriæ liberatione iurauerunt. Petrus autem Store, cum cæteris maiorem à tyranno iniuriã accepisset, utpote tota paterna hæreditate ab ipso spoliatus, uehementiore studio sese Engilberto addidit: factusq; eius indiuiduus comes usq; ad ultima illius fata, non solum ordines duxit, sed ad supremi uexilliferi gradū peruenit. Idem quoq; mortuo Engilberto, nobilem uirginem Helenam, ex nobili Bistanorum apud Ostrogothos familia coniugem accepit. Nec diu post superuiuens, genitum et ea patrem meum Magnum consanguineo suo Catillo Episcopo Lincopensi educandum commendauit. Mortuo autem Catillo, ad familiam Episcopi Henrici, qui illi successerat, adscriptus est: in qua totis duodecim annis sub liberali stipendio militauit. Demum ad eiusdem optimi Pontificis interuentum, cum nobili uirgine Christina ex generosa Cusonomo domo, matrimonium consummauit, primosq; uiginti quatuor annos unã cum ipsa satis feliciter transiit: in reliquis aut sedecim annis ipsam fortunam nimis aduersam expertus est, quemadmodū etiam mea olim felicissima conditio corruerat, qui iuxta eiusdem patris, auorumq; & atauorum meorum exemplum, ex primo regni senatore, & felicissimo Archiepiscopo, propter tuendam fidem Christi, factus sum humilis exul, & peregrinus. Sed hinc

Petrus Store, vn  
de Magnorum  
familia.

Magnus Store  
uexillifer En-  
gilberti.

Bisana fami-  
lia.

Cusonomo fami-  
lia.

aliud tempus remisisset, ad Vastenensem conuentum reuertor. Quo per regni senatores feliciter acto, Engilbertus ad exercitum, quem in expugnandis arcibus reliquerat, reuersus, quicquid Danicum in toto regno erat, obruit, & delet, factus totius regni Princeps, & publicæ libertatis assertor. Immo si grati esse uoluerimus, ipsum sempiternis laudibus perinde ac patriæ patrem extollere obligamur. Quippe ut tyrannorum memoria, cum eorum inextinguibili infamia, ad posteros transmitti consuevit, ita honestum est, ut optime de publica omnium salute meriti, gloriam apud Deum, & homines assequantur immortalē. Nec Sueones, & Gothorum partem libertati restituisse contentus, totam belli molem in Hallandiam, & Schoningiam transferens, nullam arcem, nullam ciuitatem, immo nullum tyrannum ibi resistentem inuenit. Tanta siquidem nominis eius formido omnes tyrannos inuaserat, ut quocumq; uenturus nuntiaretur, mox illi perinde ac meticulosa animalia ad solitudines confugerent. Parta igitur tam gloriosa contra tyrannos uictoria, Engilbertus in Suetiam est regressus, mirantibus omnibus seculis, inermem agricolarum multitudinem potentissimis hostibus tam facile præualuisse, atq; de eis incruentum triumphum reportasse. Veruntamen illud omnē humanam admirationem excedere uidetur, quod tam numerosus Engilberti exercitus, qui centum mille homines in se habebat, nullum penitus ex incolis, per quorum fines toties eundo, & redeundo discurrebat, laeserit, aut damnum aliquod intulerit, ut in publico prouerbio adhuc cōmemorari soleat, Engilberti exercitum nec ualorem quidem unius gallinæ alicui uolenter abstulisse.

Engilberti lau-  
des immortales.

Schoningianū  
bellum, & vi-  
ctoria.

Engilberti exer-  
citus.



Erici Regis po-  
nitentia.

**I**nterea Rex Ericus, uidentem tantam imperij sui partem ad arma consurrexisset, & ubiq; prosperè pugnauisset, nec facile ad obsequium reuocari posse, uehementer suos, præfectos increpare cœpit, quòd Sueones tam stupida crudelitate ad iram prouocassent, quos debuissent callidius oppressisse. Coactus igitur erat ingentem ex Danis, & alijs confœderatis principibus exercitum comparare, atq; imensum thesaurum in onerosam, & parum utilem militiâ profundere, qui amotione unius sanguinarij præfæcti grauem belli materiam antea auertisset. Sed ex tam perniciosa huius Erici imprudentia instruimur, maximum esse diuinæ iracundiæ signum, quando à Regibus, & Principibus prudentiam auferrî permittit: confestim enim, & necessariò omnium subditorum salus in summâ aliquod diuicrimen adduci consuevit. Nam cum totum illum exercitum classi inpositum ad Suetiam transportaret, cuestigio horrida tempestas cœlum commouit, & undas: ex qua tandem ægrè ereptus, amissaq; maxima commilitonum parte, addiuitatem Stocholmensem peruenit: in qua mox durissima obsidione conclusus est. At cum uideret suam potentiâ longè minorem esse, quàm quòd posset Sueonum uires superare, erecto per caduceatorem signo fœderis, in colloquium cum Engilberto, & cæteris Suetiæ proceribus, qui tunc aderant, descendit. Primumq; exposulat, cur uiolato iuramento arma in proprium Regem suscepissent. Cui postulationi Engilbertus perhumaniter respondens, ait: Non est nostra intentio, ò serenissime Rex, tuum detrectare imperium, aut tuam maiestatem in aliquo lædere: neque iusturandum uiolaremus, ad arma confugimus: sed cum uideremus tuos præfectos nullam tuorum iuramentorum mentionem habere, immò semper, & ubiq; ea agere, quæ

palam

palam ostendebant, tuam maiestatem nihil prorsus de iurando nobis præstito curare. Iurasti enim, te Sueticas, & Gothicas leges, præscriptasq; consuetudines, & libertates nobis inuolatas obseruare uelle: at præfæcti, quos nobis imposuisti, cum Dani sint, nostras leges nunquam didicerunt: sed ea seueritate, qua Dani in suos seruos, & deditios utuntur, in nos quoq; abuti cõtendunt. Nos Gothi, & Sueci sumus, & Danicum nomen, aut leges minime agnosimus. Proinde liberi sumus, & libertatē nostram à maioribus nobis relictam, iuxta eorum exempla usq; ad sanguinem, & mortem defensamus. Et si in Dania tam infelix seruitus esset, ut eius proceres uiuere nequirent, nisi seruorum suorum sanguinem absumerent, nobiscum tamen alia, & humanior libertas esse deberet, quippe apud quos nullus nascitur seruus. Sunt nobiscum prouentus satis liberales, quibus & Rex, & proceres absq; ciuium iniuria honestè, ac magnificè uiuere possint, nec coguntur ob terræ inopiâ humano sanguine pasci. Quo circa, ò Rex, parati sumus tibi, ut nostro uero Regi, obsequiū præstare, et prius omnia aduersa pati, quàm fidem tibi præstitā uiolare, præsertim si tua maiestas suam fidem & iusturandū nobis rursus præstitum, integrū inuolatumq; conseruet: alioquin nunquā tam imprudentes erimus, ut putemus illa iuramenta inter te, & nos uicissim præstita, plus nostrā fidem, quàm tuam obligasse. Præterea si putaueris nos sine iusto dolore, & sine iure omnium gentium ad arma confugisse, parati sumus coram æquis iudicibus, & arbitris sufficientem nostrorum operum rationem assignare: etiam, si opus fuerit, causam nostram in theatro totius orbis iustam, & æquam fuisse probabimus.

Seruitus apud  
Gothos nulla.

Engilbertus eas  
sunt patriæ ad  
iustos indices  
imitat.

¶

Erici exercitus  
nausfragio perit.

Ericus obside-  
tur.

Ericus cum En-  
gilberto expo-  
sulat.

Engilbertus Eri-  
co humaniter  
respondet.

*Erici pertinax tyranni.*

*Quicquid libet, licet tyranni.*

*Sueones cum Erico annales inducias statuunt.*

*Engilbertus de nouo Princeps regni eligitur. Comititia in Sictuna.*

*Ioannes Kropelinus.*

**Q**Va Engilberti oratione audita, Ericus ad suos duos conuersus, & ab eis consultus respondit, indignum esse, quòd subditi suorum Regum, & Principum ad iudicium reuocare contendant, cum potius parendi necessitas subditis cõpetat, quàm resistendi facultas. Parumq; absuit, quin exemplo impudentissimi Caracallæ, aut noui cæ eius dixisset, Quicquid libet, licet: quia Imperatorem regem dare, non accipere cõuenit. Immo iuxta consilium imprudentissimi Roboam respondisset, Hactenus uos cecidi uirgis, amodo cædam uos scorpionibus: præfecti à me postea aggrauauerunt iugum uestrũ, ego autem addam iugum stro. Erat enim Ericus ita in suo proposito firmatus, ut mino nequiret iustissimis Sueonum querelis quicquã pacificè respondere. Proinde Sueones uidentes animũ eius nullo ingenio mutari posse, non secus ei responderũt, quàm si Israhel ipsi Roboam, cui dixerũt: Quæ nobis pars in Danu uel quæ hereditas in Pomerano? Reuertere in tabernaculum tua Suetia, redde te tibi ipsi: frustra ab illis iustitiã, & libertatem postulas, qui tibi extremã perniciem parant. Itaque tempore nihil aliud pro tollenda illa controuersa fieri poterat, nisi quòd postis unius anni inducijs, Rex Ericus uia, qua uenerat, in suam Daniã remearet, relictijs in arce Stocholmensi militibus septingentis, qui illam ab hostibus in sultu defensarẽt. Deinde Sueones unã cum Gothib, ne sine Principe in tam dubijs Reipub. temporibus diutius manerent, Engilbertum in summũ Principem, & gubernatorem elegerunt, comitiãq; in oppido Sictuna celebrantes, in pro restitutione collapsæ patriæ prudenter statuerũt. Accessit etiam in eum locum Ioannes Kropelinus, qui huius Erici locum in arce Stocholmensi tenebat, comitatum ex Commendatoribus Prusis. Hi multa agere cõpulerunt

pro concordia inter Regem Ericum, & Suecos restituenda: ad quam Sueonum, & Gothorum proceres se paratissimos offerrebant, asserentes, sibi nihil magis gratũ esse, quàm quòd Rex eis, & ipsi rursus Regi promissam fidem integrè conseruent. Quo audito Kropelinus, & Cõmendator, offerrebant se fideles inter utranq; partẽ cooperatores. Datisq; ab Engilberto pro securitate ductoribus, ad Regem Ericũ in Daniã descenderunt: quem cum Danico senatu in oppido Halmstaden si inuenientes, omnia, quæ à Sueonibus pro concordia dicta fuerant, proposuerunt. Estq; ibidem decretum, quòd Ericus ad calcem futuri mensis Iulij, se ad ciuitatem Stocholmensẽ conserat, accepturus ibicas concordis partes, quæ ex ratione, & æquitate inueniri possent. Iam enim Olaus Archiepiscopus Upsalensis ad suam sedem reuersus, cõcepit pro publica totius patriæ pace, & tranquillitate diligenter laborare, oblitusq; omnium grauissimarum iniuriarum, quas diu, & multum ab Erico sustinuerat, plus omnibus alijs pro eo sollicitus erat, ut proceres regni cum illo in gratiam redirent, seq; tales erga ipsum præstarent, ut innocentia, atq; integritas eorum omnibus regnis, & nationibus comperta fieret, & commendata.

## CAPVT XI.

**A**Duenit igitur Ericus ad ciuitatẽ Stocholmensẽ in capite mēsis Septembris, magna pompa, & potentia succinctus: à quo Sueonũ, & Gothorũ proceres, nihil nisi iustissimũ, atq; honestissimũ postulabant, uidelicet, quòd leges, & consuetudines patriæ, ac Regiũ iuramentũ in omnibus partibus obseruaret, Regemq; gratiosum, & clementem sese omnibus regni incolis exhiberet. Quod cum ille omnino se facturũ polliceretur, & denuò per Regiũ iuramentũ promissa sua cõfirmaret, Engilbertus regni guber-

*Sueci & Gothi ad pacem parati.*

*Io. Kropelinus arbiter pacis.*

*Olaus Archiepiscopus Upsalensis pro reditu Erici laborat.*

*Ericus ad Holmiam venit.*

*Sueones iustissimã ab Erico petunt.*

*Summa Sueonũ  
beneuolentia et  
ga ingratiſſi-  
mum Ericum.*

*Ericus ſtupidã  
ingratiſſimã  
Sueciã oſtendit.*

*Sueonũ ſimpli-  
citas deteſtan-  
da.*

*Tyrannorũ con-  
ſiliarij.*

*Sueci Ericũ ite-  
rum admonen-  
tes lauãt la-  
terem.*

*Ericus iuramen-  
tum ſuum ſer-  
uare recuſat,  
ne aſſentator  
uideatur.*

nator, ceteriq; ſenatores, & proceres admiranda quadam  
magnificentia, & magnanimitate erga ipſum, à quo tot in-  
cõmodis affecti fuerant, uſi, totum Gothorũ, & Sueonum  
imperium ei liberaliter reſtituerunt, facta prius amneſtia,  
hoc eſt, lege obliuionis omnium iniuriarum. Ericus igitur,  
reccuperato tam amplo imperio, conſeſtim ad priſtinos mo-  
res ſuos reuerſus, cœpit cum ſuis Danis conſilia inquirere,  
quomodo Sueones grauiore ſeruitute opprimeret, quã  
unquã prius oppreſſi fuiſſent: ſtatimq; caſtra, arces, preſep-  
cturas, ciuitates, oppida, territoria Sueonum nobilibus &  
dempta, crudelioribus ſanguinarijs, quã priores fuiſſent,  
aſſignauit. Quo uſo Suetiæ proceres, eſt uehementer dolo-  
rent, ſibi tam indigne illuſum fuiſſe, atq; ex magnis pericu-  
lis ad maxima pericula ſeſe iterum deueniſſe, attamen late-  
bantur ſuam innocentia per ſummam Erici ingratiſſimã  
omnibus manifeſtari. Quis enim nõ uidet hunc Ericũ ſum-  
mam ignauiam, & quandam ſtupidam ingratiſſimã & ſua  
malignis conſiliarijs contraxiſſe: qui cum proruſus ab omni  
Regia dignitate deſtitutum optaret. Tum Sueticus ſenatus  
primò per Danos, qui primas partes apud Regẽ habe-  
bat, ipſum admonere curabat, ut in cõditionibus pacis, ad qua  
tanto labore, & poſt tot discrimina rerum peruentũ eſſet,  
perſeuerare dignaretur. Verum poſtquã ſenatores regni  
uia nihil proficerent, acceſſerunt & ipſi Regẽ, ſuppliciter  
orantes, & obſecrantes, ne à ſuo Regio iuramento, &  
promiſſionibus deficeret, ſed illis cõſtanter obſeruatiã pub-  
licam regnorũ pacem tot bellis, & cædibus nimis diu late-  
factã, ac tandem magno labore reſtitutã diligentia  
ſtodiret. Ad quã cõſilia, quãuis ſaluberrima, & neceſſaria  
eſſent, Ericus ſcuerius, quã modetiſtus reſpondens, in-  
ueſter aſſentator eſſe nolo. Statimq; Ioannẽ Kropelmannum  
Teutonũ ab arce Stocholmenſi, eo quòd Sueonũ re-  
ti ſu-

ti fauere uideretur, amouit, atq; in eius locũ quendam Eri-  
cum Nielsen à luthonia Danorũ terra, cũ quingentis preſep-  
ctarijs militibus ſurrogauit. Sicq; in ſuam Daniã diſceſſit,  
& in omnibus Gothorum, & Sueonum litoribus, quæ nau-  
uigando legere cogebatur, ſpolia, & incendia exercebat.  
Nam inter cæteras iniurias, quas egit, etiã uillas, & terras  
monaſterij Vaſtenenſis incendio dedit. Plurimi igitur inco-  
larũ uarijs iniurijs, incõmodisq; affecti, Engilbertũ aduen-  
tes, acceptas ab Erico iniurias gemebunda uoce proſeque-  
bantur. Quippe non minus crudeliter ab eo, quã à crude-  
liſſimo hoſte ſeſe afflictoſ fuiſſe commemorabant.

## CAPVT XII.

**H**is auditis, Engilbertus ſenatum regni ad oppidum  
Arbogense conuocauit: à quo loco omnes regni  
proceres magno conſenſu Regẽ entius rogabant, obſecra-  
bant, obteſtabanturq; ut ſuorum iuramentorũ memor, ad  
animum reuocaret, quã inuiti pridem ad arma conſurre-  
xiſſent, & cum quanto deſiderio pacis ea ruruſus depoſuiſ-  
ſent. Proinde nollet eos ad ſimilia negotia amplius coarcta-  
re. Et ut ſciret, ipſos in firmo propoſito conſeruandæ liber-  
tatis perſeuerare, cõditiones literis addiderunt, quibus aſſe-  
rebant, quòd niſi infra duorum menſium terminum oſten-  
deret, ſe maiorem ſui Regij iuramenti rationem habere,  
deinceps ſciret, ſe non cum ſubditis, ſed cum hoſtibus nego-  
tium habiturum. Interea uerò cũ hæc legatio, & hæc lite-  
re in ſenatu decernerentur, aderat quidam occultus Sto-  
cholmenſis ciuitatis nuntius, qui Engilbertum ſeorſum de  
imminentibus ciuium ſuorum periculis, qui pro Sueonum  
partibus inclinati erant, informabat: formido nanq; uehe-  
mens ipſos Sueones, qui Stocholmiã incolebant, inuaſit, ne  
illa, aut ſimilia, quæ alij Sueones poſt captiuatũ Alber-

*Ericus Nielsen.*  
*Rex magis ho-  
ſte nocet.*

*Engilbertus Ar-  
bogij comitiã  
celebrat.*

*Sueonũ poſtula-  
tio iuſtiſſima  
à Rege Erico.*

*Sueonũ ciuium  
in Holmia pe-  
riculum.*

Engilbertus  
Holmiam à  
Danorū ty-  
rannide libe-  
rat.

tum in ea ciuitate passi fuerant, denuò paterentur. Quo co-  
gnito Engilbertus, sumptis secum omnibus regni consilia-  
rijs, qui Arbogis aderant, confestim ad ciuitatem Stochol-  
mensensem maximo comitatu sociatus accelerauit, præmissis  
ad Regales ministros nuntio, se ob publicam pacem aduen-  
turum. Sed Dani, qui in ciuitatis præsidijs collocati erant,  
cum satis conscij essent Regem à pactis discessisse, portas ci-  
uitatis aduentantibus clausurunt. At cæteri ciues, qui Gothi,  
uel Sueci erant, indignā rem rati, suos proceres à propria  
ciuitate excludi, præsertim cum nulla hostilitas inter Re-  
gem, & eos adhuc publicata esset, factò unanimi concursu,  
portas per vim clausas uiriliter aperuerunt. Ingressi itaq;  
proceres, uexilla regni in publico foro collocat, edictumq;  
proponunt, ut quicumq; ciues sub suæ patriæ signis proli-  
bertate militare uellent, quanto cyus suam uoluntatem de-  
clararent. Quo uiso, tota ciuitas se cum senatu regni cõiun-  
xit, exceptis aliquot Danis, quibus maior erat cura de Sue-  
corum seruitute, quàm libertate. Proinde sine mora à turri-  
bus, & propugnaculis ciuitatis sunt deiecti, atq; in eorum  
locum fideiiores incolæ surrogati.

## CAPVT XIII.

**D**Einde Engilbertus, & regni senatores, missis ad  
præsidem arcis Stocholmensis Ericum Iuthonem  
nuntijs, exposcunt, cur eis aduentantibus portas clausurunt,  
sagittasq; & bombardarū globos in ipsos immiserit, cum  
ad nihil aliud, quàm ad tractandum de publica pace aduen-  
nissent. Quibus exposculationibus cum Iutho nihil, quod  
honestè responderi posset, haberet, ad minas, & cõuictas  
conuertens, perpetuā Sueonibus hostilitatem indixit. Quod  
circa Engilbertus duobus à senatu præcipuis, Carolo Can-  
ti, & Erico Puche, negotium obsidendæ, & impugnandæ

Ericus Iutho  
præficus ar-  
cis Stocholmen-  
sis.

Carolus Canuti  
Ericus Puche.

arcis Stocholmensis imponit, cum ipse interim totius regi-  
ni curam gereret, & assiduam operam recuperandis ca-  
stris, & restituendæ libertati accommodaret. Et quod sum-  
ma admiratione dignum est, solis tribus mensibus tam Go-  
thorum, quàm Sueonum regnum à manibus potentissimi  
Regis Erici potenter & prudenter eripuit: immò nisi fre-  
to Oeresund (quod Gothos à Danis separat) prohibitus  
fuisset, totum Daniæ regnum sub suam potestatem redegis-  
set. Tanta siquidem illi in rebus bellicis industria, atq; ex-  
perientia erat, ut quocumque se uerteret, omnia pro uoto  
obtineret: nullam arcem quantumuis fortissimam impu-  
gnauit, quin continuò expugnaret: tamq; uelociter à ui-  
ctoria ad uictoriam peruenit, ut fulminis impetum imitari  
uideretur. Nomina autem aliquot fortissimarum arcium,  
quas an fortius, an mirabilius breuissimo temporis spatio  
expugnauerit, hic placuit annotare.

Börganes	Stocholm	Stegeholm
Ecdzholm	Vardberg	Kœpfung
Oerebro	Rumlaborg	Agaaholm
Falchenberg	Saxaholm	Nykœpfung
Trulleborg	Dalaborg	Oesthammar
Castelholm	Ringstadaholm	Piksborg
Apesten	Stæck	Gripsholm
Stegeborg	Axeual	Oereften
Korsholm	Brymshuff.	

Engilbertus ite-  
rum patriam  
liberat.

Arces ab Engil-  
berto expugna-  
te.

Sed accidit ei id, quod frequentissime, atq; in omni terra e-  
uenire solet, uidelicet ijs, qui se totos pro patria, & incolis  
in mille pericula conijciunt. Postquã patriam nō semel, sed  
bis, immò pluribus uicibus ab intolerabili tyrannide, &  
turpissima seruitute liberasset, nihilq; restabat, nisi quòd  
publico omnium ciuium consensu patriæ pater, & libera-

Patriæ liberato  
res sepius indi-  
gne tractantur.

tor, immo cōseruator & fundator appellaretur, ecce quidam Magnus Beuctson ipsum in quadam insula non procul à curia Goxholm insidiosius, quàm honestius impetum trucidauit, non sine acerbissimo, atque inconsolabili totius patriæ luctu. Eius namque funus ab omnibus incolis non secus exceptum erat, quàm si tota patria ad sepulchram efferranda fuisset. Ipseq; occisor ad animum reuertens, tantum de commisso facinore doluit, quantum Magnus Alexander Macedonum Rex de Clyto, quem per ebrietatem occiderat, doluisse commemoratur. Hic enim Magnus, nisi ab amicis prohibitus fuisset, uim sibi ipsi ob patrati patricij conscientiam intulisset. Mansit tamen in eo usque ad uitæ exitum grauisima animi poenitudo, pluresq; ex Danis, quos sceleris autores habuerat, occidit, sibiq; et toti posteritati suæ sempiternum cum Danis odium indixit, quod etiam posteri eius usque in præsentem diem foueri non desinunt. Noui ego eius filium Ioannem Magnum, acis Calmarnensis præsidem, qui adeò insigni Danici nominis odio tenebatur, ut uix potuerit Danos sine conuictio & contemptu nominare: continuq; eos maledictis & execrationibus insectatus est: filiumq; Magnum Ioannem nihil à paterna probitate, & amore patriæ degenerantem, & adhuc, dum hæc scribo, uiuentem post sua fata reliquit. Cuius præclaram indolem bonis literis, & optimis moribus aliquando instituendam curauit.

## CAPVT XIIIIL

**P**ost mortem uerò Engilberti consensu procerum, Carolus Canutus utriusque regni Gothorum & Suedonum Princeps & gubernator surrogatus est. Hic ex laudibus natus, illustrissimum parentum suorum sanguine clarissimis uirtutibus, atque insigni eruditione illustratus.

**Q**ui si tunc in Regem assumptus fuisset, quemadmodum postea & nimis tardè accidit, profectò aliquod Reipublicæ uestigium relictum fuisset. Sed adhuc restabat aliqua grauisissima perniciēs, quam Suetiæ ab exteris Principibus sustinere debebat, antequam ad innati Regis consolationem peruenire sterneretur. Sed non deerant Carolo æmuli, qui potius sibi, quàm illi principatum cessisse uoluissent: inter quos præcipuus & primus apparuit Ericus Puche, uir in militari disciplina admodum strenuus, qui cum Engilberto res magnas & præclaras pro liberanda patria peregerat, ob quas non minorē mercedem, quàm ipsum regnū repositum uidebatur. Nec parua erat plebeie communitatis multitudo, quam sibi ex Dalacarlorum gente atraxerat: qua suffultus, in bellum cōtra Carolum non procul ab Arosensi ciuitate descendit. Commissioq; prælio, Olauus Archiepiscopus Upsalensis, & Thomas Episcopus Strengegensis, nonnulliq; regni proceres, suadebant utrique parti ad concordiam potius deueniendum esse, quàm propriam patriam ciuili & pernicioso bello cruentare. Annuit Ericus salutaribus illustrium uirorum consilijs, præfatus, se ad patriæ salutem, & non ad perniciem natum esse. Erant tamen nonnulli sub signis eius militantes, qui omnino dissuadebant, ne se aduersariorum fidei leuiter committeret, sed ex omni parte suæ consuleret securitati, antequam inciperet in alterius potestatem deuenire. Quorum consilia Ericus, cum esset magno, atque imperterrito animo, non multum curans, affirmabat, inter nobiles & illustres uiros, non secus atque ex iusto & æquo agi posse. Proinde ad procerum conuentum in Arosiam descendens, non solum liberè, sed insolenter quæcunque in animo habebat contra Carolum loquebatur. At Carolus non omnino ab astutia alienus, clam fumum, & fœtores in eo

Engilbertus patriæ pater indignè occiditur.

Magni occisoris Engilberti poenitentia.

Ioānes Magnus præfectus Calmarnen. acerrimus Danici nominis inimicus.

Magnus Ioānes discipulus Archiepiscopi Io. Magni.

Carolus Canutus regni gubernator. Caroli optima educatio.

Ericus Puche Caroli æmulus.

Archiepiscopus Upsalensis. pacis consultor.

Ericus Puche modestus.

Ericus ob bonam fidem suam perijt.

Caroli Canuti astutia.

loco, quo comitia agebantur, fieri procurauit: quibus ex-  
 citatis, monuit reliquas negotiorum partes in propinqua  
 arce explicandas. In quam cum peruentum esset, Ericus li-  
 berius, quam securius, quæ prius dixerat, denuo iterauit.  
 Tum Carolus, accepta ex eius uerbis occasione, ipsum ca-  
 ptiuaui, captiuatumq; & ad Stocholmiam missum capite  
 plecti procurauit. Quo factò, præfati Pontifices, Olaus  
 Vpsalensis, & Thomas Strengensis, tantum doluerunt se  
 illis comitijs interfuisse, ut nunquam postea sanctum Do-  
 mini corpus consecrare auderent, rectè existimantes, ab  
 illo ore tantum sacramentum confici non debere, à quo oc-  
 casio mortis contra tam illustrem uirum (quamuis præter  
 eorum intentionem) emanauit. Immo neque amplius, ut  
 senatui regni interessent, induci potuerunt.

CAPVT XV.

Christiernus Ni-  
 colai cõtra Ca-  
 rolum insurre-  
 xit.

**D**Einde alius ex præcipuis senatoribus Christiernus  
 Nicolai regni Dapifer, contra Carolum insurgens,  
 occultisq; uijs plebeiam communitatem sibi attrahens, me-  
 ditabatur ipsum à principatu amouere: atq; interim sum-  
 mam amicitiam, quæ est patris ad filium, simulauit. Caro-  
 lus autem rei ueritate comperta, missis satellitibus ipsum  
 captiuauit, arcesq; & feuda, quæ à Regio fisco habebat,  
 ab ipso extorsit, antequam cum pristina redderet liber-  
 tati. Egit tamen cum illo ciuilius, quam sperabatur. Ma-  
 gnam nanque Finlandiæ partem unà cum arce, & ciui-  
 tate Viburgensi ei in feudum permisit. Tandem Nicolaus  
 Stenonis, quamuis Caroli sororem in coniugem haberet,  
 negotium tamen non satis facile contra ipsum suscitauit.  
 Cum enim Ostrogothiam nimis seueriter, & auarè admi-  
 nistraret, Carolus plus iustitiam, quam affinitatem atten-  
 dens, ipsum frequentius admonere curauit, ut ab omni  
 ciuili

Nicolaus Steno-  
 nis in Caroli  
 arma mouit.

ciuium iniuria sibi temperaret, nec contra se leges & iura pa-  
 triæ tam audacter prouocaret. Sed cum minime tam pijs,  
 & honestis præceptis parèret, statuit Carolus arma in re-  
 bellem & contumacem conuertere. Nicolaus autem celeri  
 fuga clapsus, ad Regem Ericum tunc circa Gotlandiam cõ-  
 moratè accessit: acceptisq; ab eo aliquot militum copijs,  
 redijt ad Ostrogothos. Sed ab exercitu Caroli superatus,  
 & captus, ad Norcopiam oppidum, cum suis est deporta-  
 tus, dieq; tertia morbo ex dolore contracto, expirauit: ma-  
 gnaq; pars familiæ eius, quæ pridem rapinis, & iniurijs  
 ciuium uixerat, gladio percussa occubuit. Sed neq; his om-  
 nibus sublatis permixtus est Carolus regnum in pace admi-  
 nistrare. Erat enim nobilis quidam illustriissimo sanguine  
 natus Broderus Suensøn, qui unà cum Engilberto plurima  
 & præclara pro libertate patriæ gesserat. Hic cum impor-  
 tunius apud Carolum de diuisione feudorũ expostularet,  
 confestim à Carolo perinde ac rebellionis autor compre-  
 henditur, & decollatur. Interim autem cum Carolus tot  
 domesticis periculis à patria, & Repub. amouendis neces-  
 sariam operam impenderet, omnem etiam diligentiam  
 adhibuit, ut Rex Ericus amissos patriæ fauores recupera-  
 ret, atq; in regnum restitutus, se talem exhiberet, qualem se  
 futurum iurauerat. Et in ea causa celebrata fuerunt multa  
 comitia, multæq; legationes hinc inde missæ. Sed ea summa  
 & superabundanti cura nihil aliud effectũ est, quam quòd  
 Ericus indignum putaret, Regiam maiestatem iuramentis  
 obligari, qui (ut ei uidebatur) omne, quod libèret, sibi per-  
 mitti deberet, alioquin se iureiurando, & literis continuò  
 astrinxisset: uel fortè quia à Danis persuasus erat,  
 ut apud Sueones nomen regni unà  
 cum præscriptis eorum le-  
 gibus aboleret.

Nicolaus Steno-  
 nis capitur, &  
 moritur.

Broderus Suen-  
 søn Carolo re-  
 bellat, et decol-  
 latur.

Carolus pro Re-  
 ge Erico inter-  
 cedit.

Ericus negat re-  
 giam maiesta-  
 tem iuramen-  
 tis obligari.

*Dani ob tenuitatem sui regni vicinis regnis insidiantur.*

**E**st quippe admodum uerisimile, ipsos Danos, cum considerent sui regni prouentus adeo tenues esse, ut nequeant ex eis sui Regis maiestatem satis commodè sustentare, magno & perpetuo desiderio ferri, ut Sueonum thesauris (quos forsitan nimios esse putant) subsulciantur. Sed illud eorum propositum nec hactenus feliciter, nec amodo felicius succedet. Proinde prudentius facerent, si sibi ab eo conatu temperarent. Erat tamen Olaus Archiepiscopus Upsalensis uehementer pro salute, & honore Erici sollicitus: impetrauitque à senatu regni tum autoritate, tum industria, tum etiam uiris, ut ipso in Archiepiscopatu uiuente, Ericus tanquam uerus Rex obseruaretur, immò si uellet iureiurando satisfacere, liberum ad regnum haberet ingressum. Eoq; constanti proposito Olaus, sumptose cum Magno Episcopo Aboensi, & pluribus Prælati, ac proceribus regni, ad Lundensem Metropolim in terram Schoningie descendit, reducturus secum Regem Ericum, si ad pacta seruanda se induci pateretur. Sed erat omnis ille labor inanis, expensæq; sumptuosissimæ, quas Olaus Archiepiscopus ex bonis ecclesie Upsalensis faciebat, omni utilitate caruerunt. Iam enim Dani Erico grauissimum negotium facientes, eiusq; tyrannidem aperte detestantes, fidem illi præstitam reuocabant. Quocirca Archiepiscopus ad sua reuersus, effecit, ut in oppido Calmarnensi comitia pro publica omnium Aquilonarium regnorum tranquillitate indiceretur. Ad quæ dum ex Upsalia descensurus esset, in Nicopiam diuertit: ubi à quodam Magno principante uenenum in amygdalino lacte propinatum accepit: statimq; mortuus in Upsaliam refertur. Quibus insidijs nequaquam impetitus fuisset, nisi pro Erico tam constans permansisset, quem tamen suum suæq; Metropolitani

*Olaus Archiepiscopus Upsalensis summopere pro Erico Rege sollicitus.*

*Olaus Archiepiscopus ad Schoningiam proficiscitur.*

*Dani clam ab Erico deficiunt. Comititia Calmarnie indicuntur.*

*Olaus Archiepiscopus Nicopiam ueneno extinguitur.*

tanæ ecclesie, & cleri acerrimum hostem, atque inexorablem persecutorem semper expertus erat, prout in nostra Metropolitana historia latius est deductum. Conuentus igitur procerum Calmarnie institutus, ob prematura Archiepiscopi fata, sine aliqua utilitate absolutus emanuit. Venerant quidem in eum locum Regis Erici legati, nullas alias condiciones Sueonibus afferentes, nisi quòd Regem sine iurisiurandi obligatione in regnum admittant: quæ quidem legatio per Danos proposita, eò tendere uidebatur, ut Sueonum animi in Ericum magis exacerbati redderentur, & aliquando desinerent cum eo de concordia tractatus habere. Ex altera autem parte Dani Erico suadent, ut se in Suetiam conferat, uerbq; cum Carolo gubernatore, & proceribus faciens, meliorem rerum euentum per se, quam per legatos experiatur. Itaque Ericus à Danis persuasus, ad Suetiam nauigauit. Nec multi dies effluerant (teste Erico historico Upsalensi) antequam Dani post tergum abeuntis literas mittunt, quibus significant, se ei nequaquam amplius subesse uelle. Causa defectionis eorum ea potissima fuisse uidebatur, quòd Ericus thesauros regni Suetie in Daniam illatos, postea in Pomeraniam & paternam ditionem transtulisset, quasi iustius fuisset Danos ex spolijs Suecorum uiuere, quam Pomeranos. Tum Ericus in litoribus Ostrogothorum positus tentorijs quiescens, Carolum gubernatorem ad se ob publica negotia uocare curabat. Carolus autem respondit, id ad se solum minime spectare, sed totum regni senatum de rebus publicam omnium salutem concernentibus, præsentem esse oportere: proinde paululum expectandum esse, donec senatus regni ob tam ardua negotia conuocetur. Ericus autem conscius sui mali erga Carolum propositi, classem ex Ostrogothia in Gotlandie insulam confestim retraxit:

*Erici Regis stupida & stulta legatio.*

*Danica astutia.*

*Dani aperte ab Erico deficiunt.*

*Carolus ab Erico uocatus, insidias euasit.*

*Ericus desperato ad regna reditu, maiorem reliqua sue tatis partem agens, magnis calamitatibus omnium Aquilonarium regnorum incolas, qui per mare illud nauigabant, affecit, maximè autem Sueones, & Gothos, quorum litoribus nimum uicinus habitabat.*

## CAPVT XVII.

*Christophorus  
Bauarus 138.  
Rex internus.*

*Christophorus  
Danici regni  
seniuitatem cõ  
tenuit.*

*Christophorus  
dubiam Da  
noru fidem ex  
pertus.*

*Sueones Danorum temeritate detestantur.*

**C**hristophorus deinde prædicti Erici ex sorore nepos, & Bauariæ dux, post exactum Ericum, ut spontè secedentem, hoc modo ad Aquilonaria regna peruenit. Dani ( qui primi omnium ab Erico defecerunt ) legatos ad hunc Christophorum Bauarorum ducem mittentes, regnum Daniæ ei obtulerunt. At cum ipse illud non satis magnificacere uideretur, promiserunt se efficaciter cooperaturos, quod etiam Gothiæ, & Suetiæ, ac Noruegiæ regna assequeretur. Ea itaque magnifica promissione animatus, & multo Bauarorum agmine stipatus, ad Daniam se contulit. Sed cum uideret Danos longè minora effici posse, quam promiserant, toto triennio apud eos ancipiti sententia fluctuabat, nesciens prorsus, quid rerum aggrederetur: putabat enim amoenissimas Bauariæ terras non satis commodè, aut prudenter, Daniæ telluris angustias commutari, prout olim Frotoni Danorum Regi regni Angliæ splendor commutari uisus est. Nec aliquam spera de Gothis, aut Suecis, ut ab eis in Regem assumeretur, habebat. Quippe dum ad eos legatos, super eo negotio aliquid persuasuros, destinaret, durioribus uerbis affectus recepit. Quippe uehementer displicuit Suecis, quod Dani de eis, etiam nescijs, quasi tutores de pupillis, cum extorreo Principe conditionem adduxissent. Habemus, inquit, Sueci, Regem Ericum: cui, si legibus obediuerit, libenter obediemus; ad quas si redire noluerit, & nobis deficiamus.

ficiendo Rege cura incubuerit, non desunt nobis, qui dignè ad Regiam dignitatem eligantur. Proinde Dani sibi habeant Regem, quem nobis ignorantibus elegerunt. Digna quidem hæc uox erat, quæ à Suetico senatu in Danicam temeritatem, uel imprudentiam obijceretur: sed deerat Suconibus in tam iusto proposito diligens perseuerantia, quæ non tam faciliter fuisset per Danicam astutiam superata. Cum enim præcipua cooperatione Nicolai Archiepiscopi Upsalensis, omnium Aquilonarium regionum senatores ad Calmarniam in negotio publicæ pacis restituendæ conuenissent, spesq; Sueonum esset, ut Ericus omnium procerum exhortatione ad meliorum morum instituta conuersus, patriæ restitueretur: aderant quoque in eisdem comitijs Danorum legati à Christophoro, & senatu eiusdem regni destinati: quorum præcipui erant Archiepiscopus Lundensis, & magnificus princeps Nicolaus Nicolai, ipsius Caroli Canuti Suetiæ gubernatoris gener. Hi cum ex consanguinitatis necessitudine pro Erico Christophori auunculo, omnem uim persuadendi adhibere debuissent, mutata sanguinis obligatione, ut Ericum penitus destituerent, & Christophorum in omnia eius regna instituerent, magnoperè contendebant: nihilq; omittebant, quo sui Christophori laudes non solum ad sidera, sed super omnes cælos extollerent: immò inter alia præconia ad suum propositum accommodata, hos uersus astutius, quam doctius compositos, omnium auribus inculcabant:

*Si linguæ centum resonarent, oraq; centum,  
Ferreæ Christophori uox laudes dicere nescit.*

*Nicolaus Arch  
episcopus Ups  
salensis.  
Comitia Cal  
marniæ pro re  
ducendo Erico*

*Danoru legati  
pro Christophori  
eligendo.*

*Dani Christo  
phorum mirè  
laudant.*



Dani Carolum  
pro Christo-  
phoro incli-  
nant.

Danica persua-  
sio.

**D**emum postquam credebant Sueonum proceres et populos, qui tunc aderant, abunde persuasos, totam suæ legationis uim et industriam ad Carolum gubernatorem conuertentes, affirmabant adhuc longè maiores Christophori laudes omissas, quæ nullis humanis uerbis satis explicari possent. Deinde Nicolaus ipsum Carolum (cuius gener erat) secretius admonens, inquit: Vides, Carole frater, taliter agi apud Danos contra Ericum, ut ipse tandem, ob maligna suorum consilia, in summa pericula seductus deficiat: estq; illud destitutionis eius negotium tam remotum ab omni honestate, ut qui in ipsius locum tali modo fuerit substitutus, plus dedecoris, quam honoris, plus laboris et difficultatis, quam quietis aut utilitatis inde assequetur. Proinde, quamuis tibi, ut mihi ipsi, omnia felicia faueam, uelinq; tuam fortunam ad eam sublimitatem efferri, ut nullus in toto orbe Rex, aut Princeps te felicior et sublimior existimari possit, tamen nequaquam uellem te cum tanta tui honoris iactura in locum uiuentis Regis extolli. Meo igitur consilio prudentius egeris, si hoc negotium adeò odiosum in Christophori personam transferri patiaris: quod utique cum tuo summo commodo, et sempiterna nominis tui gloria efficies. Item solo nomine Regio contentus, sub tua potestate totum regnum gubernari permittet: tu ipsum in omnibus regni negotijs, perinde ac pater filium, diriges, et ille tibi non secus ac obsequētissimus filius optimo patri parebit: nullus cōtra nutum tuum in toto regno quicquam attentabit. Quæ igitur maior gloria tibi accidere queat, quam Regi et toti regno imperare? Nec putes ista sine solido fundamento dici, aut me tibi, cui tam arctissima affinitate coniunctus sum, uerba dare uelle. Christophorus me arbitro;

et autore, te literis et sigillis Regijs in omnibus his certum, securumque efficiet. Carolus autem, etsi optimè sciret, quantam uim Danica uerba haberent, aut quorsum tenderent, prudenter dissimulauit, et omnia, quæ dicta, promissaq; fuerant, sese magnifacere ostendebat. Veruntamè necessariū fore assererat, tam arduum difficileq; negotium in sequentē procerū conuentū differri, cum bona eorum pars ad Calmarniam nō peruenerat, erantq; adhuc non pauci in regno, qui pro Erici restitutione laborarent.

Carolus technè  
Danicū cap-  
tus in Chris-  
toph. cōsentit.

## CAPVT XIX.

**I**taque Danorum legati bene sperare iussi, ad sua, unde uenerant, redierunt. Christophoro tamen omnia pro eius uoto necessariò futura pollicebantur, summo perè curantes, ne crederet Sueones aliter, quam Dani uellent, facere posse. Celebratis illis comitijs Calmarniæ, et omnibus senatoribus ad sua redeuntibus, Carolus quandam sanctimoniam in arcto pœnitentiæ loco inclusam adijisse fertur, ipsamq; de futuro Rege, et regnorum statu consuluisse. Quæ respondit, eum omnino futurum Regem, quamuis non pauci pro Christophoro assumendo laborarent: qui etiam ad paucum tempus præualerent, darentq; occasionem diuino furori, qui solet Sueonum et Gothorum regna, ob assumptionem extraneorum Regum, uehementer affligere et punire: quemadmodum confestim post coronatum Christophorum euenit. Vbiq; enim tam apud Gothos, quam apud Sueones grauissima peste, et fame laboratum est. Sunt etiam qui scripto prodiderunt, infantulum quendam in monasterio Vastenensi dixisse matris sue, Se uidere coronam auream in capite Caroli gubernatoris. Elapsis deinde aliquot diebus, totus Gothorum et Sueonum senatus ad oppidum Arbogense conuenit:

Dani arbitri et  
stituantur in-  
ter se ipsos, et  
Sueones.

Carolus inclu-  
sam moniam  
consulit.

Sueones sub  
æterni regibus  
iram Dei em-  
peruntur.

Carolus vatic-  
inio pueri Rex  
præbuitur.

Comitia Arb-  
ogū celebratur.

Oratio Caroli  
pro Republi-  
ca.

in cuius medio Carolus exurgens, orationem succinctam,  
& luculentam de publicis regni negotijs habebat, atque  
in eius calce omnium senatorum iudicio considerandam  
proposuit, quos labores, & quantas difficultates pro pu-  
blica totius patriæ salute sustinuerat, postquam eorum  
præcepto regni gubernationem assumplisset. iamq; regni  
libertas eius opera eò peruenerat, ut ipsi senatores liberam  
haberent facultatem Regem, quemcunque mallent, eligen-  
di: immò quicquid uellent, de tota sua Republica liberi di-

Caroli iusta po-  
stulatio.

ponere possent. Quocirca rogabat suos diuturnos & diffi-  
ciles labores, ea senatus gratitudine compensari, ne ipse, &  
sui posteris, ob publicam patriæ salutem, quam multis la-  
boribus restituerant, ad extremam inopiam redacti suis-  
se uiderentur. Placuit senatui tam iusta & honesta Ca-  
roli petitio. Monitusq; speciatim explicare, quæ pos-  
tulare: respondit, se terram Finlandiæ, in qua natus e-  
rat, ad tempus uitæ suæ, sub nomine feudi postulare: & in-  
sulam Elandiæ pro tota sua posteritate, quæ tamen posse  
ad coronam regni, solutis quadraginta millibus marcu-  
rum Stocholmensium, redimi. Non fuit hæc Caroli petitio  
aliter, quam iusta & æqua à senatoribus terræ existimata.

Caroli magna  
in patriam me-  
rita.

Quippe æquissimum erat, ut ei talis regni portio conce-  
deretur, qui totum regnum suis præclaris operibus me-  
ruerat, & quem fata toti regno potius, quam parti regni  
genuisse uidebantur. Fit igitur in senatu decretum, ut Ca-  
rolus eas terras, quas postulauerat, possideat, eisq; iuxta le-  
gem, quam apposuerat, utatur.

## CAPVT XX.

Sueonum in Re-  
ges externos  
propensio.

**D**Einde ijdem regni proceres, non quòd aliquid  
dni ab externo Rege sperabant, sed mutuo odio &  
cæcati, ne quem innatum Regem assumerent, legatos ad  
Christo-

Christophorum dirigunt, legationiq; conditiones & arti-  
culos addunt, quos per Christophorum iureiurando, & li-  
teris, ac sigillis confirmari petunt. Quo factò, nihil dubi-  
taret, quin proximis comitijs Calmarniæ celebrandis, in  
Regem Sueciæ assumeretur. Omnibus itaque Sueonum ar-  
ticulis æquè citò propositis, & per Christophorum con-  
firmatis, Sueones plurimum exhilarati, putabant iam cer-  
tum omnium calamitatum suarum finem aduenisse: seq;  
ad conuentum procerum Calmarniæ indictum accinge-  
bant. Interim autem Christophorus, sciens omnes arces,  
& terras, immò totum regnum à Carolo occupari, ipsum  
ad oppidum Halmslada amicissimis literis, & importunis  
nuntijs inuitat: aduenientemq; tantis obsequijs, & bene-  
uolentiæ officijs excepit, ut uix maiora obsequia ab ali-  
quo mortalium expectari potuissent. Ibi enim Carolus à  
Christophoro in patrem cum Regio iuramento eligitur:  
obsignaturq; & promittuntur, ac confirmantur à Rege  
omnia, quæcunque Carolus postulabat. Deinde tam Ca-  
rolus, quàm ceteri regni senatores Christophorum diu in  
oppido Calmarnesi expectatum, & tandem circa princi-  
pium mensis Septembris aduenientem, cum summo hono-  
re excipiunt: exceptumq; ab eo loco, usque ad ciuitatem  
Stocholmensem, cum Regio apparatu, & magnifica pom-  
pa deducunt: deductumq; primò in ecclesiam primariam  
S. Nicolai, deinde in arcem Regiam inducunt. Sed silen-  
dum non est iudicium præsentis populi, quod tunc Carolo  
acclamatum fuit. Cum enim ipse ad sinistrum Regis latus,  
& Archiepiscopus pro dignitate ad dextrum incederet,  
audite sunt uoces confusæ multitudinis, Carolum Regia  
corona digniorem, quàm Christophorum esse. Quæ uox  
ad aures Regis perueniens, nonnullum odij fomitem sub-  
ministravit. Incidit autem huius Christophori coronatio

Sueones in Chris-  
toph. confirma-  
tione.

Christophorus  
Carolus loco  
patris habet.

Carolus et sena-  
tores Regem  
Christophorū  
à Calmarnia  
ad Holmiam  
deducunt.

Carolus regno  
dignior, quàm  
Christophorus.

ad profectum Exaltationis sanctæ Crucis, circa annum Christi MCCCXLII. celebrata in Metropoli Upsalensi per Nicolatum Rualdi eiusdem loci Archiepiscopum, & supremum regni consiliarium: cuius historiam inter Pontifices Upsalenses aliâs per nos scriptam, modò (ut breuitati consulamus) præterimus. Quanta autem fuerit gloria & magnificentia in coronatione huius Regis, ex eo probari potest, quòd post militares ludos, & torneamenta, ac plurima Regij apparatus spectacula, septuaginta illustres proceres cingulo militari decoratos ad equestrem ordinem promouit.

## CAPVT XXI.

**E**Rat hic Rex à principio sui regni erga omnes suos subditos benignus & perhumanus: & fortè in eadem benignitate usque ad ultima fata perseverasset, nisi per Sueonum dissensiones in mores longè diuersos ductus fuisset. Cum enim uideret, Sueonum nobiles in mutuam odium, & perniciem continuè ferri, cœpit eos perinde ac parum ualidos contemnere. Quos si mutuo amore unitos considerasset, perpetua dilectione complexus fuisset, timuissetq; eos iniuria afficere, quos uidisset ad propulsandam iniurias concordibus uotis animatos. Siquidem ille Christiernus Nicolai, quem superius à Carolo captiuatum meminimus, reuocatis ad animum iniurijs, quas à Carolo sustinuerat, omnem operam tum per se, tum per amicum apud Regem adhibuit, ut Carolus ab eius fauore & gratia penitus separaretur, separatusque potentium inimicorum insidijs continuò exponeretur. Nec parum in eo proposito profecit. Quippe ipse Rex à Christierno persus, animum, amicitiamque, quam paulò antè iurando

rando confirmauerat, à Carolo reuocauit, multasque occasiones, quibus ipsum perderet, diligenter inquisiuit. At Carolus, sentiens se longè aliter ac promissum fuerat, à Rege estimari, prudenter omnes insidias, quas sibi preparari uidebat, euasit, summopere cauens, ne talem filium experiretur, qualem ille Romanus Cicero, quem Octavianus Augustus loco patris uenerari uidebatur. Præterea cum Christophorus satis consideraret, Sueonum nobiles quadam importunissima ambitione pro feudis, & prouentibus coronæ contendere: nec sibi inuicem deferre, sed oculiis suggillationibus sese mutuo lacerare: nec inter eos erubescerent filij, uiuentium patrum præfaturas inuitis parentibus, & ignorantibus, à Rege postulare: nullamq; aut nimis tenuem consanguinitatis & necessitudinis rationem inter tot generosos nobiles haberi. Quocirca tales sue cancellariæ regulas edidit, ut omni poscenti feudum, confestim, & sine quocunq; præuio examine concederetur, literæq; latæ & amplæ, quibus gratia Regia confirmaretur, in promptu expedirentur, ut imprudens regni nobilitas saltem tam confusa, uel ancipiti concessione disceret, non decere gratiam alteri collatam præripere, aut reuocare. Sed cum neque ea industria poterat animus imprudentum hominum compefci, addidit aliam astutiam non obliuiscendam, utpote, quòd literæ super concessio feudo conscriptæ, tanto auro à Regia cancellaria redimerentur, quantum uix à toto feudo corradipotiuisset. Nec diutius ea gratia durauit, quàm alter, data maiori, aut pari auri summa, in idem feudum induci postularet: factumq; est cæca contententium importunitate, ut sepe uno anno, immò uno mense, uel uno die complures, data ingenti pecunia, in idem feudum instituarentur, nec quicquam prouentuum ex eo reportarent. Sed neque co-

Caroli prudentia in euitâ insidijs Christophori.  
Cicero Romanus.

Sueonû nobiles indiscrete feuda corona ambunt.

Christophori cancellaria.

Feuda à Christophoro carissime empta.

An. 1442.  
Christophori coronatio.

Christoph. 70.  
equites auros creat.

Christiernus Nicolai, de quo supra eodè lib. cap. 15.

Sueonû nobiles in mutuû odium propensi.

Christiernus Nicolai, de quo supra eodè lib. cap. 15.

Christophorus Carolû deserit.

modo poterāt à mutua supplātatione deterreri, donec magna eorum pars nec aurum, nec feudum, immo nec ullam possessionem reliquam haberet. Quo euenit, ut Christophorus eis non iniuste, & palàm tam impacabile, atq; inhumanum odium, quo se mutuo desolabant, exprobraret.

## CAPVT XXII.

**E**Nimuerò cum in senatu regni rogaretur, ut piratilitate exacti Regis Erici, qua Sueonum, Gothorumq; litora continuè & atrociter uexabantur, reprimeret, respondit, se nec commode, nec secure contra eorum hostem arma induere posse, interim cum ea inciuii, atque perniciosa controuersia domi laborarent. Quis enim nō crederet, complures eorū ob odium, quo in conciuēs suos sperabantur, ad hostem facile defecturos? Proinde nunquam sperarent se, aut domi, aut foris, tranquillam uitam agere posse, nisi domestica concordia penitus restituta, se magis in hostes, quàm in conciuēs armatos esse monstrarent: alioquin nullum unquam Regem inuenient, cuius ope conseruari possent: atque interim cum mutuis armis se confodiunt, permittant suum auunculum Ericum, & quoscumque alios hostes liberè in Suetiam & Gothiam digrassari, ut habeant ex Sueonum bonis unde pascantur. Incidit quoque grandis hostilitas inter hunc Christophorum, & Anglorum Regem: peruentumque est ad naualem pugnam: ex qua Christophorus uictor excedens, magnam Anglicanorum mercatorum classem inuasit, & diripuit: ex cuius spolijs admodum locupletatus, statuit Vandalicis ciuitatibus, præsertim Lubicæ bellum inferre, idq; magis per insidias, quàm apertò Marte. Quippe contracta ingenti classe, nuntios ad Lubicam mittit, qui affirmarent, ipsum ex uoto peregrinationem

ad sanctum Christi cruorem in Wisnacho instituisse, & ob id liberū transitum pro se, & quinq; millibus armatorum postulare. Sed prudentiores erant Lubicenses, quàm quòd tales peregrinos, qui magis ob effundendum Christianorū sanguinem, quàm uenerandum Christi cruorem peregrinabantur, admitterent. Intereà tamen non parua militum multitudo à superiore Germania emissa, sub specie negotiatorum Lubicā intrauerat, ibiq; tempus, & occasione, qua Christophorus copias muris admoeret; expectabat. Suboritur interim fortuito incendium ad ciuitatis portas. Quod cum isti insidiosos negotiatores à Christophoro inietum putarent, confestim armis, quæ in uasis magnis sub uinorum specie inuixerant, induuntur, seq; ad locum incendij celeri cursu conferunt. At cum eam spem inanem fuisse deprehendissent, retrocedunt. Interrogati autem, cur arma in ciuitatem intulissent, dixerunt, se militaris exercitij causa arma semper in promptu habere. Iussi igitur sine mora ciuitatem egredi, & alibi suos militares ludos exercere, ea uia, qua uenerant, abiuerunt. Quo comperto, Christophorus classem in suas terras reuocans, animum ab expugnandis Germania urbibus pro eo tēpore despondit. Nec longo post tempore inter Gotlandiam, & Calmarniā naufragium passus, ægrè in litus saluus euasit, submersis compluribus Aquilonarium regnorum nobilibus, & plebeis. Visa est propitia diuinitas eum taliter præmonuisse, ut ad meliores mores reuersus, abominandæ libidinis infamiam, quam, contempta illustrissima Regina Dorothea, filia Marchionis Brandeburgensis, inciderat, abolere conaretur. Creditum enim fuit à sapientibus, & pijs uiris, famem, & pestem, aliq; complura aduersa, ab irato Deo ob Principis peccata (quæ nec parua, nec occulta erant) toti regno irrogata fuisse. Refert tamen Crantzius in hoc loco, ipsum

Christophorus  
Sueonum odium  
desertatur.

Sueones in festi-  
no odio se,  
patriam desit-  
tuunt.

Sueones à Chris-  
topho. ob mu-  
tuum odium  
pascantur.

Christoph. Van-  
dalicis ciuita-  
tibus bellū mi-  
natur.

Insidia sub spe-  
cie mercatorū.

Christophorus  
non succeden-  
tibus insidijs  
ad Daniā re-  
uertitur.  
Christophorus  
naufragium  
passus.

Principis pecca-  
ta iram Dei in  
omnes subdi-  
tos prouocant.

Ingens thesaurus Sueticus submersus.

Anno 1448. Christophori apus.

Gubernatores duo.

Benedictus Ienfon.

Nicolaus Ienfon

Christophorum ingentem thesaurum ex Suetia, & procerum Regum Suetiæ promptuarijs extractum, atq; illi nam impositum, amisisse. Sed non diu post superiuuens, regno pariter & uitam amisit. Incidit autem obitus eius in anno Christi MCDXLVII. ad diem Epiphaniæ, qua Trü Regū festa à populo Christiano celebrantur, in arce Schoningiano freto apposita, quam Helsingburgum etiam nostro tempore appellat. Comperta autem Regis morte, duo gubernatores, qui regnis Gothiæ, & Suetiæ usq; ad noui Regis electionem præsent, à toto procerum senatu instituantur, Benedictus Ienfon, & Nicolaus Ienfon: qui uerant Germani fratres coniunctissimi, ita etiam ad res proclaras nulli Sueticorum procerū secundi habebantur.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V.

PSALENSIS HISTORIÆ GO-

thorum Sueonumq; liber uige-  
simustertius.

CAPVT I.

Carolus Canuti 139. Rex in-  
bernus.



Sueones periculo se suamq; Rempub. Danis coniungunt.

Carolus Canuti ex antiquis Gothorū Regibus originem ducens, post Christophori fata ad Gothorum, & Sueonum regna, procerū, populiq; electione in difficultissimis, & penè desperatis Reipublice moribus peruenit. Enimuerò postquam totis quinque annis, & amplius, regni Suetiæ consiliarij sese nimis prudenter cum Danico regno implicassent, eaq; impuditione neutri parti bene consultiū fuisset, immò parum

erat, quin eadē regna se mutua impugnatione penitus desolassent: tandem aperti sunt Sueonum oculi, ut prudentius perpenderent, quid commodi, uel incommodi ea Danica societas in se haberet. Si enim uerum fateri liceat, nunquā ab omnium rerum exordio Suetia peius ualuerat, quam eisdem quinquaginta annis, quibus uisa fuerat Danis confederata: quod non una ratione, sed integro historiarum uolumine probari potest. Hæc tamen nunc quiescant. Et nos ad Caroli electionem redeuntes, consideremus eum non sine magna difficultate ad regni solium conscendisse. Cum enim antea gubernator regnorum existens, multas procerum insolentias iuste castigasset, multi potentes proceres se eius electioni obiecerūt. Et cum uiderent maiorem senatus, populiq; partem pro eo inclinari, tentabant electionem (quā facile cassare non possent) in longius tempus differendam esse, ut interim ad illas perniciosas Danorum intricaciones conuersi, occasionem haberent, qua denuò totum Sueticæ Reipublicæ statum sursum, deorsumq; ferrent, atque omnibus periculis inuoluerent. Præualuit tamen ea pars, quæ erat patriæ amantissima: & electus est Carolus, iustitia, æquitate, probitate, & rerum gerendarum prudentia conspicuus, immò, quod rarius esse solet, in Philosophicis disciplinis, præsertim quæ Mathematicæ dicuntur, excellenter instructus. Hic igitur post acceptam in ecclesia metropolitana Upsalensi coronam, confestim præualidam classsem insulæ Gotlandiæ litoribus subducibus Magno Green, & Birgero Trolle aduehendam curauit, exacturus inde Ericum Regem, qui totum circumpostum mare piratico terrore uexabat. Tentabant quidem Erici milites aduenientem Caroli militiam repellere, sed cæsi, fugatiq; intra mœnia ciuitatis Visbyensis, se uadum suo Erico obsideri permiserunt. Durauit ea obsi-

Caroli electio  
difficilis.

Senatorum Suetiæ imprudens  
dissensio.

Carolus in philosophia et mathematica peritus.

Caroli coronatio.  
Carolus Gotlandiam impugnat.

Ericus obsidetur.

dio à media estate, usq; ad caput mensis Decembris: in qua Sueci ad motis quam occultissime scalis, ciuitatem incurrentia uictoria occupauerunt: occupassent etiã arcem, si se paulò prudentius, immò si fidelius se gessissent illi duo Suetici exercitus ductores, qui sub Suetica chlamyde animum Danicum abscondebant. Quippe cum Ericus consideraret in proximo esse, ut capta arce ipse quoq; caperetur, inuenit idoneum modum, quo Sueonum credulitas frequentius capi consuevit, utpote per inducias aliquot mensium: quibus positis, uictualia in arcem omnino exinanitam abundè importari fecit: missisq; clam literis, & nuntijs, auxiliũ à Danis implorabat, promittens, quòd eos totius Gotlandie dominos efficeret, si in tanta rerum angustia opem quantum eius contra Sueones affirrent.

## CAPVT II.

**D**Ani igitur, quamuis de semetipsis, & suo regno solliciti essent, timerentq; noui Regis Caroli potentiam, ne tota in uniuersam Daniã diffunderetur, aliam, missis legatis, sese arbitros inter eum, & Regem Ericum offerrebant, asserentes, Ericũ de Gotlandia, prout uellet, disponere posse. Neq; deerat eis animus contra apertam ueritatem loquendi, & affirmandi, quòd Gotlandia ad suam Daniã iure pertineret. Quod quam ueraciter dixerint, satis ostendit eorum historicus Saxo, qui Daniã terminos describens, Gotlandiam inter eos ponere non audebat: immò in toto historie illius contextu sepius apparet, Gotlandiam Gothico regno, non Danico adscribi. Obstat etiam nominis etymologia, quæ dicit, Gotlandiam terram esse Gothorum. Obstat præterea loci propinquitas præscriptionis diuturnitas, morũ, linguæ, ac legũ, & regionis sub eodem Episcopo Lincopensi conformitas.

aliæ rationes deessent, ipsa Danica seueritas satis probaret, Gotlandiam ad Gothos & Sueones pertinere. Dani enim toto tempore, quo eam insulam occupauerant, ita ipsam uexauerant, ut non ueri patroni, aut domini, sed grauissimi hostes eius uideri potuissent. Quippe, quæ antea omnium ciuitatum Germaniæ felicissimum emporium habebat, & ab illa ius maritimum petebatur, nunc inquam miseriam deuenerit, quis satis deplorare queat? Enimuerò talis iam effecta est, ut nulli principi usui esse queat, nisi ditissimus esset, & qui posset, & uellet miserabilibus incolis eius, ne prorsus fame intereant, eleemosynas largiri. Negauit igitur Carolus se exercitum ab ipsa Gotlandia reuocaturum, sed totis uiribus id efficere uelle, ut in pristinam libertatem restituta experiretur, se ad ueros patres, & protectores suos rediisse. Nec quicquã eorum, quæ magno animo promisit, omisit. Sed erat magna, & non suffrenda culpa in præfectis, qui nec animo Regis, nec suæ ipsorum fidei militari satis responderunt. Dani igitur, uidentes Carolum uerbis eorum minimè moueri, domum reuersi, arma in suam, & sui regni defensionem præparabant, futurũ rati, ut Carolus Gothorum, Sueonumq; potentia succinctus, insuperabilem belli molem in eos transferret. Sed cum considerarent ipsum applaudente fortuna non ita efficaciter uti, collectas, quas habebant, militũ copias, classi impositas ad terram Gotlandiæ aduexerunt, liberoq; ingressu in arcẽ Visbyensem admissi, Regem Ericum cum omni thesauro, quæ apud se ingentem habebat, frustrata omni Sueonum intentione, extraxerunt. Deinde impositis in arcem præsidijs, Ericum in Daniã deducere constituerunt. Sed is prudentius de se cogitãs, occulta fuga eorum insidias euasit, reuersusq; in Pomeraniã, reliquum uitæ suæ (ut diximus) in paterna domo peregit. His itaq; artibus Dani arcem Visby-

Nec Gotlandiam & Visby occupant.

Suetica credulitas dolis sepe circumuenitur.

Ericus Danorũ opẽ implorat.

Dani suis rebus timent.

Dani contra apertã ueritatẽ Gotlandiã sibi attinere affirmant.

Saxo Daniã fines describit.

Gotlandia multis rationibus probatur ad Suediam, & Gothiam pertinere.

Gotlandia inhumaniter à Danis desolata.

Carolus potentia fortuna uiti nõ curabat.

Dani Ericũ ab obsidione liberant.

Ericus in Pomeraniã reuertitur, & ibi moritur.

censum adepti, Regi suo Christierno nouiter assumpto nuntios dirigit, quibus tam ei, quam senatui regni persuadent, mittendum esse quantocumque potentem exercitum in Gotlandiam, ne Carolus etiam arcem inuaderet, & occuparet. Quo audito Danicus senatus, cum arma in promptu non essent, ad ingenia (quæ eis promptissime adesse confueverant) conuersi, Olauum Absolonem equestri ordine insignitum, compositum in Gotlandiam expediunt, dantque præceptum, ut uerbis admodum placidis Sueones aggrediatur, omniaque tranquilla, & optima eis polliceatur: fiant induciæ, eligantur arbitri, decernatur conueniendi locus ex Sueonum beneficio, transigatur causa, & cõtrouersia sine cæde & sanguine. Parati sunt Dani ob publicam pacem etiam de suo incedere. His, & similibus præceptis Olauus abunde instructus, ad portum Gotlandiæ Vestragarnû peruenit, primis exercitus ductorem Magnû Green ad familiare colloquium inuitauit: qui mox eius suauissimis sermonibus superatis, inducijs aliquot mensium, quas Olauus callidè postulabat, ignauissime, ne dicam perfidissime, cæteris belli ductorum minime consentientibus, assensit.

## CAPVT III.

*Olaus Absolon Sueonum imprudentia callidissime uisur.*

*Christiernus Dania Rex Sueones fractis inducijs subito inuadit.*

**Q**uo factum est, ut Olauus Danus commeatum, & populum, quem classe aduexerat, in arcem quoque libere inueheret, castraque, & propugnacula, quæ Sueci ad impugnamdam arcem erexerant, consentiente prædicto Magnõ Green, flamma deleret, præfatus, nulla hostilia amodo formidanda esse, sed omnia tranquilla, & pacata sine dubio expectanda. His itaque astutius, quam honestius peractis, Olauus occultissimis literis, & nuntijs apud Regem Christiernum egit, ut potenti classe instructus quantocumque adueniret, & non modo arcem, sed ciuitatem, & totam

ram pro uoto occuparet. Christiernus igitur, omnibus acceleratis citius, quam Sueonum credulitas opinabatur, aduenit: statimque exercitus eius armatus imparatos Sueones (utpote, qui se ob positas inducias securos aestimabant) adortus, quoscumque obuios habuit, trucidauit. Tum Sueci merito suam imprudentiam accusantes dixissent: Nos insensati, & toties antea illusi, fidem Danicam constantiorè esse putauimus. Sed quenam prudentia tanta esse potuisset, quæ per tantam astutiã, ne quid durius dicam, superata non fuisset? Sueci autem, ne sic morentur inulti, arma subito corripientes, sexcentos Danicæ militiæ stipendiarios in ipsis plateis ciuitatis primo impetu occiderunt. Deinde munitioribus domibus se includentes, stragem non paruam in subeuntes hostes peregerunt. Dani uero, uidentes eos à domibus sine magna sanguinis effusione extrahi non posse, ad solita sua remedia, utpote inducias confugerunt. Pactis itaque inducijs, Sueones amissa per summam imprudentiam Gotlandia, circa finem mensis Iulij anno Christi MCCCCLIX. ad Suetiam redierunt. Dani uero suis ingenijs usi, alienam terram maiore iniuria, quam iustitia occupantes, possederunt, possidentque, donec Sueonum, Gothorumque oculi iterum aperiantur, discantque eos exercituum duces constituere, qui sciant, & uelint potius honestum bellum cum hoste gerendum esse, quam turpem, & infamem pacem admittendam.

## CAPVT IIII.

**A**T Carolus ad unius insule amissionem, turbatus quidem fuit, sed nequaquam perturbatus: nam forti, atque inuicto animo ad maiora progrediens, uix euoluto bimestri post amissam Gotlandiam, totum Noruegiæ regnum suæ coronæ adiecit. Susceptus ab illius regni incolis per summam

*Sueones suã imprudentiam uide accusant.*

*Sueones Danos potenter trucidant.*

*Dani ad inducias confugiunt.*

*Sueones Gotlandiam anno 1449. amiserunt.*

*Gotlandia Sueonum iniuria à Danis occupatur.*

*Carolus Noruegiæ Rex conuictus.*

CAPVT V.

Aslacus Turonensis. Enarus Musca.

Carolus domesticus inuidia laborare incipit.

Caroli summa prudentia.

Comitia Arbogensia. Comitia in oppido Halmstada.

Comitia Calmarniae celebrantur.

omnium benevolentiam, & in metropoli Nidrosiensis corona Regia insignitus. Qua festiuitate peracta, & omnibus eius regni negotijs optimè constitutis, duos gubernatores ex Noruegiano senatu, Aslacum Turonis, & Enarum cognomento Muscam, elegit: quibus totam illius regni administrationem addixit. Deinde in Suetiā reuersus, quem admodum omnibus bonis amabilis erat, ita non solum domesticis, sed extraneis hostibus ob adeptū Noruegiae regnū formidabilis apparebat. Quocirca tam ipsi Dani, quam nonnulli ex Sueonibus cogitabant, quomodo eius potentia tolli, uel minui posset. Quod quamuis prudentissimum Regem non lateret, attamen dissimulandum putabat, ne contra nobiles uiros iudicium ex sola suspitione ferre uideretur. Interca cautissimè se in omnibus gerens, maleuolorum insidias cum summa omnium admiratione cassauit: nihil commisit, quo putari poterat, preparatas insidias cognouisse. Nam confestim postquam ex Noruegia redisset, comitia in oppido Arbogesi celebrauit, ex quibus duodecim proceres ad comitia, quae Dani in oppido Halmstadeni mox celebraturi erant, mittendos curauit, ut de omnibus ad publicam regnorum pacem cōducentibus informati redirent, consiliaq; ministrarent, quibus uni parti ita fieret satis, ut altera in sua iustitia non periclitaretur. Sed cum postea consideraret, eos non ita syncerè pro Suecorum, & Gothorum libertate egisse, quemadmodum Dani pro sua Repub. quam in extremos orbis terrarū fines extendi uolent, iussit, ut se domi suae interim continerent, cum ipsa comitia cum Danorum Rege Christierno, quae Calmarniae celebranda consenserant, celebraret.

CAPIT

AT Christiernus, considerans maiorem esse in Carolo prudentiā ad cauendas insidias, quam in eius inimicis astutiā ad inferendas, substituit in oppido Rotnaby, non longe à Calmarnia: nec ultra processit, donec illum nusquam insidijs opportunum aduerteret. Tunc inde rediens, & frustra se uenisse putans, in suam Daniam se recepit. Sed non longo post tempore Olaus Absolon Danicae classis praefectus, litora Suetica prope Stocholmiā, nullo praemisso hostilitatis indicio, flamma, ferro, direptionibus deuastauit. Tum deniq; Carolus, deposita illa singulari modestia, qua semper praeditus fuerat, praegrandem exercitū ex Gothis, & Suecis eduxit, totamq; Shoningiam, Blechingiā, Hallandiam, latissimas quidē terras, ita desolauit, ut omnino in solitudinem redactae, diuq; sine cultore manentes, horridae uastitatis situm induisse uiderentur. Hoc loco Laurentius Arosiensis historicus affirmat, Carolum numerasse decies octies centena millia ex Gothis, Suecis, & Finnis, ad bellum, cum opus esset, idonea. Christiernus igitur tam graui bello impugnatus, statuit confederatorū principum auxilio arma in Carolum promouere, & acceptam ab eo stragem grauiori strage uindicare. Quocirca multos inferioris Germaniae principes in oppidum Vilsnacū conuocatos, instantissimis precibus rogat, ut cōtra Carolum Sueonum, Gothorumq; ac Noruegianorum Regem, arma suscipere uellent. Quibus assentientibus, & maximas militū copias praebentibus, Christiernus Vestrogothiam inuasit, eiusq; praecipuum portum Ludosiam, interceptum, praesidiario milite cōmuniuit. Deinde uastata Vestrogothia, cogitabat arma in Ostrogothos transferre: sed Nicolaus cognomento Koning, Episcopus Lincopensis, sua familia, & nonnullis incolis adiutus, potenter occurrit uenienti, insidijsq; in syl

Christiernus in oppido Rotnaby substituit.

Olaus Absolon contra federa pugnat.

Carolus formidabile exercitum educit, et Daniam in solitudinem redigit.

1800000. pugnatorum.

Christiernus cōtra Carolū comitia principum Vilsnacū celebrat.

Christiernus Vestrogothiam inuasit, & Lodosiam occupat.

Nicolaus Koning Episcopus Lincopensis Christiernū fugere in Daniā cogit.



ua Holueden collocatis, magnam stragem in Danos commisit: & nisi Christiernus subita fuga in Daniam properasset, eisdem insidijs obrutus interisset. Interim autem, cum Nicolaus tam præclaram uictoriam de Danis reportaret, Rex Carolus Christierni classem, quæ ductoribus Olauo Absolonis, & transfuga Magno Green, superiores Suecicæ partes inuaserat, effugauit. Deinde misso ualido exercitu cum Tordone Bonda milite strenuissimo, Ludosensem portum, & arces, quæ apud Westrogothos à Danis occupabantur, cripsit, captiuatis pluribus eorum sub medio noctis tempore, qui se putabant satis securè in aliena, & hostili terra dormire.

## CAPVT VI.

Carolus ad plures annos quietè regnat.

**P**arta igitur ea uictoria, Carolus ad plures annos amplissimis regnis quietè, & feliciter imperabat, donec necesse fuerit ipsum nõ ob propriam causam, sed pessimorum præfectorum flagitia periclitari. Habebat enim præfectos ad omnem nequitiam audacissimos, & ad omnem uirtutem, rebus præclaras imbellissimos. Hi tam auarè, & atrociter subiectum populum opprimebāt, ut tandem coactus fuerit fidelissimam subiectionem pertinaci rebellionem commutare. Erant in legibus patriæ taliter cruditi, ut magis iuris, quam iustitiæ cõsulti haberentur: nullus erat patrij iuris titulus, quem non cogere suæ auaritiæ inferuire: omnia uerbalegis ita interpretabantur, ut nihil prorsus ad intentionem legislatoris accedere uideretur: summam æquitatem esse dicebant. Seueritas uoluit iustitia uideri: immo, ut consuetissimus tyrannorum mos est, omnibus nefandis sceleribus nomina summorum uirtutum imponebant, & centes se omnia ob publicam totius patriæ salutem facerent, cum tamen totam patriam desolare, & funditus euertere

Tyrannorum mores.

contra

contendant. Igitur postquam incolæ ad plures annos à Regijs præfectis tam inhumaniter tractati, spoliati, uexatiq; fuissent, ut iam nihil præter sanguinem residuum haberent, quæ ne tyranni impune ebibituri essent, diligentius prouidere uellent. Quocirca preces, & lachrymas coram Ioanne Benedicti de Salestada Archiepiscopo Upsalensi, quem sciebant eam tyrannidem in summo odio habere, sæpe, & importunè effundunt, rogantes, & obsecrantes, ut eorum extremæ calamitati de aliquo opportuno remedio consulere dignaretur. Factus igitur Ioannes oppressi populi ductor, statuit non modò in Regios præfectos, sed in ipsum Regem, cum quo longo tempore in graui controuersia steterat, patriæ tyrannidis iniuriam uindicare: ipsumq; Regem multitudine incolarum succinctus, in ciuitate Stocholmensi obsedit.

## CAPVT VII.

**O**bsessus itaq; Rex spem totam in suis præfectis, qui adhuc liberi per regnum uagabantur, reponebat. Sed frustra: nihil enim aliud didicerant, quam superbè dominari supplicibus, pecuniã extorquere pauperibus, iniurias irrogare miseris, supplicio afficere innoxios: at arma pro suo Rege assumere, aut uires uiribus opponere, nunquam didicerunt: immò statim ut audirent Regem obsidione inclusum, supplices Archiepiscopum accedunt, seq; captiuandos sponte offerunt, digni profecto ita captiuari, ut similibus traditoribus sempiterno terrori essent, & exemplo. Tum Rex in arcta necessitate positus, ad memoriã reuocabat amicitiam, quam aliis in principatu Viburgensi constitutus, cum Casimiro magno Lituaniæ duce iniuerat, consiliumq; cepit, se ad ipsum iam Regem Poloniæ effectum, pro

Ioannes Benedicti Archiepiscopus Upsalensis patriam liberator.

Carolus obsidetur ab Archiepiscopo Upsalensi.

Carolus à suis præfectis deseritur.

Carolus fugam parat ad Regem Poloniæ.

Elb

Caroli peniten-  
tia ob tyran-  
nidē prefecto-  
rum.

Carolus ad Ge-  
danum nauig-  
gat.

Ioan. Benedicti  
Archiepiscopus  
Vpsalensis fu-  
gato Carolo  
Christiernum  
vocat.

Christiernus in  
regnum intru-  
sit.

auxilio conferre. Dispositis igitur nauibus, cum iam sola anchora leuanda restaret, quidam ex praefectis Regem interrogat, an quicquam in terra neglexisset. Quo uerbo audito, Rex suspiras respondit: Neglexi profectò ante plures annos te, & tui similes in furcā suspendere: quod si tunc fecissem, nunc quietius in tranquilla Repub. remanerē. Deinde erectis uelis in Gedanū celeberrimū Prusiae emporium magis grata, quam iucunda nauigatione peruenit: exceptusq; est à Rege Casimiro summa humanitate: à quo bene sperare iussus, māsit in ea ciuitate, aut eius uicinis locis, aliquot annis. Interea Archiepiscopus, comperto Carolo discessu, cogitare cœpit, se periculosum belli negotium contra prudentissimum Regem suscepisse: proinde maxime sibi prouidendum esse, ne à redeuntis potentia, & fortitudi-  
ne obruatur. Mittit igitur quā occultissimū nuntium ad Christiernum Danorum Regem, polliceturq; se effecturū, ut si quantocyus cum potenti classe aduenerit, regni diadema eius capiti imponat. Christiernus autem, cum esset in rebus gerendis admodum circumspectus, eam Archiepiscopi oblationem à principio non magnoperè curauit, sciens parum utilem, aut honestam fore eam coronationem, que uiuente adhuc Rege Carolo per seditiosos proceres sine publico senatus, & populi decreto exhiberetur. Sed erat in eius consilio, quibus plus placuit, quòd Rex fieret, quam quòd iure fieret: suadebantq; quòd parum ad illius regni consiliarios attenderet, sed satis putaret, si à complicitibus Magni Green eligeretur, & à Ioanne Archiepiscopo coronaretur. Ea igitur facultate Christiernus persuasus, potenti classe ad Stocholmiam nauigationem accelerauit, nuntiosq; ad Archiepiscopum, & suae factionis proceres, qui ibi aderant, mittendos curauit: quibus significabat, se comperitum habere, quomodo Rex Carolus maxima Poloni-

rum Regis ope suffultus, intenderet totam Suetiam manu hostili recuperare, aut deuastare: seq; ideo aduenisse, ut Suetiam à tanto periculo praeseruet.

## CAPVT VIII.

**T**unc confestim Archiepiscopus cum suae factionis socijs Christiernum in ciuitatem Stocholmensē introductum corona Regia donat: idq; nimis temerè, sine aliquo senatus, aut populi decreto, nulla lege, nullo ordine, nullo deniq; maiorum more obseruato. Itaq; incertum apud plerosq; erat, illā ne coronatio plus ignominiae, an honoris Christierno contulisset: immò nihil in ipsa, honore aut laude dignum inuenio, nisi quòd eorum, à quibus tam temerè coronatus fuerat, intolerabilis persecutor euasit, eosq; (cum nulla alia subessent delicta) ob rebellionem, quā in Carolum commiserant, seueriter castigauit, asserens eos perfidè proprium Regem exclusisse, & se magis ad ludibrium, quam ad regnum inuitasse. Cum enim uideret maximam regni partem Caroli reditum expectare, Ioannē Archiepiscopum pro conciliando sibi incolarum fauore emittere curauit. Sed cum is nihil, aut parum proficeret, ipsum, quamuis optimum, & integerrimum Pontificem hactenus apud se aestimatum, inter praecipuos hostes reputauit: immò ignominiose captiuatum secum in Daniam transportauit, perpetuoq; carceri mancipauit, & iureiurando se adstrinxit, ne ipsum inde uiuum eripi pateretur. Ita satisfactum fuit nobilissimo Archiepiscopo pro regni titulo, quē in Danum imprudenter transferre contendebat. Silendum quoq; nō est, Christiernum ingentem thesaurum à Carolo apud fratres Praedicatores, & Minores in Stocholmia delictum, prodentibus fratribus accepisse, & septem magnis uasis inclusum in Daniam secum adduxisse: non ut

Archiepiscopi  
imprudentiā  
in coronatio-  
ne Christier-  
ni.

Christierni in-  
gratitudo in  
suis benefacto-  
res.

Christiernus Ar-  
chiepiscopū V-  
psalensem per  
summā ingra-  
titudinem cap-  
tiuat.

Christiernus  
thesaurū Ca-  
roli occupat,  
& abducit.

ipsum tanquam rem alienam contra æquitatem conseruaret, sed ut in aculeos sagittarum conuersum rursus Sueonibus (qui nescirent suis fortunis felicius uti) restituat. Interæ dum Christiernus ea seueritate, immò summa ingratitude in Ioannem Archiepiscopum ferretur, Catillus Lincopensis Episcopus, eiusdem Archiepiscopi nepos, summa prudentia, & strenuitate præditus, collectis undiq; copijs, omnes Christiernianæ factionis homines à Gothorù, Suenorùq; finibus potenti prælio superatos eiecit, missisq; literis, & legatis, Carolum ex Prussia in patriam, & ad regni administrationem reuocauit. Est quidem memorabile, & sempiterna laude dignum, quomodo is Catillus, uisa Danorum tyrannide, & patriæ desolatione, necnon ignominiosa sui Archiepiscopi captione, omnia pontificalia indumenta, præsentè suorum Canonicorum collegio, induit, quasi rem diuinam solenniter peracturus: eaq; rursus, & sine mora singillatim exuens, & ad suauium in ecclesu Lincopensi altare reponens, uotum uouit Deo, se nõ prius ea recepturum, quam oppressam patriam à tyrannorum seruitute liberasset. Deinde ex eodem loco omnibus militarijs armis instar cataphracti militis ad præparatam militiam extra ecclesie septa egressus, comites habuit Canonicos, eam rei nouitatem lachrymis, & gemitibus prosequentes: ad quos conuersus, uix salutationis uerba, ob solitudinis magnitudinem, exprimere poterat: immò ductus ex alto pectore suspirijs, in calce omnium uerborum dixisse fertur illud, quod in Psalmis cani consueuit: Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.

CAPVT

## CAPVT IX.

Deinde, quãuis esset ualido exercitu munitus, fugam tamen simulans, Christierni exercitum ad loca insidijs opportuna seduxit. Haracher uillam uocant, ubi stationem firmavit, & uenientes Danos glaciali pugna excepit, atrociq; bello supra lacum latè congelatum commisso, clarissimam, & memorabilem uictoriam adeptus est. Cæsos namq; & fugatos hostes ita insequabatur, ut fulmine, ac turbine disiecti uiderentur: uixq; aliud præclarior officium ab aliquo Pontifice in patriam unquam collatum fuisse memoratur. Ea enim pugna effectum est, ut seclusa Danorum factione, tota patria in libertatem, & Carolus (ut dicere cœpinus) in patriam, atq; Archiepiscopus in suam metropolim restitueretur. Christiernus enim, comperto Regis Caroli in Suetiam reditu, mox Archiepiscopum à captiuitate liberum ad Upsaliam redire permisit, ea potissimum ratione inductus, quia sciuit odium esse impacabile, quo in Carolum ducebatur. Proinde spem maximam habebat, ut ambo ad ueterem controuersiam reuersi, totam Gothorum, & Sueonum Rempub. extrema pernicie implicarent. Sed sua opinione deceptus, nullum amplius commodum poterat ex Sueonum discordia reportare: & ita oportuit eum in sua Dania contentum permanere. Carolus autem omnia circumspectius agens, populares fauores (quos præfectorum imprudentia auiserat) pauco tempore recuperauit, factus omnibus charissimus, qui antea publico odio laborabat: præfectosq; instituit, qui uirtutes uitijs, iustitiam iniurijs, honestatē utilitati præferbant. Præterea quicquid ad augendam, conseruandamq; patriæ libertatem, & commoditatem spectabat, infatigabili animo exequabatur. Nullus enim priorum Regum tam diligentem curam pro agricultura, pro extendendis pratis,

Catillus Episcopus fugam simulat.

Glacialis pugna.

Catilli Episcopi de Danis insignis victoria.

Carolus in regnum restituitur.

Io. Archiepiscopus à captiuitate liberatur.

Carolus circumspectior factus est.

Caroli studium in agriculturam, & publicum bonum.

## CAPVT X.

pro excidendis syluis, pro noualibus ampliandis, pro extruendis oppidis, & uillis adhibuit, quantum hic Carolus qui si Ecclesie libertatem pari diligentia conseruasset, paucos meliores Reges Gothi, uel Sueones antea, uel postea habuissent. Sed sunt preafinita à Deo tempora, & Principes, sub quibus Christiane Ecclesie pastores in uarias persecutiones exponuntur, qui deinde rursus sub magnificis, & pijs Principibus, ad omnem honorè, & gloriam extolluntur. Tandè Carolus post multa gloriosa facinora, que ante adeptam Regiam dignitatem, tum postea peregerat, in senium, & ultima fata deuergens, uocatum ad se Stenonem ex sorore nepotem, uirum utiq; non solum sanguine illustriusimum, sed omni morum probitate conspicuum, in alloquitur: Scio te post mea extrema fata, que imminet sentio, à proceribus, & populis in Gothorum, & Sueoni Principem assumendum. Placeat igitur tibi consilium meum, ut oblatum principatum ad Dei gloriam, & publicam patrie salutem assumas. Sed omnibus modis dissuadeo, ne coronam, aut Regiū nomen tibi imponi patiaris. Vides enim quanta iniustitia, & equitate, & modestia his populis presurim, & tamen à plerisq; mihi obijcitur, quòd tyrannidem, non Regiam maiestatem in liberam patriam exercuerim: à quibus quidem calumnijs te omnino liberabis, si optum Principem te sine Regio nomine omnibus incolis prebueris, presertim cum Gothi nostri nomen Regium non minore odio, quam olim Romani insectantur. Post hæc Carolus, acceptis Christiani more sacramentis, uitam & regni morte comutauit, anno à Christo nato MCDLXX. ann. principium mensis Maij. Sepultus Stocholmie in monasterio Fratrum, quos S. Francisci, siue Minores appellant.

Steno Sture Caroli (ut diximus) nepos, post auunculi fata maximo omnium procerum, populorumq; consensu Gothorum, Sueonumq; Princeps eligitur. Hic totis triginta annis subiecta regna tanta tranquillitate & felicitate administrabat, ut Traiano melior, Augustoq; felicior dici potuisset. Sed nõ deerant potentissimi aduersarij, quos diuine prouidentie permissio idcirco eius felicitati obiecisse uidebatur, ut Steno ipsis deuictis, magis illustris redderetur. Primus autem hostis, qui hunc lapidem (nam Steno Gothica lingua lapidem significat) adoriri tentabat, erat Christiernus Danorum Rex, qui fortè putans sibi non nihil iuris ad Suetiam, ob illam quorundam factioforū coronationem, de qua diximus, accessisse, exercitum preualidum collegit, eumq; bellica classe in Stocholmiam Suetie regiam perduxit. At Steno futuri belli non ignarus, copias ex propinquiore Suetia contrahit, eisq; suffultus, aduentantibus Danis obuiam uadit. Concurrat igitur uterq; exercitus in monte Brunchonis, qui Stocholmensem regiam à Septentrione spectat. Nec leuis pugna inter fortes gentes committitur. Dani, ut diuites fierent, proprium sanguinem in periculum ponebant, Sueci uerò, & pro fortunis, & pro libertate certantes, importunius & uehementius pugnant: ad quos uictoria tandem conuersa, Danos in precipitem fugam conuertit. Plurimi ex eis occisi, multi fugati, & complures captiuati. Nec paruus erat Danorum numerus, qui se in proximam aquam immergentes suffocabant. Ipse quoque eorum Rex iclu muralis tormenti, quam bombardam uocitant, impetitus, quatuor anteriores dentes unà cum magno, & fere toto exercitu amisit. Dani igitur tam insigni iactura affecti, in suam Daniam redierunt, atque in Danicas historias retulerunt, eam ad-

Steno Sture Senior 140. Primiceps interm.

Christiernus Danus Stenoni minatur. Suprà eodē lib. cap. 7.

Steno Christiernum uicit, & fugauit.

Carolus ad mortem appropinquans Stenonem nepotem instruit.

Gothi Romanorum exemplo Regiū nomen oderunt. Caroli mors anno 1470. à Christo nato.

Doctor Rytting  
proconsul Hol-  
mensis.

uersam belli fortunam sibi non tam uiribus Sueonum  
quam magicis artibus cuiusdam doctoris Ryttingi pro-  
consulis Stocholmensis obuuisse: quasi nulla alia ratione  
summam illorum ignauiam, qui se sponte submerjerant,  
excusare potuissent.

## CAPVT XI.

Christiernus ab  
occupanda Sue-  
tia animū de-  
spendet.

Sueci concordēs  
expugnari nō  
possunt.

Christiernus  
Germaniæ  
principes con-  
tra Sueones so-  
licitat.

Stenonis sum-  
ma prudentia  
erga subditos.

Reges & princi-  
pes populares.

Stenonis lau-  
summa & im-  
mortalis.

**T**VM Christiernus, post acceptam eam stragem, ani-  
mum ab occupanda Suetia penitus despondit. Com-  
pertum quippe habebat, summam inter Stenonem & Sue-  
ones concordiam esse, qua perseverante, temerarium ad-  
modum esset, illos homines impugnare, qui sola domestica  
discordia superari consueverunt. Quod etiam in ea prin-  
cipum Germaniæ confœderatione, quam contra Sue-  
tiam sub ipsa Romana peregrinatione sua iniuit, satis o-  
stendit, asserens se confœderatorum auxilium inuocare  
nolle, priusquam Sueci domestica discordia laborarent:  
tunc enim diligentissima adhibenda esset opera, ut con-  
cordes Principes discordes populos facilius superarent.  
At Steno summoperè & prudentissime cauit, ne uel tenuis  
discordiæ significatio intra Sueticæ Reipub. uiscera sub-  
oriretur. Vix enim credi queat, quanta benivolentia, &  
moderatione, ac prudentia in omnibus moribus suis uter-  
batur. Legimus complures Reges & Principes ita fuisse po-  
pulares, & à subiectis populis dilectos, ut patres patriæ,  
& humani generis delitiæ merito appellarerentur. Immo qui-  
dam eorum in numerum Deorum referendi putabantur,  
quod suam ipsorum salutem, & quicquid fortunarum ipsi  
quam habebant, spontè & promptissimè pro suis imper-  
derent. Sed hic Steno talem se suis semper & ubique pre-  
buit, ut inter quoscunque præcipuos & optimos herò-  
cum immortalis laude connumeretur. Quippe si pietatem

erius erga Deum, & Dei ministros attēdimus, nulli in Chri-  
stiana religione secundus erat. Pontifices & sacerdotes  
Christi tanta ueneratione prosequeretur, ut se nunquam  
(quamuis tot populorum Princeps esset) prætulerit infimo  
Pontifici, immò inter pios & præclaros mores aestima-  
bat, minores Ecclesiæ Prælatos, utpote Præpositos, Deca-  
nos, & similes, ad dexteram suam uenerando obsequio de-  
ducere, & primas sedes nedum in templis, sed in prætorijs,  
& alijs publicis locis eis concedere. Feudalia quoque bo-  
na libenter & liberaliter ipsis assignauit, rectè existimans,  
eos regendis hominibus aptiores esse, qui diuino obsequio  
mancipati, diuinam legem (sine qua humana iura conser-  
uari nequeunt) continuo studio profiterentur. Sciebat enim  
suam, & totius patriæ salutem, conseruationemq; & ho-  
nestatem in summa Pontificum salute & autoritate cōser-  
uari. Sciebat præterea à maioribus ad posteros traditum  
esse, ipsum sacerdotium in Suetia nunquam sine uniuersali  
totius patriæ ruina corruisse. Neque Pontifices ingrati er-  
ga eum erant: quippe qui omni studio providebant, ne ali-  
qua domestica, aut extranea bella in ipsum præualerent.  
Sæpeq; unà cum cæteris senatoribus nomen & coronam  
Regiam ei offerrebant, etiam supplices rogâtes, ut qui om-  
nem Regiam autoritatem haberet, nomen quoque & ma-  
iestatem Regiam assumere uellet.

## CAPVT XII.

**S**ED erat tanta moderatio in illustrissimo Principe, Steno maximè  
Sut omnia mallet, quam nomen Regium (quod ob  
seueritatem priorum Regum, ad publicum patriæ odium  
deuenerat) sibi adaptari pateretur. Quin potius gaude-  
bat, se in sanorum ciuium & incolarum amicum, ac fratrem  
estimari. Non erat aliquis tam humilis cōditionis paterfa-

Stenonis sum-  
ma pietas, &  
obseruatiua in  
clerum.

Pontificum opa  
Steno gloriosè  
regnat.

Steno oblatam  
coronam conse-  
temit.

Steno maximè  
popularis.

Doctor Rytting  
proconsul. Hol-  
mensis.

uersam belli fortunam sibi non tam uiribus Sueconum  
quàm magicis artibus cuiusdam doctoris Ryttingi pro-  
consulis Stocholmenfis obuenisse: quasi nulla alia ratione  
summam illorum ignauiam, qui se sponte submerferant,  
excusare potuissent.

## CAPVT XI.

Christiernus ab  
occupada Sue-  
tia animù de-  
spondet.

**T**VM Christiernus, post acceptam eam stragem, ani-  
mum ab occupanda Suetia penitus despondit. Com-  
pertum quippe habebat, summam inter Stenonem & Sue-  
ones concordiam esse, qua perseverante, temerarium ad-  
modum esset, illos homines impugnare, qui sola domestica  
discordia superari consueuerunt. Quod etiam in ea prin-  
cipum Germaniæ confœderatione, quam contra Suetiam  
sub ipsa Romana peregrinatione sua iniuit, satis ostendit,  
asserens se confœderatorum auxilium inuocari nolle,  
priusquàm Sueci domestica discordia laborarent: tunc enim  
diligentissima adhibenda esset opera, ut concordem  
Principes discordes populos facilius superarent. At Steno  
summo opere & prudentissimè cauit, ne uel tenuis  
discordiæ significatio intra Sueticæ Reipub. viscera sub-  
oriretur. Vix enim credi queat, quanta beniuolentia, &  
moderatione, ac prudentia in omnibus moribus suis ut-  
batur. Legimus complures Reges & Principes ita fuisse po-  
pulares, & à subiectis populis dilectos, ut patres patriæ,  
& humani generis delitiæ merito appellaretur. Immo qui-  
dam eorum in numerum Deorum referendi putabantur,  
quòd suam ipsorum salutem, & quicquid fortunarum ip-  
sorum habebant, spontè & promptissimè pro suis imper-  
derent. Sed hic Steno talem se suis semper & ubique præ-  
buit, ut inter quoscumque præcipuos & optimos heri-  
cum immortalis laude connumeretur. Quippe si pietatem

Stenonis laus  
Summa & im-  
mortalis.

cius erga Deum, & Dei ministros attēdimus, nulli in Chri-  
stiana religione secundus erat. Pontifices & sacerdotes  
Christi tanta ueneratione prosequerentur, ut se nunquam  
(quamuis tot populorum Princeps esset) prætulerit infimo  
Pontifici, immò inter pios & præclaros mores aestima-  
bat, minores Ecclesiæ Prælatos, utpote Præpositos, Deca-  
nos, & similes, ad dexteram suam uenerando obsequio de-  
ducere, & primas sedes nedum in templis, sed in prætorijs,  
& alijs publicis locis eis concedere. Feudalia quoque bo-  
na libenter & liberaliter ipsis assignauit, rectè existimans,  
eos regendis hominibus aptiores esse, qui diuino obsequio  
mancipati, diuinam legem (sine qua humana iura conser-  
uari nequeunt) continuo studio profiterentur. Sciebat enim  
suam, & totius patriæ salutem, conseruationemq; & ho-  
nestatem in summa Pontificum salute & autoritate conser-  
uari. Sciebat præterea à maioribus ad posteros traditum  
esse, ipsum sacerdotium in Suetia nunquam sine uniuersali  
totius patriæ ruina corruisse. Neque Pontifices ingrati er-  
ga eum erant: quippe qui omni studio prouidebant, ne ali-  
qua domestica, aut extranea bella in ipsum præualerent.  
Sæpeq; unà cum cæteris senatoribus nomen & coronam  
Regiam ei offerrebant, etiam supplices rogâtes, ut qui om-  
nem Regiam autoritatem haberet, nomen quoque & ma-  
iestatem Regiam assumere uellet.

Stenonis sum-  
ma pietas, &  
obseruatiâ in  
clerum.

Pontificum opa  
Steno gloriose  
regnat.

Steno oblatam  
coronam con-  
temnit.

## CAPVT XII.

**S**ED erat tanta moderatio in illustrissimo Principe,  
Sut omnia mallet, quàm nomen Regium (quod ob  
seueritatem priorum Regum, ad publicum patriæ odium  
deuenerat) sibi adaptari pateretur. Quin potius gaude-  
bat, se infimorum ciuium & incolarum amicum, ac fratrem  
estimari. Non erat aliquis tam humilis cōditionis paterfa-

Steno maximè  
popularis.

miliās, in cuius domū cum hospitij gratia introiisset, quā  
ipsum unā cum coniuge, & liberis porrecta manu officio-  
sissimē salutaret, secumq; tam hanc, quā illum decentissi-  
mē ad mensam collocaret, & de eorum salute, ac prospero  
rerum successu diligenter interrogaret. Summaq; sollicitu-  
dine prouidit, ne sui præfecti quenquam iniurijs afficeret,  
aut affici paterentur. Habebatq; in omnibus regni angulis  
fideles exploratores, qui præfectorū fidem & equitatem  
erga subiectos populos inquirentes, omnia eorum facta ad  
ipsum occulte & fideliter deferrent: tamq; scrupulosa exa-  
minatione de subditorum quiete inquirebat, ut potius sibi  
ipsi uitam, quā subiecto ciui unam ouem contra iustitiā  
auferri permisisset. Quo factum erat, ut nullus inter Go-  
thos & Sueones inueniretur, qui non libentius pro eo for-  
tunas & uitam exposuisset: immō ubi aliqua bellorum opi-  
nio emerfit, & Steno unum ex tota familia pro defensione  
patriæ libertate ad bellum euocaret, confestim non unum,  
sed omnes, quotquot armis idonei erant, armati ad pugnam  
prodibant. Erupit igitur uerax in omnes regiones fama,  
Stenonē nulla humana potentia superari posse, qui in tam  
amplissimo principatu, quotquot incolas, totidem habere  
milites in omnem casum pro eius defensione præparatos.  
Erant tamen duo potentissimi Principes, qui hanc solidam  
petram à loco, cui firmiter inherebat, amouere contende-  
bant, utpote Ioannes Danorum Rex, & Basilius Magnus  
Moscouitarum Princeps, eidem Danico Regi confederatus.  
Nec paruus, aut imbecillis erat eorum principum me-  
merus, qui cum eisdem Danis, & Moscouitis contra Sueo-  
nes & Gothos conspirabant: sed totus eorū conatus, ut spe-  
cie terribilis apparebat, ita inani exitu disparuit. Tenu-  
bat quidem Danus aliquoties arma in Vestrogothiam in-  
ferre, præsertim cum didicisset Stenonem longo terrarum

spati

spatio ab eo loco separatum: sed cum prima Vestrogotho-  
rum limina intrauisset, & iam arcem Erby (quæ est in  
Marchia Vestrogothorum) obsidere cœpisset, ecce Steno  
ualido Sueonum agmine suffultus, adeo celeriter ex Sto-  
cholmia aduenit, ut uolasse potius, quā equitasse puta-  
retur: signumq; sui subiti aduentus tubarum clangore dari  
præcepit, ne dolis, aut insidijs, sed aperto Marte se pugna-  
re uelle significaret. Tum Ioannes ad suos proceres con-  
uersus, dixisse fertur: Commēdanda profecto est in hoc ho-  
ste tanta magnanimitas. Cum enim nos dormientes, & im-  
paratos facile adoriri posset, uult tamen ea uirtute prælia-  
ri, quæ palam ostendat, se illam militarem gloriam in me-  
moria habere, quam maiores nostri à dolis & fraudibus  
alieni, diligentius obseruabant.

## CAPVT XIII.

**D**Einde Steno suis ex ordine constitutis, præcepit, ne  
prius in hostem ferantur, quā uideant ipsum di-  
spostis agminibus undiq; præparatum. Itaq; Ioannes pe-  
riculosam belli moram ratus, cōfestim suos perarmat, atq;  
in hostem educit. Pugnatum est utrinq; diu, & acriter, do-  
nec Steno insigni sagittariorū ope adiutus, uictoriam re-  
portaret. Cæsi, fugatiq; sunt Dani: quorum etiam plurimi  
per Sueones in captiuitatem redacti fuerunt: quos Steno li-  
beraliter habitos, Regi Ioanni gratis, & nullo redemptionis  
pretio interueniente remisit, apertè sui animi magna-  
nimitatem eo facto ostendens, quod didicisset arma in ho-  
stes, & non in calamitosos exercere. Quo magnifico offi-  
cio Ioannes prouocatus, cœpit in hoste non solum fortitu-  
dinem, & in rebus bellicis industriam admirari, sed exi-  
miam morum probitatem uenerari. Transiueruntq; com-  
plures anni, in quibus, ob constitutas inter Sueones &

Stenonis rigor  
in præfectos.Stenonis exi-  
mia in subdi-  
tos beneuolen-  
tia.Steno tot mili-  
tes quot inco-  
las habebat.Ioannes Dano-  
rum Rex.  
Basilius Mosco-  
uitarum Prin-  
ceps.Io. Danorū Rex  
Vestrogothiā  
inuestigat.Stenonis adm-  
randa celeri-  
tas.Io. Rex Stenonis  
magnanimit-  
tatem laudat.Militaris gloriæ  
antiquorum.Steno Ioannem  
Danorum Re-  
gem uicit, &  
fugat.Stenonis huma-  
nitas in Da-  
nos captiuos.

*Inducias dicitur* Danos inducias, pax & securitas seruata fuit. Quibus dicitur  
*nam inter Sueo-* rantibus, Steno Hemmingum Gaddum Ostrogothum Lin  
*nes & Danos.* copensem, ad Summum Pontificem in urbem Romam le  
*Hemmingus Gad-* gatum designauit, ut ibi circumspectius prouideret, ne Do  
*das Lincopen.* ni, cum ipsis arma deficerent, ad callida Romanorum in  
 genia conuersi, Suetiam molestarent. Erat hic Gaddus ho  
 mo ad omnem astutiam natus, tanquam ad Romanos mo  
 res idoneus, ut nullus eo aptior ex tota Suetia in Romanum  
 emitti potuisset. Nec solum apud infimos & mediores  
 Curiales, sed apud Summos Pontifices, & amplissimum  
 Senatuum Cardinalium summam gratiam inuenit: multaq;  
 & memorabilia opera in laudem sui illustrissimi Principis  
 Stenonis in eo Christiani orbis capite peregit, quibus  
 ostendit, se patriæ amorem omnibus huius uitæ fortunis  
 prætulisse. At Danici nominis odium tam pertinaciter im  
 bibisse uidebatur, ut uita comite illud minimè abicere po  
 tuisset. Interea uerò Rusi, siue Moscouitæ, Danorum  
 confœderatione inducti, arma in Sueones transferre con  
 tendunt. Quorum conatus Steno repressurus, magnas in  
 dique copias contrahit: quas, ductore Suantone, nobilissi  
 mo regni consiliario, in hostilem terram emittit. Pro  
 gressus Suanto, omnia pro suo uoto egit. Nam etsi Mo  
 scouitæ satis potentem exercitum cœgissent, tamen post  
 quam ad pugnam deuenium erat, & aliquandiu acerbis  
 animis certatum esset, Sueones uictoriam adepti, in magna  
 Moscouiæ partem se diffundebant, cunctaq; obuiantibus  
 ferro & flamma concultantes, eam stragem commiserunt,  
 quæ etiam hodie in hominum memoria persecuerans testatur,  
 ipsos ad impacabilem iracundiam prouocatos præ  
 gnauisse. Enimuerò complures arces, oppida, uillæ, quæ  
 tunc funditus euersæ fuerunt, satis admonuisse uidetur Mo  
 scouitarum proceres, ne amplius Sueonum potentiam

*Hemmingus Gad-*  
*das insignis o-*  
*for Danici no-*  
*minis.*

*Moscouitæ bellū*  
*in Suecos mo-*  
*uent.*

*Suanto militia*  
*Suetica prin-*  
*ceps Moscoui-*  
*tas vincit, &*  
*eorum terras*  
*denestat.*

arma compellant. Quippe post eum diem Sueones ab illo  
 rum impugnatione securi degentes, gratias Stenoni agunt,  
 quòd tam uiriliter agendo, posteris tam gratam & neces  
 sariam, ac diuturnam pacem procurasset.

## CAPVT XIII.

**P**arta ea uictoria, Suanto ingentem thesaurum ex di  
 tissima præda congescit. Cuius partem cum Steno ad  
 se pertinere affirmaret, Suanto ab eo deficiēs, non paruum  
 procerum & militum numerum in suæ defectionis socie  
 tatem allexit. Factumq; est, ut Gothica & Suetica Respu  
 blica, quæ tot annis sub optimo Principe florentissima &  
 pacata fuerat, ad ciuilem & perniciosam discordiam col  
 laboretur. Nec diu moratum est, antequàm Ioannes Da  
 norum Rex, exemplo patris sui Christierni, à factionis qui  
 busdam proceribus inuocatus, ad Stocholmensem ciui  
 tatem peruenit. Estq; eodem iure & ordine, quo pridem  
 pater eius, à suæ partis proceribus corona Regia insigni  
 tus. Sed Steno extenuatas domestico dissidio uires resu  
 mens, ipsum Danum ad suam Danemarchiam redire cœ  
 git, breuiq; tempore totum regnum in pristina libertatem  
 restituit. Ad quod non parum cooperatus est Hemmin  
 gus Gaddus, de quo antea diximus. Hic enim cum Ro  
 mæ constitutus audiisset, periculosas in patria cōtrouer  
 sias suboriri, confestim inde in patriam remeauit, pri  
 manq; curam adhibuit, ut Steno & Suanto, deposito o  
 mni odio, in ueram amicitiam redirent. Quo facto ipse Gad  
 dus, ab utroq; in maximam gratiam receptus, meruit præ  
 cipua eorum cooperatione eligi in Episcopum Lincopen  
 sem. Nec facile fuit Danicæ factionis hominibus, hunc tri  
 plicem funiculum dissoluere. Hic enim Lincopensis eccle  
 siæ Prælatu infulam galea, baculum gladio, togam pelta

*Suanto à Steno*  
*ne deficit.*

*Domestica inter*  
*Suecos discor-*  
*dia.*

*Io. Danorū Rex*  
*in Suetiam in*  
*trusus.*

*Steno Io. Dano*  
*rum Regem in*  
*Daniā fugat.*

*Hemmingus Gad*  
*das electus in*  
*Episcopū Lincopen-*  
*sem.*



commutans, tam formidabilis erat inimicis, ut plus eum quam Stenonem regni Principem formidare uiderentur. Erat enim animo audax, consilio prouidus, in philosophica eruditione præcipuus, & in re militari instructissimus. sed parum religioni & Ecclesiasticis rebus inclinatus. Hoc enim auctore Steno, deposita illa eximia patientia sua, belum in Pontifices & proceres, qui Danici Regis introductionem procurauerant, promouit, effecitq; facili negotio, ut seipos patriæ, & patriam antiquæ restituerent libertati: humaniter quippe bella gerens, ostendit seminis inuitum arma in ciues conuertere. Siquidem deuictos Pontifices non minore reuerentia, quam antea cum liberi essent, tractabat, contentus, quod se ad unitatem patriæ reductos faterentur. Passimq; de eo canebatur:

Parcere substratis est nobilis ira Stenonis.

## CAPVT XV.

**A**ccidit etiam eodem tempore, ipsum non paruum exercitum ad debellandum Iacobum Archiepiscopum Upsalensem, quod Danis inclinatus uideretur, cogisse: & iam ad locum deuentum erat, in quo non minores copie pro Archiepiscopo pugnatæ conuenerant. Tum Steno benignæ suæ naturæ memor, clam in scijs procribus ad Archiepiscopum in propinqua uilla Nees apud arcem Stecham commorantem accessit, & confestim sine arbutis cum eo in gratiam reuersus, admirabili letitia omnes, qui in mutuam cædem parati stabant, affecit. Volebat enim potius optimus Princeps, se coram integerrimo Pontifice supplicem exhibere, quam quod tot innocentes ciues, ob causam satis dubiã, præsentissimo periculo inuolueretur. Nec silentio implicandum est, quod alio tempore minus prudenter egisse uidetur. Cum enim considerasse,

complura

complures regni proceres fortunis ecclesiarum, & clericorum incessabiliter inhiare, conuocato regni senatu, simulabat se Pontifices, & Ecclesiæ autoritatem in ordinem redigere uelle. Quod cum ipsi proceres magno applausu amuissent, mox uehementi obiurgatione eorum temeritatem reprehendens, inquit: iam non miror hanc patriam nostram ad plurima incommoda corruisse: sed magis miror, quod saltem aliquod Reipublicæ uestigium relictum habeamus, cum impossibile sit, ipsam Christianæ Ecclesiæ autoritatem corrucere, nisi totum regnum pariter collabatur. Proinde quicumque uelit regnum penitus desolare, is primò in terris nostris manum apponat, ut Ecclesiasticus status (qui in toto orbe Christiano suos propugnatores habet) desoletur. Præterea eius sincera in Deum fiducia, maxime ex eius literis in publicum missis, apparuit. Quippe ad omnia publica negotia sanctæ Trinitatis nomen præmittere consuevit. Tandem postquam tantam patriam tot annis tam bene & feliciter rexerat, ipsamq; Danica factione labefactatam rursus liberauerat, memorabile suæ magnanimitatis testimonium ad posteros transmittere uolens, Danici Regis coniugem Christianam, quam in arce Stocholmensi captiuauerat, non solum summa ueneratione ab omni iniuria liberam conseruabat, sed comitante tota Sueonum & Gothorum nobilitate, saluam usque in Hallandiam deduxit, mirantibus multis, quod acerrimo hosti liberè, & gratis coniugem rediisset, quæ fortè ante confirmatas publicæ pacis conditiones liberanda non fuisset. Sed erat in Stenone magnus atque excelsus animus, quo didicerat uincere in bono malo: quamuis per illam suam eximiam bonitatem extrema sibi accelerauit. Nam in eo ultimo conuiuio, quod cum Regina in terris Smalandiarum celebrauerat, pe-

Steno ecclesiasticæ libertatis assertor.

Ecclesiæ Sueonum a seculo regni ruinam trahit.

Christina Regina Regi Daniæ Io. Steno ne liberaliter restituitur.

Stenonis studium vincere in bono malo.

Steno humaniter bella gessit.

Stenonis bellum contra Iacobum Archiepiscopum Upsalensem.

Steno in gratiam Iacobum Archiepiscopum reuertitur.

*Stenonis mors.*  
An. 1053. *Stiferam ægritudinem, qua infra paucos dies in uilla Sctæ  
flungaryd mortuus est, contraxit, anno Christi M.DIII. in  
ca principium mensis Decembris.*

## CAPVT XVI.

*Suanto 141. Prin-  
ceps internus.*

**S**uanto deinde nostra ætate hoc modo post fata Steno-  
nis, ad Gothorum & Sueonum regna peruenit. Cum  
enim Steno in loco, quem diximus, animum exhalaret,  
aderat ipse Gaddus Lincopensis electus, qui mox præsen-  
tibus militibus sub poena capitis cõminatus est, ne cuiquam  
eam Principis mortem patefacerent, donec ad regiam Sto-  
cholmensem peruenissent. Si enim fama eos præueniret, nisi  
solum à Regia arce secluderentur, sed omnium præterito-  
rum annorum stipendio priuarentur. Persuasi igitur pro-  
ceres & milites, funus Principis quam occultissime ab  
loco usq; Stocholmiam, itinere sedecim dierum deducunt,  
posito in eius loco uiro corporis habitudine non dissimili.

*Gaddi admirā-  
da prudentia  
in morte Ste-  
nonis.*

*Suanto Ostrogo-  
thorum Prin-  
ceps astutia  
Gaddi regni  
occupat.*

Erat in media uia Suanto Ostrogothorum Princeps: hunc  
Gaddus claculo de Stenonis morte informatum admonet,  
ut sub specie comitandi Principem se in Stocholmiam con-  
ferat, facili totum Sueonum & Gothorum Principatū (si  
consilijs paruerit) affecuturus. Grata erat Suantoni ami-  
cissimi Antistitis admonitio. Perueniensq; in arcē Holmen-  
sem, à Gaddo, & à tota caterua Princeps regni consaluta-  
tur. Quod etsi præter leges, & patriæ cõsuetudinem factū  
fuisse uidebatur, attamen approbante regni senatu, in locū  
defuncti Stenonis surrogatur. Erat enim de tota patriæ  
optime meritus, natusq; ad res præclaras & magnificas po-  
tente qui animum excelsum, & Regiū semper & ubique  
se ferebat. Tota quoq; eius familia splendida, & bonis  
tribus ornata incedebat: nullus in ea mimus, nullus scamus.  
Quippe quemadmodū ipse morum grauitate pollebat, in

*Suantonis fami-  
lia honestissi-  
ma.*

illos effœminatæ leuitatis homines in suā familiaritatem  
admittebat, sed audaces, fortes, ualidos, & ex aliorū proce-  
rum curijs electos. Erat enim publico prouerbio receptū,  
quòd nullus in familiā Suantonis ascriberetur, qui securi in  
faciē cæsus cõnueret. Erat præterea in suos familiares adeo  
liberalis, ut sæpe uestes sibippsi detraheret, et illis donaret.  
Plus enim in homines militares indulgens erat, quàm in se-  
ipsum: sæpeq; in largiendis stipendijs fiscum exinaniuit.  
Neq; enim ullam diuitiarum curam habebat, sed uirtutem,  
& gloriam sordidis diuitijs longè præferēdo, potius fame  
perisset, quàm ex incolarum iniurijs, aut ecclesiarum, siue  
clericorū spolijs uictitasset, rectè existimans, Suetiam adeo  
opulentum regnum esse, ut eius Princeps satis magnificè  
uiuere possit, absque eo, quòd cogatur rapinis & sacrile-  
gijs uitam infelicem, atque infamem sustentare.

*Suantonis libe-  
ralitas.*

*Suanto plus uir-  
tuti, quàm di-  
uitijs indulge-  
bat.*

*Suetia regnum  
opulentum.*

## CAPVT XVII.

**S**ed silendum non est, quàm acerrimo odio insectatus  
sit mendaces & detractores. Cum enim aliquem ab-  
senti obloqui audiuisset, iussit cõtinuò absentem aduocari,  
ut detractor, qui absentem suggillauerat, coram propone-  
ret, quæ uellet, & probare posset. Quo factò optimorum  
ciuium innocentiam mirificè est tutus, & immortalē  
gloriam apud omnes bonos est adeptus. Erat præterea in  
delinquentes ualde clemens & mitis, quamuis uerba eius  
summam seueritatem præ se ferre uidebatur. Non enim lo-  
qui, sed fulminare uisus est, cum milites suos neglecti officij  
argueret, & obiurgaret: quibus etiam nonnunquam ala-  
pam inflixit. Sed cõtinuò, quos duris uerbis affecerat, mox  
singularibus donis & beneficijs afficere non omisit. Quo  
euenit, ut feliciores se putarent, qui ab eo tam benigniter  
reprehendi merebantur. At in templis, cum diuino of-

*Suanto menda-  
ces detestaba-  
tur.*

*Suantonis cle-  
mentia.*

*Suantonis in Deū pietas.*

*Ioannes Danus Rex piraticū in Suecos extendit.*

*Moscovita pa-  
storū rationē habebat.*

*Suāto Daniam impugnat.*

*Dani violatis inducijs pugnant.*

*Vardbergum.*

*Schoningianū bellum.*

scio intenderet, uix minores lachrymas, quam David Hebraeorum Rex effudit, ut nullus id considerās dubitare potuisset, quin totam spem suam in Deo, per quem Reges regnant, collocasset. Estq; à diuina clementia cōsecutus, ut in his octo annis, quibus regnauit, nullum atrox praelium fuerit in Suetiæ incolas illatum, quamuis Ioānes Danorū Rex ipsa Gothorum & Sueonum litora classe bellica non raro insiliuerit, & spolia nōnulla in mari, & terra reportauerit, ipsumq; Moscouitarum Principem, ut Suecones impugnaret, summopere sollicitauerit. Sed maior erat in Moscouita pactorū & iuramētorum ratio, quam quod patretur se à Danis in aliquod nefariū bellū rupto scedere uel duci. Quin potius cum didicisset Reipub. summā ad Suetonem, qui pridē dux belli contra Moscouiam fuerat, aduenisse, solennes oratores ad ipsum in Stocholmiam misere, & foedera, quæ antea cum Stenone iniuerat, renouauit. Itaq; Suāto ab Orientalibus Suetiæ partibus superior effectus, totas uires suas ad Occidentalem Daniā conuertit. Nec diu moratus, antequam copijs ex Suetia & Vestrogothia cōtractis, bellum in Hallandos & Schoningianos transferre cōtendit, ut iniurias, quas Dani paulo ante uiolatis inducijs, intulerant ciuitati Aboēnsi, ulciscatur.

## CAPVT XVIII.

**P**rimum igitur belli impetum in propinquis Vardbergiæ oppidum mouens, comperit incolas illius Suetice potentiæ terrorem nouiter uallo, & propugnaculis communiuisse. Quocirca ex eo loco progressus, in tantam Hallandiam & Schoningiam cæde flamma, diripiētib; conculcauit, exercitumq; spolijs onustum, & inuenta uictoria ouantem reduxit. Deinde in Suetiam rediens, negotium laceffendæ Daniæ nobilissimo Vestro-

thorum præfidi Achoni Ioannis imponit: qui sequenti anno in Hallandiam descendens, duas munitissimas arces, Lagabohn & Vallen, uno eodemq; die, admirabili quadam celeritate occupauit, occupatasq; incendio consumpsit: & cum nullus contra eum in campum prodiret, nobilem uirum, & Regiæ arcis præsidem Mauritium Ipsen captiuatum, unā cum incolumi exercitu in Vestrogothiam reportauit. Sequentibus etiam annis idem Acho continuo bellorum insultu Danos laceffuit, donec ab ipsis in terra Schoningiæ ad insidiosa loca pertractus, in floridæ iuuentutis ætate trucidatur: dignus profectō, cui facta longiorem uitam concessissent. Erat enim natura benignissimus, & in re militari peritissimus, immō etiam patriæ suæ, pro qua obiit, amantissimus. Incidit autem mors eius in annum à Christo nato MDCX. Post cuius occasum, cum Rex Danorum Ioannes putaret Vestrogothiam omni præsidio uacuam esse, constituit ipsam in suam redigere potestatem.

## CAPVT XIX.

**C**ollegit igitur tam ex Danis, quam Saxonibus & Vandalicis ciuitatibus præualidum exercitum, quē filius eius Christiernus Vestrogothorū terris maiore apparatu, quam felici bellorum successu inuexit. Suanto enim, quāuis magno & potenti exercitu succinctus, ex Suetia in Vestrogothiam Christierno congressus descendisset, attamen à pugna prudentius abstinens, retro ad soliam Tiueden abiit, sperans se Christiernum ad insidias perducturum. Sed Christiernus nihil minus cautus, à Vestrogothia per Smalandos ad Ostrogothiam ire contendit. Ostrogothi autem, quos imparatos putabat, maxima multitudine ad arma consurrexerant. Quod cum Christier-

*Acho Hanson Danos impugnat.*

*Acho celerrimā uictoria vsus, Mauritium Ipsen captiuat.*

*Acho tandem à Schoningianis occiditur.*

*An. Christi 1510.*

*Christiernus Ioannis Regis filius Vestrogothiam impugnat.*

Christiernus ab Ostrogothis in Daniã repellit.

Lubicen legati Sueonũ: sicut cõtra Danos cõciliant.

no, dum in oppido Ionacopenſi meram traheret, nuntietur, subita fuga in suam Daniã remeavit. Nec longè post Casaræ ciuitatis Lubicensis senatores, cum comperitum habuissent Danos tam potenter à Gothis proſtigatos, expedita ad Suantonem Principem legatione, opem contra Ioannem Danorum Regem postulabant. Ad quam quidem legationem, cum in Gothorum, ac Sueonum senatu propoſita eſſet, Hemmingus Gaddus Ostrogothus, eccleſie Lincopenſis Antistes, palàm omnibus reſpondens, perorauit: cuius quidem orationem in calce huius uoluminis annectendam curauit.

## CAPVT XX.

Gaddus Suetiæ claſſis dux cõtra Danos.

**O**blinuit enim eadẽ oratione, ut Sueones cum Lubicensibus & Vandalicis ciuitatibus ſtatim cõſociarentur. Eſtq; bellica claſſis pro eis contra Danos ex Suetiã ſine mora expedita: cui idem Hemmingus Gaddus Principis & ſenatus decreto præſectus, tanto animi ardore bellum in Danicam gentem aſſumpſit, ut nihil unquam ſue fortunæ felicius accidiffe fateretur. At cum educendæ claſſi inuigilaret, literas Iacobi Archiepiſcopi Vpſalenſis æterrimo nuntio allatas accepit: in quibus ſic ſcriptum fuiſe memoratur: Synceriſſima ſalute præmiſſa. Orationem illam, quam R. P. V. nuper in ſenatu regni contra Danos, & pro Lubicensibus, eorumq; cõſociatis propoſuit, cupide ad nos mitti poſtulamus. Nec minus gratum eſſet nobis, illas Saxonis Danici hiftorias quantoſcuq; uidere, ut ex eis ſufficientius informari poſſimus, quomodo de cætero à Danorum artibus nos, noſtramq; Republicam prudentius præſeruare & tueri ualeamus. Vnde Ad quas quidem literas Gaddus æquè breui Laconice

Iacobus Archiepiſcopus Vpſalenſis orationem Gaddi poſtulauit, et Saxonis hiftorias.

Gaddus Archiepiſcopo reſpondet.

hunc modum reſcripſit: Synceriſſima reuerentia præmiſſa. Orationem illam non tam pro Lubicensibus, quàm pro noſtra Republica factam, tradidi ſereniſſimo Principi: iſe eam, cui uoluerit, permittet. Saxonis Danici hiftorias apud præfectum curiæ meæ in Lincopia Dominum Torchillum præbendatum depoſui: cui etiam præcipiam, ut nuntium Reuerendiſſ. P. V. ipſas, cum illuc uenerit, liberè tranſcribere permittat. At mea commentaria, quæ tam de Sueticis, quàm de Danicis antiquitatibus longo tempore collegeram, uſque ad meum in patriam reditum, in abditiſſis reſpoſitorijs conſeruari mandauit. Feliciſſimè ualete Pater Reuerendiſſime. Extant præterea complures aliæ orationes, quas idẽ Gaddus tam in patria, quàm Romæ apud Summos Pontifices, præſertim Alexandrũ ſextum pro patria ſua, & contra Danos perorauit. Erat enim orator nõ parũ uehemens, & multa audens, utpote qui aliquãdo coram eodẽ Alexandro Papa in pleno Cardinaliũ Cõſiſtorio uniuerſos Danos, nullo excepto, canes rabioſos appella- uerit, quòd fœdus cum ſchiſmaticis Moſcouitis cõtra Chriſtianiſſimos Suetiæ incolæ pepigiſſent. Sed nunc his omiſſis, ad expeditionem bellicam, cui Gaddus præerat, me cõuertam. Iſ enim ſerè ad medium luſtrum pro patria militans, nunc Danicas in ſulas uario bellorum apparatu uexabat, nunc ciuitates Vandalicas ut ſocias & amicas uiſitans, quietem à bellicis laboribus captabat. In Lubicẽſium autẽ conuerſatione plurimum gauiſus, diuturniorem apud eos manſionem elegit. Deditq; operam periclitantibus patriæ rebus, ut ex turbatis tranquille fierent, & felices, cum interim Ioannes Braſcho Præpoſitus Lincopenſis eccleſiam Lincopenſem (eo à ſede Episcopali excluſo) occuparet. At pugna in Gaddo animus plus bella, quàm Pontificis in ſulas curans, ſe totum in uitam, & militares mores

Gaddus uehemens orator, cõplures orationes, præſertim cõtra Danos edidit. Alexander Papa VL

Gaddus medio luſtro in Danos pugnat pro patria.

Ioãnes Braſcho eccleſiam Lincopenſem abſente Gaddo occupat.

coniecit. Nam classẽ Sueticam cum Lubicensi coniungẽs, impetuq; in Daniã factõ, damna plurima innocuẽ plebi inferebat. Eodemq; tempore ipse & Lubicenses Lalandiam, & in ea monasterium diuã Birgittæ incendijs & direptionibus uastauerunt, affirmantes se illis paria referre, quæ Dani nuper in terram Finlandiæ commiserunt. Putabant quidem Sueci eã Lubicensium confœderatione seclatis securos: sed cum illi seclusis, uel inconsultis Suecis, denudõ in Danorum amicitiam consensissent, occasionem præstiterũt pertinaciori inter Sueones & Danos hostilitati: quæ utique in publicam Aquilonarium regnorum perniciem inasset, nisi futuri belli strages, quam Suanto in Danos meditabatur, eius præmaturo fato intercepta fuisset. Euenit autem huius optimi Principis Suantonis mors in principio anni à Christo nato MDXII. in ciuitate Arosensin, qua etiam sepultus, nominis sui gloriam ad posteros transfusit immortalem.

Gaddus monasterium S. Birgittæ diripit.

Lubicen. deferta Suecorum societate Danis cõfœderantur.

Suantonis mors anno Christi 1512.

## ORATIO HEMMINGI GADDI ECCLÆ

SIAE LINCOPENSIS ANTISTITIS, pro fœdere Suecorum cum Lubicensibus, & eorũ cõfœderatis ineundo, in senatu regni propõsitã, de qua supra præsentĩ lib. cap. XIX. facta est mentio.

## CAPVT XXI.

Quando mecum cogito Reuerendissime Archiepiscopo Iacobe Suetiæ Primas, & Serenissime Principis Suanto, cæteriq; Reuerendi Pontifices, & illustres Proceres, ac Nobilissimi Senatores, quã graue, & perplexum negotium sit, de nostræ Reipub. salute consulere,

Hemmingi Gaddi reuoluens contra Danos oratio.

præsertim cum in consultationem uertitur, ferrẽ ne debeamus nostris ueteribus amicis Lubicensibus, & eorum confœderatis necessariam contra Danos opem, an cum eisdem Danis in pacẽ, siue inducias consentire. Vellem potius hanc dicendi prouinciã in alicuius alterius humeros, quã meos impositam esse, cum fortasse nonnulli in hoc amplissimo consensu inueniantur, qui sub pallio Suetico animũ planẽ Danicum agere non uerentur, quasi eis pro hoste contra patriã sentire, absq; sempiterno infamiæ opprobrio, liceret. Verũ ego ita ab adolescentia institutus sum, talemq; me annis ferẽ triginta Romæ in legatione patriæ, contra inimicos patriæ, exhibere curauĩ, ut omnibus mecum conuersantibus plenẽ compertum foret, me nunquã pro Danico nomine uel in minimo sensisse, immõ semper meditatum fuisse, quomodo tam infesti nominis fautores è medio nostræ patriæ (quam nimis impie prodere cõtendunt) explodantur, suoq; exterminio, uel exilio, cæteris Danicæ factionis cõplicitibus, ne amodo similia audeant, terrores incutiant. Sed hĩc forte operæ precium fuerit, apertioribus argumentis ostendere, quibus ingenijs, moribusq; Danica astutia Sueticam simplicitatem perpetuõ irretire, & euertere conatur, ut, si nostri temporis homines à perniciofa Danorum uicinia sese minus cautẽ seruare uoluerint, saltem nati natorum, uel qui nascentur ab illis, nostro malo addiscant, quã parũ fidei, & societatis, apud ipsos reponant. Possẽm hĩc plurima nimis uera nostri æui testimonia adducere: sed ne uidear illorum hominum odio calumnias struere, ipsas Danicas historias contra eos pro nobis assumam: idq; satis idoneo exemplo diuĩ Pauli Apostoli: qui cum Cretenfes, ut malas bestias, reprehendere uellet, proprium ipsorum prophetam Epimenidem Cretensem conuenienter assumpsit. Ita enim ex ipso ad Titum scripsit: Cretenfes

semper mendaces, male bestiae, uentres pigri. Testimonium hoc uerum esse de Danis, satis probat eorum historicus Ioannes de Saxonia, quem adolefscens, dum Rostochij bonis literis operam nauarem, unâ cum Alberto Crantzio Hamburgensi inspexi, ac transcripsi. Ille enim in finelli bri quarti de se, & suis Danis ait: Nos mentiri & fallere, inter uita sordescq; non ducimus. Sublato igitur apud eos humanæ societatis fundamento, quod fidem (quæ fieri dictum iubet) uocamus, quis prudens eorum fidei (quâ idem Saxo in plerisq; locis fluxam confitetur) securè se committere queat? Quo effectum est, ut Dani, deprehendentes se, perinde ac perfidos, à uicinis populis euitari, ad iuramenta nimis uana se conuertant, ut eorum magnitudine, asidua teq; mentiendi consuetudinem tegant. Et si omnia alia argumenta deessent, quibus probari possit, ipsos Danos mendaces esse, profectò illa horrenda eorum iuramèta, quæ ad singula ferè uerba nimis impio & blasphemio ore annexunt, satis declararèt, ipsos à corrupta natura ad mentium impelli. Enimuerò, quemadmodum ueraces homines sine iuramento loquuntur, & eis semper integra fides adhibetur, ita mendaces semper nomen Dei in uanum, ut uanitati suæ aliquam ueritatis speciem concilient, assumere non uerentur. Nec tamen quouis modo assequi possunt, ut prudentes uiri se eorū fidei confidant. Ego iam ad eam etatē protractus sum, qua mihi condita sit septuagesima mensis, magnamq; totius Europæ partem peragraui, atq; interim in nulla eius regione fui, quæ tot sanguinarijs iuramentis passim affueuisset, quæ admodum uniuersi Daniæ incolæ. Quippe si agricolâ & ciuem, si proceres & principes, si sacerdotes & Pontifices eorū, etiâ in re minima alloquaris, mox tibi cum terribili iuramento respondentes dicent: Per Deum uiuum sic est: per quinq; Christi uulnera non est: per diu-

nâ sanguinè: per Dei mortē nō feci: plurimāq; sanguinaria iuramèta his similia, & horribiliora, tam frequenter ingeminant, ut nullus prudēs dubitauerit, ipsos esse homines ad omnia mendacia prōpissimos. Nec rarius est apud eos, suspenda mille demoniorū attestazione, in re etiâ minimi momētī, uti. Nec ut ceteri homines loqui dignātur, immò more tuscentiū, aut uerba in medio gutture formantiū, ita de industria proloquuntur, ut superius labium in sinistrū, inferiusq; in dextrū latus distorquentes, ex singulari oris deformitate, singularē gloriam sese assequi posse existiment. Teutonicā linguā (quā ignorat) balbutiendo resonare gestiūt. Gothica uerò adeò contemptim, & corruptè utuntur, ut à nostris Gothis uix intelligantur. Nos siquidem Iacobum, Iacob appellamus: quē Dani Ippum, Ieppum dicunt. Ioannesq; à nostris Iohan uocatur: quem Dani Iusse, Iesse nominant. Nicolaus autē à nobis Claus, & à Danis Niß, Nesse dicitur: qualis etiâ corruptio est in alijs cōpluribus uerbis, à Danica uanitate corruptis. Sed ista nūc sileātur, illæq; perfide, et nimis multæ artes mentiendi, quas Saxo eis nō raro tribuit, dissimulentur: uideamus qualē, & quantā crudelitatem eisdem artibus coniunctā habeāt. Primum tamē ex eodem autore nos aduertere oportet, quā crudeles inter se semper fuerant, ut minus mirū uideri debeat, ipsos in extraneas, & hostiles gētes, nullo tēpore nō fuisse crudelissimos. Documento est in primis Haldanus Frothonis primi Danorū Regis filius, de quo Saxo sic habet: Frotho in Suetia strangulatus interiit, Haldano, Roë, & Scato filijs relicto. Horū maximus Haldanus, Roë, et Scato interfectis, naturā scelere polluit: regnū paricidio carpsit. Et ne illū crudelitatis exemplū omitteret, cōprehensos eorū fautores prius uinculorū pœna coercuit, mox suspendio cōsumpsit. Idem ante ipsum fecit Lotherus, Dani primi Regis filius, q̄ fratrē

suum Humblum insidioso bello captum, regni depositione spiritum mercari coëgit: regnumq; scelere partum ita au-  
 spicatus est, ut nequaquam tolerabiliorem Regem, quam  
 militem agere uideretur. Siquidem illustrissimum queng.  
 uita, aut opibus spoliare, patriamq; bonis ciuibus uacuefa-  
 cere, probitatis loco duxit, regni æmulos ratus, quos nobi-  
 litate pares habuerat. Simili quoq; fraternæ felicitatis inui-  
 dia Fengo in fratrem suum Horuendillum Regem accen-  
 sus, eum insidijs trucidare constituit: at ubi datus paricidio  
 locus, cruenta manu funestam mentis libidinē satiauit. Tru-  
 cidati quoq; fratris uxore potitus, incestum paricidio adie-  
 cit. Deinde atrocitatē facti impudentissimo mendacio ex-  
 cusaturus, affirmabat se fratrem occidisse, ut innocentissi-  
 mam eius uxorem Gerutham, Rorici Sueonū Regis filiam,  
 ab eius tyrannide liberaret: cum nec maritus illam, nec illa  
 maritum unquam exosum habuerit. Erat quippe illa con-  
 iunx tantæ mansuetudinis, ut neminem uel tenui lesione  
 commouerit: sed mitissima, & sine felle foemina (teste Saxo-  
 ne) omnibus complacbat. Præterea Frotho quintus, cum  
 fratris Haraldis Regis claritate deformem se fieri, contem-  
 ptumq; sibi strui iudicaret, à quodam familiarium occultè  
 eum interfici iubet, ne quem ætate uinceret, ab eo uirtute su-  
 perari uideretur. Post hæc, ut innocentie sibi fidem para-  
 ret, notamq; sceleris euitaret, foedissimo mendacio usus, lu-  
 tē inuestigari præcepit, quisnam rerum casus inopina rerū  
 clade fratrem sustulisset. Deinde eiusdem fratris liberos uix  
 infantiam egressos, ad mortem corripuisset, nisi ab eorum  
 tutoribus callidior seruandorum pupillorum ratio excogi-  
 tata fuisset. Itē Rex Ericus cognomēto Emūdus, ut ad regni  
 solium perueniret, nō erubuit infami paricidij nota se cru-  
 deliter implicare. Enimuerō fratribus, & nepotibus absq;  
 ullo humanitatis respectu trucidatis, momentaneū regnū  
 & sem-

sempiternum opprobrium sibi uno eodemq; scelere infeli-  
 citer comparauit: qua etiam arte, atq; impietate scelestissi-  
 mus Abelus fratri suo Regi Erico admirandæ sanctitatis ui-  
 ro, uitam pariter & regnum eripuit. Nec silet Saxo Haral-  
 di Regis cognomento Blotham tyrannidem, qui pecudali-  
 bus iugis Danicas ceruices alligauit. Proinde exercitus eius  
 tam probroff officij contumelia lacepsitus, pro quo pecudū  
 more iugū tulerat, arma capere recusauit. Neq; enim maie-  
 statis impertio, aut prece adduci potuit, ut eius capiti incolu-  
 mitatē quaereret, qui omnū ceruices erubescenda iussio-  
 ne damnasset. Sed quid tantum impiorū, & crudelium ho-  
 minum catalogū, qui ad immensum uolumen crescere pos-  
 set, commemorem? Taceatur igitur impijssima sanctissimi  
 Canuti Regis, atq; eiusdem nominis Ducis occisso, tam in-  
 dignè ab ingratisimo populo perpetrata, ut nihil ad ip-  
 sum infandū scelus addi potuisse credatur. Taceatur quo-  
 que, quod sanctissimi Reges, Olauus Noruegiæ, Edmundus  
 Angliæ, Ericus Suetiæ, truculenta Danorum machinatio-  
 ne interempti sint, & inter diuos Martyres relati, suos oc-  
 cisofores sempiterna infamia dignos ostendūt. Sileantur præ-  
 terea complures aliæ crudelitates, quæ per omnem Dani-  
 cam historiam dispersæ occurrunt, præsertim quàm seue-  
 rē ipsi Daniæ proceres in miseram plebem suam dominan-  
 tur. Quippe ut apud nostros Sueones, & Gothos nullus om-  
 nino nascitur seruus, ita apud Danos tota cōmunitas ple-  
 bis ad perpetuam, & miseram seruitutē nata esse uidetur:  
 adeoq; ab illis nobilibus illa infelicia mancipia contemnuntur,  
 & opprimuntur, ut sepe accidat, unum colonum pro  
 uno cane uenatico inter eos per ludibrium uenundari: co-  
 giturq; is, qui sic uenundatus est, cum uxore, & filijs in po-  
 testatē emptoris concedere, omniaq; contemptissimi man-  
 cipij opera perpetuò sustinere. Hæc autem quomodo uera,

Et mihi comperta sint, paucis ostendam. Cum enim paulo ante mortem Christierni primi Regis, quæ apud Danos in annos Domini MCDLXXXI. incidit, per ipsam Daniã ad Germaniã, & Italiã, urbemq; Romã proficisceret, satis deprehendi, quã miseram seruitutẽ Daniæ incolæ seruire cogentur, panemq; puluerulento, & potu adeo insipido uterentur, ut cibus crudelissimi Pharaonis in oppressos Israëlitas collatus, si Danico uictui cõpararetur, in numero deliciarum æstimari posset. Immo neq; in nobiliũ cuius delicatior uictus præparatur, sed ex Vandalicis ciuitatibus panis potusq; perenni cõmercio comparatur: quando interea nobis ex nostris Sueticis, & Gothicis terris, diuinaq; liberalitate omnia pro uoto, atq; abunde suppeditantur. Sufferrent fortè infelices Dani patientius tam duræ seruitutis iugum, si eorum nobiles saltem à conuitijs abstinerent. Passim enim, & contemptim patrio sermone Trellos, & Trellas appellant: quod parũ modestius sonat, quã si Latine per contumeliã dicerent, Fleccos flaces floces: cum tamen ipsimet fœdissimæ superbiæ deditiij, atq; ob non ferendam eorum arrogantiam, per cunctas Teutonum terras adeo insigni odio habeantur, ut Danũ uocari inter gentia conuitia æstimetur. Danus quippe Cimbrũ (quem Galiliatronem, & Itali giottonem dicunt) exprimere uidetur. Proinde non rarò accidit, ut Dani Teutonum terras pretereuntes, sese non Danos, sed Noruegianos, uel Gothos, aut Sueones esse fateantur. Prouenit profectò tam pertinax odium in Danos, non ob inciuiles Teutonum mores (quid enim Teutonibus ciuilius?) sed, ut credo, ob historias Danicas nimis superbè ad æternam Teutonici nominis suggillationem scriptas, in quibus Teutonum æstimationem ita abiectam efficere contendunt, ut proflus indigni putentur, qui cum Danis comparentur. Inquit enim

Saxo

Saxo inter cætera plurima, quomodo Helgo Rex Danus apud Saxoniam ingenui, ac liberti necem pari summa rependendam constituit: perinde ac liquidò constare uolens, quòd cunctas Teutonum familias æqua seruitus teneret, omniumq; corrupta libertas parem cõditionis ignominiam redoleret. Sed longè grauior, quã ea ignominia, erat ipsa Danica crudelitas, quæ Teutones nouis, & horrendis supplicijs sæpius affligebat. Narrat Saxo de Rege Nicolao, qui ad preces cuiusdam Haraldi sanguinarij uoluptatis loco duxit, Teutones abscisis naribus deformes efficere. Similiq; uoluptate affectus Valdemarus eius nominis tertius Rex, non solùm nares, sed aures à magna Teutonũ multitudine abscindens, summopere letari uidebatur, quòd cruenti tyranni nomen à tam cruento, atq; infami facinore contraxisset. Nec silet Saxo atrocissimam Iarmerici Danici Regis tyrannidẽ, qua Teutones exquisitissimis tormentis sæpe afflictos trucidauit. Regem nanq; & Reginã eorũ, à quibus in adolescentiæ ætate iure belli captus, & summæ libertati restitutus, atq; in numerum, & primũ familiaritatis locũ translatus, admoto furtim incendio per summã ingratitudinem occidit. Deinde Rex Danorũ factus, XL. Teutones captos, applicatis totidẽ lupis, laqueo adegit. Nec sic poterat eius sanguinaria mens satiari. Quippe optimates eorum primò tibias loris traiectos, moxq; immaniũ tauro- rum unguis alligatos, moloisq; incessentibus raptim incenũ, uoraginesq; pertractos, lachrymabili spectaculo cõsumpsit. Demum Comites, Duces, Principes Teutonicæ gentis captos, traiectis fune tibijs, equis in diuersa raptantibus præbuit lacerandos. Sed nec in ea summa feritate sibi sistendum putauit. Nam propriam Reginam Hunnorum Regis filliam, quanuis innocentissimã, & pudicissimã, ac pulcherrimam, humi alligatã equinis obterendã calcibus præbuit:



cuius corpus adactus iumentorum grex crebris uestigijs confodit, & lacerauit. Immo etiam suis ex sorore nepotibus insidiosè comprehensis, laqueo spiritum eripere non dubitauit. Optimates quoq; qui eorum tutores erant, conuulsi simulatione contractos, eodem exemplo consumendos curauit, nihil minus Teutonico nomini infestus, quam Frotho quartus Danorū Rex, qui in Saxones adeo insolenter inquit Saxo imperabat, ut primo pro quolibet homine, deinde pro cubitalium membrorum quolibet, indicem seruitutis stipem quotannis pendere cogerentur. Demum pro singulo membro tributa pendentes, non minore ignominia, quam seruitute à Danis opprimebantur. Nec silendum est Gotrici Gormonis superbum imperium, de quo Saxo scribens ait: Gotricus inter cetera factorū montimenta, haec quoq; Saxonibus tributū legem indixit, ut eorū duces, quoties apud Danos regni mutatio obuenisset, centum equorum uel coloris suffecti Regis inijs dedicarent. Quod si non Saxonibus ducem uariata rerū successio peperisset, is quoque praedictae pensionis obsequio potestatis principū Danicæ maiestatis titulis inclinaret, eiusdemq; gentis Danicæ fateretur imperium, & subiectionis suæ solenne praebere initium. Idem quoq; Gotricus Frisonibus adeo inusitatum, & intolerabile tributū imposuit, ut nihil enixius uoluisset uideretur, quam per inauditam crudelitatem omnem eorū terram omni ære spoliata, penitus desolare. Mirorq; Saxonem historicum non erubuisse, tam foedam tyrannidem in sua scripta retulisse. Sed nec tolerabilior tyrannus erga eandem Friscam gentem erat Haraldus secundus Rex, qui eius Principem Vbbonē compedibus constrictū, in triumphum duxit, Germaniamq; usq; ad Rhenum uarijs claudibus afflixit. Canutus quoq; eius nominis v. i. Danorū Regni Prutenos, Pomeranos, Ditmertizios, & Holfatos, non

nus ignominiosa, quam durissima, diuturnaq; seruitute oppressit. Praeterea Rex Valdemarus secundus, praedicti Canuti frater, Liouoniae, & Estiae incolas ad perpetui tributū pensionem adegit. Sed quid intolerabilia tributa, & miseram seruitutem à Danis in uniuersam Alemanniam, & singulas eius partes commemorare contendam? cum illa inhumana feritas, qua Ericus secundus Alemannos discruciatos trucidauerit, omnem fidem excedere uideatur. Nam Dani, quò uiolentiore eos morte (inquit Saxo) cōsumerēt, reuinctis post terga manibus, palis primū affigendos curabant, deinde uentrium caua cultro rimati, nudatis extis, primaq; uiscerū parte protracta, cetera stipitibus explicabant: nec ante supplicium remiserunt, quam tortos, extis funditus aluo egestis, spiritum perfundere coegissent. Itē nunc quicūq; estis Danicæ societatis consultores, & crudele Danicæ feritatis ferrum in uestra, atq; innocentium ciuium uestrorum uiscera accelerantes, confederationem cum ea gente, quæ publicum totius Europæ odium in se contraxerat, sine mora contrahatis. At fortassis hic nonnulli Pontificum mihi respondētes, dicant: Esto quod Dani sint cruenti, sint sanguinarii, sint omnium, quos totus orbis produxerat, pessimi, & sceleratissimi: tamen non audebunt in Christi Ecclesiam, & clerum, multò minus in Pontificiam dignitatem tam cruentas manus extendere. Sed audiant illi, qui sibi tantam libertatem persuadent, non quid ego, sed quid Saxo de Danorum Regum in Christum, & Christi Ecclesiam impietate dicat: & primū de Erico primo, quē omnes Danicæ historiae cognomento Impium uocant. Hic (inquit Saxo) utinam in abolendo Christianismi cultu temerarium Regneriani spiritus non egisset hæredem. Siquidem religiosissimū quēq; aut supplicijs insequi, aut rebus exure, exilioq; militare perseuerauit. Ceteræ autem Danicæ

historiæ, quarum autoribus pulchrum & egregium uide-  
tur, atrocias suorum tyrannorū facinora atrocioribus scri-  
ptis extendere, ita habent: Ericus fidei Christianæ persecu-  
tor, ecclesias desolauit, altaria subuertit, ecclesiarū prouen-  
tus fisco applicuit, Episcopos occidit, tyrannidē in Gallos,  
& Alemannos exercuit, Cæsarē Ludouicum, & Brennonē  
Brunsuicensem ducem trucidari fecit, Frisosq; ad turpem  
seruitutē, & grauissima tributa pendenda coegit. Præterea  
Rex Gormo (teste Saxone) semper inensi erga religionem  
animi existēs, Christicola, ū, perinde ac teterrimorū homi-  
num, respectum extinguere cupiebat, omnesq; huiusce nor-  
mæ participes, uarijs iniuriarū generibus fatigatos, quibus  
potuit calumnijs insequi nō quieuit: quinetiā templa à reli-  
giosis cōdita, tanquā aliqua sacrilega impietatis domicilia,  
ab inis fundamentorū partibus demolitus est. Deinde Sue-  
no eius nominis primus Danorum Rex, prosperā (ut testatur  
Saxo) in diuina sæuendi occasione sibi uenisse gauisus,  
totam religionis stirpem ab radice conuulsit: eoq; autore  
Dani susceptum diuinitatis cultum repetita superstitione  
mutarunt. Nec Sueno tertius in Christi Ecclesiam, & Dei  
ministros minus seuerus fuit: de quo idem Saxo sic habet:  
Sueno properantem à Lundensi urbe Aeschillum archiepi-  
scopum subsecutus comprehendit, captumq; quia publica  
custodia non suppetebat, sub excelsam Laurentianā aditis  
testudinem in corbe, perinde ac gallum gallinaceum attol-  
lit, eiq; templum ergastulo fecit. Similiq; impietate frater-  
nam charitatem uiolans, Canutum Regem dolis, & insu-  
dijs circumuentum trucidauit. Nec modestioris animi erit  
Christophorus primus, quem Danicæ historiæ affirmant,  
nihil prudentiæ ad regni administrationē attulisse: sed om-  
nia per summā temeritatem, atq; impietatē confundendo,  
Iacobum Archiepiscopū Lundensem, uirum utiq; innocen-  
tissimum,

tissimum, ignominiosē captiuatum indigno carceri, & uir-  
culis mancipare nō dubitauit. Post cuius fata filius eius Eri-  
cus Clippingus, omnium tyrannorū pessimus, in Danico re-  
gno successit: qui etsi omnium ordinum hominibus intolerabi-  
les iniurias inferret, attamen in illos, qui in clericalem mi-  
litiā ascripti erant, adeo crudelis persecutor, & sacrilegus  
prædo erat, ut filij Israël tutius sub durissimi Pharaonis iu-  
go, quàm infelices Danicæ Ecclesiæ sacerdotes sub hoc Clip-  
pingo uixisse credantur. Neq; minore persecutione ab eius  
fratre Erico, qui illi immediatē in regno successit, opprime-  
bantur. Is enim arbitratus se perpetuæ gloriæ famā ob cle-  
ri oppressionē assecuturū, non quieuit, donec insignem pie-  
tate uirum Ioannē Grand Archiepiscopū Lundensem, frau-  
dibus & dolis circumuentū captiuaret, tetroq; carceri in-  
clusum multis iniurijs afficeret, & cruciaret, quando inte-  
rē nihil omitteret, quō Magnopolenses uarijs iniurijs, &  
cladibus afficeret, perinde ac si decorū, magnificūq; esset,  
cruentā tyrannidem in uicinos, & innocentes homines cru-  
deliter exercere. Deinde æquē aduersa fortuna, & sinistra  
fata dedere Danis Regem Christophorū secundum, qui fœ-  
disimam patris, & fratrum suorum crudelitatem ita supe-  
rauit, ut ne uestigiū quidem humanæ discretionis in se reli-  
ctum esse ostenderet. Siquidem Daniā, quam ab eis misere-  
ram accepit, miserrimā effecit: nobiles quippe, & proceres  
regni ita oppressit, atq; in ordinem redegit, ut ipsos nihil,  
aut parum amplius, quàm emptā mancipia æstimare uide-  
retur. Præterea toti plebeiæ communitati adeo molesta,  
atq; intolerabilia tributa imponebat, ut uix nudam car-  
nem turpissimæ seruituti obnoxiam eis relinquere cogita-  
rit. Nec minus seuerus in Pontifices, & totum ordinem  
clericalem existens, quosdam eorum, qui eius pessimis faci-  
noribus obuiabāt, capi, & carcere affligi præcepit: in quo-

rum numero erat Tycho Burglanensis Antistes: qui etsi in uirtutibus illustris esset, quot abominandis sceleribus ipse tyrannus obscurus habebatur, nequaquam tamen euadere poterat, quin ignominiose captiuitatis incommoda sustineret. Hic tandem animum, atque orationem à tam inhumanissimis portentis reuocans, credo abunde satisfactum esse illi, qui asserunt, Danicos Principes nihil prorsus in Ecclesie libertatem ausuros. Et si hæc minus sufficiant, offero meæ Danorum historijs iustum uolumentum (quod iam paratum habeo) allaturum: quo demum toti orbi persuasum fiet, uel niuersos Daniæ Principes (paucis admodum exceptis) semper crudeles fuisse bonorum hominum persecutores. Nec lac lacti tam simile dici potest, quam ipsi Caligulis, Nerouibus, Domitianis, Heliogabalis, Dionysijs, Pharaonibus, cæterisque similibus, qui sub specie humana feritatem exercere belluinam. Præcipue autem fuerant Pontificum, et sacerdotum carnifices, Christianæque Ecclesie persecutores. Eoque facto palam declarauerant, se nequaquam in tam tenui regno sine sacrilegijs, et rapinis uiuere potuisse: cum interim nostris Suetiæ, et Gothiæ Regibus, omnia à diuina liberalitate, et regionum felicitate, adeo abunde suppeditentur, ut nequaquam necesse habeant clericorum, et monachorum semicinctia pro suo statu conseruando perferuari: tantumque abest, ut ob egestatem aliena regna, nulla lacessiti iniuria, contra ius, et fas inuadere cogantur. Probat eam Danicam inopiam Saxo, cum asserat, ipsam Daniam esse paruulam, et angustam tellurē, passimque ostendat, cum præsidēs sine piratica, hoc est, marino latrocinio uiuere non posse. At si quis mihi obijciat, dicatque: Tū ne illos inopes, atque miseros affirmare audeas? qui sibi in suis chronictam uulgaribus, quam Latinis, tantam rerum gestarum diuitudinem ascribunt. Si quidem illic aperte deprehendit, quomodo

quomodo omnes nationes tam remotas, quam propinquas, magno, atque præstanti animo sui comparatione contemnant. Illic quippe uidebis Germanos, Teutones, Sclauos, Vandalos, Saxones, Obotritos, Holsatos, Pomeranos, non modo ut tributarios, sed ut uilissima Danorum mancipia aestimari: ibi Curetes, Pruteni, Samogethi, Liuoni sepe subiugum, uti abiecta pecora, à Danis missi leguntur: ibi Flandros, Hollandos, Frefios, Westphalos, perinde ac imbelles homunciones sæpe subactos, et ad intolerabilia tributa Danis pendenda cōpulsos, inuenies: præterea Scythas, Moscouitas, Estios, Tauestios, Finlandos, Carelos à Danis in triumphum ductos conspicias: ibi Carolus Magnus superatus, et tota Francia non semel, sed sepe manus uictas uictoribus Danorum armis porrexisse legitur: ibi Valentinum Imperatorem à Danis occisum, urbemque Romam funditus euersam, et totam Italiam desolatam aspicias. Quinetiam eadem historiæ uniuersas Europæ nationes usque ad mare Mediterraneum, Danis tributa præbuisse commemorant. Nec silentur Scoti, quos Saxo in uita Suenonis primi efferatos barbaros per contemptum uocat. Anglos quoque, et Hybernos talibus historijs prosequuntur, ut eos in primo imbellium hominum loco aestimasse uideantur. Et ne omnia adducere uelle uidear, unum saltem Daniæ historiæ uersum summatim adducam:

Vincit opus famam, nec sermo suppetat actis.

Illudque Ouidianum carmen ex primo Fastorum libro sibi attribuere uelle uidentur:

Quicquid ubique uidēs, cœlum, mare, nubila, terras:

Omnia sunt nostra clausa patentque manu.

Est igitur attendenda Danici sermonis consuetudo, qua homines illi rerum à se gestarum gloriam petulantius tactare, ac facinorum suorum memoriam uerboſo laudum relatu

incessanter ostentare consueuerunt. Proinde, quantum in me fuerit, non patiar æquo animo, ipsos inanem suã gloriã cum tanto cæterarũ gentiũ uituperio exaggerare, præsertim quia (ut ex testimonio Saxonis dicere cœpi) mentiri et fallere, inter uitia sordidãque non ducit. Fatetur quidem ipse Saxo in suis historijs, Danos à Sueonibus sæpe subactos fuisse, totiesq; fidem præstitã turpiter uiolasse. Primò cum Hothbrodo Sueonũ Regi manus uictas porrexissent, seq; iurando illi obligassent, præfides ab eo immisos, misis oppida satellitibus, insidiosè, ac perfidè trucidauerunt. Dein de altera uice Dani à Suecis sub iugũ missi, Hiartuarũ Gothorum satrapam sibi medio iureiurando Regem constituere, et non longo post tempore rupta fide occiderunt. Ob quod facinus Saxo suis Danis egregiã laudem tribuit, eosq; ad sidera usq; extollit: at in alio loco Saxones simili clade Frothonom quartũ Danicum tyrannũ afficientes, multo uituperio afficere non omisit. Et si, inquit, patriã libertatẽ querere perutile uidebatur, ad hanc tamen dolo, ac proditiõne contendere non licebat. Nec tertie deditiõni, qua Hoththerũ Suetiã Regem sibi præfecerãt, integriore fide satisficere. Eo siquidem per summã perfidiam secluso, Balderum quendã promptissimis suffragijs sine cæde, et sanguine subituerunt. Tam ancipiti (inquit Saxo) censura maiorũ nostrorũ sententia fluctuata est. Verebatur fortè dicere, corruptam esse suorũ Danorum fidem. Secuta est posthac quarta Danorũ subactio, quando Sueones sibi, et eidem suo Regi Hoththero ipsos denuò subiecerunt: in qua subactiõne est usq; ad ultima fata Hoththeri nimis inuiti perseuerassent, tamen sublato, impudentissimũ mendaciũ Saxo de Sueonibus scribit: Mortuo, inquit, Hoththero, Sueones perinde ac tributariã sortis onere liberati, Daniam, quam annuis uectigalium obsequijs amplecti solebant, armis aggredi animũ induxerunt.

induxerunt. O Danice Saxo, hic tecum iure expostulo, qua impudentia asseras, Sueones Dania tributã soluisse, cum ipsi eam tribus suis Regibus, Hothbroto, Hoththero, et Rorico successiue in Suetia regnantibus, et nihil Danici sanguinis in se habentibus, manu armata subiecissent. Dein de tres successiue Danorum Reges, siue uerius præfectos, Horuendillum, Fengonem, Amlethũ, tributã ad Roricũ in Suetia regnantem illo ipso tempore misisse asseruisti. Itaq; si quis rectè eas Saxonis historias inspexerit, deprehendet ipsas aut contradictorias esse, aut Danos Seonibus tributã, saltem per tempora sex Regum, quos nominauit, attulisse, exceptis aliorum Regum temporibus, qui sparsim per Danicas historias cõtinentur. Quinta deinde Danorum subactio à Saxone ponitur, qua Atislus Sueticus Rex totam Daniam, usq; ad Slesuicũ penetrando, subiugauit: prostratoq; in singulari certamine Frouino Slesuicensi duce, non quieuit, donec priuatã uictoriã publicam iungeret, passimq; diuisa Danorum agmina profligaret. Sed cum putaret uictos promissã fidei rationem habituros, fraudibus et dolis eorum, nisi in Suetiam reditum accelerasset, circumuentus occubisset. Idem quoq; Erico Frothonis filio, Sueonum Regi, apud Danos contigisset, postquam eorũ Regem Haraldum tribus deuictũ prelijs, quarto occidisset, Daniamq; Sueonum imperio sexta uice subiugasset. Proinde Hacho Sueticus atrocissima iniuria prouocatus, sempiternam Danorum subactiõnem (teste Saxone) tanta seueritate persecutus est, ut occiso eorum Rege Sigaro, uictoriaq; in crudelitatem uersa, promiscuã cædis audis, nihil conditiõni, aut sexui deferendum putaret. Sed neq; miseratiõnis, aut uerecundiã respectui indulsit, quominus femineo ferrum cruore respergeret, matresq; cum liberis communi stragis seuitia uiolaret. Præterea Haquinus Rin-

go Suetiæ Rex, cui Saxo octaua Danici regni subactionem attribuit, antequam Danos sub iugum mitteret, triginta milia nobilium Danorum, excepta plebeia multitudine (cuius numerus comprehendi nequiuit) uno prælio extinxit. Deinde cum ad memoriam reuocaret, quod duo Dani prædem contra singularis certaminis legem, Atislum Regem per insidias turpiter trucidassent, et nihilominus se tam superbe effexerent, ut unum Danum duobus Teutonicis congregari, et præualere posse iactaret, iussit ut, perinde ac effeminati uiri, Hetham uirginem loco Principis obseruarent. Sed nec Ringoni, nec Hethæ diutius paruerrunt, quam Danica fides (quæ citius quam araneæ tela rumpi consueuit) integra permanebat. Rostremò Ericus Victoriosus Sueonum Rex, cum ad nouam subactionem Danos (teste Saxone) coëgisset, toto septennio illis imperabat. Sed cum tandem eorum fluxam fidem suspectam haberet, nec placere ei in tam tenui regno cum maximo uitæ periculo commorari, ad Suetiam reditum accelerauit. Itaque ex confessione, et testimonio Saxonis (quem obiter inspexerã) satis probatum habemus, quod Dani, saltem nouies à Suecis uicti, subactique sunt: quoniam dubium non est, quin apud Saxonem, et ceteras Danorum uulgares historias sepius inueniantur à Suecis subiugati. Immo etiam in Gothicis, ac Sueticis gestis passim intuari licet, quomodo Dani plusquam triginta apertis, et iustis bellis sub iugum Sueonum missi legantur: at uicissim Dani, si unquam Sueonibus præualuisse, aut eos uicisse deprehendantur, id nunquam aperte, et honesto Marte, sed dolis, insidijs, mendacijs superioribus, et sisse, adeo ut aliquando per tales technas coegerint Atislum modestissimum Suetiæ Regem, quod eis latrantem bellum in Regem præficeret. Quo factò quid aliud eum assequi uisum putemus, quam ut plenus superbiæ populus, in Suetiam

tiam suam manifestius puniri cognosceret, dum obnixos latranti uertices inclinaret? Et ne quid contumeliæ deesset, satrapas procurauit, qui sub eius nomine (est enim Raccho appellatus) priuata ac publica negotia tuerentur: cuius etiam iugi, constantique custodiæ distinctos procerum ordines applicabat. Statuit insuper, ut si quis aulicorum ducis sui despicabile duxisset obsequium, uariosque discurrentis incessus plenis uenerationis obsequijs insequi superdisset, membrorum clade supplicia lucret. Hæc etsi Saxo dissimulet, asseratque ista illi cani, quem Gunnarus Sueticus Noricis præposuit, conuenire, attamen uerius de Racchone Danis præfecto affirmantur, qui iuxta alias, et uetustiores Danorum historias, à canibus discerptus interijt. Quibus autem ingenijs patriam nostram Suetiam oppugnare et expugnare contendant, paucis (si poterò) aperire curabo. In primis igitur apud omnes nationes tam remotas, quam propinquas, persuadere nituntur, ipsum Daniæ regnum adeo amplum, inclytum, potens, ac forte, et inexpugnabile esse, ut nullum sit in tota Europa, quod ei merito possit comparari. Afferunt ad id probationes complures, atque inanes titulos super gentes et nationes, à quibus nec hilum, nec pilum in subiectionis testimonium assequuntur. Qui enim Sueci, siue Sueones? qui Gothi? qui Vandali? qui Slauis? qui Ditmertzi? qui Holfati? qui Oldenburgenses? qui Delmenhorstij? qui Slesuici non detrectent, immò etiam quam maxime contemnant, Danico nomini uel in minimo obsequi, et ut suam arrogantiæ testationem efficiant, eorum titulis superbius, quam uerius abundantur. His sibi miris modis complacent: his imprudentium Principum confederationes sibi conciliant: his illustrissimas Regum affinitates, et magnifica matrimonia importune impetrant: his denique se inclytos, gloriosos, inuictos,

Et ex omni parte beatos existimant. Nec desunt eis alie di-  
 tes, quibus Daniam suam apud exteros et ignaros popu-  
 los amplificent: inter quas etiam locum habet illa impo-  
 stura minime negligenda, qua apud eos religiosi Francisca-  
 ni, et Dominicani nostras terras inurunt. Nam cum pri-  
 mum ex Danicis insulis ad nos peruenissent, et hic nonnul-  
 los sui ordinis homines inuexissent, coeperunt nostras regio-  
 nes Danicæ prouinciæ nomine descendere, arbitantes se ti-  
 tulos regnorum nostrorum, cum aliquot gurgustia in eis ex-  
 truxissent, tollere posse, perinde ac si in Moscouiam, Polo-  
 niam, Tartariam, Scotiam duos, uel tres suæ regule cõfor-  
 tes immisissent, mox Dania ex rana AEsopiana in Lucã bo-  
 uem excreuisset, et tot nationes, et regna suo nomini ascri-  
 psisset. Censeo igitur ad uos Pontifices et proceres spectare,  
 ut titulus ille Dacicus parum honestus, à nostris terris  
 penitus explodatur: sintque illi fratres, qui nobiscum com-  
 morari uelint, appellatione Gothicæ, uel Sueticæ prouin-  
 ciæ contenti: qui autem secus fecerint, confestim cum suo  
 Danico nomine in Daniam retrudantur, uicturi ibidem  
 iuxta Danicas leges et consuetudines, quæ à nostris mori-  
 bus, et iuribus ad eam alienæ sunt, ut citius coelum terræ mi-  
 sceatur, quam Gothi Danicas leges, quæ nil nisi tyranni-  
 dem sapiunt, uel in minimo imitari, uel æstimare uelint.  
 Sunt præterea non pauca alie artes, quibus Dani sibi lon-  
 ge plura arrogant, quam tolerari, ignoscique possit. Quam-  
 obrem operæ pretium fuerit eas ita reprimere, ut de cæte-  
 ro suos terminos, siue illos inanes titulos, absque uicinariis  
 gentium iniuria extollat, cum nullus sit Suecus, siue Gothus,  
 aut Feutonicus, qui non potius uelit Tartarus, uel Scythus,  
 siue Turca, aut nescio quis immanis barbarus, quam De-  
 nus appellari. Distribuit quidem Saxo suam Daniam in  
 tres partes, quarum Ortium Schoningiam, Occidua uel

Luthoniã, quæ à luthonibus habitatur, affirmat, mediamque  
 Selandiam collocat: non negat tamen idem Saxo, eandem  
 Luthoniam ad Saxoniam uerius, quam ad Daniam pertine-  
 nere, cum asserat, Helgonem Danicæ Regem ipsam olim à  
 Saxonia eripuisse, et Danicæ adiecisse. Eademque, immò de-  
 biliore ratione Dani Schoningiam à regni Gothicæ integri-  
 tate abreptam occupant. Quod autem in medio est, ad eam  
 exiguam Daniam ostendit, ut ne nomen quidem regni me-  
 reatur, præsertim cum nullam in se Metropolim, sine qua  
 regni titulus esse nequit, contineat. Fatentur enim Dani in  
 suis titulis, Lundensem Metropolim ad Gothicæ regnum  
 pertinere. Quos enim alios Gothos, quam Schoningianos  
 habent, à quibus sibi titulum Gothicum minus iuste arro-  
 gant: Oportebit igitur, quod aut desinat se de illo alienissi-  
 mo titulo efferre, aut fateantur se nullam in Dania Metro-  
 polim habere. Sed nequaquam credendum est, quod Dani-  
 talem suæ patriæ angustiam confiteri uelint, quin potius  
 ipsam callidè dissimulantes, amplissimam, potentissimam-  
 que, et omnibus in circuitu regnis iure dominari, quantum  
 poterunt, persuadere contendant. Deinde cum se id satis  
 persuasisse crediderint, non uel leonina, sed astu uulpino no-  
 stros Sueones, siue Gothos adoriuntur. Nam cum comper-  
 tum habeant, nullam prorsus gentem tam liberalem in ad-  
 uenas et peregrinos esse, quam sunt nostri Sueci et Go-  
 thi, ut idem Saxo Danicus confitetur, cuius hæc uerba in  
 uita Regis Suenonis tertij inueniuntur: Neque enim, in-  
 quit, ulla gens exules promptius recipit, quam Suetica. I-  
 demque socius meus Albertus Crantzius in principio sua-  
 rum historiarum testatur, dicens: Quamuis omnes Hy-  
 perboreæ gætes hospitalitate sunt insignes, præcipit tamẽ  
 sunt Sueones, quibus est omni probro grauius, hospitium  
 negare transeuntibus, ita ut sit certamen, quis aduenam

hospitio excipiat: cui gratuita liberalitate omnia exhibent hospitalitatis iura, quotquot diebus permanserit: egredientem commendat amicis in itinere, quod institui, commorantibus. Proinde tria hominum genera, & ea quidem perniciosissima, frequentissime in Suetiam à Dania commigrare solent: in quibus primi sunt adolescentes scholasticis disciplinis addicti, qui passim, ac magno numero ad nostra gymnasia accedunt, pretextu quidem, ut bonis literis operam impendant, re autem uera, ut exploratis nostrarum regionum semitis & diuerticulis, ad suas terras reuertantur, ducesq; hostium nostrorum effecti, arma in nos, pro nostra imprudentia, ne dicam stulta beneficentia, conuertant. Secundi uero non minorem in nostram Rempub. perniciem afferunt milites illi, qui maximo numero ad nos et Dania omni tempore, praesertim cum nullis bellis urgemur, perueniunt: hi cum sciant se nequiter humiliare, omnia pro suo uoto à uobis, o proceres, facile consequuntur: hi prima fides & familiaritas apud uos tribuitur: his publica & secreta negotia, ac consilia, à quibus maxima regni solus dependet, committuntur: his denique (cum sint crudes sanguinarij, & maxime nouerunt substantiam fidelium subditorum uestrorum usq; ad carnem & ossa extorquere) amplè administrationes, siue praefecturae creduntur: in quibus quam superbe, auare, scelerate uiuant, piget, pudetq; dicere. Et demum postquam per illam summam, & non ferendam crudelitatem suam ex fidelibus subditis uestris rebelles, ac pertinaces hostes uobis effecerant, discordiasq; & seditiones, ac impacabilia odia inter nos seminauerant, cōstitim suam Daniam eorundem subditorum uestrorum sudore & sanguine locupletati, auolant, auersum seutum de cetero, quoad uixerint, in nostram imprudentiam, nostrasq; terras gestaturi. Praeterea tertij generis

hominis

homines ex illa magna monachorum multitudine conflantur, qui cateruatim & quotidie ex Dania ad nos accurrunt: hi nostrae Reipub. tanto magis nocent, quanto maiore pietatis speciem praeseferunt. Quippe interim, cum suorum ordinum monasteria circumspiciant, & nobilium, ac procerum regni conscientias per confessionis sacramentum examinent, quicquid secreti usquam in senatu, uel alibi latitat, astute deprehendunt, suisq; Danis (ut non raro compertum est) aperire festinant. Nec silenda sunt illa meritoria scorta, quae in modum magni & foedissimi gregis ex Danicis insulis ad nos erumpunt, nec prius quiescunt, donec nostros nobiles & adulescentes suis illecebris irretitos, ad rapinas, sacrilegia, homicidia, paricidia, prodiciones, cateraq; abominanda & nefaria facinora, prout praecceptum à Danis acceperant, pelliciant. Sed hic aduertendum est, nulli hominum genus ex his, quae numeravi, perniciosius in nos, & Rempub. nostram esse, quam illos, qui matrimonia, affinitatesq; inter Sueones & Danos persuadent. Enim uero ex hac pestifera radice, quicquid bellorum & dissensionis, quicquid odij & rancoris cum Danis gerimus, originem, fomentumq; trahit: hinc illa ingens multitudo proditorum in patriam consurgit, qui sub pallio & nomine Suetico animum Danicum occultantes, plus detrimenti, quam reliqui omnes extranei inimici nobis afferre consueuerunt. Proinde Reuerendiss. Potiffices, & Illustriss. Proceres, oro, obtestorq; uos uniuersos, & singulos, ne minorem prudentiam adhibere uclitis, ut patriam nostram, fidelesq; subditos uestros defendatis, quam Dani omnem calliditatem inquirunt, ut nos circumuentos expugnent: & quemadmodum illi dolis, fraudibus, mendacijs, periurijs uos adoriuntur, ita uos uigilantia, diligentia, domesticaq; concordia eis resistere curetis, & ante omnia decernatis, ne tanta explo-

ratorum turba, perniciosaq; hostilis gentis colluuiis in abscera nostræ Reipub. & super capita fidelium ciuū uestrorum amodo admittantur: sitq; lex firma, & sempiterna, ne quis scholasticus ob disciplinā, neq; miles ob militiam, neq; ullum monachorum genus ex Dania sine speciali Principis gratia terras nostras unquā ingrediatur: at illæ lamie, siue harpyiæ Danicæ, quæ corrūpendæ Sueticæ inuēnit causa aduentare solent, sine ulla mora fustibus affectæ reiciantur. Coniugia uerò nostræ gētis cum Danis tanta legē seueritate prohibeātur, ut quicumq; uir, siue mulier ex nostris Suecis, siue Gothis, uel Finnonibus, matrimoniu cum eis cōtraxerit, mox omni nobilitatis titulo, & honore priuatus habeatur, omniaq; prædia & possessiones eius ipso facto ad coronā regni deuoluta censcātur. Hic forte aliqui se mihi obijciant dicāt: Ergo nobis cōtinua bella & odia cum uicina Danorū gente persuadere contendas. Quibus respondeo, me nequaquam id moliri, sed quōd Dani sui terminis contenti, tandem desinant nostra patientia, & nostri populi simplicitate abuti. Vobis tamen, ô Senatores, omnibus modis consulo, ut potius cum eis honestum bellum, quā turpem pacem habeatis. Enim uerò quotiescunque inter Suecos & Danos aperto Marte pugnatum fuerat, toties Sueci uictores euaserant, & Dani uicta colla iugo eorum submisserant: si uerò controuersia per comitia, & consilia transigenda fuerat, semper nostri populi, cum nihil nisi ex candido, & bono animo agere uoluerant, Danicis artibus decepti, & delusi fuerant: confestimq; ad arma prosilientes, pacem, quam imprudenter credulitate amiserant, acerrimis bellis recuperant. Itaque longè uilius, honestiusque nobis semper fuerat, nullos pacis tractatus cum Danis habere, quā fluxa eorum fide, literisq; & sigillis, siue magnificis promissis, quibus no-

miro

miro artificio, & frequentissimè irretire consueuerant, circumueniri. Sunt apud eos tam uasra ingenia, tam astuta ad fallendum consilia, tam intricatæ fraudes, omnesq; artes, quibus bonarum mentium homines facillè capi solent: & hæc omnia blandissimo colloquio, præsertim quando nos fallere intendant, abscondunt. Cum enim nobis, & nostris dixerint: O gratiosi domini, ô suauissimi fratres, ô dulcissimi amici, ô charissimi uicini, confines, & affines, nullis mortalibus postponendi, nos una caro, una gens, una societas sumus: si confœderati fuerimus, nullus hostis nobis resistet, omnes inimicos nostros facillè superabimus, & quicquid nobis obuiam iuerit, sine aliquo negotio obruemus. Hæc palam omnibus loquentes, plurimos in suam factionem seducunt: de quibus, clam inter se ridentes, dicunt: Cum plenam occasionem nacti fuerimus, confestim abscisa istorum capita, quo turpiore eos morte consumamus, igni socianda curabimus: literas, sigilla, promissa, iusturandum, & quicquid nos ipsis obligare potest, callidè contra eos interpretabimur: crimina horrenda mortuis imponemus, & eadem nostris historijs tanquam uerissima ascribemus: coniugēsque eorum unā cum liberis ab omni hæreditate seclusos proscribemus, aut inter uilissima scorta prostituemus: & demum omnem occisorum supellestem inter nos diuidemus, ut Sueticis diuitijs onusti, in nostram Daniam reuertamur. Hæc autem occultè inter se constituentes, uehementer cauent, ne quis Sueonum subdolas eorum machinationesprehendat, ipsasq; in autōres retorqueat, donec scelerata consilia sceleratissimo effectui manciparint. Nec putandum est illam gentem Danicam alijs armis terras, & regna unquam expugnasse, uel impugnasse, sed semper in regnis expugnandis domesticas discordias prius suscitasse, aut



suscitandas expectasse, deinde potentiori parti se coniungentes, aliena manu magis, quam propria uirtute deuictis hostibus preualuisse. Quis enim credere potest, Angliam, Hyberniam, Scotiam, Franciam, Normanniam, Noruegiam, Alemanniam, adeo inualidas fuisse, ut solis Danis nulla aliena ope subnixis succubissent? quin immo minima harum terrarum tribus Danorum regnis tam multitudine populorum, quam armorum, & diuitiarum potentia, si concordiam in se habuerit, & suis uiribus integritate, preualere possit. Nec putandum est Danos tam forti & prestanti animo esse, ut ob aliquam immortalis nominis claritatem bella in exterarum nationes promoueant: sed quia nimis macera rura possideant, continue, & sine ulla intermissione coguntur ex rapto uitam infelicem sustentare. Si autem quaerat quispiam, cur in tot diuersas marium & terrarum partes se diffundat? profecto inde uenit, qui plurimi eorum, qui Daniam incolunt, aliunde in ipsam aduenire solent. Siquidem illae amplissimae nationes, Germania, Anglia, Scotia, Hispania, Gallia, Flandria, non raro magnum malefactorum numerum, tanquam perniciosam pestem ex suis uisceribus euomere & proscribere consueuerunt: tum omnes illi sic proscripti ad alienas terras commigrare coguntur: eorumque non pauci se ad Daniam inhabitandas conferunt, intra quas perinde ac in striculis, ac miseris insulas relegati, uitam utcumque possint conseruant, & in omnium nationum incolas, a quibus extorreati iudicati fuerant, deseriunt, nunc in has, nunc in illas classe bellica insultando, continuaque piratica (ut Saxo de eis scribit) tam Occiduum, quam Orientale, siue Gothicum mare infestant, palamque se Cimbro ostendunt. In hoc autem loco dies prius me deficeret, quam iustae querelae, si omnibus inhumanissimas uexationes commemorare uelim.

bus mercatores omnium nationum ultro citroque nauigantes, quadam belluina feritate dissipant, uectigalique adco intolerabile ab eis extorquent, ut nullibi immaniore extorqueri posse credatur. Immo plerumque accidit, ut totas nauis pretiosissimis mercibus onustas occupent, confecta aliqua culpa in naucleros, qui pro magno munere ducunt, si albo baculo in manus dato, uiui abire permittantur. Sed restat adhuc alia incredibilis Danorum crudelitas (quae nec inter ullos ferocissimos barbaros, neque inter immanissimas & rabiosas belluas parem habere potest) quam in miserissimos naufragos sine omni humanitatis respectu exercent. Enim uero quemadmodum inter uastissimum Oceanum, & nostrum Gothicum, siue Germanicum mare habitant, ita omni tempore importuosa eorum litora infelicissimos naufragos iactari contingit: quibus cum ex humana compassione opem ferre deberent, extremam perniciem confestim afferre non crubescunt. Siquidem ipsi Dani ferocissimi & nefandi nominis, Deo, hominibusque inuisi, ad eos, qui desperatis omnibus fortunis semimortui iactantur, tam atrocibus animis turmatim adnauigant, ut lupi in agnos ferocius insilire non possent. Et si illi infortunati naufragi nondum undis undequaque obruti, spem aliquam sese ab arenis, & syrtibus explicandi habuerint, nequaquam id eis permittitur: sed a Danis in proram, puppim & foros insilietibus continuo trucidantur, uel in mare, omni spe salutis adempta, precipitantur, nulla alia culpa contra eos adducta, nisi quod arenae Cimbrici litoris inhaesisset. Tum desperati nautae tabulas (ut fors cuius fauerit) corripientes, undas insiliunt, infelices uitae reliquias natando seruaturi. At si forte in litus uiui peruenerint, mox ab armata Danorum turba inermes, nudi, semianimes, & uix ulla spiritus reliquias habentes captiuntur, caeduntur, trucidantur, tantumque

ab immansissimis sanguinarijs in miserimos naufragos desecuratur, ut nullus, cui humani cordis compassio affuerit, tam horrendam miserorum cladem sine uberrimis lachrymis cogitare possit. Nec rarum est hoc apud Danos exercitium. Pauci enim dies in singulis annis pretereunt, in quibus hanc militiam in calamitosos non exercent: gaudentq; magnoperè se talibus triumphis diuites, nobiles, inclytos aestimari. Ventus enim Circius, omnium uetorum uehementissimus, illuc ferè quotidie adeò magnam naufragorum multitudinem impellit, ut facile credi possit, latum hominum numerum in illis Cimbricis arenis per aliquot secula sepultum, quati sunt hominum, qui hodie in uniuersa Europa uiui inueniantur. Quippe non una, aut altera nauicula, sed ingès nauium multitudo ex sola Gallia, siue Hispania, ad Cimbricas terras quotannis adacta periclitatur. Simili quoq; fato Angli, Scoti, Hollandi, Flandri, Noruegiani illuc maximo numero, et sepe nauigare coacti, uix unquam sine grauissimo hominum, et nauium, omniumq; rerum periculo inde euadunt. Taceo maximas et frequentissimas Frisiorum, Hamburgensium, Lubicensium, Magnopolensium, Prutenorum, Gedanensium, cæterarumq; Vandalicarum terrarum classes, quæ sæpissimè infelicitè, rarissimè autem feliciter Cimbrica litora legunt. Omnes enim, qui ad ea perueniunt, mox illam horrendam uocem sese mœstis auribus audire putant: Heu fuge crudele terras, fuge litus auarum. Propterea firmiter credo, quòd omnes illæ nationes, quarum incolæ, et consanguinei tam crudeliter, et per multa secula à Danis spoliati, trucidatiq; fuerant, aliquãdo illas atrocissimas iniurias ad memoriam reuocent, seq; mutua et indissolubili cõfœderatione contra Danos componant, ut tandem ipsos unã cum omnibus eorũ cõfœderatis extra illas insulas, quas ob publicam

omnium

omnium nationũ perniciem occupare uidentur, exterminent, et explodant. Tunc (ni fallor) ualde proderit nobis, et uniuersæ Reipub. nostræ, nullam prorsus societate cum Danica gente contraxisse, quam nunquã de nobis, uel maioribus nostris bene meruisse deprehendi, sed omnia mala, quæ unquã nos, uel patres nostri passi sumus, ex eius damno uicinitate in nostram Rempub. plus nimio erupisse. Quamobrem Reuerendi Pontifices, et illustres proceres, satis abundeq; ex præmissis persuasum existimo, quàm minimè deceat, aut conueniat, nos cum Danis aliquam societatem inire. Quis enim, nisi omnino imprudens, se, et suam uitam, publicasq; uel priuatas fortunas talibus moribus confidat? Quis dextras suas illis dextris tutò coniungat, quæ à corde, et humana ratione adeò remotissimæ sunt? Quis sapiens tot artibus ad fallendum, mentiendum, circumueniendum institutis se committat? Quis mortaliũ non summè exhorreat, tantam non modò in externos et peregrinos, uerum etiam in proprios eorum ciues, imò in Christianam Ecclesiam, Christi q; ministros crudelitatem intolerabili superbia cumulatam? Quis etiam securam cum ea gente societatem componere queat, quæ tot potentes hostes habere putatur, quot sunt in toto orbe Christiano Principes et Magistratus? Quis denique Suecorum, uel Gothorum cum illis hominibus honestam cõfœderationem imbit, qui summæ uoluptatis loco ducunt, nos et maiores nostros, patriamque nostram in suis historijs tanto, et tam miro mendacio suggillare? Et si nulla alia exempla essent, quæ uos à Danica societate penitus auertere deberet, saltè illæ atrocissimæ iniuriæ, quas Dani Noruegiano regno (postquàm se illis infelicissimo fato coniunxit) irrogarant. Siquidem Noruegiani, qui pridem diuites, locupletesq; et felices fuerant, nunc ad Danicam

Ll

Societatem adducti, amissa prorsus omni libertate exper-  
untur, quàm miserrimum sit, sese miseris hominibus credi-  
disse. Profectò si minimum uirtutis, aut humanitatis uesti-  
gium in Danis fuisset, nequaquam Orchades insulas à Nor-  
uegia abstractas, Scotico regno dotis nomine in tēpore  
doleſcentiæ meæ addixissent, factumq; suum ridiculosius,  
quàm iustius in suis historijs excusantes, dixissent: Christi-  
num Danorum Regem, Ioannis, qui ibi in præſentiarum  
regnat, patrem, cōſenſu Danici ſenatus Orchades Norue-  
gianas abstulisse: quasi Noruegicus ſenatus indignus fuisset,  
qui de abstractione tertiæ partis ſui regni require-  
retur. Si hoc eſt Regem eſſe, quid rogo tandem erit tyran-  
num agere? Conſulo igitur, & etiam atque etiam rogo, &  
obteſtor omnes Suetiæ & Gothiæ incolas, ne unquam ſu-  
xæ, ac uaferrimæ Danorum fidei ſe credere uelint, etiam  
ſi illi ſeſe uſque ad popliteſ ſubmiſerint, lachrymasq; cro-  
codili ſuo more, ut ipſorum fidem ſibi obligent, uertita  
effuderint. Si uerò neque hæc mea conſilia, neque mee uſ-  
tiſſimæ preces admiſſe fuerint, tunc omnium ordinum ho-  
minibus, qui has noſtras regiones incolunt, prædico, quid  
illa mellita Danicæ linguæ promiſſa in ſummam & ami-  
riſſimam amaritudinem, non ſolum eis, qui nunc uiuunt,  
ſed omnibus eorum poſteris, conuertetur. Nunc tandem  
ad orationis calcem accelerans, non ſolum eos, qui in hoc  
celeberrimo conuentu aſſunt, uerùm etiã uniuerſos & ſin-  
gulos, qui eam unquam lecturi ſint, rogo, ne putent me ipſam  
ſam concitatore, quàm iuſtiore animo in Danos pronun-  
tiaſſe, ſed plurima eorum facta longè atrociora ex indu-  
ſtria ſiluiſſe, ne dum ipſis digna dixiſſem, me prorsus indig-  
na atulſiſſe uiderer. Nec me quiſquã quaſi nimis prolixa  
oratione utentem increpet: ſed ad memoriã reuocet  
Romanum Ciceronem, qui multò extenſioribus actioni-  
bus

bus in unum Verrem, atque alterum Catilinam uſus fuiſſe  
probat, totq; Philippicas in ſolū M. Antonium exagge-  
rat. Ego autem cum innumerabilibus Verribus & Catili-  
nis, Antonijsq; adeò ingens bellum aſſumpſi, ut ſi integra  
uolumina adducerem, nequaquam omnes ſcelerum formas  
cōprehendere poſſem, quas Dani in noſtram Rempub. in-  
tulerunt, aut ſe illaturos comminantur: qui propterea me-  
ritò ſuſtinere debent, ſe ſaltem libera uoce per-  
ſtringi, quando ſibi liberè permitti uolunt,  
ut omnibus mortalibus nocere,  
nullis autem prodeſſe  
poſſint.

DIXI.

## IOANNIS MAGNI

GOTHI ARCHIEPISCOPI V-

PSALENSIS HISTORIAE GO-

thorum Sueonumq; liber  
uigeſimusquartus.

CAPVT I.



Teno Sture iunior præmortui Suanto-  
nis filius, poſt patris funera difficulter  
ad paternum principatum peruenit. E-  
rant enim in comitijs Stochoſmenſibus,  
quæ pro conſtituendo Principe celebra-  
bantur, multæ, & uariæ, ac penitus contrariæ ſenato-  
rum ſententiæ, quibusdam aſſerentibus operæpretium fo-  
re, Regem, aut Principem aliunde accerſendum: quibus-  
dam id nequaquam Reipublicæ expedire dicentibus, ſed  
ex procerum ſenatu, iuxta maiorum decreta, & patriæ

Steno Sture iunior 142. Prius  
ceps internus.

*Ericus Trolle  
princeps regni  
designatur.*

consuetudinem, assumendum. Quo factum est, ut nobilissimus Sueonum Ericus Trolle, à magna senatus parte Princeps designaretur. Erant in hoc Erico plurimæ partes, ob quas non solum Princeps, sed Rex creari meruisset. Nullus enim iuste negare poterat, quin moribus esset integerrimus, & in rebus gerendis prudentissimus: immò, quod rarum in nostræ ætatis nobilibus esse solet, eximiam in diuinis & humanis legibus eruditionem cum summa laude, & multorum annorum studio sibi comparauerat. Sed hæc omnia non tantum ei prodesse poterant, quantum illi oberat, quòd Trollorum familia publicum patriæ odium, ob Danicæ factionis studium contraxisset. Habebat enim hæc familia non paruum apud Danos numerum prædiorum: quæ ne amitteret, Danorum partibus studiosus, quam utilius inseruiebat. Quocirca Vincentius Episcopus Scarenensis, cæteriq; Prælati, & proceres, qui se magis Sueticæ, quam Danicæ Reipublicæ debitores considerabant, eam Erici nominationem magno consensu cassauerunt, affirmantes se nulla ratione induci posse, ut aliquem sibi præficerent, in quo etiam minima Danicæ factionis suspicio inueniri posset, præsertim cum nullo unquam tempore Danicæ originis homines Sueticis rebus fideliter, atque ex animo consuluissent. Tanta etiam est in Sueonum & Danorum moribus disparitas, ut qui eos coniungere uelit, nimis imprudentem, aut contrapatrum insidiosum se esse probabit. Sed de his alibi, nunc ad comitia Stocholmensia redeamus: in quibus Steno, tum ob paterna merita, tum etiam quia patriæ amantissimus habebatur, à maiore & saniore senatorum parte, Gothorum Sueonumq; Princeps efficitur. Eodem anno Christi MDXII. quo pater uiam uniuersæ carnis intrauit, incidit inter hunc Stenonem & Gostauum præfati Erici Trolli filium,

*Trollorū familia publico odio subiecta.*

*Vincentius Episcopus Scarenensis.*

*Danicæ factionis homines semper in Suetia perniciosi.*

*Danos & Sueones coniungere, est Belial cum Deo comparare.*

*Steno Sueonum Gothorumq; Princeps eligitur.*

*Stenonis & Gostauum*

filiū, Archiepiscopum Upsalensem, discordia nimium perniciosa: ob quam non solum illi duo, sed tota patria ad extremam ruinam deuenit. Erant ambo iuuenes, ambo illustriſſimo sanguine nati, ambo uehementis spiritus: sed Steno iustior, & modestior in sua causa uidebatur, utpote qui legibus ecclesiasticis, & bonorum uirorum arbitrio se parere uelle affirmabat. Fecitq; Gostauum tam per Leonem Papam X. quam per regni Suetiæ Pontifices sufficienter admoneri, ne patriæ tranquillitatem tolleret, aut turbaret. Sed durior erat in Archiepiscopo animus, quam quòd permetteret sibi aliquam concordiam persuaderi, cum Stenone, qui patrem Ericum à tam amplo principatu seclusisset: spemq; maximam in Danorum Rege Christiano se reponere ostendebat.

*Steni Archiepiscopi Upsalensis contumacia.*

*Gostauū Archiepiscopi pertinacia.*

## CAPVT II.

**T**VM Steno, considerans Archiepiscopum nullo ingenio, nullaq; admonitione ab illo impacabili odio reuocari posse, collectis militum copijs ipsum in castro Almerstech inclusum obsedit, exercitumq; Danici Regis (qui ut eum obsidione liberaret, aduenit) debellatū profligauit. Deinde obfessum, & Danica auxilia frustra expectantem, ad deditiōe coegit, euersaq; funditus arce, ipsum in monasterio Arosiensi (quod Insulense uocāt) inclusit. Quo facto, causam eius coram Summi Pontificis legato Ioanne Arcimboldo, in comitijs Arbogensibus exponi fecit. Estq; intercedente legato, & regni senatu, à Stenone sub ea conditione in gratiā receptus, ut de cætero se in Upsalensem Archiepiscopatu non ingereret, sed in paternis bonis paci & tranquillitati studens resideret. Patrem quoque eius Ericum, ut nonnullos alios Danicæ factionis proceres, in arce

*Steno Gostauū Archiepiscopū in arce Stocholm obsedit.*

*Steno Danos fugauit.*

*Steno Gostauū Archiepiscopū captiuit.*

*Ioannes Arcimboldus sedis Ap. legatus.*

*Gostauus Archiepiscopatu Upsalensem renuntiat ad manus legati.*

*Ericus Trolle capitivus detinetur à Stenone.*

Stocholmensi captiuum inclusit. Deinde regnum circū, publico omnium incolarum fauore excipitur, seq; illis, et illos sibi iureiurando obstringit. Factus enim erat in oculis omnium subditorum suorum gratiosus, et maxime popularis, quia aliās patri Suātoni, cum populam tributis oneraret, ad genua procubuit, et tributorum laxationem impetrauit. Quocirca iam in Principem assumptus, non modo tributa à beneuolis subditis, sed ipsam eorum uitam pro sua ipsius salute in mille mortis pericula paratam et promptam expertus est. Itaque tot populis suffultus, tam potens euasit, ut multorum Regum, ac Principum uiribus resistere potuisset, praesertim si parem prudentiam in suis quotidianis consiliarijs cum magnitudine potentiae suae coniunctam habuisset. Sed erant in eius Camerario consilio ad assentationem plurima, ad publicam uerò utilitatem minima loquentes, quippe qui nec satis prudentes erant, nec alios prudentiores in Principis consilium admittebant, sed detractionibus, susurrationibus, suggillationibus ceteros innocentes apud iuuenem Principem lacerabant. Unde breui effectum erat, ut ob eorum malignam imprudentiam, et imprudentem malignitatem, plerique optimi et prudentes uiri ab eo se remouētes, alium rerum statum, quam praesentem expectarent.

## CAPVT III.

**Q**uod cum Christierno Danorū Regi cōpertū esset, cogitabat idoneum tempus aduenisse, quo Danica telluris angustias erumpere, et spatiosa Gothorum, Sueonumq; regna potenter subiugare posset. Magnum igitur, et potentem exercitum ex Saxonibus, Frisijis, Westphalis, Scotis, Danis, Gallis educens, Stocholmiam Sueonum regiam ualida manu obsedit. Sed non poterat Steno tot

populorum fauoribus, et obsequijs praemunitus à Dano superari, cuius nomen apud Sueones publico odio laborabat. Immo Christiernus in ea obsidione, qua Stenonē obsidere uidebatur, tam duriter à fame, à cōmeatuū penuria obsidebatur, ut magna exercitus pars inedia periclitaretur. Proinde reuocatis ab obsidione copijs, classem, qua uenerat, in Daniam reducere parat. Sed postquam se ad reditū parasset, et uentis uela committenda essent, uentus uehemens, et contrarius eius profectiōni obiectus est: qui cum totis quatuor mensibus pertinacissimē flaret, Christiernū ad intolerabilia incōmoda adegit. Nam regredi in terram, obsistente Stenone, et progredi in Daniam, resistente uento, impossibile erat. Tum Steno generosi, et magni animi Princeps, comperta extrema inimici necessitate, rarissimae humanitatis officio in ipsum usus, tantum commeatuū, et expensarum ad cum liberalissima donatione misit, quantum sustentando toto eius exercitui sufficiebat. Christiernus autem, percepto eo beneficio, legatos ad Stenonem dirigit, asserens se cum eo ad familiare colloquium super publica pace descendere uelle. Parum aberat, quin Steno Danica astutia persuasus, ad ipsius classem se contulisset. Sed suorum fidelium consilio reuocatus, Hemmingum Gaddum, et nobilissimum adolescentem Gostauum Ericson, ad eum pro pace, aut inducijs inter utranq; partem componendis emit: quos ipse festim erectis uelis secum in Daniam captiuos deportauit. Et hic quidem erat finis belli, quod anno Christi M D X V I I. contra Stenonem, et ciuitatem Stocholmensē per Christiernum gestum erat. Qui deinde euoluto anno exercitum maiorem, quam unquā antea congregatum, per congelatas aquas in Suetiam direxit. Quem Steno animosius, quam circumspectius in terris Westrogathorum pugna glaciali excipiens, primasq; in acie partes

Dani apud Sueones publico odio laborat.

Christiernus ad uerso uento impeditur.

Stenonis admiranda in hostem humanitas.

Stenonis periculum.

Gaddus.

Gostauum Ericson.

Steno maxime popularis.

Stenonis consiliariorum ignaui et seduliosi.

Christiernus secundus Danorum Rex Suetiam ambit, et inuadit.

## CAPVT IIIII

*Stenonis mors.*

strenuissimè agens, ictu bombardæ in femore accepto vulneratur, statimq; uehiculo impositus ad Stocholmiam deferitur: ad quam cum ferè peruenisset, animam super confictum glaciæ lacû Meler exhalauit, dignus profectò longiore uita: quã uitæ habuisset, si imprudentes, & malignos cõsiliarios à se longius remouisset. Interea Stenonis relicta uidua Christina, paucorum procerû partes eius tuentium persuasa consilio, per speciales nuntios, liberali promisso stipendio, pro ulciscendi mariti sui morte, frustra à Rege Poloniae Sigismundo eius nominis primo copias postulat auxiliares. Mortuo igitur Stenone, numerosus Sueonum exercitus, cum à nullo dirigebatur, dissipatus est. Dataq;

*Christiernus ad regnum per factus, et statim ob tyrannidē effugatur.*

*Christiernus ad regnum per factus, et statim ob tyrannidē effugatur.*

est proceribus, qui Danico Regi fauebant, occasio, ut mox eum in Suetiã aduocarent, & Regia corona in ciuitate Stocholmensi insignirent. Sed cum consideraret se à minima procerum parte in regnum accersitum, atq; ob id suam coronationem à cæteris in libertatem restitutis cassari posse, plurimos regni senatores, & proceres eadem coronationis die, scilicet ipsa Dominica infra octauas Omnium Sanctorum, anno Christi M D X X, conuiuio contractos, & se ob Regiam fidem securos putantes apprehendit, & nimis seueriter trucidari fecit. Quæ quidem seueritas cum iam in omnem historiam diffusa uideatur, nolo me in enarranda huiusmodi tragedia diutius occupare: quæ nõ minora incommoda Danis, & eorum Regi, quàm Sueticæ Reipublice inferebat. Quippe ipse Rex, in tanto procerum numero, bonam eorum partem occidi fecit, per quos fuisset in amplissimo principatu diu conseruandus: à quo confestim, & eodem mense, quo uenerat, exclusus, in suam Daniã est reuersus, documentum singulare omnibus Regibus, & Principibus effectus, qui seuerius imperare, quàm clementius præesse contendunt.

*Christiernus mense uno regnat in Suetiã.*

**G**OSTAUIUS modernus Gothorum, Sueonumq; Rex, Caroli ultimi Regis cõsanguineus, & Stenonis Stenre junioris Principis nepos, post illam procerum stragem, quam Christiernus perpetravit, ad Reipub. summam peruenit. Cuius gesta, cum sint uaria, & multiplicia, in aliud opportunius tempus seruabuntur. Solent enim historiarum scriptores ab enarranda uuentu Principum historia prudentius abstinere: forte causa inducti, quia pleriq; Principes, cum iam sint optimi, postea pessimi euadere possunt: & rursum, qui iam uidentur pessimi, nõnunquam ad optimos & clarissimos mores ante ultima fata conuertantur. Quocirca eandem Gostauianã historiã illis scribendam relinquo, qui factis eius superuuentes, efficacius testimonium perhibere possunt, an per illum rexerit, qui dicit: Per me Reges regnant, & legum conditores iustæ decernunt. Et hic interim sit Gothicæ, & Sueticæ historie finis: quam nouem mensibus in Patriarchatu Veneto ad hanc formam redegi, cum generale Catholicæ Ecclesiæ Concilium sollicito animo expectarem, anno à Christo nato

M D XL. tertia die mensis

Iunij.

SVEONVM GOTHORVMQVE HISTORIE AUCTORE IOAN. MAGNO GOTHO ARCHIEPISCOPO VPSALENSIS.  
FINIS.


# RERVM AC GESTO-

RVM MEMORABILIVM IN

*hoc Opere contentorum fidelissimus*

*Index.*



- A**
-  Bo ciuitas Episcopalis in Finlandia. pag. 12
- abraham Broderi. 799
- abrahæ præbenda. *ibid.*
- absolon Archiepiscopus Lundenfis. 704
- Acephalorum hæresis. 603
- achaces Alanorum Rex. 577
- acho dux Schonungianorum. 704
- acho Hanson Danos impugnatus. 869. Mauritium Ipsolon captiuat. *ibid.* à Schonungianis occiditur. *ibid.*
- acosta 86. Gothorum Rex internus. 615
- acostæ mors præmatura. *ibid.*
- S. Adaluardus. 644
- adelrunę. 259
- adelus 77. Gothorū Sueonumq; Rex internus. 322
- adeli mors. 324
- adulatores Principum perniciosi. 121
- adulphus 35. Gothorum Sueonumq; Rex internus. 161
- adulphus à Dano prouocatur ad bellum. 162
- adulphus committit nauale præliū cum Dano. 163
- adulphus Danos uincit. *ibid.*
- Aecius Romanus. 355
- æcius Attilam in Italiā uocat. 356
- æcius occisus. 359
- æcij periculum. 582
- æcij astutius quàm utilius consilium. 583
- ægypti portenta colebant olim. 42
- æmylianus Gallus. 241
- S. Aeschillus Episcopus & martyr. 675
- Affinitas Principum causa pacis. 737
- africani à Sisebuto uicti. 604
- Agapitus Papa. 399
- agapiti Papæ duo. 646
- agathius Gothorum historicus. 553
- agathoclis astutia. 89
- agelmundus Longobardorum Rex. 318
- agilauus 66. Gothorū Rex externus. 595
- agilai mors. *ibid.*
- agnerus Danus contra Eri- cū Victoriosum pugnas occiditur. 641

I N D E X.

Alatheus 49. Gothorū rex  
externus. 557  
alandia. 12  
alanorū gentis origo. 579  
alaricus Sueonum rex. 171.  
tyrannus fuit. 173. duellū  
init cum Erico. 175. uul-  
neratus ab Erico mori-  
tur. ibid.  
alaricus siue Aluerus Sueo-  
num Rex. 294  
alaricus 99. Gothorū Sueo-  
numq; Rex internus. 351  
alaricus Hispaniarum rex.  
384.  
alaricus 53. Gothorum rex  
externus. 565. in Italiam  
bellum mouit. ibid. à Sti-  
licone illuditur. 566. suos  
ad bellum hortatur. 568.  
exercitum Romanorum  
deleuit. ibid. Romam cap-  
tit. 569. clemētia eius in  
deuictos hostes. ibid.  
alaricus 61. Gothorum rex  
externus. 588. à Clodo-  
ueo Francorum Rege su-  
peratus. 589  
albertus Archiepiscopus  
Bremenfis. 672  
albertus dux Brunuicen-  
fis. 737  
albertus dux Magnopolen-  
fis. 778  
albertus 135. Gothorū Sue-  
onūq; Rex internus. 779.  
Sueones contemnit. 784.  
intolerabilis in Suecos.

ibid. omnem thesaurum  
ex Suetia corrafit. 785. no-  
biles Suetiæ proscibit.  
ibid. bellum assumit con-  
tra Margaretā Danicam.  
786. à suis deseritur. 787.  
captiuatur. 788. Sueones  
à fidelitate absoluit. ibid.  
albertus Carsen. 792  
alboinus Longobardorū  
Rex. 318. 338  
alemani à Theodemiro ui-  
cti. 365  
alexander Magnus. 139  
alexandri Magni crudeli-  
tas in Callisthenem Phi-  
losophum. 141  
alf Greueradh. 793  
algedone. 521  
algerus Sigari Daniæ Re-  
gis filius. 269  
algothus 36. Gothorū Sue-  
onūq; Rex internus. 164.  
iustitiæ & pacis cultor  
fuit. 165  
algothus 89. Gothorum  
Sueonūq; Rex internus.  
343. Satyros suppolaris  
deuicit. 344.  
alienigenas Reges non eli-  
gendos. 802  
alo 8. Gothorum Rex in-  
ternus. 46  
alphabetum Gothicum. 51  
alphus Sigari Daniæ Re-  
gis filius. 289  
alphus trucidat ingentes  
serpentes. 274  
alphus

I N D E X.

alphus quærit Aluildam.  
276.  
alphus potitur cōiugio Al-  
uildæ. ibid.  
alaustra monasterium. 701  
aluerna à Francis superati.  
591.  
aluilda Siuardi Gothorū  
Regis filia. 274  
aluilda à matre obiurgata  
deterretur à nuptijs. 275  
aluilda piraticam exercet.  
ibid.  
aluilda ab Alpho quærita.  
276  
Amalasuenta Gothorum  
Regina extra patriā. 390  
amalasuenta à Theodato  
relegatur, ac tandem oc-  
ciditur. 397  
amalasuentæ laudes. 391  
amalasuentæ clemētia. ibi.  
amalus 4. Gothorum Rex  
internus. 51  
amalorū familia apud Hi-  
spanos. 52  
amalorū familia apud O-  
strogothos. ibid. & 151  
amalricus 62. Gothorum  
Rex externus. 590  
amalricus rectæ fidei con-  
iugem contemnit. 592  
amalrici mors. ibid.  
amatus Romanus. 596  
amazones unde dictæ. 65  
amazones à nuptijs abhor-  
rebant. ibid.  
amazones masculos ædi-  
cos trucidabant. ibid.  
amazones Smyrnam & E-  
phesum urbēs condide-  
runt. 66  
amazones multas Asiæ re-  
giones subiugarunt. ibi.  
amazones à Græcis supe-  
rata. 70  
amazonū exordium & ori-  
go. 62. 63  
amazonum studia. 65  
amazonū astutia pro con-  
seruatione generationis.  
ibid.  
amazonum potētia. 68  
amazonū nomē deletū. 71  
amazonum & Gothorum  
coniunctio. 73  
amletus tyrannus. 114  
amundus Rex Noruegiæ.  
200  
amūndus Sueonū Rex. 269  
amundus Annosus 113. Go-  
thorum Sueonumq; Rex  
internus. 658. à S. Olao e-  
ducatus. ibi. moritur. 667  
amundus Vilis 114. Gotho-  
rum Sueonumq; Rex in-  
ternus. 667. à Canuto Da-  
no superatur. 668. mori-  
tur. 670  
amundus Episcopus Stren-  
genensis. 762  
Anastasius Imperator. 385  
ancona à Gothis obsessa.  
537  
andoinus Longobardorū  
Rex. 318



I N D E X.

angermannia. 10  
 anglia unde dicta. 78  
 angli Sueonibus semper amicitia iuncti fuerunt. 193  
 anglorum & Sueonum Regum perpetua confœderatio. 649  
 angnischelus Scotorû rex. 334  
 angulus Anglorum Rex. 78  
 anianus Aurelianus Episcopus. 375  
 anienis fluminis descriptio. 523  
 annonæ penuria. 403. 757  
 annorum mundi uera supputatio. 23  
 S. Ansgarius Corbeyensis monachus. 627  
 S. Ansgarius Suetiâ ad Christum conuertit. 628  
 S. Ansgarius Ericû cognomento Impium ad Christum conuertit. ibid.  
 antheas 16. Gothorû Rex externus. 136  
 antheas renunciat auxilio Philippi Macedonis. ibi.  
 antenor Francorum Rex. 134  
 anthemius Imperator. 366  
 586. ab Eurico Rege superatur. 587  
 anthemius hæreticus. 400  
 anthinus 15. Gothorû Rex externus. 126  
 antiope Amazonum Regina. 68. 69  
 antiquorum simplicitas. 403  
 antiquorum gloria militaris. 861  
 anundus pirata extinguitur. 222  
 Aquæductus Romę interrumpuntur. 455  
 aqueductus ex Ianiculo in Tyberim. ibid.  
 aquilonaria regna primò omnium inhabitata. 25. 27  
 aquilonaria regna Iulii Cæsaris aggredi nõ est ausus. 171  
 Ara Decij. 241  
 aranes arx. 81  
 arca Noë in montibus Armenia quieuit. 24  
 arcadius Imperator. 561  
 arcus non facile hostibus tradendas. 531  
 arctici poli eleuatio. 13  
 argentum Sueticum tyrannos prouocat. 806  
 argentifodinæ apud Sueones. 687  
 argimus Sueticus pugil. 192.  
 argimus contra Biarmos & Finmarchos. ibid.  
 ariaricus Gothorum dux. 253  
 arietis bellici forma. 458  
 ariminum obsessum. 548  
 armanaricus 31. Gothorû Rex

I N D E X.

Rex externus. 256  
 armanaricus mulierẽ aduleram condemnauit. 261  
 armanaricus moritur. 262.  
 armanarici latû imperiû. 258  
 arosia sedes Episcopalis in terris Dalacalorum. 11  
 arriani Episcopi à Iustino Imp. proscribuntur. 387  
 arriani à Clodoueo Francorum Rege persequuntur. 590. 591  
 arriani pelluntur ex Hispania. 600  
 arthurus Anglorû rex. 334  
 arthurus uicit Gothos & Sueones. 335  
 arthuri latissimum imperium. ibid.  
 arthuri & Arthi Regû comparatio. 349  
 arthus 91. Gothorû Sueonumq; Rex internus. ibi.  
 asclepiodotus Neapolitanus. 418  
 Asculum oppidum in agro Piceno. 502  
 asculum à Totila expugnatum. 503  
 asiani Amazonibus bellum inferunt. 67  
 asarius Gothorû dux. 445  
 asclacus Turonis gubernator Noruegiæ. 848  
 asmundus 21. Gothorû Sueonumq; Rex internus. 87.  
 Upsalia tumulatur. 89  
 asmundus Haldani filius, à quo Reges Noruegiæ prodierunt. 225  
 asmundi cuiusdam sortuita inuentio. 19f  
 asisium à Gothis captû. 503  
 astures. 616  
 asuestus lapis. 474  
 Atalaricus 41. Gothorum Rex externus. 393  
 atalarici mors. 395  
 atanaricus 51. Gothorum Rex externus. 560  
 atanaricus Constantinopoli moritur. 561  
 ataricus 63. Gothorû Rex externus. 487  
 ataricus occiditur. ibid.  
 atalus. 574  
 athanagildus 67. Gothorû Rex externus. 595  
 athanagildi pietas. 596  
 athanagildi mors. 597  
 atharicus Gothorum dux. 253  
 athaulphus 54. Gothorum Rex externus. 571. Romam euertere, & in eis locum Gothiam ædificare uoluit. ibid. Romam & totam Italiam Honorio Imperatori dedit. 572. fit Rex Galliarum. 573. Gallias Honorio donat. ibid. in Hispaniam mouit. ibid. à suis occiditur. 574  
 athaulphus Sueuorû Rex. 585. occiditur. ibid.

I N D E X.

attila Hunnorum Rex. 353  
 attila in Galliam mouit.  
 356  
 attila Remenses miserabili  
 clade affecit. *ibid.*  
 attila Aurelianam ciuita-  
 tem obsedit. 357  
 attila Tungarenses ciuita-  
 tem diruit. 358  
 attila diuinæ iræ flagellū.  
*ibid.*  
 attila Constantinopolita-  
 ni Imperij urbes euertit.  
 359  
 attila Romani Imperij ter-  
 ras deuastat. *ibid.*  
 attila Ostrogothorum au-  
 xilio inuictus euasit. 361  
 attila & Totila differunt.  
 489  
 attile statura. 353  
 attilæ affus. 354. 580  
 attilus 26. Gothorū Sueo-  
 numq; Rex internus.  
 100. Danos odio profe-  
 quitur. 101. è crapula  
 contraxit morbum. 106.  
 Selandiam Daniæ insu-  
 lam occupat. 107. mori-  
 tur. *ibid.*  
 attilus 29. Gothorū Sueo-  
 numq; Rex internus. 115  
 Oriëntales populos sube-  
 git. *ibid.* mit duellum cū  
 Frouino. 116. occiditur.  
 119  
 attilus Sueonum rex. 285.  
 289

attilus 87. Gothorū Sueo-  
 numq; Rex internus. 343  
 Auares. 319  
 auari ad omnes uirtutes  
 ignaui. 419  
 auaritia multorum malo-  
 rum causa. 254  
 auaritia in duce execrabi-  
 lis. 490  
 Auge uxor Herculis. 74  
 augis 3. Gothorū Rex ex-  
 ternus. 51  
 augustus Cæsar. 227. 586  
 augusti & Commoſti affi-  
 nitas. 149  
 S. Augustinus Episcopus  
 Hipponensis. 578  
 aurea ætas. 24  
 auream ætatem Ninus ui-  
 tiauit. 29  
 aureum seculum in Sueo-  
 nia. 159  
 aureus mons. 75  
 aurum plus quàm ferrum  
 formidabile. 81  
 aurelianus Imperator. 248  
 aurelianus trucidatur. 250  
 aureliani responsum ad Va-  
 lerianum. 247  
 aureliani epistola ad quen-  
 dam tribunum. 248  
 aureliani triumphus. 249  
 aureliana ciuitas ab Actila  
 obsessa. 357  
 aureliana porta Romæ.  
 440  
 auximum oppidum ualde  
 munitum. 461  
 auxi-

I N D E X.

auximum Gothorum præ-  
 sidium. 469  
 auximum à Græcis obtide-  
 tur. 470  
 auximum Græcis deditur.  
 475  
 auximi fons inficitur. 473  
 B  
 Babilonia regni ini-  
 tium. 27  
 bacchius Gothus.  
 434  
 balamber Hunnorum rex.  
 263  
 balderus regulus Selædiæ.  
 108  
 balderus cogit exercitum  
 contra Hotherum. *ibid.*  
 balderus ab Hothero uin-  
 citur. 109  
 balderus uulneratus inte-  
 rit. III  
 balthia. 4  
 balthorū familia. 52. 53.  
 151  
 baltus 5. Gothorū Rex ex-  
 ternus. 52  
 bamba 82. Gothorum Rex  
 externus. 611  
 bamba Saracenos uicit.  
*ibid.*  
 bambæ modestia & pietas.  
*ibid.*  
 bambæ mors. 612  
 barbatio Thrax. 525  
 bartollus Brhun. 792  
 basilus Moicouitarū Prin-  
 cepts. 860

Bellitarius Cathanenſem  
 ciuitatem capit. 406  
 bellitarius Panormum ex-  
 pugnat. 407  
 bellitarius ex Africa in Si-  
 ciliam reuersus. 413  
 bellitarius Neapolim deui-  
 cit. 420  
 bellitarius Gothos in ho-  
 nore habuit. 423  
 bellitarius Romam munit.  
 428. 522  
 bellitarius Gothorum infi-  
 dias incidit. 430  
 bellitarius molendina in  
 Tyberi construxit. 435  
 bellitarius à Romanis irri-  
 sus & reprehensus. 436  
 bellitarius Romanos deri-  
 det. 439  
 bellitarius Romanos in exi-  
 lium mittit. 448  
 bellitarius causam Papæ u-  
 xori Antoninæ committit.  
*ibid.*  
 bellitarius clauēs & custo-  
 dias portarum sæpe mu-  
 tat. 449  
 bellitarius fraude uicit Go-  
 thos. 456. 465  
 bellitarius à suis contemni-  
 tur. 462. 479. 500  
 bellitarius queritur se con-  
 temni. 464  
 bellitarius periurus. 480  
 bellitarius Vitigem capti-  
 uat. 482  
 Bellitarius Gothorum thi-

I N D E X.

fauros compilat. ibid.  
 bellifarius iterum à Iustini-  
 niano in Italiâ mittitur.  
 500  
 bellifarius in mœrore. 502  
 bellifarius Vitalianû sug-  
 gillat. 511  
 bellifarius uxorem secum  
 in castris habebat. 525  
 bellifarij strategema. 406.  
 453  
 bellifarij oratio ad mili-  
 tes. 421  
 bellifarij in Neapolitanos  
 clementia. 422  
 bellifarij periculum. 431.  
 458.474  
 bellifarij audax facinus.  
 432  
 bellifarij ad Gothos re-  
 sponso. 437  
 bellifarij ad Iustinianû epi-  
 stola. 443.502  
 bellifarij in Romanos seu  
 ritas. 447.452  
 bellifarij fraus. 476  
 bellifarij fraudulenta ora-  
 tio. 480  
 bellifarij ingenium milita-  
 re. 512  
 bellifarij ingens turbatio.  
 513  
 bellifarij turpis uictoria.  
 522  
 bellifarij perfidia. 457.477.  
 478  
 bellum seruile. 312  
 bellum triduanum. 334

bellum inopinatum inter  
 Bellisarium & Gothos.  
 431  
 bellum nauale. 669  
 bellorum inter Gothos &  
 Danos causa. 9  
 S. Benedictus Abbas spi-  
 ritu prophetico claret.  
 533.  
 benedictus Episcopus Liu-  
 copensis, dux Finlandia.  
 723.725  
 benedictus Ienson. 841  
 bergense oppidum Norue-  
 giæ. 5  
 berico 14. Gothorum Rex  
 in patria, & ab egressu  
 primus. 46  
 bernardus Pontifex Angli-  
 cus. 647  
 berofus de aucto humano  
 genere. 24  
 bestas Hiberius. 525  
 bestæ Græcorum ducis ig-  
 nauia & auaritia. 512.  
 516  
 bestus fidelis Grami co-  
 mes. 81  
 Biarmia suppolaris. 5  
 biarmia duplex. 10  
 biarmi contra Hadingum.  
 91  
 biarmorum gens insupe-  
 bilis, & incantationibus  
 dedita. 192  
 biarcho pugil Danicus.  
 105  
 bilagene leges Gotho-  
 rum,

I N D E X.

rum. 146  
 biluifius. 272  
 biorno II. Gothorum Rex  
 internus. 46  
 biorno 81. Gothorum Rex  
 internus. 328  
 biorno Daniæ Rex. 350  
 biornus 98. Gothorû Sue-  
 onumq; Rex internus.  
 351  
 biornus 100. Gothorum  
 Sueonûq; Rex internus.  
 624. cum Carolo Magno  
 confœderatus. 625. Chri-  
 stianæ fidei addictus. 626  
 moritur. 628  
 biornus 105. Gothorum  
 Sueonûq; Rex internus.  
 634. fit pirata. ibid. bellû  
 intentat Ingello. 635  
 uincitur. 636  
 bircha urbs maxima. 627  
 bircha ad Christum con-  
 uersa. 645  
 birgerus 95. Gothorum  
 Sueonûq; Rex internus.  
 350  
 birgerus dux Ostrogotho-  
 rum. 704. 709  
 birgerus Ierl dux belli in  
 Tauestios. 714. ambit re-  
 gnum. 717. regni admi-  
 nistrator cõstituitur. 718.  
 iusurandum uiolat. 719.  
 pietas eius. 720. leges e-  
 ius. ibid. Stocholmiam  
 fundauit. 721. mors eius  
 & sepultura. 722  
 birge-  
 birgerus 133. Gothorum  
 Sueonumq; Rex inter-  
 nus. 739. 741. coronatur.  
 741. comitia Holmiæ ce-  
 lebrat. ibid. publico o-  
 dio laborat. 748. ecclesia-  
 sticæ libertatis uiolator.  
 ibid. fratres suos proditi-  
 one notat. 749. à fratri-  
 bus captiuatur. 752. cedit  
 regno. ibid. in Daniam  
 fugit. 754. cum fratribus  
 pacem init. 755. à Got-  
 landia fugatur. 757. co-  
 mitia Sudercopiæ cele-  
 brat. ibidem. fratres ca-  
 ptiuat. 758. in Ostrogo-  
 thiam fugit. 759. dolus e-  
 ius & crudelitas in agri-  
 colas. ibidem. fugit in  
 Daniam. 761. moritur.  
 ibid.  
 S. Birgitta uidua. 763  
 bisiana apud Ostrogothos  
 familia. 816  
 Blanca Gallica, uxor Ma-  
 gni Smeech. 771  
 blanca de sceleribus mari-  
 ti apud Archiepiscopum  
 conqueritur. 773  
 blanca Schoningiam Da-  
 nis prodidit. 774  
 blechingia. 9  
 bleda Hunnorum Rex.  
 353.  
 bleda occiditur. 354  
 bleixes Deus. 44  
 Mm 3

**B**ochis Gothorum præfe-  
 ctus. 464  
**boluefius.** 270  
**bonifacius** Vandalos in A-  
 fricam uocat. 578  
**bono** Episcopus Vexionē-  
 sis moritur. 762  
**borcharus** Schoningiæ fa-  
 trapa. 293  
**Boroista** 21. Gothorū Rex  
 externus. 145  
**boroista** formidabilis erat  
 Romanis. 147  
**boroiste & Syllæ** collatio.  
 145  
**bofund.** 752  
**bothnia** duplex. 10  
**botuildus** 30. Gothorum  
 Sueonūq; Rex internus.  
 119  
**botuildus** tyrannus & per-  
 nicius Regni. 120  
**botuildus** fugit in Curlan-  
 diam. 123  
**botuildus** reuersus in re-  
 gnum moritur. ibid.  
**bovis** Rutenorum Rex. 111  
**boxus** Anthoarum Rex.  
 263  
**boxus** cum suis suspendi-  
 tur. ibid.  
**Bratemundus** 101. Gotho-  
 rum Sueonūq; Rex in-  
 ternus. 629  
**bratemundus** à fratre occi-  
 sus. ibid.  
**brauellini** campi. 7.357  
**brauellina** pugna. ibid.

brauichia. 1  
**brenus** Gallus. 570  
**broderus** Suenfon. 829  
**bruncho** cum socijs capti-  
 uatur. 760  
**brundusium** à Græcis oc-  
 cupatur. 510  
**brundusini** publicæ fidei  
 uiolatores. 550  
**S. Brynolphus** Episcopus  
 Scauensis. 738.769  
**Buggo** Rex Finlandiæ.  
 763  
**Buillas** Ildouadi occisor.  
 486  
**bulgari** uicti. 374  
**Byzantini** Dij. 40.

## C

**C**achinnia. 8  
**Cæsaraugustana** ci-  
 uitas. 593  
**Caius Caligula** Impera-  
 tor. 228  
**Calestris**, siue Minuthya  
 Amazonum Regina. 71.  
**Calestre** extincta nomen  
 Amazonū pariter est de-  
 letum. ibid.  
**callisthenes** philosophus.  
 141  
**calmarnia** Australis Go-  
 thiæ ciuitas. 5.37  
**canis** præficitur Noruegia  
 nis in Regem. 283  
**cannabas** 28. Gothorū rex  
 externus. 246  
**cannabas** in prælio occu-  
 buit. 248  
 canof

eannæ uicus, Romano-  
 rum strage memorabilis.  
 511  
**cantabri.** 616  
**canutus** Daniæ Rex. 649.  
 658. exercitus eius. 662.  
 astutia eius. 664. S. O-  
 laum per insidias occi-  
 di fecit. 666. bellum mo-  
 uit contra Amundum.  
 668  
**S. Canutus** Rex Danorū.  
 677. sanctitas eius. 678.  
 pietas eius. 679. occidi-  
 tur. ibid.  
**canutus** 126. Gothorum  
 Sueonūq; Rex inter-  
 nus. 702. paternæ necis  
 uindex. 703. bellum mo-  
 uet in Danos. ibid. pœ-  
 nitentia eius & pia ope-  
 ra. 705. mors eius & sepul-  
 tura. ibid.  
**canutus** Folchungus. 712.  
 regnum occupat. 713. oc-  
 ciditur. ibid.  
**canutus** Pose. 760  
**canutus** Episcopus Linco-  
 pensis. 814  
**cappadocia** per Gothos  
 occupata. 64  
**carelia.** 12  
**caroli** à Suecis superati  
 Christiani fiunt. 743  
**carelorum** regio. ibid.  
**carmenta** Latinarum lite-  
 rarum inuentrix. 30  
**carolus** 10. Gothorum rex

internus. 46  
**carolus** 31. Gothorū  
 Rex internus. 152. fuit  
 liberalis & benignus. 153.  
 hospitalitatis leges Go-  
 this præscripsit. ibidem.  
**Tordonem** Noruegia-  
 num fatrapam occidit.  
 154  
**carolus** 46. Gothorū Rex  
 internus. 216. occiditur.  
 218.  
**carolus** 93. Gothorū Sueo-  
 nūmque Rex internus.  
 350  
**carolus** 94. Gothorum  
 Sueonūq; Rex internus.  
 ibid.  
**caroli** Magnus. 587  
**caroli** Magni insignis pie-  
 tas. 625  
**carolus** 104. Gothorum  
 Sueonūq; Rex inter-  
 nus. 633  
**carolus** bellū mouet in Re-  
 gnerum Danum. ibidem.  
 à Regnero superatur.  
 634  
**carolus** 125. Gothorū Sue-  
 onūq; Rex internus.  
 699.  
**carolus** Sueones à Danis  
 liberat. ibid. diuinarū &  
 humanarum legum ob-  
 seruantissimus. 700. cæ-  
 des eius & sepultura. 702  
**carolus** dux Folchungo-  
 rum. 719. in exilium iuit,

I N D E X.

& pro fide Christi occiditur. *ibid.*  
**Carolus** Canuti. 824. u-  
 triusq; regni princeps &  
 gubernator. 826. astutia  
 eius. 827. pro Rege Erico  
 intercedit. 829. Erici in-  
 sidias euasit. 831. in Chri-  
 stophorum cōsentit. 835.  
 uaticinio pueri Rex præ-  
 nuntiatur. *ibid.* oratio  
 eius pro Repub. 836. ma-  
 gna eius in patriam me-  
 rita. *ibid.* regno dignior  
 est, quàm Christophorus  
 837. Gothorū Sueonūq;  
 Rex creatur. 842. corona  
 tur. *ibid.* Gotlandiam im-  
 pugnat. *ibid.* Noruegiæ  
 Rex constituitur. 847.  
 formidabilem exercitum  
 educit, & Daniam in so-  
 litudinem redigit. 849.  
 nauali prælio Danos ex-  
 pugnat. 850. ob præfe-  
 storum auaritiā in pub-  
 licum odium incidit. *ibi.*  
 ab Archiepiscopo Vpsa-  
 lensi obsidetur. 851. à suis  
 præfectis deseritur. *ibid.*  
 fugam parat ad Regem  
 Poloniæ. *ibid.* ad Geda-  
 num Prusiæ emporium  
 nauigat. 852. ab exilio ad  
 regnum reuocatur. 854.  
 855. studium eius in agri-  
 culturam & publicū bo-  
 num. 855. Stenonem ne-

potem instruit. 856. mori-  
 tur. *ibid.*  
 castinus Cōsul Romanus,  
 572  
 castrum S. Angeli Ro-  
 mæ. 440  
 cathalani industriosi. 596  
 cathalanici campi. 7. 357.  
 581  
 cathalanica pugna. *ibid.*  
 cathanensis ciuitas à Boli-  
 sario capta. 406  
 S. Catharina Abbatissa in  
 Vastenēsi monasterio. 11  
 catillus Episcopus Linco-  
 penis. 854  
 catilli de Danis insignis ui-  
 ctoria. 855  
 Centumcellæ. 530  
 ceruiugales. 344  
 cethegus Romanus. 504  
 Chalcedon urbs destrui-  
 tur. 243  
 cham præficitur Aegypto  
 & Africæ. 26  
 christiernus Nicolai. 828.  
 838  
 christiernus primus, Da-  
 niæ Rex. 847. Sueones  
 subito inuadit. *ibid.* com-  
 mitia Vilfraci celebrat.  
 849. Vestrogothiam in-  
 uadit, & Lodosiam oc-  
 cupat. *ibidem.* à Nicolao  
 Kouing repulsus in Da-  
 niam fugit. *ibid.* Suetiæ  
 Rex coronatur. 853. in-  
 gratitudo eius in suos be-

I N D E X.

nefactores. *ibid.* thesau-  
 rum Caroli Regis occu-  
 pat. *ibid.* contra Stenonē  
 præualidum exercitū e-  
 ducit. 857. à Stenone uin-  
 citur. *ibid.* Germaniæ  
 principes cōtra Sueones  
 sollicitat. 858  
 christiernus secundus, Da-  
 niæ Rex. 869. Vestrogo-  
 thiam impugnat. *ibid.* ab  
 Ostrogorthis repellitur.  
 870. Suetiam ambit. 904.  
 ad regnū Suetiæ assumit-  
 ur. 906. proceres regni  
 & prælatos occidit. *ibid.*  
 uno mense regnat in Sue-  
 tia. *ibid.*  
 christina S. Erici coniunx.  
 680.  
 christina Daniæ Regina.  
 865  
 christi natiuitas 171. 194  
 christi honor regno mun-  
 dano posthabitus. 595  
 christiano homini non in-  
 utile paganæ superstitio-  
 nis studia considerare. 35  
 christophorus Bauarus  
 138. Gothorum Sueonūq;  
 Rex internus. 832  
 christophorus Danorum  
 dubiam fidem expertus;  
*ibid.*  
 christophorus Danici re-  
 gni tenuitatem contēnit.  
*ibid.*  
 christophorus coronatur.  
 838  
 christophorus septuagin-  
 ta equites auratos creat.  
*ibid.*  
 christophorus Carolū de-  
 ferit. *ibid.*  
 christophorus Sueonum o-  
 dium detestatur. 840  
 christophorus Vandalicis  
 ciuitatibus bellum mina-  
 tur. *ibid.*  
 christophorus naufragiū  
 passus. 841  
 christophori laus. 833  
 christophori cancellaria.  
 839  
 christophori mors. 842  
 Cimbrica Chersonesus. 5  
 cimeria præcipua fedes  
 Gothorum. 150  
 cimerij. 58  
 cindasuindus 80. Gotho-  
 rum Rex externus. 608  
 cindasuindi pietas. *ibid.*  
 cindasuindi regnum paci-  
 ficum. 809  
 cindasuindi mors. *ibid.*  
 cinna 27. Gothorum Rex  
 externus. 238  
 cintila 76. Gothorum Rex  
 externus. 604. Romanos  
 & Vascones deuicit. 605.  
 moritur. *ibid.*  
 cintila 78. Gothorum rex  
 externus. 606. duo cōci-  
 lia Toleti celebrari fecit.  
*ibid.* moritur. 607  
 Clarianus dux Romanus  
 M m 5

I N D E X.

366  
 chasso Longobardorū rex.  
 318  
 claudius Imperator. 244  
 claudij Imp. ad Aurelianū  
 epistola. 246  
 clemens 3. Papa. 706  
 clodoueus Francorū rex.  
 384  
 clodoueus Hispanias late  
 populatur. 589  
 clodoueus Alaricū Hispa-  
 niarum regem superat.  
 ibid.  
 clodoueus Arrianos perse-  
 quitur. 590. 591  
 clodoueus equum S. Mar-  
 tino uouit. ibid.  
 clodoueus S. Petro basilicam  
 ex uoto Parisijs ædifi-  
 ficauit. 591  
 clodouei uictoria contra  
 Vestrogothos & Aluer-  
 nos. ibid.  
 Cœlestes cāpi in Neritia.  
 629  
 cœlosyria. 29  
 Collerus Rex Noruegiæ.  
 114  
 Colo episcopus Lincopen-  
 sis. 719  
 cologerius Græcorū præ-  
 fectus. 527  
 comitia Strengenensia. 725  
 comitia in Holmia. 780  
 comitia Vismariana. 783  
 comitia Vastnenensia. 814  
 comitia in Sicuna. 820

comitia Arbogensia. 823.  
 835. 848  
 comitia in Calmarnia. 830.  
 833. 848  
 comitia Halmstadenia.  
 848  
 comitia in Vilsnaco. 849  
 commositus Gothorum  
 Rex & Pontifex. 148  
 commositi & Augusti Cz-  
 saris affinitas. 149  
 cōcilium 72. Episcoporum.  
 600  
 concilium Toletanū quar-  
 tum. 606  
 concilium Toletanum se-  
 ptimum. 608  
 concilium Toletanum de-  
 cimumseptimum. 611  
 concilium Aquisgranū cē-  
 lebratum. 617  
 concilium Anglorum pro  
 conuertenda Suetia. 649  
 concilium Scheningense.  
 715  
 concilium Arbogensie.  
 762  
 concilia Toletana duo,  
 quintum & sextum. 606  
 cōcilia Toletana tria. 610.  
 612. 613  
 cōcordia inter Reges Sue-  
 tiæ & Daniæ. 730  
 cono Anconæ præfectus.  
 464  
 conon Iustiniani legatus.  
 524  
 conon interfectus. 535  
 consciencia

I N D E X.

consciencia mala graue tor-  
 mentum. 813  
 consilium malum consulto-  
 ripesimum. 392  
 consilium necessitati ap-  
 ptandum. 510  
 consilij in bellis suprema  
 uis. 546  
 consilia perniciofa. 562  
 consiliarij boni, 322.  
 332  
 consiliarij mali. ibid.  
 consiliarij tyrannorū. 688.  
 771. 809  
 constantianus Græcorum  
 præfectus. 445  
 constantinopolis. 253  
 constantinus Magnus Im-  
 perator. 252  
 constantinus quidam Bel-  
 lisarium faucians occidi-  
 tur. 459  
 constātius Claudij nepos.  
 251  
 constantius Comes. 575.  
 conuentus Regum Suetiæ  
 & Daniæ. 735  
 cosroës Perfarum Rex.  
 460  
 corillus 23. Gothorum rex  
 externus, 149  
 Cræsus Lydorum Rex.  
 126  
 crudelitas maxima. 758  
 Cumæ à Narfete obsessæ.  
 550  
 cungella oppidum. 751  
 curretum subactio. 196.  
 326. 350. 642  
 cufonum familia. 816  
 Cyrus Perfarum rex bel-  
 lum parat in Gothos.  
 124  
 cyrus Thamyrim Regi-  
 nam in coniugem postu-  
 lat. ibid.  
 cyrus ad Araxim exercitū  
 educit. 125  
 cyrus cum omnibus co-  
 pijs extinctus. 128  
 cyri strategema. 127  
 cyri exercitus contra Tha-  
 myrim, 128

D

Dacia duæ, 250  
 dæmonum auxiliū  
 fallax. 87  
 dagerus Sueonū rex. 292.  
 bellum in Rutenos mo-  
 uit. 293  
 dagerus Ringonis Norue-  
 gianus. 665  
 dagobertus Francorū rex.  
 605  
 dalia. 8  
 dalacarli ad libertatem a-  
 spirant. 807  
 dalacalorum terræ. 11  
 dalacalorum asperitas. i-  
 bid.  
 dalacalorum egressio cō-  
 tra Danos. 812  
 dalacalorum egressio fe-  
 cunda. 813

I N D E X.

dania à Dan Rege nomen  
 obtinet. 78  
 dania paruulæ telluris an-  
 gustia. 191  
 dania ob bellorum calami-  
 tatem desolata. 330  
 dania ad Christum conuer-  
 sa. 628.646  
 danicæ subactio. 99.290.  
 294.310.315.326.334.  
 danicæ regnum subiectum  
 sub tributo. 164  
 danicæ regnum exiguum.  
 327  
 danicæ reges à fera Suetica  
 geniti. 661  
 danica regina uiua defodi-  
 tur. 300  
 danica Regina impudica.  
 302  
 danica astutia. 604.647.831  
 danica factio Suecis peri-  
 culosa. 703  
 danica consilia. 733  
 danica crudelitas in Sue-  
 cos & Teutones. 808  
 danica persuasio. 834  
 danicæ insulæ quando cœ-  
 perunt inhabitari 32  
 danicæ factionis homines  
 in Suetia perniciosi. 902  
 danicarum mulierum uio-  
 latio. 331  
 danicas mulieres Sueticæ  
 Regibus magno patriæ  
 malo nupsisse. 302  
 danicū strategema in Sueo-  
 nes. 633

danus Humeli, filius pri-  
 mus Danorum Rex. 33.78  
 danus Frothonis filius Da-  
 norum rex. 161. implorat  
 auxiliū à Gotharo. ibid.  
 bellum mouet in Adul-  
 phum. 162. uincitur ab A-  
 dulpho. 163  
 dani à Gothis perpetua ho-  
 stilitate persequuntur. 7  
 dani sui regni fines trans-  
 gressi. 9  
 dani in Gothos expeditio-  
 nem parant. 78  
 dani seipso mutuo occi-  
 sos comedunt. 90  
 dani rebelles. 100.111  
 dani à Suecis subiugantur.  
 106.111  
 dani frangunt fidem. 109  
 dani semiuiri. 119  
 dani prefectos classis Bot-  
 uildi interimunt. 121  
 dani ab Adulpho uicti. 163  
 dani parant defectionem à  
 Gothis. 169  
 dani minus ueraces in tra-  
 dendis suis historijs. 188  
 dani in diuersa uota con-  
 fluunt. 200  
 dani ultro se dedunt Engi-  
 no. 267  
 dani fugantur. 300  
 dani à Suecis bello nauali  
 superantur. 301  
 dani à Suecis pacem pe-  
 tunt. 302  
 dani in legatos se uiuunt. 311  
 dani

I N D E X.

dani-obsequio insidias oc-  
 cultant. 329  
 dani proscripti & uenditi.  
 332.  
 dani ad amissam libertatē  
 aspirant. 333  
 dani pœnitentiā agunt de  
 cæde S. Canuti. 679  
 dani à Gothis uincuntur.  
 761  
 dani Suecorum & Gotho-  
 rum ofores. 796  
 dani docent Margaretam  
 uerba Suecis dare. 800  
 dani à præsidio Holmensi  
 detecti. 824  
 dani ob tenuitatem sui re-  
 gni uicinis regnis insidi-  
 antur. 830  
 dani ab Erico Pomerano  
 deficiunt. 830.831  
 dani Christophorum Ba-  
 uarum mirè laudant. 833  
 dani Carolum Canuti pro  
 Christophoro inclinant.  
 834  
 dani arbitri constituuntur  
 inter seipso & Sueones.  
 835  
 dani suis rebus timēt. 844  
 dani contra ueritatē Got-  
 landiam sibi attinere affir-  
 mant. ibid.  
 dani Ericum Pomeranum  
 obsidione liberant. 845  
 dani ad inducias confu-  
 giunt. 847  
 dani à Sueconibus trucidā-  
 tur. ibid.  
 dani è Vestrogothia expel-  
 luntur. 850  
 dani è Suetia expelluntur.  
 854  
 dani inducias uiolant. 868  
 dani apud Sueones publi-  
 co odio laborant. 905  
 danorum exercitum Nor-  
 uegiani astu eneruat. 170  
 danorum maxima barba-  
 ries. 178  
 danorum subactio. 303  
 danorum dolus in suum re-  
 gem. 304  
 danorum profugi repellen-  
 di. 312  
 danorum legati ignomini-  
 osa morte consumuntur.  
 327  
 danorum submersio. 663  
 danorū domestica discor-  
 dia. 677  
 danorū auxilia Suecis quā-  
 do sint parata. 697  
 danorum cædes circa ec-  
 clesiā Denemarchā. 699  
 danorum ambitio. 701  
 danorum suggillatio. 794  
 danorum & Suecorum di-  
 uersa studia. 807  
 danorum astutia & artes.  
 ibid.  
 danorum temeritas. 832  
 danorum legati pro Chri-  
 stophoro eligendo. 833  
 danis uel Dacis falso Go-  
 thorum nomen imponi.

I N D E X.

var. 20  
**Janis** canis assignatur in regem. 104  
**Janis** & Suecis innatū mutuum & inextinguibile odium. 165  
**Janubius** congelatus. 365  
**Jarius** Anthoni regis filiā in matrimonium postulavit. 30  
**Jarius** octingēta millia uirorum periculo exposuit propter suā libidinē. ibid.  
**Jarius** exposcit dona à Gothis in signum subiectionis. 131  
**Jarius** fugit. 134  
**Jarij** exercitus ad Istrum cæditur. 133  
**Jario** ridicula munera Gothi offerunt. 132  
**Jario** oblatorum à Gothis munerum interpretatio. ibid. & 133.  
**Jatinus** Herulorū rex. 340.  
**Jatinus** Mediolanensis Antistes. 450. 458  
**Jatinus** ad Iustinianum legatus. 468  
**Jaxon** Russorū Princeps. 638  
**Jaxonis** dolus & uictoria. ibid.  
**Decibalus** 25. Gothorum rex externus. 229  
**Decius** dux Romani exercitus in Gothos. 235  
**Decius** sit Imperator. 238  
**Decius** uincit Gothos. ibid.  
**Decius** obstinatus recusat cōditiones Gothorū. 239  
**Decius** cum filio occubuit. 240  
**Decij** ara. 241  
**Deciorum** mors grata Romanis. 240  
**Demetrius** Græcus opem Neapolitanis allaturus Romam diuertit. 498  
**Demetrius** Neapolitanis deditioem suadet. 497  
**Denemarcha** ecclesia, locus Danorum strage memorabilis. 699  
**deus** innocētium mortem grauitur uindicat. 794  
**deum** negligens, negligitur ab ipso. 35  
**Dij** Gothorum. 36. 37. 38. 39. 40  
**dij** Byzantini. 40  
**dianæ** templum. 324  
**dianæ** Ephesinæ templum combustum. 66. 243  
**diceneus** Philosophus. 149  
**diceneus** benignē susceptus & honoratus à Borostia Gothorum rege. 140  
**dicener** auctoritas. ibid.  
**dicenei** instituta in gente Gothica. ibid.  
**dies** Iouis Thoro deo facer. 37  
**dies** Mercurij Othino deo facer. ibid.  
**dies** Veneris Friggæ deo facer.

I N D E X.

**facer.** 38  
**dignerus** Sueonū rex. 290.  
**diocletianus** Imp. 251  
**diogenes** Iustiniani legatus. 528  
**diogenes** Cētumcellarum urbis præfectus. 533  
**diogenis** periculum. 534  
**dionisij** Syracusani exercitus. 130  
**dionysij** Syracusani & Grimmeri regis collatio. 155  
**discordia** perpetua inter Gothos & Danos. 809  
**disimulatio** periculosa. 392  
**diuinitas** pretio empta. 41  
**Domalder** 63. Gothorum rex internus. 287  
**domalder** tyrannus. ibid.  
**domalder** immolatur Cæleri. 288  
**domarus** 64. Gothorū rex internus. ibid.  
**domarus** regno Gothorū cedit. 292  
**domestica** discordia perniciofa. 99  
**domestica** inter Sueones discordia. 863  
**domesticum** bellum inter Albertum Magnopolsensem & Sueones. 786  
**dominica** Valentis Imperatoris uxor. 559  
**domitianus** Imperator. 228  
**domitianus** formidabat Gothorū aduētum. ibid.  
**domitianus** ad tributa Gothis pendenda fuit coactus. 229  
**dortona** urbs. 470  
**dorpaneus** 24. Gothorum rex externus. 228  
**Dromgethes** 19. Gothorū rex externus. 140  
**drōgethes** rex Lyfismachū captum alloquitur. 142  
**dromgethis** clementia erga Lyfismachum. ibid.  
**dromones.** 376. 512  
**drotha** filia Regnaldi regis. 282  
**Duellum** inter Attilum & Frouinum. 116  
**duellum** inter Alaricum & Ericum. 174  
**duelli** lex. 83. 160  

E

**E** Bbo pirata occiditur. 225  
**E** bbo legatus Sueticus. 313  
**ebbo** Danicus. 707  
**ebrietas.** 321  
**Ecclesiæ** iniurias uindicat Deus. 320  
**ecclesiæ** Suecanæ ruina fecit regni ruinā trahit. 865  
**ecclesiastica** libertas. 393  
**ecclesijs** Rauennæ Antistes. 387  
**Egillus** cognomēto Védilkraaca, 73. Gothorū Sueonumq; rex internus. 321



I N D E X.

ogillus à tauro occisus. 313  
 egita 84. Gothorum Rex  
 externus. 613  
 egita pessimus tyrannus.  
 ibid.  
 egita supplicem se episco-  
 pis commendat. ibid.  
 Einingia. 5  
 Elandia. 9.836  
 elephantum statua. 397  
 Embrinus Theodati ge-  
 ner. 413  
 emerita Lusitaniæ Metro-  
 polis 576  
 emigrationis Gothorum  
 duæ causæ. 48  
 Enarus Musca gubernator  
 Noruegiæ. 848  
 engilbertus Dalacarlus pu-  
 blicæ libertatis assertor.  
 810  
 engilbertus de tyrannide  
 Iussionis quæritur. ibid.  
 engilbertus in Daniam ad  
 Ericum properat. 812  
 engilbertus à Dalacarlis  
 princeps eligitur. ibid.  
 engilbertus Senatores cõ-  
 tra tyrannos excitat. 813  
 engilbertus triginta arces  
 paucis diebus expugna-  
 uit. 814  
 engilbertus in perorando  
 uehemens. 815  
 engilbertus causam patriæ  
 ad iustos iudices limitat.  
 819  
 engilbertus denuò Prin-

ceps regni eligitur. 820  
 engilbertus Arbogij comi-  
 tia celebrat. 823  
 engilbertus Stocholmiam  
 à Danorum tyrannideli-  
 berat. 824  
 engilbertus libertatis ue-  
 xillum in Holmia collo-  
 cat. ibid.  
 engilbertus iterum patriã  
 liberat. 825  
 engilbertus patriæ pater  
 indignè occiditur. 826  
 engilberti oratio prima.  
 814  
 engilberti oratio secunda.  
 ibid.  
 engilberti in Senatores re-  
 gni comminatio. 815  
 engilberti laudes immor-  
 tales. 817  
 engilberti exercitus. ibid.  
 engilberti ad Ericum hu-  
 mana responsio. 818  
 Ephesus urbs ab Amazoni-  
 bus condita. 66  
 epidamnus oppidum. 412  
 epidaurus oppidum. ibid.  
 epiphanius episcopus Tici-  
 nensis. 377  
 episcopales cerimoniar. 651  
 episcoporum grauis pe-  
 nitentia ob crimen alie-  
 num. 828  
 eposedium Pedemonta-  
 num. 549  
 Equi fame consumuntur.  
 548

Erecti

I N D E X.

Erecti campi in Neritia.  
 629  
 erengisus Plata Suecus.  
 735  
 ericus 6. Gothorum rex in-  
 ternus. 32  
 ericus 37. Gothorum Sue-  
 onũq; rex internus. 166.  
 Estones Curetesq; in de-  
 ditionem accepit. ibid. in-  
 fidiatores in furcam egit.  
 ibid. moriès apud Vestro-  
 gothos sepelitur. 168  
 ericus Disertus, 40. Go-  
 thorum Sueonumq; Rex  
 internus. 176. dux exerci-  
 tus Noruegiani. 174. duel-  
 lum inuit cum Alarico. 175.  
 uulneratus ab Alarico cu-  
 ratur. ibid. Sueonibus à  
 Gestillo præficitur. 176.  
 bellicæ classis dux con-  
 tra Frothonem Danum.  
 177. meruit cognomè Di-  
 ferti. ibid. cù Rollero ad  
 colloquiũ Frothonis uo-  
 catur. 178. cum Frothone  
 certat de eloquentiæ pal-  
 ma. 179. à Grepo ad certa-  
 mē prouocatur. 180. Gre-  
 pos omnes extinxit. ibid.  
 declinat machinationes  
 Frothonis. 181. restituit  
 Frothonè regno. ibi. eius  
 præclara facinora Frotho  
 recognoscit. 182. consilio  
 eius Frotho utitur. 183.  
 Gunuara Frothois soror

ei in matrimoniũ datur.  
 182. recta & sana consilia  
 Frothoni impartitur. 184.  
 Gethari infidias euasit.  
 185. Sclauos opprimit. ib.  
 eius opera Frotho Hun-  
 nos superauit. 187. opem  
 fert Rollero contra Nor-  
 uegianos. 189. triginta-  
 octo annos pacificè regna-  
 uit. 194  
 ericus Siuardi filius, Sueo-  
 num rex. 218. persequitur  
 Haldanũ. 219. oppugnat  
 Haraldum & Daniæ reg-  
 num. 220. Danos subegit.  
 ibid.  
 ericus 96. Gothorũ Sueo-  
 numq; rex internus. 350  
 ericus cognomento Im-  
 pius, Daniæ rex, à S. Anf-  
 gario ad Christum con-  
 uersus. 628  
 ericus à uetoso pileo nomi-  
 natus. 109. Gothorũ Sue-  
 onumq; Rex internus.  
 640. magicæ artis peri-  
 tus. ibid.  
 ericus Victoriosus. 110. Go-  
 thorum Sueonumq; Rex  
 internus. 641. Liuones, E-  
 stones, Curetes, Pruffos  
 uicit. 642. imperio cõfæ-  
 deratus. ibid. Suenonem  
 Danum uicit. 643. princi-  
 patus eius amplissimus.  
 ibid.  
 ericus Aorsel, sive Sten-  
 Nn

chillus, in. Gothorū Sueo-  
nūq; rex internus. 643.  
fit Christianus. ibid. ab  
Archiepiscopo Bremensi  
petit prædicatores. 644.  
pro fide Christi persecu-  
tionem passus occubuit.  
645  
ericus Impius Danorū rex.  
646  
S. Ericus Suetiæ rex. 691. In  
gonis regis filiam in con-  
iugem duxit. ibid. innocē-  
tiæ tutor fuit. 692. auari-  
tiā summopere detestaba-  
tur. 693. leges eius opti-  
mæ. ibid. Finlandos Chri-  
stianæ fidei subiecit. 694.  
in clerum & ecclesiā ma-  
gnificentissimus. 695. uir-  
ta eius eximijis uirtutibus  
plena. 696. occiditur. 698  
ericus 128. Gothorū Sueo-  
nūq; rex internus. 708.  
eius pietas. ibid. tempora  
eius felicissima. ibid. eius  
clementia. 709. Valde-  
mari Danici regis filiam con-  
iugem habuit. ibid. mors  
eius. 710  
ericus Balbus 130. Gotho-  
rum Sueonūq; Rex in-  
ternus. 712. uirtutes eius  
maximæ. ibid. à regno  
fugatur. 713. uictoria re-  
num recuperauit. ibid.  
bellum parat in Taus-  
stiam. 714. mors eius. 715.

ericus dux Birgeri Regi  
frater. 747.  
ericus Danorum rex. 751  
ericus filius Magni Sme-  
ech, Gothorum Sueo-  
nūq; rex. 774  
ericus Pomeranus, 137. Go-  
thorum Sueonūq; Rex  
internus. 802. coronatur  
ab Hérico archiepiscopo  
Upsalenti. 803. iuramenta  
eius in sua coronatione.  
ibid. à Christianis morib.  
alienus. 804. cleri perse-  
cutor. ibi. post oppressum  
clerū militiā opprimendā  
aggreditur. 805. horrēda  
eius barbaries in nobiles.  
ibid. bellum in ciuitates  
Vandalicas promouet.  
806. Danorum cōsilio fit  
tyrānus. 807. Engilberto  
uerba dedit. 811. pertina-  
cia eius in tyrannide. 813.  
pœnitētia eius. 818. bellū  
parat in Sueones. ibi. ex-  
ercitus eius naufragio pe-  
rit. ibid. exoptulat cum  
Engilberto. ibid. obside-  
tur. ibid. ad Holmiam ue-  
nit. 821. ingratitude eius  
erga Suecos. 822. iuramē-  
tum seruare recusat. ibid.  
negat regiam maiestatem  
iuramentis obligari. 829.  
stulta eius legatio. 831. Da-  
ni ab eo deficiunt. ibid.  
desperato ad regna redi-  
tu.

eu, Gotlandiam occupat.  
832. obsidet à Carolo. 843.  
Danorū opem implorat.  
844. Danorum auxilio ab  
obsidione liberatur. 845.  
in Pomeraniam reuersus  
moritur. ibid.  
ericus Nielson Iutho. 823.  
arcis Stocholmensis præ-  
fectus. 824  
ericus Puke. 824. æmulus  
Caroli Canuti. 827. mo-  
destus. ibid. ob bonam fi-  
dem suam perijt. ibid. ca-  
ptiuatur & decollatur.  
828.  
ericus Trolle Suetiæ prin-  
ceps designatur. 902  
ericus Trolle à Stenone ca-  
ptiuus detinetur. 903  
Estones à Lindormo uicti.  
169  
estones superantur. 196  
estones ab Erico Victorio-  
fo uicti. 642  
estonum gens. 257  
estrita Canuti regis soror.  
660  
S. Eugenius archiepisco-  
pus Toletanus. 606. 608  
S. Eugenij mors. 610  
eugenius 49. Gothorum &  
Sueonū rex internus. 266  
eugenius occubuit. 268  
ericus 60. Gothorū rex  
externus. 586  
ericus Anthemium Impe-  
ratorē superauit. 587

eurici optima consilia. 585  
eurici mors. ibid.  
eurigius 83. Gothorū Rex  
externus. 612  
eurigius moritur. ibid.  
euriphilus 14. Gothorum  
rex externus. 76  
euriphilus ad bellum Tro-  
ianum accessit & occidi-  
tur. ibid.  
eutyciana hæresis. 399.  
448  
Exercitus innumerabilis.  
307  
exilij tutius est omni exle-  
ge patria. 798  
externi non præficiendi in  
colis. 731  
externorum ciuium ingra-  
tutudo. 790

## F

F Agas Græcus Arimi-  
num obsidet. 548  
faloniam. 8  
fames ingens inter Danos.  
90  
fames in Gothia & Suetia.  
288. 316  
fames horrenda. 450  
fames Mediolani. 467  
fames Romæ. 504  
fames Placentina. 506  
fames Romæ inaudita &  
horrenda. 509  
fames intolerabilis inter  
Gothos. 557  
fames in Hispania. 612  
fames in Dania. 679

I N D E X.

familiaritas parit contemptum. 283  
 fastida Rex Gepidarum. 237  
 fasto 75. Gothorum Sueonumq; rex internus. 321  
 fatale responsum. 80  
 Ferungia 11  
 fesulæ Gothorum præfidium. 469  
 fesulæ à Græcis obsessæ. 471  
 fesulæ & Auximum Græcis deduntur. 475  
 feuda à Christophoro Bataro carissimè empta. 839  
 feugo tyrannus. 114  
 Fides erga Principem commendanda. 422  
 finlandia. 5  
 finlandia duplex. 12  
 finlandia in plures principatus diuiditur. 13  
 finlandi Christianæ fidei subijciuntur. 694  
 firmum ciuitas in agro Piceno. 502  
 firmum à Totila expugnatum. 503  
 finmarchorum gens insuperabilis, & incantationibus dedita. 192  
 finningia. 5  
 finningiæ descriptio. 12  
 finni indignissimè trāsportantur & uenduntur. 721  
 Flaminia porta Romæ. 435  
 fsiolmus, aliàs Siolmus, 59.  
 Gothorum Rex internus. 283  
 fsiolmi fatum ridiculū. 284  
 Fœderis non seruati pena. 274  
 fœminæ Gothorum bellicosæ. 55-96  
 fœminæ Gothorum non torpent otio. 276  
 fœminæ Noruegiane armatæ pugnant. 630  
 fœminarū insignis fortitudo militaris. ibid.  
 Polandiæ tres. 11  
 folcho Archiepiscopus Vpsalensis. 734  
 folcho Algothi raptor uirginis. 740  
 folchungi ab auita probitate degeneres. 718  
 folchungi cōtra Birgerum ducem. ibid.  
 folchungi alienigenas criminantur. 738  
 folchūgi Ingemarum Danum increpāt & occidūt. ibid.  
 folchungi occiduntur. 734  
 folchungorum familia. 712  
 fons Urbini repentè exaruit. 467  
 fortunæ uicissitudo. 390  
 Franci uicti à Gothis. 386  
 franci Gothorum hostes. 426  
 franci à Procopio suggillantur. 473  
 franci Toletum occupant. 592.

franco

I N D E X.

francorum & Ostrogothorum bellum. 386  
 francorū regum belli apparatus in Gothos. 394  
 francorum legati ad Vitiagem. 476  
 frācorum ducum defectio à Gothis. 549  
 francorum 30. millia ab Ostrogothis occisa. 589  
 francorum regum domestica seditio. 595  
 francorum 40. millia à Recaredo occisa. 600  
 fraterna discordia. 629  
 fratrum odium inextinguibile. 725  
 fratres quindecim Noruegiani uexāt Sueones. 199.  
 opprimuntur ab Haldano. ibid.  
 fratrum duorum singulare certamen. 295  
 fridigernus 48. Gothorum rex externus. 557  
 fridleuus Celer Danorum rex. 169  
 fridleuus Frothonis filius. 198. Hiarnonem Danum bis uicit. 200  
 friggæ & Othinus Dij æstimabantur. 37  
 friggæ Deæ simulachrum quale. 38  
 friggæ colus & fufus. 82  
 frigus ingens. 762  
 frigora horrenda. 690  
 frifones cum Fridleuo. 169  
 fro Deorum Satrapa in Deorum numerum relatus. 39  
 frochinnia. 8  
 frogertus Noruegiæ Rex pro Gotharo pugnās, inhonestè occiditur. 160  
 frogertha filia regis Noruegiæ Frothoni nubit. 200  
 frotho frater Thorildæ molitus bellum in Suetiam à Regnero captus est. 97.  
 ingratus fuit esga Regnerum. ibid. extinctus est. ibid.  
 frotho Vegetus Danorum rex Frogertum inhonestè occidit. 160. à Gotharo superatus extinguitur. ibid.  
 frotho Danorum rex barbaris moribus erat. 179.  
 cum Erico certat de eloquentiæ palma. ibid. in fidiōse intentat necem Erico. 180. classis eius submergitur, & ipse in fluctibus periclitatur. 181.  
 ab Erico & Rollero restituitur regno. ibid. fit melior. 182. Erici præclara metita recognoscit. ibid. Erici consilio utitur. 183. leges æquissimas de cōsilio Erici tulit. 186.  
 Hunnos Erici opera superauit. 187

Na 3

I N D E X

frotho Olavi Danorum re-  
gis filius. 216. interficitur.  
218  
frotho 56. Gothorum Sue-  
onumq; Rex internus.  
278. à suis in deos relatus.  
279  
frouinus Danici exercitus  
præfectus. 116  
frouinus & Attilus duellū  
ineunt. ibid.  
Fulgentius. 600  
furæ hostiæ. 39

G

**G**Adaricus cogno-  
mento Magnus. 6.  
Gothorū Rex ex-  
ternus. 53  
gadaricus Scythas supera-  
uit. 54  
galderus rex Saxonix. 109  
galerius Maximinus. 251  
galerius contra Narseum  
infeliciter pugnavit. ibid.  
galienus Imp. 242  
galiens inepitia. 244  
galla Placida Athaulphi re-  
gis uxor. 571  
galla Placida Constantio  
nubit. 576  
galliæ Romanis per Go-  
thos ademptæ. 587  
gallicia. 616  
gallus Trebonianus dux  
exercitus Deciani contra  
Gothos. 239  
galtorum familia apud Ve-  
strogthos. 52. 53

gaptus 2. Gothorum Rex  
externus. 50  
gastillus & Rollo proceres  
Vestrogthorum. 176  
gautho Vermix & Solon-  
giæ rex. 172  
gautho in bello occubuit.  
174  
Gebericus 30. Gothorum  
rex externus. 254  
gedanum Prusix empo-  
rium. 351  
gellaquift. 734  
genfericus Vandalorū rex.  
586  
gentium & prouinciarum  
nomina unde mutentur.  
255  
geographia historiæ præ-  
mittenda. 3  
gepa. 49  
gepidæ ad Valachos se trā-  
stulerunt. 51  
gepidæ inualuerunt. ibid.  
gepidæ Gothis bellum in-  
ferunt. 53  
gepidæ molestant Gothi-  
cas terras. 236  
gepidæ unde denominati.  
ibid.  
gepidæ à Gothis uincun-  
tur. 237. 261  
gepidæ à Theoderico uin-  
cuntur. 374  
gepidarum gentis origo.  
49  
gepidarum terræ longitudo.  
149

gerardus

I N D E X

gerardus Comes Holfatiæ  
captiuatur. 733  
geremūds filius Torismū  
di contulit se ad militiam  
Theoderici. 265  
german Magogi filius. 29  
germaniæ ciuitates hosti-  
lia Valdemaro Danorum  
regi denunciant. 776  
germanus Iustiniani pa-  
truelis aduersus Gothos  
dux constituitur. 530  
germanus Mathasufæ mar-  
ritus. 531  
germani mors. ibid.  
germundus 71. Gothorum  
Sueonumq; rex internus.  
303  
gerutha Roderici filia, u-  
xor Horuendilli. 114  
gefalaricus 63. Gothorum  
rex externus. 590  
gefalarici mors. ibid.  
gestillus 39. Gothorū rex  
internus. 173  
gestillus à Rollero contra  
Alaricum adiutus. 174  
gestillus Ericum Sueoni-  
bus præfecit. 176  
gestritia. 11  
getæ & Gothi eadem gēs.  
20. 28. 57  
gethar 3. Gothorum Rex  
internus. 29  
gethar 12. Gothorum Rex  
internus. 46  
getherus Rex Noruegiæ.  
176

getherus cum Lindormo.  
169  
getherus conatur Erici &  
Frothonis amicitiam di-  
rimere. 184  
getherus illudatur. ibid.  
getherus inuidet felicitati  
Erici. 186  
getricus 41. Gothorū Rex  
internus. 195  
getricus Rugianos & Po-  
meranos uicit. 196  
getrici erga Haldanum fra-  
ternus affectus. 195  
gildeburtus Francorū Rex  
contra Leonegildum. 599  
gildus Imperij dux. 561  
gilibertus Parisiorum rex.  
593  
Giutha Regina Danica, &  
eius laus. 674  
gizericus Rex Vandalorū.  
578  
Glacialis pugna. 855  
gladiatoria ars. 280  
Gobriæ interpretatio mu-  
nerum Dario à Gothis  
missorum. 133  
godingus Romanorum  
ad Iustinianum legatus.  
528  
godocus Longobardorum  
Rex. 318  
gordicus mons in Scythia.  
24  
goitagus, aliàs Ostanus,  
90. Gothorū Sueonumq;  
Rex internus. 345

Na 4

I N D E X.

gostagi incredibilis & bel-  
luina tyrannis. 346  
gostauus Archiepiscopus  
Vpſalensis. 903. cōtrouer-  
ſia eius cū Stenone. ibid.  
pertinacia eius. ibid. ob-  
feditur à Stenone. ibid.  
capitur à Stenone. ibid.  
gostauus Ericſon. 905  
gostauus 143. Gothorū Sue-  
onumq; rex internus. 907  
gotharus 34. Gothorū rex  
internus. 158. condidit le-  
ges de conſenſu populi.  
359. præfectos ſapientes  
conſtituit. ibid. bellum in  
Danos mouet. 160. Fro-  
thonem Danorum regē  
extinxit. ibid.  
gotharus 74. Gothorū Sue-  
onumq; rex internus. 313  
gothia in multos principa-  
tus diuiſa. 8  
gothia Meridionalis. 9  
gothia quo tempore Chri-  
ſtum agnouerit. 194  
gothiæ deſcriptio & ſitus.  
6  
gothiæ extenſio. 10  
gothica gens Septentri-  
onalium nationum anti-  
quiſſima. 1  
gothica & Italica milliaria  
differunt. 12  
gothica natio pagana ſu-  
perſtitione ſeducta in i-  
dolatriam labitur. 35  
gothicæ gentis origo. 18. 23

gothicæ literæ antiquiſſi-  
mæ. 31  
gothicæ mulieres uiris uir-  
tute haud inferiores. 47  
gothicæ fœminæ bellico-  
ſæ. 55. 244  
gothicæ gentis præclara  
facinora. 123. 124  
gothicæ tranſmigrationis  
epilogus. 617  
gothicarum rerum inclina-  
tio. 454. 538.  
gothicum litus uexatur à  
piratis Regnaldi filijs.  
269  
gothicum imperium per-  
humanum. 499  
gothici regni limites in  
Orafund. 767  
gothilas 17. Gothorū Sue-  
onumq; rex internus. 79.  
Eſtones, Magnopolen-  
ſes ac Curetes deuicit.  
ibid.  
gothilas 17. Gothorum rex  
externus. 137  
gothi à Ptolemæo Guthæ-  
dicti. 5  
gothi perpetui Danorum  
hoſtes. 7  
gothi ad Chriſtum conuer-  
ſi. 8  
gothi maiorum ſuorum ge-  
ſta carminibus ædiderūt.  
20  
gothi & Gethæ eadē gen-  
te. 20. 28. 57.  
gothi propter infinitū ipſo-  
rum

I N D E X.

rum numerum nouas ſe-  
des quarunt. 32  
gothi olim plures Deos  
colebant. 38  
gothi pugnabāt pro Dijs  
ſagittis, & malleis contra  
tonitrua. 44  
gothi proceſſuri ad præ-  
lium, immolabāt equos.  
45  
gothi quo tempore patriā  
exiuerunt. 49  
gothi Vlmerugiam armis  
ſubactam excolebant. 50  
gothi Vandalia partē ſub-  
iugarunt. ibid.  
gothi Martiales. 55  
gothi paludes Mœotides  
tranſeunt. 55  
gothi Scythę appellati. 57.  
63  
gothi Sexoſis regis Aegy-  
pti legatos inuadunt. 59  
gothi arma per Aſiam ex-  
tendunt. 60  
gothi capiuntur pulchritu-  
dine Aſiatici ſoli. ibid.  
gothi in uotis diſſentiunt.  
61  
gothi ſapientes. 72  
gothi crudeles Martis cul-  
tores. ibid.  
gothi Perſarum copias la-  
cerarunt. 131  
gothi Dario munera ridi-  
cula offerunt. 132  
gothi paruipendētes exer-  
citurum Darij leuorem in-  
ſequuntur. ibid.  
gothi uindictam iniurias à  
Macedonibus ſibi illatas.  
139  
gothi Philippum Macedo-  
niæ Regē domuerūt. ibi.  
gothi Lyſimachū Regem  
capiunt. 141  
gothi ſtudioſi ſapientiæ.  
143. 149  
gothi literarum ſtudioſi.  
147.  
gothi facilius ducuntur  
quàm coguntur. 159  
gothi diſſident à Sueoni-  
bus. 172. 197. 692. 788  
gothi abutuntur uictoria.  
175  
gothi prouocati per Ruf-  
fos ad arma concurrunt.  
212  
gothi ſtrategemata Rute-  
norum declinant. ibid.  
gothi Ruſſiam uaſtant. 213  
gothi uincunt Rutenos.  
ibid.  
gothi cedunt innumerabi-  
li multitudini Rutenor-  
um. 215  
gothi diſſunduntur in Li-  
tuaniā & Poloniā. ibid.  
gothi à Romanis contem-  
pti terras eis ſubiectas in-  
uadunt. 227  
gothi proſtigant Romano-  
rum exercitum. 228  
gothi traiſciunt Danubiū.  
ibid.

I N D E X.

gothi transmissio Danubio  
redeunt ad antiquas fe-  
des. 230  
gothi cum Romanis paci-  
scuntur. 234  
gothi cadūt Gepidas. 237  
gothi uincuntur à Decio.  
238.  
gothi expugnant Philippo  
polim. ibid.  
gothi simulato metu De-  
cianis illudunt. 239  
gothi inuadūt prouincias  
Romanorum. 242  
gothi aquis calidis dele-  
ctati. 243  
gothi parant se contra ad-  
uentantem Romanorum  
exercitum. 244  
gothi profligantur. 245  
gothi humilitate non ar-  
mis uincuntur. 252. 561  
gothi cōtra Vandalos. 254  
gothi quærunt occasione  
bellandi. 264  
gothi contra Gepidas. 265  
gothi contra Sueuos. ibid.  
gothi pugnant sagittis &  
fundis. 308  
gothi ab Arthuro Anglo  
uicti. 335  
gothi Hunnos uicerunt.  
362  
gothi quietis impatiētes.  
ibid.  
gothi Sueuos superāt. 363.  
364. 365  
gothi Sciros delent. 364

gothi obsident Thessaloni-  
cam. 366  
gothi pro Rom. imperio  
pugnant. 367  
gothi Gallijs Hispanijsq;  
dominati. 368  
gothi Romam instaurant.  
379  
gothi Romanam libertatē  
à Cæsare euersam resti-  
tuerunt. 380  
gothi Francos profligant.  
386  
gothi studium liberalium  
artium Romæ restitue-  
runt. 393  
gothi ob hæresim Arriana  
castigati. 405  
gothi alieni à tyrannide.  
416  
gothi à Bellisario in hono-  
re habiti. 423  
gothi nulla iniuria Roma-  
nos affecerunt. 426  
gothi uitam pro Romanis  
ponebant. ibid.  
gothi Romam pluribus lo-  
cis impugnant. 440  
gothi Portuensē urbem  
capiunt. 446  
gothi Romanos fugāt. 450  
gothi nullum ad sacra loca  
confugientē uiolarūt. 455  
gothi à Bellisario fraude  
uicti. 456  
gothi de uiolata fide cum  
Bellisario cōqueruntur.  
457

gothi

I N D E X.

gothi Mediolanum obfi-  
dent. 463  
gothi Mediolanum expu-  
gnant. 468  
gothi à crudelitate alieni.  
468. 469  
gothi penuria aquæ labo-  
rant. 474  
gothi ob suam credulitatē  
sæpe decepti. 481  
gothi Byzantium captiui  
ducuntur. ibid.  
gothi Græcos Verona ex-  
pellunt. 490  
gothi Imperatoris insignia  
ceperunt. 492  
gothi Græcos occidunt.  
496. 501  
gothi erga amicos beni-  
gnissimi. 499  
gothi Spoletō & Afsisio  
potiuntur. 503  
gothi per insidias Græcos  
opprimunt. 504. 505  
gothi frumentum ad Ro-  
manos importandum oc-  
cupant. 506  
gothi Placentiam uincūt.  
ibid.  
gothi perperam de seueri-  
tate culpantur. 515  
gothi à seueritatis uitio  
defensi. 520  
gothi subita incurfione su-  
perari solent. 525  
gothi Ruscianum oppidū  
capiunt. 527  
gothi Perusā expugnant.  
528  
gothi Rhegium & Taren-  
tum expugnant. 530  
gothi à Græcis nauali bel-  
lo superantur. 537  
gothi à Narfete uincūtur.  
540  
gothi iuxta Hadriani mo-  
lem obfessi. 544  
gothi cum Narfete pacem  
ineunt. 552  
gothi arma contra Narfe-  
tem resumunt. ibid.  
gothi in nomen Italarum  
abiuerunt. 553  
gothi Arriani. 555  
gothi Valentis duces truci-  
dant. 557  
gothi ex aduenis domini  
facti. ibid.  
gothi Valentem uincunt,  
& incendio tradunt. 558  
gothi cōtra Imperiū Con-  
stantinopolitanum. ibid.  
gothi sub Fridigerno in  
Romanas prouincias dif-  
funduntur. 560  
gothi pro Romana Repu-  
blica pugnātes occidun-  
tur. 561  
gothi 25. annis caruerunt  
Rege. 563  
gothi per Gothos uincun-  
tur. 564  
gothi à pace & quiete ab-  
horrent. 575  
gothi in Africam transitu-  
ri periclitantur. ibid.

I N D E X.

gothi & Honorius confœ  
derantur. 576  
gothi Hispaniam libera-  
runt. ibid.  
gothi hostes Romani Im-  
perij deleuerunt. 577  
gothi Vandalos in Africâ  
fugant. 578  
gothi Sueuos penè ad in-  
terneccionè prostrarunt.  
585  
gothi suum imperium pro  
pagauère. 587  
gothi Hispaniarum & Gal-  
liarum liberatores. ibid.  
gothi hæresim Arrianam  
abiurant. 600  
gothi sub Rege corrupto  
corrumpuntur. 614  
gothi trecentis annis in  
Hispanijs regnauerunt.  
617  
gothi uindictæ cupidi. 683  
gothi Danos uincunt. 761  
gothi ad pacem parati.  
821.  
gothi Romanorum exem-  
plo Regium nomen ode-  
runt. 856  
gothogetæ. 57  
gothorum & Sueonum u-  
na Respublica. 6  
gothorum diuersa nomi-  
na. 20.57  
gothorum Dij. 36.37.38.  
39.40  
gothorum religio ex Py-  
thagoricis traditionibus  
aucta. 42  
gothorum ritus in sacrifi-  
cijs. 42.43  
gothorum de immortalita-  
te animæ opinio. 44  
gothorū patria fertilis &  
abundans. 48  
gothorum uxores reuocat  
maritos suos ex Asia. 60  
gothorum mulieres uiriliter  
pugnando fundūt ho-  
stes. 62  
gothorum & Amazonum  
coniunctio. 73  
gothorum in Europam pri-  
mus reditus. 140  
gothorum frugalitas. 142  
gothorū distinctio in O-  
strogothos & Westrogo-  
thos, unde orta. 151  
gothorū liberalitas & ho-  
spitalitas erga aduenas.  
153.154  
gothorum uires auctæ per  
Romanorū Principum ig-  
nauiam. 243  
gothorum & Sueonum re-  
gna iterū coniunguntur,  
266  
gothorū mos in assignan-  
da dote. 278  
gothorū fœminæ non tor-  
pent otio. 276  
gothorum magnanimitas.  
280  
gothorum discessio Hun-  
norum regnū euertit. 361  
gothorum exercitium mi-  
litare.

I N D E X.

litare. 365  
gothorum mores. 369  
gothorum erga Romanos  
Pontifices reuerentia. 381  
gothorum liberalitas in S.  
Petrum. ibid.  
gothorū humanitas in Ita-  
liæ nobilitatem. ibid.  
gothorum liberalitate Ita-  
liæ urbes restitutæ. 382  
gothorum imperiū latissim-  
um. 383  
gothorū in summos Ponti-  
fices & clerum fauor. 393  
gothorum & Græcorū bel-  
lum apud Salonas. 405  
gothorum cum Romanis  
expostulatio. 437.454.518  
gothorū intolerabilis mul-  
titude. 443  
gothorū pietas in templa  
& sacerdotes. 453  
gothorum apud Ariminū  
atrox pugna. 462  
gothorum ad Bellisarium  
legati. 479  
gothorum uictoria contra  
Græcos. 485.492.530  
gothorum mutua discor-  
dia. 485  
gothorum legati ad Iusti-  
nianum. 487  
gothorū summa in Deum  
pietas & patientia. 515.  
567.  
gothorum duces & præfe-  
cti ad Iustinianum defi-  
ciunt. 538  
gothorum & Longobar-  
dorum pugna. 541  
gothorum impetus in mili-  
tes Narfeticis. 550  
gothorū cruentissima pu-  
gna toto triduo contra  
Græcos. 552  
gothorum seueritas. 565  
gothorum clementia. 585  
gothorum regnum per Hi-  
spaniam & Galliam. 587  
gothos esse uitandos pub-  
lico edicto Augustus Cæ-  
sar affirmant. 148  
gothos suæ credulitatis  
pœnitent. 478  
gotiscantia. 43  
gotlandia. 317  
gotlandia Prutenis uendi-  
tur, & per Suecos redimi-  
tur. 786  
gotlandia à Danis desola-  
ta. 845  
gotlandia Sueonum iniu-  
ria à Danis occupatur.  
847  
gotlandiam ad Gothiâ &  
Suetiam pertinere, mul-  
tis rationibus probatur.  
844.  
gotlandensis seditio & bel-  
lum. 740  
gotlandi Sueonum primi  
Albertum Regem assu-  
munt. 780  
gotricus Danorum Rex,  
Christianæ fidei persecu-  
tor. 625  
gotrici

I N D E X.

gottici cōfœderatio cum  
Carolo Magno. ibid.  
gotrici astuta. ibid.  
gotuara Greporum mater  
superatur respōtionū cal-  
liditate. 180  
Gradenſis inſula. 359  
græca fides. 456  
græcia à Totila deuasta-  
tur. 537  
græci portēta colebāt. 42  
græci Amazonas supera-  
runt. 70  
græci uastāt Neapolim. 421  
græci iusiurandum iocum  
eſſe putant. 481  
græci à Gothis uicti. 485.  
492. 530  
græci Veronam occupant,  
& inde à Gothis pellun-  
tur. 490  
græci in ſuos tyranni. 495  
græci à Gothis cæduntur.  
496. 501  
græci Italos flagris cædūt.  
499  
græci Piſaurū recuperant.  
502  
græci Gothorum aſpectū  
formidant. ibid.  
græci ad Gothos deſiciūt  
ob denegatū ſtipendiū.  
503  
græci Gothorum inſidijs  
opprimuntur. 504. 505  
græci omnium barbarorū  
immaniſſimi. 508  
græci occupant Brundu-

ſium. 510  
græci in ſubiectos iniurio  
ſi. 511  
græci mendaces & maleſ-  
ci. 518  
græci Spoletum capiunt.  
521  
græci ad Gothorum mili-  
tiam ſe conferunt. 527  
græci Gothos nauali præ-  
lio uincunt. 537  
græci loquaces & garruli.  
546  
græcorum & Gothorū bel-  
lum apud Salonas. 405  
græcorum fides fluxa. 418.  
447  
græcorum pax bello perni-  
cioſior. 459  
græcorum præſectorum ig-  
nauia & auaritia. 483  
græcorum in Italos ſeueri-  
tas. 484  
græcorū ſcæda timiditas.  
493  
græcorū duę claſſe à Toti-  
la uno tēpore deletę. 496  
græcorum principatus in-  
tolerabilis. 499  
græcorum perſidia Viti-  
ges captiuatus. 514  
græcorum ſeueritas in Ro-  
manos. 517  
græcorum fuga. 534  
gramus Schioldi Danorū  
Regis filius. 80  
gramus aſtutē Gro filiam  
Sigtrugi Gothorum Re-  
gis

I N D E X.

gis adeptus eſt. 81  
gramus Gro in Daniā ab-  
ducit. 82  
gramus Scarinū opprimit  
84  
gramus quosdam conſan-  
guineos Scarini ſupera-  
uit. ibid.  
gramus occubuit. 86  
grami filia à Sibdagero ra-  
pta in Noruegiam abdu-  
citur. 85  
gratianus Imperator. 559.  
Theoſoſū Imperij con-  
ſortem eligit. ibid.  
gratianus cum Gothis ſcæ-  
dera componit. 560  
gratianus occiſus bello ci-  
uili. 561  
S. Gregorij libri morales  
in Hiſpanias tranſporta-  
ti. 609  
grepus Ericum prouocat  
ad certamen. 180  
gredi trigemini fratres. 179  
gredi omnes ab Erico ex-  
tinguuntur. 180  
grimmerus 32. Gothorum  
Sueonūq; Rex internus.  
154  
grimmerus tyrannus fuit  
Dionyſio Syracuſano ſi-  
milis. 155. ſacrilegus fuit.  
ibid. ſcurrarū facilē prin-  
ceps & protomimus fuit.  
ib. exactor onerofus fuit.  
ibid.  
grimmerus Eſtonibus &

Curetibus tributa impe-  
rauit. 156. ſacrilegij pœ-  
nas dedit. ibid.  
grippa Gothorū dux. 410.  
413  
gro filia Sigtrugi. 80  
gro per Gramum in Daniā  
abducitur. 82  
Guthemia. 8  
gudmundus 76. Gothorū  
Sueonūq; Rex internus.  
322  
guido Cardinalis ad Cal-  
marniam peruenit. 721  
gumilda Aſmundi Regis  
uxor. 89  
gundemarus, ſiue Gunna-  
rus, 73. Gothorum Rex  
externus. 602  
gundemarus Romanos &  
Vaſcones deuicit. ibid.  
gundemari mors. ibid.  
gundibaldus Burgundio-  
num Rex. 378  
gunno dux exercitus in  
Noruegiam. 281  
gunuara ſoror Frothonis  
datur Erico in matrimo-  
nium. 182  
guthæ & Gothi eadē gēs. 5  
guthem monaſteriu uirgi-  
niū in Veſtrogothia. 675  
gutthormus Grami ex Gro  
filius. 82  
gutthormus Danis præſci-  
tur. 86  
gutthormus Gothorum  
dux. 699



I N D E X.

Gyltarum familia. 53  
 gyriſtha Alphi & Aluuldæ filia. 277  
 gyriſtha Gothica, Siuardi Gothorū Regis neptis. 296

H

**H**Acho Amūdi Sueo num Regis filius. 269  
 Hacho Hyberniam inuadit. *ibid.*  
 hacho uiuente adhuc patre regni Suetiæ administrationem ſuſcepit. 272  
 hacho cum ſuo exercitu in Sielandia regiā aggreditur. 273  
 egregiū eius ſtrategema. *ibid.*  
 hacho nuntiata morte patris reuocatur à Daniæ uaiſtatione. 274  
 hacho cecidit. *ibid.*  
 hacho Longobardorum dux. 317  
 hadingus Danorum Rex. 86  
 hadingus arte magica peritus inſuperabilis uidebatur. 87  
 hadingus magnum exercitum duxit contra Aſmundum. 88  
 hadingus anguſtiatur præſumens inuadere Suetiā brumæ tempore. 90  
 hadingus Biarmienſes ſu-

perauit. *91*  
 hadingus in Helſingia fugit. *ibid.*  
 hadingus Vſſonem inſidio ſe oppreſſit. *92*  
 hadingus cum Hundingo pacificatur. *ibid.*  
 hadingus cognita morte Hundingi ſe ſuſpenderit. *94*  
 hadingū pro Deo habuit antiquitas. 40  
 hadriani moles, nunc caſtrum S. Angeli. 440, 534  
 hagbartus Amundi Sueo num Regis filius. 269  
 hagbartus Signæ amore allectus in Daniam redijt. 271  
 hagbartus ſuſpeditur. *ibid.*  
 haldanus Erici Diſerti filius, Sueonum Rex. 195, 197. quindecim fratres Noruegianos opprimit. 199. Hiſthini filiam in matrimonio accipit. 201. occubuit. *ibid.*  
 haldanus filius Haraldi uindex paterne necis. 217 in Ericum uindictam molitur. 218. egregia eius fortitudo. *ibid.* Haquinum pugilem proſtrauit. 219. uictus ad Vitolphum pugilē fugit. *ibid.* Erici exercitum ſaxis obruere conatur. 220. fratris Haraldi necem ultus eſt. 221. in Sueo-

I N D E X.

Sueoniæ Regem ſublimatur. *ibid.* piratas perſequitur. 222. à Siualdo quodā ad pugnam prouocatur. 223. Siualdum unā cum ſe præ filijs proſternit. 224. Harthbenū cum ſuis comilitonibus ferro coſumpiſit. *ibid.*  
 haldanus pugil. 294. eius fortitudo. 295  
 hallandia. 9  
 hallandia non ſpectat ad Daniam. 753  
 halſtanus 118. Gothorum Sueonūq; Rex internus. 677  
 halſtani heroicæ uirtutes, & prudentia. *ibid.*  
 halſtani leges ſanctiſſimæ. 678.  
 halſtani mors. *ibid.*  
 hama Saxo à Starchatero deletur. 203  
 haquinus Ringo 72. Gothorum Sueonumq; Rex internus. 304. exercitus eius contra Haraldū Danum. 7. 306. oratio eius ad Danos. 309. magnanimitas eius. *ibid.*  
 haquinus pugil ab Haldano proſternitur. 219  
 haquinus 92. Gothorū Sueonūq; Rex internus. 350  
 haquinus dux Noruegiæ ſubmergitur. 665  
 haquinus Rode 115. Gothorum Rex internus. 670  
 clementia eius in ſubditos. 671. pacificus ſuit. *ibid.* moritur. 672  
 haquinus Magni Smeech filius Noruegię Rex. 774.  
 Margaretā Valdemari filiam in cōiugem accipit. 778. à Sueonibus uictus in Noruegiam fugit. 782.  
 haraldus Olai Danorum Regis filius. 216. Signem Caroli filiā ducit in uxorem. 217. occubuit. 220  
 haraldus Haldani Regis filius, maximus Danorum Rex. 297. exercitus eius contra Ringonem. 305. mors eius. 308  
 haraldus Veſtrogthiæ princeps. 322  
 haraldus Danus cōtra Ericū Victorioſum pugnans repellitur. 642  
 haraldus S. Olai frater. 666  
 haraldus dux exercitus. 703. fugit. 704  
 haraldi Danici regis ignauia & iniuſtitia. 677  
 hartgrepa Vagnopti filia, magicę artis peritiſſima. 87  
 harthbenus Helſingus pugil inuſitatę magnitudinis. 224  
 harthbenus cum ſuis comilitonibus occubuit. *ibid.*

I N D E X.

hathinus 86. Gothorum  
 Suconūq; Rex internus.  
 337  
 hathuna regia sedes apud  
 Suecos. 337  
 hatuna uilla. 752  
 S. Helena de Vefgothia.  
 702  
 Helgo Danorū Rex, & dux  
 belli aduersus Attilum.  
 100  
 helgonis Noruegiæ Re-  
 gis partes Starchaterus  
 defendēdas suscepit. 203  
 helfinborg oppidum. 756  
 helſingia. II  
 helſingi uindicāt mortem  
 S. Eri. 698  
 heluetiorum origo. 196  
 heluidiana hæreſis exter-  
 minata. 610  
 heluiges Regina Suetiæ.  
 728  
 heluinus Amundi Regis  
 Sueonum filius. 269  
 heluinus occubuit. 271  
 hemmingus Archiepiſco-  
 pus Vpſalenſis. 765  
 hemmingus Gaddus Lin-  
 copēſis. 862. inſignis ofor-  
 danici nominis. ibi. in E-  
 piſcopū Lincopenſem eli-  
 gitur. 863. prudentia eius  
 in morte Stenonis. 866.  
 Suetiæ claſſis dux cōtra  
 Danos. 870. Iacobo Ar-  
 chiepīſcopo Vpſalenſi re-  
 ſpondet. ibi. cōplures o-

rationes cōtra Danos e-  
 didit. 871. medio luſtro in  
 Danos pugnat pro patriā  
 ib. monaſteriū S. Brigitte  
 diripit. 872. uehemēs eius  
 oratio cōtra Danos. ibi.  
 henricus filius Aſmūdi præ-  
 ſumptuoſe pugnans inte-  
 rimitur. 88  
 S. Henricus Epīſcopus Vp-  
 ſalenſis. 694. S. Henricus  
 Epīſcopus Finlandiæ. 695.  
 S. Henrici martyriū. ibi.  
 henricus Scateler S. Eri  
 occiſor. 697. 698  
 henricus Archiepiſcopus  
 Vpſalenſis. 801  
 herbertus primus Epīſco-  
 pus Lincopenſis. 626  
 hercules à Græcorum Re-  
 ge mittitur contra Ama-  
 zones. 68  
 hercules duxit in uxorem  
 Augem Penaxagoræ Go-  
 thorū regis ſororem. 74  
 hercules robustus & pru-  
 dens. ibid.  
 hermegildus Leonegildi  
 filius. 598  
 hermegildi religio & pie-  
 tas. ibid.  
 hermegildi martyriū. ibi.  
 hermegildi uxor in capti-  
 uitate moritur. 599  
 hermunduri. 255  
 herodotus reprehēſus. 115  
 heroldus Danici exercitus  
 dux. 331

herotus

I N D E X.

herotus 103. Gothorū Sue-  
 onūq; Rex internus. 631  
 herotus bellum contra Re-  
 gnerū Danū mouit. ibid.  
 heruillus princeps Hollan-  
 dorum Friſonūq; 170  
 heruitus Rutenorū rex bel-  
 lum Gothis indicit. 212  
 heruitus rurfus Gothos in-  
 uadit. 214  
 heruirus iunior à Suecis  
 occiditur. 215  
 heruli. 337  
 heruli uicti. 257  
 heruli ex Scandia Regem  
 petunt. 340  
 herulorum gens unde no-  
 men accepit. 256  
 herou res magnificè geſte,  
 obliuioni nō tradendę. 31  
 hetha mulier Danis præſi-  
 citur. 310  
 Hialto pugil Danicus. 105  
 hærtmanus cōtredit in Da-  
 niam pro concordia tra-  
 ctanda. 104  
 hærtmannus ſuſcipitur à  
 Roluone. ibid.  
 hærtmannus Daniam oc-  
 cupat. 105  
 hærtmannus doſe in cō-  
 iuiuo occiſus. 105  
 hiarno Danus à Frideleuo  
 bis uictus, tandem in bel-  
 lo occubuit. 200  
 hibbo Longobardorū dux  
 317  
 S. Hieronymus de Gotho-  
 rum ſeueritate. 565. 569  
 hildericus 29. Gothorū  
 Rex externus. 253  
 hildigerus filius Gunno-  
 nis. 282  
 hildigernus pugil Sueti-  
 cus. 294  
 hildigerni mors. 296  
 hildigisleus. 270  
 hildochus Longobardorū  
 Rex. 318 (69  
 hippolyta à Theſeo capta.  
 hippolytus Theſei ex Hip-  
 polyta filius. 69  
 hispania à diuerſis genti-  
 bus occupata. 576  
 hispania in libertatem per  
 Gothos ſurrexit. ibi.  
 hispania à Saracenis ſubiu-  
 gatur, & in plura regna  
 diuiditur. 616  
 hispaniæ Romanis per Go-  
 thos adempta. 587  
 hispaniæ à Saracenis libe-  
 ratio. 617  
 hispani generoſi filij Go-  
 thorum. 370  
 hiſtoria quid. 2  
 hiſtoria non inutiliter res  
 priſcas tradit. 22  
 hiſtoriæ laus. 1  
 hiſtoriæ ſcribendæ diffi-  
 cultas. 22  
 hiſtorici quibus maior fi-  
 des adhibenda. 21  
 hiſtriani inferunt Gothis  
 Holingerus. 712 (bellū. 136  
 Hqlingeri cædes & inno-

O O 2

I N D E X.

gentia. 713  
 hollandi cum Frideleuo. 169  
 hollerum pro Deo uenera-  
 batur antiquitas. 39  
 hollstanus 80. Gothorum  
 Rex internus. 326  
 homo immolabatur anti-  
 quitus in sacrificijs Go-  
 thorum. 43  
 honorius Valentiniani fo-  
 ror. 360  
 honorius Imp. 561  
 honorius Gothis in Gal-  
 lia sedes concedit. 566  
 honorius erga Athaulphū  
 ingratus. 573  
 honorius contra Athaul-  
 phum. ibid.  
 honorius & Gothi confæ-  
 derantur. 576  
 hospitium duorum latro-  
 num. 314  
 hothebrotus 25. Gothorū  
 Sueonumq; Rex inter-  
 nus. 97  
 hothebrotus Orientales  
 gentes tributarios fecit.  
 98  
 hothebrotus Gyrithā Nor-  
 uegianam accipit in uxore.  
 ibid.  
 hothebrotus Roē Danorū  
 Regem uicit. ibid.  
 hothebrotus Daniā subi-  
 git. 99  
 hothebrotus à Tanai flu-  
 mine ad Albim usq; impe-

rabat. ibid.  
 hothebrotus submersus in  
 terijt. 100  
 hothebroti contra Orien-  
 tales gētes expeditio. 98  
 hotherus 27. Gothorū rex  
 internus. 107  
 hotherus fit Rex Danorū.  
 ibid.  
 hotherus in adolescentia  
 ingeniosus & docilis. ib.  
 hotherus Magicæ artis pe-  
 ritus. 108  
 hotheus Nannā sponfam  
 in Suetiam adduxit. 109  
 hotherus in Daniam nauigat.  
 ibid.  
 hotherus deceptus à Da-  
 nis in Iuthiam fugit. ibid.  
 hotherus conqueritur de  
 Danorum perfidia. 10  
 hotherus arguitur temeri-  
 tatis à proceribus Sue-  
 tiæ. ibid.  
 hotherus educit classē  
 contra Balderum. ibid.  
 hotherus necē Geuari fo-  
 ceteri sui uindicauit. 111  
 hotherus in conflictu mor-  
 ritur. ibid.  
 hothei cōflictus cum Bal-  
 dero. 110  
 hothei uictoria in Saty-  
 ros. 345  
 horuendillus Iuthiæ præ-  
 fes. 114  
 horuédillus Collerū Ro-  
 uegiæ Regē, & Selam Ro-  
 derici

I N D E X.

derici fororē occidit. 114  
 horuendillus tyrannus. ib.  
 Hugulinus Danorum Rex  
 contra Botuildum. 120  
 humani generis post dilu-  
 uium propagatio. 25. 26  
 humulphus 15. Gothorum  
 Rex internus. 77. pacauit  
 discordias ciuiles. ibid.  
 humelus 16. Gothorū Rex  
 internus. 77  
 humelus Danis supplican-  
 tibus duos filios in auxi-  
 lium misit. 78  
 humelus Saxones domuit.  
 79  
 hunauad. 361  
 hūdingus 23. Gothorū Sue-  
 onumq; Rex internus. 92  
 hundingus in Hadingum  
 arma parat, ac tandē cum  
 eo pacificatur. ibid.  
 hundingi uolūtaria mors.  
 93  
 hunimundus Sueuiæ Rex,  
 Gothos ad bellū prouoc-  
 cat. 263. à Theodemiro  
 capit. ibi. sūma eius erga  
 Gothos ingratitudo. ibi.  
 hunimundus 33. Gothorū  
 Rex externus. 264  
 hūnni. 319  
 hunni à Frothone superan-  
 tur. 187  
 hunni ex Magis & Scythis  
 procreati. 259  
 hūni ceruæ ductu paludes  
 Mœotidas tranfierūt. ib.

hunni in Medelpathia. 261  
 hunni Gothos inuadunt.  
 ibid.  
 hunni Gothorū terras pō-  
 pulantur. 262  
 hunni à Gothis uicti. 362  
 hunnorū gentis origo. 258  
 hunnorum diuersitas. 260  
 hunnorū statura & facies.  
 260  
 hunnorum regni euerfio  
 unde. 361  
 hunnorum cædes. 263  
 huno Hunnorum Rex. 187  
 hunonis exercitus ingens.  
 ibid.  
 hufaby arx Regia. 652  
 Hydruntum obsidione le-  
 uatur. 510  
 hydrunti descriptio. 521

I

Iacobus Erlādi Archie-  
 piscopus Vpsalensis.  
 734  
 iacobus Archiepiscopus  
 Vpsalensis. 864. Gaddi o-  
 rationem postulat, & Sa-  
 xonis historia. 870  
 ianuarius mēsis lingua Go-  
 thica à Thoro nomen ha-  
 bet. 37  
 ianus. 214  
 iaphet à Noē præficatur  
 Europæ. 26  
 iaphet Atlas Maurus di-  
 ctus. ibid.  
 iarlerus Archiepiscopus  
 Vpsalensis. 714

I N D E X.

Jarmerus Danorū Rex. 321.  
 à Suecis in Suetiam uoca-  
 tur. ibid.  
 Jarmeri arx. 323  
 Idolatrarum ritus misera-  
 bilis in sacrificijs. 43  
 Idolorum sacerdos cæcita  
 te percutitur. 643  
 Iemphia. 11  
 Ierizleus Russiæ Rex. 665  
 Ignauī & prudentis Princi-  
 pis comparatio. 284  
 Ildesonus Archiepisco-  
 pus Toletanus. 610  
 Ildigerus Græcorum dux.  
 462  
 Ildouadus, siue Ildibaldus  
 44. Gothorum Rex ex-  
 ternus. 483  
 Ildouadus occiditur. 487  
 Ilium æletur. 243  
 Illegitimo toro geniti ex-  
 hæredantur. 667  
 Illustrium fœminarum ma-  
 trimonia difficilè impe-  
 trantur. 632  
 Illyricum à Gothis suba-  
 ctum. 365  
 Imperati facilius uincun-  
 tur. 425  
 Imperator est Deus terre-  
 nus. 561  
 Imperatoris insignia à Go-  
 this capta. 492  
 Imperatores multi pauco  
 tempore. 368  
 Imperium Romanum de-  
 clinat per inertiam tyran-  
 norum effœminatorum.  
 242  
 Imperium trecentis annis  
 uacauit. 587  
 Imperij Romani inclina-  
 tio à Gothis incepta. 150.  
 597  
 Incestus Valdemari. 744  
 Indigoia Gothorum for-  
 tissimus. 333  
 Induciæ inter Bellisarium  
 & Gothos. 456  
 Induciæ diurnæ inter  
 Sueones & Dacos. 861  
 Ingeburgis Suetica, con-  
 iux Erici Regis Daciæ.  
 739. & 744  
 Ingellus Daniæ Rex à Star-  
 chatero animatur. 125  
 Ingellus 70. Gothorū Sue-  
 onūq; Rex internus. 300  
 Ingemar, aliàs Ingo, 69.  
 Gothorum Sueonumq;  
 Rex internus. 297. à con-  
 iuge suspensus. 300  
 Ingemar, cognomèto Ca-  
 nutus, 79. Gothorū Sueo-  
 numq; Rex internus. 325  
 Ingemar, Danus soror-  
 rius Magni Regis. 732. à  
 Folchungis increpatur.  
 ibid. occiditur. 733  
 Ingertha S. Canuti filia.  
 680  
 Ingeuallus, siue Ingellus;  
 106. Gothorum Sueo-  
 numq; Rex internus. 635.  
 optima eius indoles. ibi.  
 in cen-

I N D E X.

incendio perit. 636  
 Ingo 54. Gothorum Sueo-  
 numq; Rex internus. 277  
 Ingo 108. Gothorum Sueo-  
 numq; Rex internus. 639.  
 Regneri filiam ducit. ibi.  
 Rulsiam uicit & desola-  
 tam reddidit. ibid.  
 Ingo 117. Gothorum Sueo-  
 numq; Rex internus. 673.  
 contra leges patriæ nun-  
 quā deliquisse creditur.  
 674. bellum in Valde-  
 marum Ruthenorū Regem  
 gessit. ibi. occiditur. 676  
 Ingo 120. Gothorum Sueo-  
 numq; Rex internus. 680.  
 optimi eius mores. ibid.  
 mors eius ex ueneno. 681  
 insidiæ nocturnæ. 314  
 insidiæ sub specie mercato-  
 rum. 841  
 Ioannes Magnus Gothus,  
 Gothorū Sueonumq; le-  
 us. 1. cur Gothicam hi-  
 storiā scribere uoluit.  
 ibid. Hadriani Papæ a-  
 lumnus. 2. Apostolicæ se-  
 dis legatus. ibid. patriam  
 exilio commutauit. 3  
 Ioannes Vitalianus. 458.  
 493  
 Ioannes Vitalianus à Belli-  
 sario suggillatur. 511  
 Ioannes Vitalianus à Toti-  
 la superatur. 523  
 Ioanes Suercheri Regis fi-  
 lius. 686. turpissima eius

libido. ibid. à plebe occi-  
 ditur. 688  
 Ioannes 1. Archiepiscopus  
 Vpsalensis. 705  
 Ioanes 129. Gothorū Sueo-  
 numq; Rex internus. 710.  
 pietas eius. ibi. mors eius  
 & sepultura. 711  
 Ioannes Adolphi Archie-  
 piscopus Vpsalensis. 734  
 Ioanes Kropelinus. 820. 821  
 Ioannes Magnus præfectus  
 Calmarnensis. 826  
 Ioanes Benedicti Archiepi-  
 scopus Vpsalensis patriæ  
 liberator. 850. Carolū Ca-  
 nuti in Stocholmia obse-  
 dit. 851  
 Io. Benedicti fugato Caro-  
 lo Christiernū uocat. 852  
 Ioannes Benedicti Chri-  
 stiernum coronat. 853  
 Ioan. Benedicti à Christier-  
 no captiuatur. ibid.  
 Ioan. Benedicti à captiuita-  
 te liberatur. 855  
 Ioan. Danorū Rex. 860. Ve-  
 strogothiā impugnat. ib.  
 Stenonis magnanimitatē  
 laudat. 861. à Stenone uin-  
 citur & fugatur. ibid. in  
 Suetiā intrusus. 863. iterū  
 à Stenone fugat. ib. pirati-  
 cā in Suecos extēdit. 868  
 Ioan. Brascho ecclesiā Lin-  
 copensem absente Gad-  
 do occupat. 871  
 Io. Arcimbaldus Apostoli

I N D E X.

ca sedis legatus.	903	iudæi Gothorum defenſo	
ſpannis Vitaliani pauor.		res.	418
ſu		iudæorum uis in armis,	
ioannis Vitaliani fuga.	521	421	
ionacopia oppidum.	720	iudæorum 90. millia bapti	
ionacopenſis arx.	733	zata.	603
rouiales mallei.	44	iudaici ſacerdotij libertas,	
roualium malleorum uſus		711	
abrogatus.	45.684	S. Iulianus Archiepiſcopus	
Iſaacus Belliſarij miles.	513	Toletanus.	612
iſaacus occiditur.	514	iulianus Tingitanæ pro	
iſaacis imprudentia.	513	uinciæ præfectus Sarace	
iſauricus Belliſarij miles.		nos in Hiſpanias uocat.	
419		616	
iſaurici milites Romã To		iulius dies.	171
tilę prodiderunt.	514.529	iulij diei loco celebratur	
iſidorus Pontifex Hiſpa		natalis Chriſti.	ibid.
lenſis.	600.606	iuramentum regium.	611
Italica & Gothica millia		iuſſo Ericſen Danus crude	
ria differunt.	12	lis carniſex.	808
italia antiquior regno Ba		iuſſo denuò fit tyrannus	
byloniæ.	27	peſſimus.	812
italiæ urbes Gothorum li		iuſſo occiſus.	813
beralitate reſtitutæ.	382	iuſtinianus Imp.	337
itali Gothorum imperium		iuſtinianus bellum in Go	
optant.	483	thos parat ob cædem A	
itali Gothorum opem con		malafuentæ.	398
tra Græcos implorant.		iuſtinianus Galliæ Reges	
484		contra Gothos ſolicitat.	
itali à Græcis ſlagris caſi.		404	
499		iuſtinianus liberare Romã	
itali in Suetia militant.		parat.	445
799		iuſtinianus pacis conditio	
italorum miſerrima condi		nes Gothiſ & Græciſ præ	
tio ſub Iuſtiniano.	499	ſcribit.	478
Iuarus Blao.	716	iuſtinianus Vitigem Patri	
iuuari Blao magnanimū re		cio honore donat.	482
ſponſum,	717	Iuſtinianus durus & ſtupi	
		dus	

I N D E X.

duſ.	519	mazonum.	66
iuſtinianus militiam in Ita		lampeda domeſticam cu	
liam mittit.	524	ram agebat in regno.	66.
iuſtinianus in re bellica te		67	
piduſ.	528	landzcrona caſtrum erigi	
iuſtiniani in Italiam expe		tur.	744
ditio.	403	landzcrona ob corrupta ui	
iuſtiniani epiſtola ad Fran		ctualia periclitatur.	746
corum Reges.	404	lantgertha Regneri Danor	
iuſtiniani reſponſoria ad		rum regis uxor.	632
Theodatam.	409	lanuſſio Longobardorum	
iuſtiniani auaritia.	484	rex.	318
iuſtiniani in conſtantia.	531	lappia duplex.	10
iuſtiniano à Medis bellum		latinarum literarum inuen	
inferitur.	527	trix Carmenta.	30
iuſtinus Imperator Arria		latrones ſuſpenduntur.	186
nos epiſcopos proſcribit.		laurentius archiepiſcopus	
387		Vpſalenſis.	720
iuſtinus Imp. pedes Papæ		Leander Hiſpalenſis Pon	
oſculatur.	388	tifex.	598.600
iuſtinus Græcorum dux.		legati Danorum ignomi	
465		nioſa morte conſumun	
iuſtinus Græcorum præ		tur.	327
fectuſ.	492	legati Sueonum capti.	778
iuuentutem ociari perni		leges cedunt Marte furen	
cioſum eſt.	115	te.	93
iutha uirgo Danica Sophie		leo Imperator.	308
reginæ foror.	724	leo Romanus pontifex At	
iutha uel Iuthonia à Iutho		tilæ occurrit.	360
ne dicta.	78	leoni Imperatori bellum	
		Oſtrogothi inferunt.	362
		leonegildus 69. Gothorū	
		rex externuſ.	598
		leonegilduſ pertinax Ar	
		rianuſ.	ibid.
		leonegilduſ, armis quàm	
		religione clarior.	599
		leonegilduſ morſ.	ibid.

I N D E X.

lena uilla frage Danorum  
memorabilis. 707  
letho Longobardoru rex.  
318  
leuca Gallica. 357  
Liberalitas principis com-  
mendabilis. 61  
liberatores patriæ sapius  
indignè tractantur. 825  
liberius à Iustiniano cõtra  
Gothos mittitur, & Sy-  
racusas occupat. 531  
licinius. 252  
licinius interemptus. 253  
lincopia sedes episcopalis  
Ostrogothorum. 8  
lindormus 38. Gothorum  
Sueonũq; rex internus.  
168  
lindormus uicit Rutenos  
& Estones. 169  
liuones ab Erico Victorio-  
so uicti. 642  
liuonum subactio. 326.  
350  
Lodosia portus Vestrogo-  
thiæ. 671. 757  
lodosia incinerata. 762  
lodosia à Christierno pri-  
mo, Danorum rege occu-  
patur. 849  
longobardi gens Gothica.  
540  
longobardorum origo. 8  
lõgobardorum exitus. 316  
ongobardorum Reges &  
præsides. 318  
lõgobardorum in Italiam  
ingressus. 319  
longobardorum & Gotha-  
rum pugna. 541  
lotherus Dani filius regno  
Danix præficitur. 80  
Lubeca erigitur. 691  
lubecenses legati Sueones  
sibi contra Danos concii-  
liant. 870  
lubecenses deserta Sueco-  
rum societate Danis cõ-  
fæderantur. 872  
luceolos oppidum à Nar-  
sere uictum. 542  
luderus Gothorum dux.  
427  
ludouicus Caroli magni fi-  
lius. 691  
luiba 68. Gothorum Rex  
externus. 597. graue du-  
xit regnare. ibid. Leone-  
gildum consortem regni  
effecit. ibid. Narbonæ mo-  
ritur. 598  
luiba 71. Gothorum rex ex-  
ternus. 601. occiditur.  
ibid.  
lupicinus dux Valentis.  
557  
S. Lupus Treucarum episco-  
pus. 358  
Lysimachus rex Macedo-  
niæ. 149  
lysimachus cõtra Gothos  
pugnans, ab eis capitur.  
141  
lysimachus suffocat leonẽ  
ibid.

Lys.

I N D E X.

lysimachũ captum Drõge-  
thes rex alloquitur. 142  
lysimachia. 143

M

Achinæ bellicæ.  
438  
macurius. 544

magæ relegantur à com-  
muni hominum cõctu.  
259

magæ nubunt Scythicis ui-  
ris, è quibus Hunni pro-  
creati. ibid.

magica mulieres Adelu-  
næ dictæ. 259

magnopolenses bellum in  
Septentrionales parant.  
789

magnopolenses quatuor,  
insignes piratæ. 798

magnus S. Olai filius rex  
Noruegiæ. 667

magnus Nicolai Danorũ  
regis filius. 681. 682. S. Ca-  
tã ducem occidit. 681.

à Gothis in regem assu-  
mitur. 683. tyrannus. 684.

Polonorum Regis filiam  
in uxorem duxit. ibid. oc-  
ciditur. ibid.

magnus Henrici Scateleri  
filius, sancti Erici occi-  
sor. 698. in regem eligi-  
tur, & mox occiditur. i-  
bid.

magnus Ladalaos dux Su-  
dermanniæ. 723. claritu-  
do eius fratrem Valde-

marum ad inuidiam pro-  
uocauit. ibid. in Daniam  
fugit. 725. Vestrogothiam  
ingreditur. 726. huma-  
nitas eius in uictum fra-  
trem. 727. fit Gothorum  
Sueonũq; Rex. 728. co-  
ronatur. ibidem. magni-  
ficentia eius. 730. à Petro  
Porse Dano captiuatur.

731. Folchungis irascitur.  
732. duorum Regum cau-  
sam iudicat. 737. plura mo-  
nasteria & ecclesias fun-  
dauit. ibidem. solennem  
Principum conuentum  
Holmiæ instituit. ibid.

filiam suam monacham  
effecit. 738. ingens eius  
in diuinum cultum affe-  
ctus. ibid. moritur. 740.  
Holmiæ sepelitur. 741.

magnus Dyfauald Danus.  
735

magnus Birgeri Regis fi-  
lius nascitur. 746. ducum  
insidias euasit. 752. ex Da-  
nia in Suetiam reuertit-  
ur. 759. captiuatur & oc-  
ciditur. 760.

magnus Smeech 134. Go-  
thorum Sueonũq; rex  
internus. 764. minoreni-  
nis eligitur. ibid. fit Rex  
Noruegiæ. 765. à probi-  
tate degenerat. 771. diui-  
nas reuelationes cõtem-  
nit. 772. periculũ maximũ

I N D E X.

enadit. 773. portentosa li-  
 bidine inficitur. ibid. iu-  
 sta admonitione deterior  
 factus est. ibid. in filium  
 Ericum descendit. 774. re-  
 cuperato regno crude-  
 lior euasit. 775. Blanditus  
 & Lactatus per cōiutium  
 uocatur. 776. proprij re-  
 gni proditor & carnifex  
 efficitur. ibid. ab Haqui-  
 no filio captiuatur. 777. à  
 captiuitate liberatur. ibi.  
 nobiles proceres profcri-  
 bit. 778. stupida eius per-  
 tinacia. 779. habitus est ut  
 publicus prædo. 781. ab  
 honore regio deponitur.  
 ibid. Suecis bellū infert.  
 782. uincitur. ibid. toto fe-  
 ptennio captiuus detine-  
 tur. ibid. à captiuitate li-  
 beratur. ibid.  
 magnus Store uexillifer  
 Engilberti. 816  
 magnus Beuctson Engil-  
 berti occisor. 826  
 magnus Green proditor.  
 846.  
 magnorum familia. 816  
 magogas gētes Scythicas  
 esse. 28  
 magogus Noë ex filio Ia-  
 pheto nepos, primus Go-  
 thorum rex internus. ibi.  
 magogus Scythicæ gentis  
 pater. ibid.  
 magogi duo. ibid.

magogibi urbs & patria  
 Magog. 29  
 mahumetes. 348  
 maiorianus imperium oc-  
 cupat & occiditur. 586  
 mallei Iouiales. 44  
 marchia. 8  
 marchomanni. 255  
 mare album. 744  
 margareta Ingonis regis fi-  
 lia. 680. pietas eius. 681.  
 maximæ eius opes. ibid.  
 margareta Valdemari Da-  
 norum regis filia, reginā  
 Noruegiæ. 783. Suetiæ re-  
 gnum ambit. 785. à Suecis  
 auersatur. 786. prudentia  
 eius in administrādo bel-  
 lo. 787. fit Suetiæ regi-  
 na. 795. Danorum consi-  
 lio à pactis cum Sueoni-  
 bus initis discedit. 796. à  
 Suecis & Danis diuersam  
 assequitur æstimationē. ibi.  
 bid. inexplebilis eius au-  
 ritia. ibid. Henricum ar-  
 chiepiscopum Vpsalen-  
 sem mortuū spoliatur. 797.  
 nullum finem faciebat tri-  
 butis. ibid. iusurandum  
 pro ioco habuit. 798. pro-  
 uētus Sueticos hostibus  
 regni contulit. ibid. ad  
 Suecorum petita respon-  
 det. 800. Ericum Pomēra-  
 niæ ducem eligēdum pro-  
 ponit. ibid. in Suecorum  
 odium propter Danos  
 incidit.

I N D E X.

incidit. 801. moritur. 804  
 marina filia Valdemari. 725  
 marpesia Regina Amazo-  
 num. 66  
 marpesia Rupes unde ap-  
 pellata. ibid.  
 marpesia tractabat arma fo-  
 ris. ibid.  
 marpesia strenuè pugnan-  
 do occiditur. 67  
 martem Deum belli puta-  
 bant ueteres pagani. 37  
 martem quomodo placā-  
 bant pagani. ibid.  
 marte furente leges cedūt.  
 93  
 martianopolis. 236  
 martianopolitæ redeme-  
 runt multo auro pacem à  
 Gothis. ibid.  
 martianus Imp. 243  
 martianus Regulus. 489  
 martianus Byzātinus trās-  
 fuga Spoletum Græcis  
 prodidit. 521  
 martinus Græcorum dux.  
 462. 467  
 massagetæ 57  
 massagetæ sunt Oriētales  
 Gothi. 125  
 massagetarum origo. 58  
 mathafuenta Vitigis uxor,  
 427  
 mathafuenta Byzantium  
 unā cum cōiuge captiua  
 ducitur. 481  
 mathias Chetelmundi Sue-  
 cus. 745  
 mathias Chetelmundi re-  
 gni Suetiæ gubernator.  
 760  
 mathias Chetelmundi mo-  
 ritur. 771  
 mathiæ Miechouitæ teme-  
 ritas. 18  
 matrimonium occasionem  
 pacis præstat. 638  
 matrimonia illustrium fœ-  
 minarum difficulter im-  
 petrantur. 632  
 maxentius Bellisarij armi-  
 ger. 431  
 maximianus Imp. 251  
 maximinus Gothus, Imp.  
 Romanorum. 231  
 maximinus sedecim lixas  
 prostrauit, totidemq; mi-  
 lites. 232  
 maximinus ad Imperium  
 sublimatur. 233. apud A-  
 quileiam cum filio occidi-  
 tur. ibid.  
 maximini ingluuiēs. 232  
 maximini robur. ibid.  
 maximinus Italiæ Hexar-  
 chus. 495  
 maximini cunctatio. 496  
 maximus dux Valēris Imp.  
 557.  
 maximus Imperium inua-  
 sit & occiditur. 586  
 Medelpadia. 11  
 medi Iustiniano bellum in-  
 ferunt. 527  
 mediolanenses à Gothis  
 deficiunt. 458. 463

I N D E X

mediolanum à Gothis ob-  
fidetur. 463  
mediolanum fame infesta-  
tur. 467  
mediolanum à Gothis ex-  
pugnatum. 468  
medopa Gothilæ Gotho-  
rum regis filia, Philippo  
Macedoni nupsit. 138  
meler lacus. II  
menalippa ab Hercule ca-  
pta. 69  
menalippa captiuitate li-  
beratur. ibid.  
mendicus procuratur. 328  
menna Constantinopoli-  
tanus Antistes. 448  
merita Danica uxor Regis  
Birgeri. 739-744  
metallorum in Dalacarlo-  
rum terris inexhaustæ fo-  
dinæ. II  
methothim præstigiator  
magicus. 39  
Militaris disciplinæ præce-  
pta. 248  
militaris gloria antiquo-  
rum. 861  
militia inutilis amouenda.  
772  
militiæ studium. 326  
militum in bello negligên-  
tia. 525  
militum legatio minax ad  
Iustinianum. 526  
milliaria Gothica & Itali-  
ca differunt. 12  
minuthyia Amazonum re-

gina. 71  
Mœsia Vestrogothorum se-  
des. 555  
mœsiæ duæ. 250  
Melandina à Bellisario in  
Tyberi constructa. 435  
monomachia duorum re-  
gum. 84  
monsfalco. 383  
mons rusticorum. 790  
morasteen. 764  
morau. 455  
moriendum pro libertate  
patriæ. 810  
moringia. 9  
mors turpitudini antepo-  
nenda. 534  
moscouia. 3  
moscouitæ Roxalani dicti.  
579  
moscouitæ à Suecis uicti.  
745  
moscouitæ Suecos uincunt.  
746  
moscouitæ superantur. 773  
moscouitæ Sueones truci-  
dant. 773  
moscouitarum intolerabi-  
lis multitudo. 743  
moscouitarum bellum. 773  
moscouitarum fraus. ibid.  
motala torrens. 763  
Mulhebris altus & dolus.  
101  
mulieres & uirgines Aqi-  
lonares militiam olim ex-  
colebant. 3  
mulieres Gothicæ uiris uic-  
tore

I N D E X

tute haud inferiores. 47  
mulieres Gothorum uirili-  
ter pugnado fundunt ho-  
stes. 62  
mulieres Gothicæ bello ac-  
cinguntur. 244  
mulieres in habitu uirili  
præliantes. 249  
mulierum Danicarum uio-  
latio. 331  
mulierum rixa Reipub. per-  
niciosa. 485  
mundus à Gothis deletus.  
406

N

**N**Anna Geuari Nor-  
uegianorum regis  
filia, Balderi nup-  
tias refutat. 108  
narisci. 255  
narnia à Gothis defecit.  
429  
narses Græcorum dux. 465.  
466  
narses à Iustiniano dux cõ-  
tra Gothos constituitur.  
536  
narses Hunnos deuicit. i-  
bid.  
narses Gothos uicit auxi-  
lio Venetorum. 540  
narses Romæ obsedit. 542  
narses Romam expugnat.  
544  
narses quia eunuchus con-  
temnitur. 547  
narsesis exercitus poten-  
tissimus. 538  
narsesis in Italiam ingres-  
sus. 539  
narsesis uictoria in Campa-  
nia. 548  
narsesus profligatur. 251  
natura prouida in animan-  
tibus conseruandis. 10  
nauale prælium acerrimum.  
163  
nauale bellum inter Gothos  
& Græcos. 537  
Neapolis à Bellisario ca-  
pta. 420  
neapolis per Græcos uasta-  
tur. 421  
neapolis à Totila obside-  
tur. 494  
neapolitani Bellisarium ho-  
stem declarant. 418  
neapolitanorum erga Go-  
thos fides. 413  
neapolitanorum oratores  
ad Bellisarium. 414  
neapolitanorum cõstantia  
pro Gothis. 416  
nearchus 55. Gothorum &  
Sueonum rex internus. 278  
nearchus patriæ pater in  
Deos relatus. ibid.  
neritia. II  
nerua Imperator. 230  
Nicasius Remensis Episco-  
pus. 356  
nicea amnis. 689  
nicolaus Danorum Rex.  
680  
nicolaus Cardinalis Alba-  
nensis Anglicus. 686



I N D E X.

nicolaus Alonis archiepi-  
scopus Vpsalensis. 762  
nicolaus Stenonis in Caro-  
lum arma mouit. 828. capi-  
tur & moritur. 829  
nicolaus archiepiscopus  
Vpsalensis. 833  
nicolaus Ienson. 842  
nicolaus Koning Episco-  
pus Lincopensis, Christi-  
ernum in Daniam fuga-  
uit. 849  
nicolai Raualli Archiepi-  
scopi Vpsalensis oratio  
de præminentia regno-  
rum Gothiæ & Suetiæ.  
618  
nicopiæ arx superatur &  
desolatur. 761  
nigra à Succis uastatur. 745  
nilandia. 12  
nilla Gothorum dux. 429  
nimbrotus primus Baby-  
loniæ rex. 27  
nimbrotus alio nomine Sa-  
turnus dictus. ibid.  
ninus auream ætatem ui-  
triant. 24  
nini exercitus immensus.  
26  
nix diu durans. 548  
Nobilitas prisca à præfenti  
multum diuersa. 696  
nobilium prauis mores. 321  
noë tribus filijs totum or-  
bem diuisit. 23  
noë à Tanais ostio egres-  
sus, colonias in totum or-  
bem extendit. 35  
noë cæcum annis moratus  
in Scythia. ibid.  
noë pro posteris orabat  
Dominum. ibid.  
noë à domino benedictus.  
26  
noë totius mundi rex. ibid.  
noë decem annis occupa-  
tus fuit in constituendis  
colonijs per uniuersum  
orbem. 27  
noë Nimbrotum primum  
Babyloniæ regem creat.  
ibid.  
noë magnâ ætatis suæ par-  
tem post diluuium apud  
Scythas egit. ibid.  
noë in Italia mortuus est.  
ibid.  
norcopia torrens. 761  
nordianus 44. Gothorum  
rex internus. 214  
noruegia unde dicta. 79  
noruegia inexpugnabilis.  
656  
noruegiæ subactio. 283  
noruegiani astu Danorum  
exercitum eneruant. 190  
noruegiani moliantur bel-  
lum inferre Haldano. 197  
noruegiani à Rutenis &  
Sueonibus uincuntur.  
198  
noruegiani oppressi ad Re-  
gnerum Danum consu-  
giunt. 650  
noruegiani discordes in  
substi-

I N D E X.

substituendo rege. 665  
noruegiani opprimuntur ty-  
rannide Danorum. 666  
noruegiana femina arma-  
ta pugnant. 630  
noruegiani præficitur ca-  
nis in regem. 282  
norus Noruegiæ præfici-  
tur. 79  
nouenarius numerus ob-  
seruatus in sacrificijs Go-  
thorum. 42. 43  
Nucerini Teiæ deduntur.  
550  
nucerinum bellum inter  
Teiam & Narsetem. i-  
bid.  
nuptijs conciliatur pax in-  
ter reges & regna. 657  
O  
Oeanus Scythi-  
cus. 13  
Oddo magicæ ar-  
tis præficator mirabi-  
lis. 177. Rafnonem occi-  
dit. ibid.  
oddos submersus cum suis  
interijt. 176  
oddonis naues terebran-  
tur. 177  
odij causa inter Danos &  
Suecos. 681  
odouacer Herulorum rex  
Italiam opprimit. 370  
odouacer bis à Gothis sa-  
peratus. 375  
odouacer triennio à Go-  
this obsidetur. 376  
Ogyges. 24  
Olaus Magnus Scandia-  
næ insulæ descriptor. 13  
olauus Tretelia, 107. Go-  
thorum Sueonumq; rex  
internus. 636. uictoria e-  
ius contra Biornum & I-  
uarum. ibid. pietas eius  
& innocentia. 637. mori-  
tur. 639  
olauus Schotkonug, 112. Go-  
thorum Sueonumq; rex  
internus. 645. primus  
Christianus in uniuerso  
regno. 646. fidei Christi-  
anæ propagator. 649. bel-  
lum parat in S. Olau. 655.  
bellum mouet in Nor-  
uegianos. 656. moritur.  
658  
olauus Triggonis Norue-  
giæ Rex. 647. Sigritham  
Suetiæ Reginam in con-  
iugem postulat. ibidem.  
stupida eius stoliditas.  
648. maligna eius in Re-  
ginam Sigritham moliti-  
o. ibid. bellum in Sue-  
nonem Danum promo-  
uit. 649. seipsum submer-  
sit. ibid.  
sanctus Olaus Rex Nor-  
uegianus. 654. patriæ li-  
bertatis assertor. ibid.  
bellum in Sueones & Go-  
thos mouit. ibid. Got-  
landiam subiugauit. 655.  
Danos ex Anglia eiecit.

I N D E X.

ibid. Noruegianos ad libertatem hortatur. 656.  
 ob fidem Christi persecutiones sustinuit. 659.  
 fidem Christi prædicat. ibidem. periculum eius apud Danos. 662. ut publicus hostis à Noruegians excipitur. 664. profugus ad Neritiã peruenit. 665. parat reditum in Noruegiam. ibid. occiditur. 666  
 olaus Archiepiscopus Vpsalensis. 707. 710. 714  
 olaus Sapiens Archiepiscopus Vpsalensis. 763  
 olaus Archiepiscopus Vpsalensis pro reditu Erici Regis laborat. 821. pacis consultor. 827. pro Erico Rege sollicitus. 830. ad Schoningiam proficiscitur. ibid. Nicopiã ueneno extinguitur. ibid.  
 olaus Absolon Danus. 846  
 olaus Absolon Sueonum imprudentia callidissimè utitur. ibid.  
 olaus Absolon contra fœdera pugnat. 849  
 olibrius Imp. 586  
 olitensis urbs ædificatur. 605  
 olo Noruegianus. 306. 310  
 Omundus Rex Daniã. 311  
 opilonis traditoris indigna exaltatio. 394  
 oppius Sabinus occubuit. 228  
 optares Theodati occisor. 424  
 Orithyia regina Amazonum. 67  
 orithyia sprete nuptiarum uoluptate, uirginitatem seruauit. ibid.  
 orithyia legatos mittit ad Sagillum Gothorum Regem. 69  
 oratores pro alieno delicto non sunt culpandi. 411  
 oratoribus quid iurè gentium debetur. ibid.  
 Ostanus 78. Gothorũ Sueonũq; Rex internus. 324. tyrannus. ibid.  
 ostanus 90. Gothorum Sueonumq; rex internus. 345  
 ostarus Schoningiã præfectus subijcitur Valandro. 285  
 ostenus 58. Gothorum Sueonumq; rex internus. 281  
 ostentum fatale. 389  
 oster. 351  
 ostergethã. 378  
 ostrodalã. 371  
 ostrogetã. 57  
 ostrogotha 26. Gothorum rex externus. 230  
 ostrogotha Romani Imperij

I N D E X.

rii fines inuadit. 235  
 ostrogothia. 8  
 ostrogothi à Vestrogothis diuisi. 262. 554  
 ostrogothi Leoni Imperatori bellum inferunt. 362  
 ostrogothi triginta Francorum millia occidunt. 589  
 ostrogothorum & Francorum bellum. 386  
 Othen 9. Gothorum Rex internus. 46  
 othinus & Frigga à Gothis dii æstimabantur. 37  
 othinus Magus. 87  
 othinus idolum. 298  
 othinus proditor Danus. 305  
 othinus dæmon. 323  
 otho Saxonicus Imperator. 642  
 otho primus Daniam ad Christum conuertit. 646  
 othoniel Iudex Israël. 49  
 otthundia. 11  
 P  
 P Adus exaruit. 475  
 pagana superstitione fascinata Gothia, labitur in idolatriam. 35  
 pagana superstitionis studia considerare, homini Christiano non inutile. 35  
 pagani Martem belli Deũ putabant. 37  
 pagani morte captiuorum Martem placabant. ibid.  
 pagani arbitrato suo Deos submouebant & sufficiebant. 41  
 paganorum dii quò magis tributarij, eò sanctiores. ibid.  
 panormum à Bellisario expugnatum. 407  
 pantasilea Amazonum regina. 70  
 pantasilea contra Græcos bello Troiano interfuit. ibid.  
 pantasilea ardebat amore Hectoris. ibid.  
 pantasilea prostrata ferè omnes Amazones sunt deletæ. 71  
 parallellorum à Ptolemæo diuersa assignandi ratio. 16  
 parisus prima Francorum sedes. 385  
 parthi unde ortum habuerint. 60  
 parthi dum fugiunt, uehementer hostes sequentes lacesunt. 61  
 paschatis celebratio in cõtrouerfiam uertitur. 597  
 pastor Neapolitanus. 418  
 Paulus Cilix Romanus. 534  
 pauli Cilicis oratio ad cõmilitones. 535  
 pax multo auro à Gothis redempta. 236

I N D E X.

pax inter reges & regna nuptijs conciliatur. 657  
 pacis studia. 166  
 pacis conditiones à Iustiano Gothis & Græcis præscriptæ. 478  
 pacis officia. 771  
 Pedites facilius obsidionem tolerant quam equites. 462  
 pelagius Diaconus ad Totilam legatus. 506  
 pelagius Totilæ supplex occurrit. 515  
 pelagius iram Totilæ mitigat. 518  
 pelagiana hæresis exterminata. 610  
 penaxagoras II. Gothorū rex externus. 73  
 penaxagoras Herculi bellum indicit. 74  
 penaxagoras cōposuit pacem inter Amazonas & Herculem, deditq; in matrimonium Herculi sororem suam Angen. ibid.  
 perannius Bellisarij præfectus. 467  
 perusia. 503  
 perusia à Totila oppugnata. 523  
 perusia à Gothis expugnata. 528  
 pestilètia Romam infestat. 451  
 petrus Rhetor Iustiniani orator. 408. 411

petrus I. archiepiscopus V. psalensis. 705  
 petrus Porse Danus regē Magnum inuitat & captiuat. 731  
 petrus Episcopus Aroliensis in exilium mittitur. 743  
 petrus archiepiscopus Lúdensis. 766  
 petrus Aland. 792  
 petrus Store. 816  
 Phanotheus Herulorum dux. 467  
 philippa Erici Pomerani coniunx. 803  
 philippus Macedonū Rex à Byzantinis in Cimerias terras bellum transfert. 136  
 philippus dolo tentat Gothos. 137  
 philippus strategematis uicit Gothos. ibid.  
 philippus Medompam filiam Gothilæ in coniugē accipit. 138  
 philippus affinitatis fœdera non seruat. ibid.  
 philippus Vdisitanam Mæsiæ ciuitatem oppugnat. ibid.  
 philippus à Gothis dominus. 139  
 philippus II. Gothorum Sueonumq; rex internus. 678. regnū eius pacificū. ibid. obitus eius. 679  
 philippi

I N D E X.

philippi Imperatores. 234  
 philippopolis à Gothis expugnatur. 238  
 philmerus 7. Gothorū rex externus. 54  
 philmerus Scythis bellum inferit. ibid.  
 philo de multiplicatione humani generis. 26  
 Picensis ager. 458  
 pinciana porta Romæ. 435  
 pisaurum à Græcis recuperatum. 502  
 pissa Gothorum dux. 429  
 Placentia à Gothis uicta. 506  
 platonis locus de Amazonibus. 71  
 plebeia multitudo in Suecia potens. 657  
 plinij locus lib. 4. cap. 13. in dictione Illeuionum restitutus. 10  
 Pontifex Romanus pro quiete Arrianorum oratus. 388  
 pontificis Romani autoritas. 393  
 pontifices Pileati & Pij. 45  
 pontificum apud Gothos potestas. ibid.  
 pontificum apud Gothos ueneratio. 585  
 portuensis urbs à Gothis capta. 446. 529  
 Præceptum Domini de nõ eligendo rege alienigena. 862  
 præfecti mali. 720  
 præfectorum Regiorū officia. 709  
 prælium nauale. 163  
 prælium cruentum in Sierlandia. 268  
 prænestina porta Romæ. 435  
 præsagium Danis perniciosum. 91  
 presbyterorum filij uilisissimi. 667  
 princeps qualis, talis & populus. 153  
 principis prudentis exhortatio. 46  
 principis liberalitas commendabilis. 61  
 principis peccata iræ Dei in subditos prouocant. 841  
 principes uiolatis pacis sunt prædones. 798  
 principes populares. 858  
 principum ignauia. 721  
 priscus historicus de Attila Hunnorum rege. 353  
 prisca nobilitas à præsentimultum diuersa. 696  
 priscorum transmigrations multæ. 29  
 probus Imp. 250  
 procopius de Bellisarij perfidia. 477  
 prudentia cõsiliorum omnium mater. 546  
 prudentis & ignaui Princes

I N D E X.

cipis comparatio. 284.  
 prufsi ab Erico Victoriofo  
 uicti. 642  
 pruteni. 55  
 Puerorū corruptores. 391  
 pugna cruenta inter Sue-  
 cos & Danos nobiliores.  
 104  
 pugna atrox inter Gothos  
 & Græcos. 474  
 pugna aduersus despera-  
 tos periculofa. 535  
 pugna cruentiffima. 551.  
 552  
 pugil Vandalus. 113  
 pugil Vandalus profterni-  
 tur ab Vbbone. 114  
 pugiles gigantea fortitudi-  
 ne plures eodē tempo-  
 re. 232  
 Pythagoras philofophus.  
 143  
 pythagorica philofophia.  
 42

**Q** Vadi. 255  
 Quindecim fratres  
 Noruegiani uexāt  
 Sueones. 199. opprimun-  
 tur ab Haldano uno reli-  
 to fupertite. ibid.  
 Quintilianus frater Clau-  
 dij Imp. 246

**R** Accho canis affig-  
 natus Danis pro  
 rege. 104  
 radagafus 52. Gothorum  
 rex externus. 563  
 radagafij potentia. 564  
 radagafij mors. ibid.  
 rafno ab Oddone occifus.  
 177  
 ragnerius Gothus, & eius  
 aftus. 544  
 ragualdus 121. Gothorum  
 Sueonumq; rex internus.  
 682  
 ragualdi affumptio fediti-  
 ofa. ibid.  
 ragualdi gigantea proceri-  
 tas & ferocia. ibid.  
 ragualdi infenfata temeri-  
 tas. 683  
 ragualdi cædes. ibid.  
 raguilda Ingonis regis cō-  
 iunx. 680  
 rapiendi uirgines confue-  
 tudo unde nata. 85  
 raptus uirginum. 301  
 raptus uirginum olim glo-  
 riofus erat. 81  
 raualdus 82. Gothorū Sue-  
 onumq; rex internus. 330  
 raualdus Danorū rex. ibid.  
 rauenna. 382  
 rauenna regia Gothorum  
 fedes. 379-475  
 Recaredus 70. Gothorum  
 rex externus. 599  
 recaredus hærefim Arria-  
 nam abiurat. 600  
 recaredus Romanos fæpe  
 deuicit. ibid.  
 recaredus 40. millia Fræca-  
 rum occidit. ibid.  
 reci-

I N D E X.

recaredus mitis in fuos.  
 601  
 recaredi pietas. 600  
 recaredi mors. 601  
 rechimiris Imperator. 367  
 rechimiris ingratitude er-  
 ga Anthemium Imp. ibid.  
 recinfaundus 81. Gothorū  
 rex externus. 609  
 recinfaundus in Deum piē-  
 riffimus. ibid.  
 recinfaundi uictoria in Va-  
 fcones. 610  
 recinfaundi mors. 611  
 refo, id est uulpecula ex Da-  
 nia in Suetiam mittitur.  
 625  
 refo prodicionis crimine  
 conuictus mari fubmergi  
 tur. 626  
 regeta oppidum. 423  
 reginæ Danorū ex Suetia  
 adductæ, optimæ. 739  
 regium iuramentum. 611  
 regium nomen Gothis o-  
 diofum. 856  
 regiorum præfectorum of-  
 ficia. 709  
 Rhegyum urbs à Gothis  
 expugnata. 530  
 regnaldus Suetiæ rex. 268.  
 extincto Eugino uadit cō-  
 tra Siualdum. ibid. extin-  
 guitur. ibid.  
 regnaldus Noruegiæ Rex.  
 281. occubuit. 282  
 regnerus 24. Gothorum  
 Sueonumq; rex internus.  
 94. per nouercam Tho-  
 rildam factus est fubul-  
 cus. ibid. per Suanhuitam  
 à feruili cōditiōe libera-  
 tur. ibid. prudentia eius  
 in refponfis. 95. in nouer-  
 cam querelas exaggerat.  
 96. Suanhuitam in tori  
 confortem accipit. ibid.  
 Frothonem Danorum re-  
 gem capit. 97. Vpfalliæ tu-  
 mulatur. ibid.  
 regnerus Daniæ Rex. 630.  
 eius aftutia. 631. Thoram  
 Heroti regis filiam con-  
 iugem petit. ibid. duas im-  
 manes belluas occidit.  
 632. cognominatus Lod-  
 broch. ibid. Schoningiam  
 dotis nomine occupat.  
 633. uincitur. 637. Cōftan-  
 tinopolim nauigat. 639.  
 piratica eius in terras re-  
 motiffimas. 640  
 regnum paricidio partum,  
 infeliciter administratur.  
 601  
 regna ob Regū fcclera fæ-  
 pe defolantur. 615  
 regna felicia à tyrannis op-  
 primuntur. 807  
 religio Gothorum ex Py-  
 thagoricis traditionibus  
 aucta. 42  
 remenfes ab Attila misera-  
 bili clade affecti. 356  
 refmundus Sueuorū prin-  
 ceps. 585

I N D E X.

respa princeps Gothia. 241  
 retho Rutenorum pirata  
 atrocissimus. 286. 293  
 reualia fundatur. 691  
 rex sine uirtute & sapiētia  
 monstrum est. 107  
 rex magis hoste nocet. 823  
 regem externum non eli-  
 gendum. 654  
 reges Vpſalenses. 30  
 reges olim dijs immolati.  
 43  
 reges ex Gothis & Suecis  
 uicissim eliguntur. 706  
 reges alienigenæ non eli-  
 gendi. 802  
 reges populares. 858  
 regum duorum monoma-  
 chia. 84  
 regum bonorū ultima cu-  
 ra de pecunia. 709  
 regū iura diuinis legibus  
 postponenda. 711  
 Rhero Frouini filius indu-  
 citur à Veremūdo ad oc-  
 cidendum Attilum. 317  
 rhero inuadit Attilum. 118  
 Ricardus 75. Gothorū rex  
 externus. 604. moritur.  
 ibid.  
 richesa regina Polonia. 725  
 richesa reginae obitus. 710  
 richmundus Gothus. 511  
 ricarius Sueuorum Rex.  
 584  
 ricarius à Gothis supera-  
 tus & occisus. 585  
 riduegia. 8

riga erigitur. 691  
 ringo 72. Gothorum Sueo-  
 numq; rex internus. 304  
 ringo Noruegianus. 311  
 riorthinus rex Britonum.  
 587  
 rixa mulierum Reipub. per-  
 niciosa. 485  
 Rodericus Sueonum rex.  
 112. in Rutenos expeditio-  
 nem parat. ibid. eius co-  
 gnomen. 113. moritur. 114  
 rodericus 87. Gothorum  
 rex externus. 616. pernicio-  
 sosa eius libido. ibid.  
 rodolphus 85. Gothorum  
 Sueonumq; rex internus.  
 336  
 roe Danorum rex. primo &  
 secundo cōgressū ab Ho-  
 thebroto uincitur. 99  
 roe tertio cōgressu ab Ho-  
 thebroto occiditur. ibid.  
 rollerus rex Noruegiae o-  
 pem fert Gestillo contra  
 Alaricum. 174  
 rollerus dux bellicæ clas-  
 sis contra Frothonem Da-  
 num. 177  
 rollerus & Ericus ad collo-  
 quiū Frothonis uocāt. 178  
 rolleri & Erici connubia.  
 184  
 rollo & Gastillus proceres  
 Vestrogothorum. 176  
 roluo rex Dania à matre  
 Ursilia uocatus, uenit in  
 Suetiam. 101

roluonis

I N D E X.

roluonis problema. 102  
 roluonis ingratitude er-  
 ga Attilum. 102. 103  
 roluone interēpto Hiart-  
 mannus Daniā occupat.  
 105  
 roma quàm potens & po-  
 pulosa olim fuerit. 130  
 roma à Gothis instaura-  
 ta. 379  
 roma à Vitige & Gothis  
 obsidetur. 434  
 roma pluribus locis à Go-  
 this impugnatur. 440  
 roma multis millibus uix  
 defendi potest. 444  
 roma à Vitige oppugna-  
 tur. 446  
 roma fame laborat. 450.  
 504. 509  
 roma infestatur peste. 451  
 roma à Totila obsidetur.  
 504  
 roma à Totila capta. 514.  
 515  
 roma à Bellisario iterum  
 recuperatur & munitur.  
 522  
 roma iterum à Totila ob-  
 sidetur. 528  
 roma frumento conferti-  
 tur. 529  
 roma iterum à Totila ex-  
 pugnatur. ibid.  
 roma à Totila instaurata.  
 532  
 roma à Narsete obside-  
 tur. 542

roma qualis erat in aduen-  
 tu Narsetis. 543  
 roma à Narsete expugna-  
 tur. 544  
 roma ab Alarico capitur.  
 569  
 romanus Pōtífex pro quie-  
 te Arrianorum orat. 388  
 romana libertas per Cæ-  
 sare m euersa, à Gothis re-  
 stituta. 380  
 romanum imperiū decli-  
 nat per inertiam tyranno-  
 rum effeminatorū. 242  
 romani imperij inclina-  
 tio à Gothis incepit. 150.  
 597  
 romani Senatus epistola  
 ad Aurelianum. 246  
 romani Pontificis autori-  
 tas. 393  
 romani olim gens rudis.  
 30  
 romani portenta colebāt.  
 42  
 romani cū Gothis pacifi-  
 cuntur. 234  
 romani fœdus incunt cū  
 Gothis. 241  
 romani Gothorum tribu-  
 tarij. ibid.  
 romani Gothorum auxi-  
 lium implorant. 370  
 romani diuturnam pacem  
 turbant in eligendo Pon-  
 tifice. 383  
 romani iureiurādo se Go-  
 this obligant. 426

I N D E X.

romani à Gothis deficiūt. 427  
 romani Bellisarium irri-  
 dent. 436  
 romani Bellisarium repre-  
 hendunt. ibid.  
 romani derisorem Bellisa-  
 rium oderunt. 439  
 romani de Bellisario que-  
 runtur. 443  
 romani se accusant quod  
 Gothos excluderint. 446  
 romani obsides occidun-  
 tur. 447  
 romani à Bellisario in exi-  
 lium missi. 448  
 romani à Gothis fugan-  
 tur. 450  
 romani duo pecunijs cor-  
 rupti. 459  
 romani pro Græcorum sa-  
 lute extrema sustinent.  
 507  
 romani à Recaredo uicti.  
 600  
 romani à Gundemaro ui-  
 cti. 602  
 romani à Sisebuto uicti.  
 603  
 romani à Cintila uicti. 605  
 romanorum exercitus pro-  
 fligatur à Gothis. 228  
 romanorum exercitus suc-  
 cumbit. 229  
 romanorum milites exau-  
 torati coniungunt se Go-  
 this. 235  
 romanorum pœnitentia  
 quod à Gothis ad Græ-  
 cos defecissent. 458  
 Romanorum ingritudi-  
 nem Totilas arguit. 499.  
 517  
 romanorum querela corā  
 Græcis. 507  
 romanorum exercitus ab  
 Alarico deletus. 568  
 romanis optabilior mors  
 quàm uita. 452  
 romanis à Deo terror im-  
 mittitur ob leſam Gotho-  
 rum innocentiam. 568  
 rostarus à paganis in Deo-  
 rum numerum relatus.  
 40  
 rostiophum Finnonicum  
 Dijs applicuit antiqui-  
 tas. 40  
 rostock erigitur. 691  
 rotherus pirata Ruteni-  
 cus. 345  
 roxalani. 579  
 Rufinus Imperij dux. 561  
 ruglate oppidum. 423  
 ruscianum à Gothis obses-  
 sum. 526  
 ruscianum à Gothis captū.  
 527  
 russia à Gothis uastatur.  
 213  
 russiæ subactio. 326. 346.  
 350  
 rusticus orator Theodati  
 ad Iustinianum. 409  
 ruteni à Lindormo uicti.  
 169

I N D E X.

ruteni iuncti Sueonibus  
 Noruegianos uincunt.  
 198  
 ruteni Gothos ad arma  
 prouocant. 212  
 ruteni à Gothis uincun-  
 tur. 213  
 ruteni à Sueonibus expu-  
 gnati. 294. 296  
 ruteni Suecis tributa pen-  
 dunt. 298  
 rutenorum subactio. 293  
 Rytting doctor, procon-  
 sul Holmensis. 858  
 S  
 Saba monasterium ere-  
 ctum. 702. 705  
 Sabellicus reprehen-  
 sus. 18  
 sacrificia Gothorum noue-  
 nario numero obserua-  
 bantur. 42  
 sacrilegij pœna. 135  
 safra 50. Gothorū Rex ex-  
 ternus. 557  
 sagillus 10. Gothorum rex  
 externus. 73  
 sagillus Græcorum acerri-  
 mus hostis. ibid.  
 sagillus mittit Amazoni-  
 bus auxilium contra Græ-  
 cos. 70  
 salaria porta Romæ. 435  
 salles Gothorum orator,  
 eiusq; ad Bellisarium Se-  
 natūq; Romanū oratio.  
 436  
 salmoxes philosophus Py-  
 thagoræ discipulus. 143  
 salmoxes adhibitus est à  
 Tanobonta adminiftran-  
 do regno. 144  
 salmoxis sententiæ. ibid.  
 salmoxis doctrina de im-  
 mortalitate animæ. ibid.  
 salonæ à Gothis obsiden-  
 tur. 445  
 samagetæ. 55. 57  
 samagetæ superantur. 196  
 sapiens uir præstantior est  
 forti. 147  
 saraceni à Bamba uicti.  
 611  
 saraceni subiugant Hispa-  
 niam. 616  
 saracenicum bellum. ibi.  
 fatacundia. 13  
 saturnalia festa. 283  
 saul Hebræus Gothos die  
 Paschali impugnat. 597  
 saxonix principes Danum  
 Danorum Regem turba-  
 re conantur. 161  
 saxo multa falsa suis histo-  
 rijs immiscuit. 189  
 saxo Danicas historias mu-  
 tilatas tradidit. 330  
 saxo in uita Regneri reui-  
 dendus. 640  
 saxo Danix fines descri-  
 bit. 844  
 saxonis carmina de uita  
 Starchateri. 205  
 saxonis Danici in Sueonæ  
 impostura. 626  
 saxonæ in Danos ire con-

I N D E X.

tendunt. 78  
 saxones ab Humelo Gothorum Rege domiti. 79  
 saxones infestant sinu Gothicum. 157  
 saxones in Ostrogothia profligantur. 158  
 saxones profligantur. 161  
 saxones cum Danis. 162  
 saxones cum Fridelero. 169  
 Scandia in se continet tria regna. 6  
 scandia Scythica. 28  
 scandia & Tyle eadem insula. 341  
 ex Scandia 30. nationes olim eruperunt. 7  
 scandiæ insulæ descriptio & magnitudo. 4  
 scandiæ situs. 19  
 scandiæ insulæ index. 17  
 scara sedes Episcopalis Vestrogothorum. 8.277  
 scarenfis ciuitas erigitur. 83  
 scarinus 19. Gothorū Rex internus. 83  
 scarinus instruit bellū contra Gramum. ibid.  
 scarinus à Gramo opprimitur. 84  
 schioldus Danorum Rex. 86  
 schisma inter Symmachū & Laurentium. 384  
 schoningia. 9

schoningia à Danis subacta. 328  
 schoningia redimitur. 766  
 schoningiani à Teutonicis grauissimè affliguntur. 765  
 schoningiani à Gothis & Suecis auxilium implorant. ibid.  
 schoningiani se, & posteros suos, Regibus & Regno Suetiæ perpetuo iureiurando obligant. 766  
 de Schoningianis terminis fabula. 669  
 schoningianū bellum. 285. 298. 327. 668. 704. 728. 733. 761. 817. 868  
 scipionis Africanæ astutia. 90  
 sciri per Gothos deleti. 364  
 sclauī piratæ Danicæ oras deprædantur. 185  
 sclauī ab Erico opprimuntur. ibid.  
 sclauī & Vandali solo nomine differunt. 257  
 sclauicæ gentis stirps interit. 186  
 scoti efferati barbari. 669  
 scricinnia. 10  
 scricinni Tylenses. 339  
 scricinnorū uestitus. 342  
 scurrarum nequitia. 179  
 scythā lingua Gothica sagittarium peritum designat. 63

scythæ

I N D E X.

scythæ omnium hominum post diluuium primi. 24  
 scythæ gentes fortissimæ. 30  
 scythæ Gothos acriter impugnant. 54  
 scythæ superantur à Gadarico. ibid.  
 scythia Araxea. 24  
 scythia olim Ouis dicta. 56  
 scythia unde dicta. 63  
 scythicus Oceanus 13  
 scythicæ gentis pater Magogus. 28  
 scythicis uiris magæ nudant, è quibus Hūni procreati. 259  
 Sela Roderici regis soror interimitur. 114  
 selandia Daniæ insula ab Attilo occupatur. 107  
 selandia Danica uastatur. 178  
 sem à Noë præficatur Asiæ. 26  
 semiramis. 24  
 senatus Romani epistola ad Aurelianum. 246  
 septentrionales asperi bello. 190  
 septentrionalium nationū antiquissima gens Gothica. 1  
 serui ex Regibus, & Reges ex seruis originem ducunt. 95. 424  
 seruitus apud Gothos nul-

la. 818  
 sexosis Regis Aegypti infariabilis libido dominandi. 59  
 sexosis legatos Gothi inuadunt. ibid.  
 sexosis fuga turpis. ibid.  
 sexosis temeritas. ibid.  
 Sibdagerus Noruegiæ rex à Gothis & Suecis assumitur in Regem. 84. 85  
 sibdagerus implacabili odio Danos prosequitur. 85  
 sibdagerus Grami filiā raptam in Noruegiam abducit. ibid.  
 sibdagerus post mortem Grami subacta Dania, præfecit illi Gutthormū filium. 86  
 sibdagerus in Gotlandia ab Hadingo opprimitur. ibid.  
 sibyllæ liber de Gothis & Getis. 445  
 sibyllinum uaticiniū. 406  
 sictuna oppidum. 820  
 siculi à Gothis deficiunt. 406  
 sigarus Danorum Rex occubuit. 273  
 sigericus 55. Gothorū Rex externus. 574  
 sigericus occiditur. 575  
 S. Sigfridus Angliæ Archiepiscopus. 9  
 S. Sigfridus Archiepiscopus.



I N D E X.

pus Eboracensis. 649  
**S.** Sigfridus ad Gothiam Meridionalem peruenit. 650  
**S.** Sigfridi nepotes occiduntur. 652  
**S.** Sigfridi obitus. 653  
 figgo Sueonum Rex. 30. a. apud Vpsaliã tumulatur. 32  
 figgo 13. Gothorum Rex internus. 46  
 sigislaus Gothorum dux. 445  
 signe filia Caroli datur in matrimonium Haraldo. 217  
 signe filia Sigari Regis Daniã. 270. ambitur à pluribus. ibi. seipsam iugulat. 271  
 sigritha Suetiã Regina. 647  
 sigtrugus Suetiã Rex. 80  
 sigtrugus fatale responsum à Dijs accepit. ibid.  
 sigtrugus Danis bellũ indicit. 82  
 sigtrugus aurea claua concussus occubuit. ibid.  
 sigtuna oppidum ædificatur. 30  
 simon Snare. 315  
 singulare certamen duorum fratrum. 295  
 solmus 59. Gothorum rex internus. 283  
 sisebutus 74. Gothorum Rex externus. 608  
 sisebutus in lege diuina instructissimus. 603  
 sisebuti pietas. ibi.  
 sisebuti uictoria contra Romanos & Africanos. ibid.  
 sisenandus 77. Gothorum Rex externus. 605  
 sisenandus tyrannus fuit & paricida. ibid.  
 sisenandus moritur. 606  
 sifigis à Gothis defecit. 477  
 sifualdus Herulorum Rex. 543. 549  
 sifualdus hostis improbus. 545  
 sitalchus 18. Gothorum Rex externus. 139  
 sitalchi exercitus contra Macedonas. 140  
 sifualdus quidã contra Haldanum conspirationem molitur. 223. Haldanum ad duellũ prouocat. ibid.  
 ipse unã cum septem filijs ab Haldano prosternitur. 224  
 sifualdus Eugini filius Rex Daniã. 267  
 sifualdus Sigari filius Danorum Rex. 274. occubuit. ibid.  
 siuardus Sueonum Rex. 215. Starchateri consilio in Suetiã Regem assumitur. ibidem, occiditur.

I N D E X.

tur. 217  
 siuardus 53. Gothorum rex internus. 274  
 siuardus 102. Gothorum Sueonumq; Rex inter-nus. 629. Siuardum Noruegiã Regem uincit. ibi.  
 tyrannus à sceminis superatur. 630. occiditur. 631  
 siuardus Noruegiã Rex. 629  
 Smalandiã. 9  
 smyrna urbs ab Amazonibus condita. 66  
 Snio Daniã Rex alienã coniugis raptor. 329  
 Sontius fluuius. 374  
 sophia Danica Valdemari Suetiã Regis coniunx. 720  
 sophia Regina superbissima. 722  
 sophiã insolentissimi mores. 723  
 sophiã ingens dolor. 724  
 forinus Medorum Rex. 60  
 sordaliã. 11  
 Spalorum gens. 56  
 spargapises filius Thamyris capitur, eiusq; exercitus insidijs Cyri profligatur. 128  
 spargapises sibijpsi mortẽ consciscit. 128  
 sparsether uilla. 713  
 spina urbs. 475  
 spineticum ostium. 477  
 spoletum à Gothis uictũ. 503  
 spoletum à Græcis captũ. 521  
 Starchaterus Sueonũ fortissimus. 201  
 starchaterus plurima peragravit regna. 202  
 starchaterus Visinnum latronem Rutenicum prosternit. ibid.  
 starchaterus Tannã gigantem Byzantinum superauit. ibid.  
 starchaterus Viliscam Polonum uicit. 203  
 starchaterus Hamam Saxo-nem deleuit. 203  
 starchaterus delicias & cõuiuia fugiebat. ibid.  
 starchaterus Helgõis Noruegiã Regis partes defendit. ibid.  
 starchaterus nouem athletas uno congressu simul prostrauit. 204  
 starchaterus Ingellum Daniã Regem miro ingenio animauit. 205  
 starchaterus in molles & ignauos animaduertit. 206  
 starchaterus sibi cadẽ procurat. 210  
 starchaterus interfuit pugnã Regnaldi cum Sifualdo. 268



I N D E X.

**Starchaterus** Olonē Nor-  
uegianum occidit. 310  
starchateri carmina. 72  
starchateri carmina, qui-  
bus uitam frugalem com-  
mendat, & delicatā exe-  
cratur. 207  
starchateri carmina, qui-  
bus uitam suam celebrat.  
208  
starchateri mors. 211  
starchateri consilio Siuar-  
dus in Suetiæ Regem as-  
sumitur. 215  
statuæ pretiosæ deiectæ.  
441  
statutum iniquissimum.  
100  
stegaborg arx desolatur.  
761  
stenchillus nō Gothorum  
Sueonūq; Rex internus.  
672  
stenchillus optimarum le-  
gum conditor. 673  
stenchilli eximia in Chri-  
stum pietas. 672  
stenchilli gigantea fortitu-  
do. 673  
stenchilli mors. ibid.  
steno Sture senior, 140.  
Gothorum & Sueonum  
Rex internus. 857. Chri-  
stiernum uicit & fugauit.  
ibid. prudentia eius erga  
subditos. 858. summa eius  
laus. ibid. pietas eius &  
obseruantia in clerū. 859.

oblata coronam con-  
temnit. ibid. popularis  
fuit. ibi. rigor eius in pra-  
fectos. 859. beneuolentia  
eius in subditos. 860. tot  
mīlites quot incolas ha-  
bebat. ibid. admiranda e-  
ius celeritas. 861. magna-  
nimitas eius. ibid. Ioan-  
nem Danorum Regem  
uincit & fugat. ibid. eius  
humanitas in Danos ca-  
priuos. ibid. Ioannem Da-  
norum Regem iterum fu-  
gat. 863. bella humani-  
ter gessit. 864. bellum e-  
ius contra Iacobum Ar-  
chiepiscopum Vpsalen-  
sem. ibid. in gratiam cum  
Iacobo Archiepiscopo re-  
uersus. ibid. Ecclesiasti-  
cæ libertatis assertor fuit.  
865. Christinam Daniz  
Reginam restituit. ibid.  
studium eius uincere in  
bono malum. ibid. mori-  
tur. 866  
steno Sture junior, 142. Sue-  
onum Gothorumq; Rex  
internus. 901. controuer-  
sia eius cum Gostauo Ar-  
chiepiscopo Vpsalens.  
902. Gostauum Archie-  
piscopum in arce Stech  
obsedit. 903. Danos fugi-  
uit. ibid. Gostauum Ar-  
chiepiscopum captiuat.  
ibid. Ericum Trolle ca-  
ptiuat.

I N D E X.

ptiuat. ibidem. popularis  
fuit. 904. consiliarij eius  
ignauī & feditiosi. ibid.  
humanitas eius in hostē.  
905. periculum eius. ibid.  
mors. 906  
S. Stephanus. 644  
Stephanus primus Archie-  
piscopus Vpsalensis. 701  
stilico Imperij dux. 561  
stilico bis factus Honorij  
socer. 562  
stilico exterar gētes in Ita-  
liam uocat. ibid.  
stilico Gothos in Italiam  
uocat. 565  
stilico cū filio trucidatur.  
569  
stiliconis perfidia. 563  
stiliconis insignis dolus &  
fraus. 566  
stiliconis impietas. 567  
stocholmia. 11  
stocholmia fundata & ere-  
cta. 721  
stocholmia præsidium to-  
tius regni Suetiæ. ibid.  
stocholmia combusta. 762  
stocholmiæ emporij descri-  
ptio. 790  
stocholmensis ingens cla-  
des. 793  
stralesfundium erigitur.  
691  
strengegensis ecclesiæ con-  
flagratio. 762  
strunicus Sclauorum Rex  
occubuit. 186

studium liberalium artiū  
Romæ per Gothos resti-  
tutum. 393  
studijs assuetis indulgen-  
dum. 408  
sturburnus Biorni Regis fi-  
lius. 642  
Suanhuita filia Hadingi  
Regnerum & Thoraldū  
à seruili conditione libe-  
rauit. 94  
suanhuita adamabat Re-  
rum. 95  
suanhuita cōfortat Regne-  
rum. 96  
suanhuita & Regnerus se  
mutuò spondent. ibid.  
suanhuita ex dolore con-  
celsit in fata. 97  
suato Sueticæ militiæ prin-  
ceps Moscouitas uincit,  
eorumq; terras deuastat.  
862  
suato à Stenone deficit.  
863  
suato 141. Gothorum Sue-  
onūque Rex internus.  
866  
suato uirtuti plus quàm  
diuitijs indulgebat. 867.  
suato mendaces detesta-  
batur. ibid.  
suato Daniam impugnat.  
868  
suantonis familia honestif-  
sima. 866  
suantonis liberalitas. ibid.  
suantonis clementia. 867

I N D E X.

fuantonis pietas in Deum. 872  
 ibid.  
 fuantonis mors. 872  
 fuantopolchus Prutenus. 740  
 fuartmannus 83. Gothorū  
 Suconūq; Rex internus. 331  
 fuartmannus Danorū rex.  
 ibid.  
 sudermannia. 12  
 suecanæ ecclesiæ ruina se-  
 cum regni ruinam trahit.  
 865  
 fueci ad Christum conuer-  
 si. 8  
 fueci Danos subiugant.  
 106.iii  
 fueci Hotherum animoso-  
 rem reddunt. 110  
 fueci deficiunt ab Eugino,  
 præficientes sibi Ragnal-  
 dum. 267  
 fueci tardi ad iram, uelo-  
 ces ad uindictam. 273  
 fueci pugnant sagittis &  
 fundis. 308  
 fueci nobiles tardi inge-  
 nij. 730  
 fueci Carelos superant.  
 743  
 fueci Nigram & Vatlandiã  
 uasant. 745  
 fueci à Moscouitis uincun-  
 tur. 746  
 fueci Margaretam Danicã  
 Reginam auersantur.  
 786  
 fueci frustra apud Marga-  
 retam conqueruntur de  
 uiolatis pactis. 798  
 fueci contra tyrannidem  
 Margaretæ insurgunt.  
 799  
 fueci Danicati, pernicio-  
 si sunt in patria. 801  
 Sueci ad pacem parati.  
 821  
 fueci Ericum admonentes  
 lauant laterem. 822  
 fueci Gotlandiam & Vif-  
 by occupant. 844  
 fueci concordēs expugna-  
 ri non possunt. 858  
 suecorū bellum in Danos.  
 315  
 suecorū de moscouitis ui-  
 ctoria. 745  
 suecorum & Danorum di-  
 uersa studia. 807  
 fuecis & Danis innatū mu-  
 tuū & inextinguibile o-  
 dium. 165  
 fuecos pœnitet Margare-  
 tam eligisse. 797  
 fuecno 2. Gothorum Rex  
 internus. 29  
 Sueuo Danus fit apostata.  
 647. grauiſimæ eius ca-  
 lamitates. ibid. eius uersu-  
 tia. 648  
 fueuo Danicus Vphonis  
 Suetici & Estritæ filius.  
 674. probitas eius. 676.  
 memorabilis eius pœni-  
 tentia. ibid.  
 fueuq

I N D E X.

fueuo Sanguinarius. 675  
 fueuo 3. Danorū Rex. 685.  
 bellum mouet in Suetiã.  
 686. stolidus & ciners. 687.  
 triumphat ante uictoriã.  
 689. fuga eius à facie a-  
 greſtium. ibid.  
 fueones à Gothis dissen-  
 tiunt. 172. 197. 778  
 fueones à Sualdo defici-  
 unt. 223  
 fueones ab Arthuro An-  
 glo uicti. 335  
 fueones Tauestos superat.  
 714  
 fueones à Moscouitis cir-  
 cūuenti trucidantur. 773  
 fueones à Magno Smeech  
 proſcripti ducē Magno-  
 polensem adeunt. 778  
 fueones proſcripti Magnū  
 sui officij admonent. 779  
 fueones proſcripti Mag-  
 num diffidentes Albertū  
 eligunt. 779  
 fueones ab Alberto conte-  
 mnuntur. 784  
 fueones causas suas dictu-  
 ri, cachinnis & uerberi-  
 bus rejciuntur. ibid.  
 fueones Regem uolunt po-  
 pularem. 787  
 fuecis cum Teutonicis dis-  
 sentiunt. 789  
 fueones impatientiſſimi  
 ad iniurias uerbales.  
 790  
 fueones armantur contra  
 cucullatos, & ab eis illu-  
 duntur. 792  
 fueones belli contra Mar-  
 garetam propositum re-  
 mittunt. 801  
 fueones cum Erico Pome-  
 rano annales inducias ſta-  
 tuunt. 820  
 fueones iustiſſima ab Eri-  
 co petunt. 821. 823  
 fueones Danorum temerit-  
 tatem detestantur. 832  
 fueones sub externis Regi-  
 bus iram Dei experiun-  
 tur. 835  
 fueones in Christophorū  
 Bauarū consentiunt. 836  
 fueones intestino odio se  
 & patriam destituunt.  
 840  
 fueones à Christophoro  
 Bauaro ob mutuū odium  
 taxantur. ibid.  
 fueones periculose se Da-  
 nis coniungunt. 842  
 fueones suam impruden-  
 tiam accusant. 847  
 fueones Danos trucidant.  
 ibid.  
 fueones quo tēpore Got-  
 landiam amiserunt. ibid.  
 fueonum & Gothorum u-  
 na Respub. 6  
 fueonum principes, Reges  
 Vpſalenses dicti. 30  
 fueonum liberalitas & ho-  
 spitalitas erga aduenas.  
 153. 154

I N D E X.

fueonum & Gothorum re-  
gna iterum coniungun-  
tur. 266  
fueonū bellum in Danos.  
329  
fueonum legati ad Ludo-  
vicum Caroli Magni fi-  
lium. 627  
fueonū ad Christum con-  
uersio. ibid.  
fueonum domestica dissen-  
sio. 635  
fueonum & Anglorum Re-  
gum perpetua confœde-  
ratio. 649  
fueonum simplicitati à Da-  
nis sæpe illuditur. 670  
fueonum in Danos odiū.  
686  
fueonum fortitudo. 744  
fueonum legati à Valde-  
maro Dano captiuantur.  
778.  
fueonum à Magno profcri-  
ptorum nomina. 780  
fueonum pars ad Margare-  
tam Danicam Reginam  
deficit. 786  
Sueonum grauis ruina.  
789  
fueonum simplicitati sæ-  
pe ab exteris illuditur.  
792  
fueonum controuersia in  
eligenda Margareta. 795  
fueonum proceres persua-  
dent Erico oppressionē  
cleri. 804

fueonū inter se odium per  
niciosem. ibid.  
fueonum nobiles submer-  
guntur ad præceptum E-  
rici. 806  
fueonum beneuolentia er-  
ga Ericum. 822  
fueonum simplicitas. ibid.  
fueonum ciuū in Holmia  
periculum. 823  
fueonum in Reges exter-  
nos propensio. 836  
fueonum nobiles in mu-  
tuum odium propensi.  
838  
fueonum nobiles indiscretē  
feuda coronæ ambiunt.  
839  
fuercherus 60. Gothorum  
Rex internus. 284  
fuercherus 123. Gothorum  
Sueonumq; Rex inter-  
nus. 685. Nicolaum Da-  
norum Regem insigni in  
iuria affectit. ibidem. pa-  
cis legatos ad Suenonem  
Danum mittit. 688. timor  
eius & perplexitas. 689.  
prudentia eius. ibid. pie-  
tas eius in religionē. 690.  
mors eius & sepultura.  
ibid.  
fuercherus 127. Gotho-  
rum Sueonumq; Rex in-  
ternus. 706. eius laus. ibi-  
dem. uindex in nobilita-  
tem. 707. bello ciuili im-  
plicatur. ibidem. occidit  
tur.

I N D E X.

tur. 708  
fuetia Aquilonarium re-  
gnorum præcipua. 6  
fuetia quo tempore Chri-  
stum agnouerit. 194  
fuetia à Gothia diuisa.  
283  
fuetia multis annis ante  
Daniā ad Christum con-  
uersa. 628  
fuetia ad Christum cōuer-  
sa. 644  
fuetia annonæ penuria la-  
borat. 757  
fuetia regnum opulentū.  
867  
fuetiæ siue Sueoniæ descri-  
ptio. 9  
fuetiæ extensio. 10  
fuetiæ nobiles in Ericū Bal-  
bum conspirant. 712  
fuetiæ senatorum impru-  
dens dissensio. 843  
fuetica nobilitas diuine ul-  
tioni subiecta. 653  
fuetica crudelitas. 733  
fuetica credulitas dolus  
sæpe circumuenitur.  
844  
fueticæ nobilitatis condi-  
tio sub Erico Pomerano  
miserima. 805  
fueticum argentum tyran-  
nos prouocat. 806  
fuetici regni periculum.  
692  
fueui à Gothis superati.  
363. 364. 365.

fueui à Gothis penè ad in-  
ternecionem prostrati.  
585  
fueuorum origo. 579  
fuoio Danorum Rex à pedi-  
culis usq; ad nuda ossa cō-  
sumptus. 104  
fuitzerorum origo. 196  
supplicem arma abijcien-  
tem occidere probro-  
sum est apud Gothos.  
164  
suppolarium regionum mi-  
rabilia. 344  
Syllæ & Boroistę collatio.  
145  
fyluerius Papa. 400. 448  
fyracuse à Liberio occu-  
pantur. 531

T

**T**Acitus Imperator.  
250  
tanais diuidit duas  
Scythias. 25  
tanaufius 8. Gothorū Rex  
externus. 58  
tanaufius in fata cōcessit,  
relatus à sua gente inter  
Deos. 61  
tannas gigas Byzantinus  
à Starchatero prosterni-  
tur. 202  
tanobonta 20. Gothorum  
Rex externus. 143  
tarentum à Gothis expu-  
gnatum. 530  
taruifium in Gothorum fi-  
de persistuerat. 517

I N D E X.

**tho** Longobardorū rex. 318  
**ta**uestia. 13  
**ta**uestiæ arx. 715  
**ta**uesti à Sueonibus superantur, & fiunt Christiani. 714  
**Teias** ultimus Gothorum Rex in Italia. 197  
**teias** dux præstantissimus. 539  
**teias** 47. Gothorum Rex externus. 542  
**teias** Francorum societatem optat cōtra Græcos. ibid.  
**teias** Gothos in diuersas Italiæ regiōes distribuit. 547  
**teia** ad belli duces oratio. 545  
**teia** celeritas. 548  
**teia** mora perniciofa. ibid.  
**teia** heroica & incredibilis fortitudo. 551  
**teia** mors. ibid.  
**telephus** Herculis ex Auge filius, 12. Gothorū rex externus. 74  
**telephus** bello Troiano ingressus. 75  
**telephus** ab Achille letaliter vulneratus. ibid.  
**templi** Vpsalensis, idolis quondam consecrati, magnificus apparatus. 35  
**tesander** à Telepho uul-  
 neratus occubuit. 75  
**teudes**, siue Teuda, 64. Gothorū Rex externus. 593  
**teudæ** bellum contra Gili- bertum Parisiorum Regem. 593  
**teudæ** mors. 594  
**teudifclus**, siue Teudegillus, 65. Gothorum Rex externus. 594  
**teudifclus** Rex sceleratus. ibid.  
**teudifcli** mors. ibid.  
**teutones** Schoningianos grauissimè affligunt. 765  
**teutones** Suecos ligneis ferris mactant. 793  
**teutones** Sueones magno numero comburunt. ibid.  
**teutonū** crudelitas in Suecos. 789  
**teutonum** in Suecos perit- nax odium. 791  
**teutonum** fœda uafricies in Suecos. 792  
**teutonum** perfidia in suos conciuēs. ibid.  
**Thamyris** Gothorū Regi- na extra patriam. 123  
**thamyris** prohibet Cyrum ingressu regni. 125  
**thamyris** deterreret Cyrum à bello. ibid.  
**thamyris** Cyrum ad cōfictum lacescit. 128  
**thamyris** Cyrum superauit. ibid.  
 thamy-

I N D E X.

**thamyria** urbs. 129  
**theobertus** Francorū rex. 396  
**theodatus** Hetruriæ prin- ceps. 395  
**theodatus** fit Rex benefi- cio Amalafuentæ. ibid.  
**theodatus** 42. Gothorum Rex externus. 396  
**theodatus** scripsit historiā sui temporis. ibid.  
**theodatus** fit tyrannus. 397  
**theodatus** omnibus inui- sus. 398  
**theodatus** pacē à Iustinia- no petit. 399. 407  
**theodatus** annonæ penu- riam subleuat. 401  
**theodatus** minatur Iusti- niano. 404  
**theodatus** Romanorum & Italorum regnum parui facit. 409  
**theodatus** sacra uasa resti- tuit Basilicæ S. Petri. 412  
**theodatus** tributa remisit. ibid.  
**theodatus** magica supersti- tione seductus. 419  
**theodati** indoles optima. 395  
**theodati** sordida auaritia & imbellia. 396  
**theodati** ad Venetos epi- stola. 401  
**theodati** ineptia. 403  
**theodati** ignauiā. 409  
**theodati** epistola ad Iusti- nianum. ibid.  
**theodati** minç in oratores Iustiniāni. 411  
**theodati** mors. 425  
**theodebaldus** Francorum Rex Gothos & Græcos inuadit. 471  
**theodebaldus** Francorum Rex in focietatem belli à Iustiniano sollicitatur. 539  
**theodembertus** Francorū Rex Gothis confœdera- tus. 463  
**theodemirus** 36. Gothorū Rex externus. 364  
**theodemirus** in Sarmatas & Illyricum. 365  
**theodemirus** Sueuos & Ale- mannos uincit. ibid.  
**theodemirus** moritur. 366  
**theodericus** 39. Gothorū Rex externus. 368. nasci- tor. 362. à Leone Impera- tore ad patrem remitti- tur. 365. uictoria eius ad- huc adolescentis. 369. à Zenone Imperatore in filium adoptatur. ibid.  
 à Zenone Arrianus effi- citur. 370. eius ad Zeno- nem oratio. ibidem. Ro- ma & tota Italia à Ze- none illi commendatur. 374. Gepidas & Bulga- ros uicit. ibidem. Tran- spadanam Galliam in fi-

I N D E X.

dem recepit. 375. Rauenam ingreditur. 377. summa Romanorum gratulatione excipitur. 377. uiciorum regū affinitate roboratur. 378. regnū eius felicissimum. 379. omnium Imperatorū optimus. 382. Tridentum muniuit. 383. liberalitas eius in Ligures. 386. acerrimus in fures. ibi. dexteritas eius in iudicijs. ibidem. Legatos ad Iustinianum Imperatorem mittit. 388. fit tyrannus. 389. eius pœnitentia. ibid. Hispanias à Galis liberat. 589. Hispanias duodecim annis rexit. 590  
 theodericus 57. Gothorū Rex externus. 580  
 theodericus 59. Gothorū Rex externus. 584  
 theodiscus Theodati filius. 425  
 theodiscus hereticus. 608  
 theodoræ Iustiniani uxor. 448  
 theodora superbia. 484  
 theodosius Imp. 559. militarem disciplinam restituit. ibid.  
 theodosius Atanaricum in Constantinopolim inuitat. 560  
 theodosij mors. 561  
 theofredus à Vitifā excatur. 619  
 thesaurus Sueticus submersus. 842  
 theseus Atheniensis rex; Hippolytā coniugem duxit. 69  
 thessalonica urbs à Gothis obsidetur. 366  
 thomas Episcopus Aboënsis. 705  
 thonno Danus proditor. 312  
 thonnonis proditoris supplicium. 313  
 thor Magogij filius. 29  
 thora Heroti regis filia. 631  
 thoraldis per nouercā factus est subulcus. 94  
 thorilda iniqua nouerca Regneri. ibid.  
 thorismundus 58. Gothorum rex externus. 581  
 thorne. 5  
 thorones. 37  
 thorus à Gothis quondam æstimatus summus Deorum. 36  
 thori pro Iouis nomine olim utebantur Gothi. 36  
 thracia Vestrogothorū sedes. 555  
 thyra Suenonis Danicæ regis filia. 648  
 Tiberius Cæsar. 227  
 ticinum Gothorum sedes; 376  
 ticinum in Gothorū sede perseverauit. 517

tillinge.

I N D E X.

tillinge. 789  
 tirfageta. 57  
 tiusthia. 8  
 Tocho pirata extinguitur. 222  
 toletum à Francis occupatur. 592  
 toletum primatus in Hispania sedes. 608  
 tollagarn. 729  
 tonitrua Gothis undedicta. 37  
 tordo Noruegianus satrapa à Carolo Gothorum rege occiditur. 154  
 tordo 33. Gothorum Sueonumq; rex internus. 156  
 tordo 84. Gothorū Sueonumq; rex internus. 333  
 tordo Danorum rex. ibid.  
 tordo 88. Gothorum Sueonumq; rex internus. 343  
 tordo Bonde Danos à Vestrogothia expellit. 850  
 torillus, siue Totillus, 97. Gothorum Sueonumq; rex internus. 351  
 torismundus 34. Gothorū rex externus. 265  
 torismundus uictor cecidit. ibid.  
 totho belli autor inter Danum & Adulphum, interficitur. 164  
 totila, siue Totilas, Taruisinus. 488  
 totila 46. Gothorum rex externus. 489  
 totila & Attila differunt. 489  
 totilas uictoria humanissimè usus. 492  
 totilas Flaminiam, Hetruriam & Capaniam uincit. 493  
 totilas Neapolim obsidet. 494  
 totilas erga Romanas matronas clementissimus. ibid.  
 totilas Apuliam, Lucaniā & Calabriam uicit. ibid.  
 totilas uno tempore duas Græcorum classes deleuit. 496  
 totilas Neapolim uictor ingreditur. 498  
 totilas à suis disciplinā militarem seuerissimè exigebat. ibid.  
 totilas Romanorum ingratitudinem arguit. 499.  
 517  
 totilas Tyburtinā urbem occupat. 501  
 totilas Firmū & Asculum expugnauit. 503  
 totilas in agricolas perhumanus. 504  
 totilas Romā obsedit. ibi. totilas Tyberis ripas catena coniunxit. 510  
 totilas à sanguine abstinentissimus. 514  
 totilas Romam capit. 514.  
 515

Q9 5

I N D E X.

totilas Romam egreditur. 521  
 totilas amiffas terras recuperat. ibid.  
 totilas Perufiã oppugnat. 523  
 totilas Io. Vitalianum fuperat. ibid.  
 totilas iterum Romam obfidione cingit. 528  
 totilas Romam denuò capit. 529  
 totilas Romam inftaurat. 532  
 totilas Græciã inuadit. 536  
 totilas occiditur. 541  
 totilas origine Gothus, natione aut Venetus. ibid.  
 totilæ bellum primum & profperum. 491  
 totilæ ad fuos exhortatio. ibid.  
 totilæ strategema. ibid.  
 totilæ humanitas & clementia. 497  
 totilæ ad Neapolitanos benigna oratio. ibid.  
 totilæ in deuictos Neapolitanos clementia. 498  
 totilæ clementia in Romanos. 516  
 totilæ clementia in Ruficianam Symmachi filiam. ibid.  
 totilæ oratio pro falute Romanorum. ibid.  
 totilæ iram Pelagius mitigat. 518  
 totilæ ad Iuftinianum legati. ibid.  
 totilæ literę ad Iuftinianum. ibid.  
 totilæ in euertenda Roma moderatio. 519  
 totilæ uictoria ob celeritatem parta. 524, 525  
 totilæ in deuictos hoftes clementia. 527  
 totilæ strategema in expugnanda Roma. 529  
 totilæ cū S. Benedicto colloquium. 532  
 totilæ pietas erga deuictos hoftes. ibid.  
 totilæ in Siciliam expeditione. 533  
 totilæ thefaurus à concubina proditur. 549  
 Traianus Imperator. 230  
 transfugæ cauendi. 664  
 tranfmigrationes prifcorum multæ. 29  
 trãfpadana Gallia à Theoderico in fidẽ recipitur. 375  
 trebellius historicus reprehenfus. 246  
 tributum de qualibet cauda. 797  
 tributum pro quolibet foeco. ibid.  
 tributum à quolibet coniugio. ibid.  
 tributa tẽpore belli laxanda. 636  
 tridentum à Gothis munium.

I N D E X.

nitum. 383  
 troia expugnata. 76  
 troia deletur. 243  
 troianum bellum atrociffimum aduerfus Gręcos. 75  
 trollorum familia publico odio fubiecta. 902  
 trugillus Sprachalegh. 661  
 trugillus Epifcopus Danus. 666  
 Tuifco Noë filius. 260  
 tulgas 79. Gothorum Rex externus. 607  
 tungarenfis ciuitas ab Attila diruta. 358  
 turgillus Canuti, tutor Birgeri Regis. 740  
 turgillus regni gubernator. 741  
 turgillus mouet bellum in Mofcouitas. 742, 744  
 turgillus ab adminiftratione regni abfolui petit. 747  
 turgillus captiuatur & decollatur. 751  
 turgillus caruit ecclefiaftica fepultura. ibid.  
 turgilli auaritia ob ductã coniugem Saxonicã. 748  
 turres lignæ. 438  
 Tyberis ripæ catena à Totila coniunguntur. 510  
 tyburtina urbs à Totila occupatur. 501  
 tyle & Scandia eadem infula. 341  
 tyles infulæ defcriptio. 337  
 tylenfis infulæ amplitudo. 341  
 341  
 tylemarchia. ibid.  
 tyrannus quid. 311  
 tyranni fe mutuò trucidant. 115  
 tyranni & boni regis differentia. 291  
 tyranni timidi in hoftes. 347  
 tyranni legibus S. Erici abutuntur. 693  
 tyranni in Suetia. 806  
 tyranni timidi. 813  
 tyrannorum mores. 286.  
 412. 486. 850  
 tyrannorum gaudiũ breue. 684  
 tyrannorum crudelitas & auaritia. 693  
 tyrannorum filij ob paternafcelera caftigantur. 742  
 tyrannorum infamis uita & mors. 748  
 tyrannorum ferui & confiliarij peffimi. 783. 787. 822  
 tyrannorum gefta per fuffeffores abrogari folent. 799  
 tyrannis quicquid libet, fibi licere putant. 820  
 tyrannos admonere eft operam perdere. 778  
 tyrannidarum laus. 325  
 tyundia. 11  
 V  
 V Agnoftum pro deo habuit antiquitas. 40

I N D E X.

ualamirus 35. Gothorū rex  
 externus. 360  
 ualaminri mors. 364  
 ualāder 61. Gothorum rex  
 internus. 285  
 ualarus Gothus, Græcos  
 prouocat ad fingulare cer-  
 .tamen. 491  
 ualdamata nupsit Balam-  
 bro. 264  
 ualdaricus Longobardorū  
 rex. 318  
 ualdemarus Ruthenorum  
 .rex. 674  
 ualdemarus 131. Gothorum  
 .Sueonumq; rex internus.  
 716  
 ualdemarus dux, Birgeri  
 regis frater. 747  
 ualdemarus Danorum rex.  
 775.  
 ualerianus Imp. Christia-  
 norum persecutor. 241.  
 ualerianus Armenorū dux.  
 524  
 ualerianus Tanneti præfe-  
 ctus. 548  
 ualerius archiepiscopus V-  
 pfalensis. 708  
 ualerij Hispani error in hi-  
 storia. 586  
 ualens Imp. perfidia Arria-  
 na Gothos infecit. 555  
 ualens bellum in Gothos  
 parat. 557  
 ualens à Gothis uictus. 558  
 ualens à Gothis incendio  
 traditus. ibid.

ualentis duces à Gothis  
 trucidati. 577  
 ualentianus tertius. 576  
 ualentianus à milite Ae-  
 cij occisus. 586  
 ualētiani Imperatoris e-  
 pistola ad Vestrogotos.  
 355  
 uallia 56. Gothorum Rex  
 externus. 575  
 uallia cōtra Alanos & Sue-  
 uos. 577  
 uādaliā partem Gothi sub  
 iugarunt. 50  
 uandalus pugil. 113  
 uandali cum Gothis con-  
 cordiam ineunt. 54  
 uandali cæduntur. 113  
 uandali cum Danis. 162  
 uandali Gothis cedūt. 234  
 uandali cum Romanis fœ-  
 dera ineunt. 254  
 uandali & Sclauī solo no-  
 mine differunt. 257  
 uandali Arriani. 556  
 uandali à Gothis in Africā  
 fugantur. 578  
 uardbergum. 868  
 uarnhem monasteriū. 676.  
 705  
 uartopthia. 8  
 uasbogia. ibid.  
 uasconia, id est, Wasgothia.  
 577  
 uascones à Gundemaro ui-  
 cti. 602  
 uascones à Dagoberto ui-  
 cti. 605

uasco-

I N D E X.

uascones à Cintila uicti. i-  
 bid.  
 uascones à Recinsuindo ui-  
 cti. 610  
 uastensē monasterium S.  
 Brigittæ. 11  
 uatladia à Suecis uastatur.  
 745  
 Vbbo 4. Gothorum rex in-  
 ternus. 29  
 ubbo Danicus athleta. 113  
 ex uulnere obiit. 114  
 Vdistana Mœsiæ ciuitas  
 oppugnatur à Philippo  
 Macedonum rege. 138  
 uddo 7. Gothorum rex in-  
 ternus. 46  
 Ueduca princeps Gothiæ.  
 241  
 uenedicus sinus. 12  
 uener lacus. 8  
 uenetæ urbis origo. 359.  
 401  
 uenetæ urbis situs mirabi-  
 lis. 401  
 ueneti. 257  
 uenetorum uictus. 402  
 uenetorum auxilio Narfes  
 Gothos uicit. 540  
 ueremūdu Danorum rex.  
 116. 117  
 uerentia. 9  
 uermelandia. 8  
 uerona. 375. 489  
 uerona à Græcis occupa-  
 tur. 490  
 uerona in Gothorum fide  
 perseuerauit. 517

uerrea familia. 53  
 uerus Herulorū dux. 524.  
 530  
 uestarus pater Greporum  
 occubuit. 189  
 uester. 151  
 uestermannia. 11  
 uestragarnus portus Got-  
 landiæ. 846  
 uestrodalia. 11  
 uestrogeta. 57  
 uestrogothia. 8  
 uestrogothi ab Ostrogo-  
 this diuisi. 262. 554  
 uestrogothi suæ consulunt  
 libertati. 264  
 uestrogothi Romanis cō-  
 tra Attilam cōfœderati.  
 355  
 uestrogothi Thraciā Mœ-  
 sianq; incolebant. 554  
 uestrogothi à Francis supe-  
 rantur. 591  
 uestrogothi cruento bello  
 Danos deleuerunt. 707  
 uestrogothi suū Episcopū  
 indignè molestant. 711  
 uestrogothorum innume-  
 rabilis multitudo contra  
 Attilam. 356  
 uestrogothorum ad Valē-  
 tem Imperatorem lega-  
 tio. 554  
 uestrogothorū regni finis  
 in Hispania. 616  
 uestrogothorum cōmen-  
 datio. 671  
 uestrogothorū mos in ad-

I N D E X.

mittendo rege. 683  
 veterum opificum diligētia. 474  
 uether lacus. 8  
 uexio ciuitas episcopalis in Gothia Meridionali. 9. 729  
 Vffo 22. Gothorum Sueonumq; rex internus. 89  
 uffo coēgit Hadingum in Daniam redire. 89  
 uffo ab Hadingo infidiose oppressus. 92  
 Viburgum oppidum Finlandiæ. 5  
 uiburgum non longè à paludibus Mœotidibus. 19  
 uiburgum erigitur. 743  
 uictoria optima seipsum uincere. 167  
 uigilius Diaconus. 448  
 uigilius Papa. 505  
 uigo Frouini filius à Veremūdo inducitur ad occidendum Attilum. 117  
 uigo inuadit Attilum. 118  
 uilifca Polonus à Starchatero uincitur. 203  
 uilmerus 43. Gothorū rex internus. 212  
 S. Vincentius. 593  
 uincētius Episcopus Scarenfis. 902  
 uindemirus senior 37. Gothorum Rex externus. 366  
 uindemirus senior Italiam ingreditur. 367

uindemirus iunior 38. Gothorum rex externus. 367  
 uindemirus iunior Galliarum præfes. 368  
 uinnitarius 32. Gothorum rex externus. 262  
 uinnitarius exercitum ducit in Boxum Anthoarum regem. 262  
 uinnitarius sagitta percussus interiit. ibid.  
 uinum Veronense optimū. 400  
 uirgines rapiendi consuetudo unde nata. 85  
 uirginum taptus olim gloriosus erat. 81  
 uisbur 62. Gothorum rex internus. 286  
 uisbur cum tota familia à filiis suis combustus. 287  
 uisby urbs munitur. 740  
 uisingiana insula. 709  
 uisinnus latro Rutenicus à Starchatero prosternitur. 202  
 uisus. Gothus. 433  
 uismaria inchoata. 692  
 uismarus Vandalorum rex. 254  
 uismarus occubuit. ibid.  
 uitam infamem mors infamis comitatur. 615  
 uitericus 72. Gothorū Rex externus. 601  
 uitericus bello infelix. ibid.  
 uiterici cædes. 602

uitiges

I N D E X.

uitiges 43. Gothorum rex externus. 424  
 uitiges Romam obsidere proponit. 429  
 uitiges Romā oppugnat. 446  
 uitiges nimium fidei Bellisario tribuit. 454  
 uitiges ad Cosroem Persarum Regē legatos mittit. 459  
 uitiges Romam obsidione soluit. 461  
 uitiges à Bellisario captiuatur. 481  
 uitiges Byzantiū captiuus ducitur. ibid.  
 uitiges à Iustiniano Patrio honore donatur. 482  
 uitigis oratio ad Gothos. 425  
 uitigis exercitus. 429  
 uitisa 85. Gothorum rex externus. 614  
 uitisa pessimus tyrannus. ibid.  
 uitisa episcopos & sacerdotes magnopere odebat. ibid.  
 uitisa excæcatur. 615  
 uitisa fœdissima libido. 614  
 uitisa uesania in demolendis urbium mœnibus, & abijciendis armis. 615  
 uitolphus pugil. 217  
 uitolphus magicæ & medicandi artis peritus. 219

uitfercus Danus Suetianū impugnat. 637  
 uitfercus à Ruthenis occisus. 638  
 uitferci militaris fortitudo. ibid.  
 Vlfo Herulorum Rex. 342  
 ularius Bellisarij præfectus. 467  
 ulmerugia hodie Prutenorum sedes. 48  
 ulmerugia à Gothis subacta. 50  
 ulphila Gothorū Pseudoapostolus. 555  
 ulpho Sprochalegh Suecus. 660  
 ulpho aquas in hostem armauit. 663  
 ulpho occiditur. 668  
 ulphonis uasferimum facinus. 660  
 ulphonis obscœnus ortus. ibid.  
 uluilda uirgo Noruegiana. 685  
 Vnguinus Gothorum rex. 221  
 Volaterranus reprehensus. 18  
 uolusianus Imp. 241  
 Vpsalia. II  
 upsalia Metropolis. 30. 277  
 297  
 upsalia quando & à quocōdita. 30  
 upsalensis ecclesia à S. Eriico consummata. 696



upfalensis ecclesia sit Metropolis. 700  
 upfalensis tēpli magnificus olim apparatus. 35  
 upfalēses sacerdotes uetustissimi rerum gestarum tractatores. 20  
 upfalenses reges. 30  
 upfalēses Archiepiscopi in nullo obligantur Lundēsi. 687  
 Vraia nepos Vitigis. 463  
 uraia Gothorū præfectus. 470. 472  
 uraias à suis desertus. 478  
 uraias occiditur. 486  
 uraiæ modestia. 483  
 urbarus 57. Gothorū Sueo numq̄ rex internus. 279  
 urbini fons repētē exaruit. 467  
 ureta uilla. 682  
 ureta monasterium erectū. 701  
 urfilia Gothorum Regina. 101  
 urfilia comitāte Roluone, cum thesauro regis fugit in Daniam. 102  
 urfilia astus & dolus. 101  
 S. Vrsula cum undecim milibus uirginum. 358  
 ursus puellæ amator. 661  
 Vrsilas Gothus occiditur. 540

Vuacho Longobardorum Rex. 318  
 Vxores Gothorum reuocāt maritos suos ex Asia. 60

## X

**X** Erxes Perfarū rex parat exercitum contra Gothos.

134

xerxes aggreditur mansiones Gothorum Cimerorum. 135

xerxes luit pœnas perpetrati sacrilegij. ibid.

xerxes fugit. ibid.

xerxis exercitus fataliter deletus. ibid.

## Z

**Z** Eno Imp. Theodericum Gothorū regem in filiu adoprāt. 369

zeno Imperator Arrianus. 370

zeno Romam & totam Italiam Theoderico commendat. 574

zenta philosophus. 143

zenta uel Zetes, Gothorū Rex. 72

zentæ pietas & affectio erga subditos. ibid.

FINIS.

OLAI

## OLAI MAGNI GO-

THI, FRATRIS ET SVCCES-

SIS EIVSDEM IOANNIS MA-

gni, de quorundam Principum, tam exter-

norum quàm internorum uita

et moribus, additio.



Vauis in hoc uolumine mixtim optimi et pessimi Principes, insigni diligentia, et fide prædicti autoris annotati sunt, ut merito de optimis, tanquàm delicijs gentium diuino honori, atq; omnium salutis et paci consulētibus, omnes exultare poterint, et rursum de pessimis uniuersos conturbantibus horrere et ingemiscere: tamen in hoc Dei miserentis admiranda benignitas multifariè laudatur et colitur, quòd bonos, ne semper decident, suauiter corroborat: et malos, ut pœniteant, patienter expectat: ne illico ob impietatem et seuitiam immani sceleris (quasi uiolenti et importabiles) eijciendi deficiant, sed sanis consilijs, immò diuinae inspirationi incessanter ad ostium cōscientiæ pulsanti, libero corde obediāt, et iusta, mansuetaq; gubernatione sese, suaq; dominia seruent: neq; si sua fragilitate prolapsi, uel alieno errore seducti ceciderint, ad pristinam impietatem resiliant, sed morè peccātium humiliter pœniteant, quemadmodū malignius se deliquisse cognoscunt. Verum ne Principes Aquilonis (quibus hic appendix præcipue ascribitur) tam externorum, quàm internorum iuste uiuentium, uel iniquorum fideliter pœnitentium, exemplis carcant, nonnullorum nomina, mores, et exitus, pro augenda bonorum gloria per-

Rr

petua, & malorum delenda æterna infamia, præsentibus opponentur.

Henricus Imperator eius nominis III. in primis annis largus, facundus, fortunatus, gloriosus, ingenio acutus: uerum suscepto imperio elatus, Deo & hominibus ingratus, religionis contemptor, schismatum suscitator. Quocirca Regia administratione priuatus est, & anathemate notatus. Demum pœnituit, & absolutus, iterumq; relapsus, in Gregorium arma mouit, & fugatur, ac per principes ab imperio deponitur, & à filio in prælio uictus, ac graui ludibrio habitus, dolore & captiuitate in Leodio moritur, & Spire V. annis inhumatus, ad ultimum à sententia excommunicationis absolutus sepelitur, anno imperij XLVIII.

Henricus III. ob conuiuētiam libidinosæ familiæ, & turpissimos excessus, à ciuibus Rubicæ quibus terribili facto tumultu, amissis Imperialib. insignijs, corona, uexillo, aquila, pomo, sceptro, lancea, ac alia opulētissima præda, uix fuga elapsus, à Gregorio VII. sepius simulās pœnitentiæ excommunicatus & depositus miserrimè obiit. De cuius summario malo, licet calamitosissimo, Albertus Crantzius lib. V. cap. XVII. admiranda dicit, & cap. XXI. III.

Fridericus eius nominis primus, Barbarossa dictus, uir magnanimus, largus, strenuus, facundus, ac in omnibus gloriosus, Romano Pontifici, præsertim Alexandro III. plurimos aduersarios, uiros pœsimos, opponens: id eoq; excommunicatus, ac demum humi prostratus, in spiciente toto populo, ad gratiam restitutus est: & tandem pro expiatione suorum scelerum contra infideles pugnatus, rapido flumine, quo æstum leuare uoluit, suffocatus interijt, anno imperij XXXVII.

Fridericus II. cæsi gubernatione Innocētij III. enutritus,

tus, in lingua Latina, Vulgari, Græca, Sardinica, & Gallica doctus euasit, tamen luxuriosus, perfidus & periurus factus, ab Honorio ad emendam iterum atque iterum monitus, respicere contempsit. Ab Innocentio III. excommunicatus, & depositus, subditos à iuramento fidelitatis absolutos inuenit, & principes autoritate Pontificis ad nouam procedere electionem. Tandemq; ueneno spurij sui nothi extitit interemptus.

Ludouicus Bauarus Papam Ioannem grauib. iniurijs uexans, excommunicatus pœnituit, ac doluit: & tandè à duciſſa quadam in uenatione accepto ueneno interijt.

Guilhelmus Rex Siciliæ ab Hadriano Papa III. depositus, pœnitens in sua regna restituitur.

Dagobertus Magnus, diuina gratta Rex Francorum, omnibus regni sui primatibus, immò cunctis Christi fidelibus, præsentibus, & futuris, Notum facimus, quòd patre meo Lothario defuncto, paterni regni curam suscepi: sed uiuendi ductus leuitate deceptus, Regalis officij debitum neglexi, & maxime inter alios excessus meos, Ecclesiarum Dei destructor, & dissipator esse cœperam, nec diuinæ maiestatis oculos, nec hominum ueritus acclamationem. Tandem Dei benignitas obstinæ mentis meæ superbiam conterens uirga correctionis, iniquitates meas correxit, & mihi castigato ueniam non negauit. Quasi autem modum pœnitentiæ imponens, in hoc mihi spem plenæ posuit indulgentiæ, si ad honorem Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum sanctorum, quos magis offēderam, domum diuinis aptam seruitijs construerem, &c. Igitur sub certa spe remissionis peccatorum nostrorum, reddentes alacri studio uotum, quod fecimus, Ecclesiam in honore S. Trinitatis, & S. Mariæ perpetuæ uirginis, & S. Apostolorum Petri & Pauli, in loco

A P P E N D I X.

qui dicitur VVissenburg, construximus, quam sublimare,  
 & Regali magnificētia ditare decreuimus, &c. Illud etiam  
 pari decreuimus autoritate, ut nullus pontificum Neme-  
 tensis ciuitatis, uel reliquorum Episcoporum aliquam ibi  
 dominandi, uel quaslibet causas agendi habeat facultatem,  
 sed sub nostrae ciuitatis defensione pater monasterij om-  
 nia possideat. Datum in ipso monasterio, mense Maio,  
 anno regni nostri xxiiii. anno Domini DCxxiiii.

Prædictum monasterium est S. Benedicti, unius  
 diei itinere distans ab Argentina ciuitate  
 super Rhenum.

Nec omittendum est (autore Theodorito in Historia  
 tripartita cap. 111. per D. Lipomannum modernum Epi-  
 scopum Veronensem uniuersorum saluti insudantem, col-  
 lecta) quomodo Theodosius Imperator per octo menses,  
 ob offensionem Ecclesie irrogatam, beato Ambrosio iu-  
 bente exclusus fuit, & poenitentia facta Catholicæ Eccle-  
 siæ cunctis congaudentibus misericorditer restitutus. Pax  
 & benedictio super omnes imitatores eius in poenitentia  
 salutari.

Rex Angliæ Henricus eius nominis 11. quia S. Tho-  
 mam Archiepiscopum Cantuariensem Ecclesiastica iura  
 defendentem in exilium detrusisset, occasioneq; post eius  
 restitutionem data, mortis eius causa fuisset, ad eam culpā  
 eluendam, expiandamq; ducentos milites ad sacrum bel-  
 lum contra infideles in Syriam suis sumptibus se missurum  
 promisit, ac semet intra triennium eius expeditionis sociū  
 cum alijs principibus subsecuturum. Quinimmo legem  
 tulit, qua perpetuò cautum esse uoluit, neminem postero-  
 rum Regum in Anglia Regium nomen, insigniaq; deim-  
 cepturum, nisi quem Romanus Pontifex ritè iussisset,  
 & designasset.

IOANNES

A P P E N D I X.

Ioannes Rex Angliæ, quia crudelissimus tyrannus e-  
 rat, totiq; regno importabilis, anno MCCVIII. ab Inno-  
 centio IIII. excommunicatus, aggravatus, & reaggraua-  
 tus, ac subditi iuramento fidelitatis absoluti, ut ipse ab om-  
 ni administratione esset eiectus, & Principes deputati fo-  
 rent executores: fucosam agendo poenitentiam, legato Pa-  
 pæ diadema tradidit, & demum reassumpsit: omnibus fa-  
 ctus onerosissimus, ob inaudita flagitia, & intolerabilem  
 caristiam inde excitatam inuisus, uitam miserrimè, ueneno  
 eidem in poculo ceruisiæ propinato, cunctis collatantibus  
 consummauit.

Richardus, quia filios fratris suæ fidei commissos, ut  
 solus regnaret, occidi iussit, & ipse poenitere contemnens,  
 ab incolis est occisus.

Henricus VIII. quantam impietatem in religionem,  
 & inhumanitatem in subditos, ac innocentissimam filiam,  
 sepius oblatam à Pontificibus poenitentiam contemnens,  
 etiam morti appropinquans exercuerit, satis fideliter o-  
 stendēt Anglorum historici, quibus uerior fides, tanquam  
 testibus oculatis, ueniet adhibenda.

Sueno Rex Daniæ LXXVI. (teste Saxone libro un-  
 decimo) quòd Principes aliquot ad Regale conuiuium in-  
 uitatos, ob leuem detractionis suspicionem, in Ecclesia san-  
 ctæ Trinitatis, tanquam loco ad homicidium perpetranda  
 secretiore, orantes, missis sicarijs duplicato sacrile-  
 gio interemisset, cū ab Antistite sacra in festo Circunci-  
 sionis celebraturo, ne Ecclesiam ingrederetur, repulsus es-  
 set, conscientie rubore perfusus, Regia ueste deposita ob-  
 soletam accepit, mœroremq; deformitate cultus, quàm  
 splendore contumaciam testari maluit, abiectisq; Regiæ  
 maiestatis insignibus, insigne poenitentiæ sagulum sumpsit:  
 quin etiam cum ueste potentiam exiit, atque ex sacrilega

Rf 2

tyranno fidus sacrorum uenerator euasit. Siquidem nudatis pedibus ad atrium regressus, in eius aditu se prostrauit, terramq; suppliciter osculatus, dolorem, qui ex contumelia acerrimus infligi solet, uerecundia ac moderatione compressit, &c. Tandem criminis confessione facta, religioni sese satisfacturum promittens, remissa execratione lacrymis abstersis, depositisq; doloris insignibus, Antistitis amplexu & uenia, in communionem Ecclesiæ (cui ob hoc amplissimas possessiones tribuit) est restitutus. Nec erubuit multorum auribus singularem flagitij sui committere notionem. Hincq; factum est, ut regni sacerdotijq; roboraretur concordia, quæ utriusq; statui, immò omnibus indigenis, pariter & alienigenis uisa est profutura.

Tradit etiã idem autor Saxo lib. xliiii. duos Reges Daniæ sceptratos, Magnum scilicet, & Ericum, Regia ueste mutata, monachos factos fuisse cucullatos, eò quòd aholendis piaculis pœnitentiæ religione nihil ualentius inquiritur, aut diligentius obseruari meretur.

Possent hîc eiusdem Daniæ, aliorumque uicinorum Regum Aquilonarium, Suetiæ, Gothiæ, & Noruegiæ, longè plura adduci exempla, quomodo Dei miserentis ope pœnitendo, & satisfaciendo, humanissimi, ac piissimi facti sunt, dum ubique Ecclesias ad honorem Dei, & sanctorum eius bene dotatas à nouo construerent, uel desolatam magnificis impendijs repararent: sed breuitati consulendo, referuabitur in aliud uolumen Metropolis Upsalensis eiusdè autoris D. Io. Magni Archiepiscopi supradicti. Interea tamen modernos Principes Aquilonares, immò & reliquos admonuisse sufficiat, ut potius pietatè, religionem, iustitiam, clementiã, magnanimitatè, liberalitatè, ceterasq; uirtutes optimo cuiq; Regi cõgruentes, pro cõsecutione æterni honoris, amplectantur, quàm sanitiã, crudelitatem,

tatem, impietatè, ferociã, & similia portetosa uitia, demò nibus, bestijs & apostatis inheretia, pro despectione, increpatione, ac perpetua infamia sustineda sequatur: memores sese homines fore, ut mäsuetudine, & cõmiseratione ualeant assimilari Deo, cuius semper meminisse oportebit, qui etenim uti summus et potētissimus est, ita cūctã suauiter disponēs, ac omnia contèplās, uitæ, uel mortis æternæ pro bene, uel malè tráfactis operib. dat retributionè, nullo unq; fine, etiã si per innumeras annorũ myriades redierit, cariturus.

Quod si his, & similibus herouũ exemplis, pijsimisque exhortationibus errantes, uel seducti Principes admissos excessus, offensa religione, & Christiana uariata lege, celerius emendare noluerint, distulerint, aut contempserint, saltem ne gloriantur in peccatis, & dicant, ut habetur Ecclesiast. v. Est mihi sufficiēs uita: quis me subijciet propter facta mea? Deus enim uindicans uindicabit. Neque dicat: Peccaui, quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens retributor. Ideo non tardes conuerti ad Dominum. Et ita de similibus aureis literis annotandum.

Insuper attendere dignètur prædicti principes, quàm fideliter diuus Ambrosius inter alios sanctissimos Ecclesiæ doctores laborauerit pro salute omnium, maximè Imperatorum, Regum & Principum, ut ad Deum conuersi, gloriosa ad posteros emissa memoria, gaudijs fruerentur sempiternis. Nouit enim uir Dei, spiritu sancto repletus, Regum conuersione facillimam omnium subiectarum gentium solere sequi reductionem, ueluti de Regibus à paganorum superstitione, uel postmodũ ab hereticorum uersutiã liberatis, præsertim in Aquilone, ubi plurima extat gloriosissima exempla sempiterno æuo apud Deum & homines commendanda. Idemq; beatissimus autor Ambrosius in xvii. capitulis Apologiæ S. David cunctis pœnitent-

tibus saluberrimum iter ostendens, quàm sanctè hortatur, ne disputemus otiosi de peccato Dauid, cum eius anima ob commissum peccatum turbata est ualde, ut laboraret in gemitu, & singulis noctibus lauaret lectum suum, & lachrymis rigaret stratum suum. Demum subiungit: Unusquisque nostrum per singulas horas quàm multa delinquit, & tamen unusquisque de plebe peccatum suum confitendum non putat. Ille Rex tantus ac potens (nempe undecies centena millia armatorum educens) ne exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam, sed præmatura confessione, atque immenso dolore reddidit peccatum suum Domino. Quem mihi nunc facîle reperies honoratum ac diuitem, qui si aggrauatur alicuius culpæ reus, non moleste ferat: at ille Regio clarus imperio, tot diuinis probatus oraculis, cum à priuato homine corripere, quòd grauiter deliquisset, non indignatus infremuit, sed confessus ingemuit culpæ dolore, &c. Alij homines, cum à sacerdotibus corripiuntur, peccatum suum ingrauant, dum negare cupiunt, aut defendere: ibiq; eorum lapsus est maior, ubi speratur correctio. Beatus autem est, qui se potuerit reparare post lapsum. Præterea cap. 111. insertur: peccauit Dauid, quod solènt Reges, sed pœnitentiam gessit, fleuit, ingemuit, quod uix solent Reges: confessus est culpam, obsecrauit indulgētiam, humi stratus deplorauit ærumnam, ieiunauit, orauit, confessionis suæ testimonium in perpetua secula uulgato dolore transmisit: quod erubescunt facere priuati, Rex non erubuit confiteri: qui tenentur legibus, audent suum negare peccatum, dedignantur rogare indulgētiam, quam petebat, qui legibus imperabat: quòd peccauit, humanū erat: quòd supplicauit, correctionis lapsus communis, sed specialis confessio. Culpam itaque incidisse naturæ est, delesse uirtutis.

Quod

Quod autè Dauid interpellanti propheta Nathan de unica pauperis oue, quæ secum in sinu nutrita fuerat, & de calice eius biberat, per uicinū diuitem multis ouibus proprijs parcentem, pro cōuiuio uenienti peregrino exhibendo, raptā, ac deuorata foret, sententiā tulerit, quòd raptor ille reus esset mortis, & quadrupli restitutione cōstrictus: & audito, ac ostenso, quòd ipsemet Rex is diues, & raptor esset, in gemitum mox prorupit, ac ueniam cōtinuis lachrymis, ieiunijs, orationibus, ærumnis, & castigationibus proprij corporis, ac perturbationibus animi incessabili dolore à Domino postulauit, ac dixit: Tibi soli peccaui, qui me ad uirtutē prouocasti, legem dedisti, de manu Saul liberaisti, coronari iussisti, & occulta sapientiæ tuæ manifestaasti, & malum coram te feci &c. Auerte faciem tuam à peccatis meis &c. cum similibus sanctissimis obsecrationibus dignè pœnitentis peccatoris ex intimo corde ueniam, & gratiam supplicantis, ut cor mundum habeat, quo Deum uideat, & ne proijciatur à facie eius. Grande enim supplicium est proijci à facie Dei, ut Adam, qui se abscondit, & Cayn, qui putabat fallere Deum, ac Ananias, & Saphira spiritui sancto mentientes.

Igitur exemplo Regalis huius pœnitentiæ, Reges & Principes, humanæ imbecillitatis, ac stricti iudicij Dei memores, attendant, ne occasione peregrinorū dogmatum amplius offendant altissimū, qui coli uult, & debet purissima, ac castissima religione, ut aucto diuino honore etiam eorum securitas, & magnificentia gloriosior exinde resultet, utq; fide, & bonis operibus cōuersi, salubrioris doctrinæ remedium suscipiāt ingrediendi uias Domini rectas, in quibus erroris nullos anfractus, nulla diuerticula præcipitis lapsus offendant. Sicut enim bonæ uitæ uirtutis exemplar in uiris constantibus, quòd inoffensa uita suæ tempo-

Rr 5

A P P E N D I X.

ra percurrerint, iusteq; & sanctè uixerint, extollitur, ita eorum uita, qui perniciosi exemplis, ac uanis doctrinis illusi, seductiq; ac flagitijs irrecitati fuerint, erroribus, & moribus emendandis apud Deū, & homines sempiterna memoria, & laude illustrior ostendetur.

Reliqua pie Lector de gestis Regum, & præsentia Præsulum Septentrionalium regionum in Metropoli Upsalensi eiusdè autoris repetentur, & his similia in libro meo de ritu gentium, ac natura rerum, & hyemalibus bellis eorundem Aquilonarium regionum. Vale.

DE

A P P E N D I X.

DE CAUSIS PERPETVÆ DISCORDIÆ, quam Sueones contra Danos gerunt, eodem Olao Magno Gotho autore.

Sveci ac Gothi cur tam ferocibus animis, & armis contra Danos ferantur, ipse Danorum diligentissimus historicus in xvi. libris suis hincinde usq; ad summum horrorem aperitissimam reddit rationem. Vbiq; enim meminit gentis suæ tam uiolenti, & truculentum regimen in subditos, ac doloſam amicitiam in uicinos, & utrunq; in omnes confœderatos, ut quilibet prudens, & sensatus homo merito cauere debeat, quàm tutus in eorum societate, aut naturali uinculo, uel alia iurata cõfœderatione fieri possit. Afferit namq; primo libro, Lothorum Regem illustrissimum quenq; uita aut opibus spoliare, patriamq; bonis ciuibus uacuefacere, probitatis loco duxisse. In secundo libro, quòd Helgo Rex adeò proiectus in Venerem extitit, ut ambiguer existimationis esset, tyrannide magis, an libidine arserit: unde & Thoram uirginem stuprum pati cõegit, quæ postea tam detestabile nefas excogitauit, ut contra eam mire exclamet Saxo. Tertio libro Fengonem testatur insidijs positus fratrem trucidasse, eiusq; uxore abusum, incestuosam libidinem parricidio adiecisse. Quam atrocitatè quantà beneuolentiæ simulatione texerit, parricidiiq; pietatis nomine colorarit, satis exponit ipse Saxo. Fœminam enim à se oppressam, omni mansuetudine plenam, nullum lædentem, & sine felle fœminam, ad hoc induxit, ut confiteretur suum maritum Regi insidiantè, à se interfectum fuisse. Nec irrita persuasio fuit, dum apud Principes fides mendacio non deest, ubi scurris interdum gratia redditur, & obtrectatoribus honos. Libro IIII. fol. ult. Saxo testatur, Danos

suos mentiri & fallere, inter uitia & sordes non ducere, quemadmodū mos est apud Parthos. Libro v. fol. 11. quā fœdi mores, ac turpissimæ petulantia simul & uiolentiæ aulicis inesse monstratur, sanè totus orbis, & uniuersa barbaries horret. Lib. vi. in Saxones, post eorum pugilis cædem, adeò Danorum insoleuit imperiū, ut pro cubitalium membrorum quolibet indicem seruitutis stipem quotannis pendere cogerentur, donec quidam Suertingus ciuiū afflictione motus, se, & Regem conuiuij simulatione susceptū, incendio consumpsit. Libro vii. in prin. Frotho propriū fratrem à quodam familiarū occultè interfici iubet. Et ne scelus à conscio proderetur, eundem insidiarū ministrū tacitè trucidandū curat. Sed à filijs occisi fratris canū specie nutritis, tandē incendio consumptus, pœnas parricidij luit.

Præterea inter alia satis diffuse Saxo prosequitur portetofam Iarmerici Regis crudelitatem, à pueritia usq; in prouectā etatem truculenter continuatā: quæ sicut omnē beluinam rabiem excedit, ita & à quouis sensato homine sine graui horrore legi nequit, uel audiri. Inaudita etenim tyrannide exquisitissimis tormentis sæpe afflictos trucidauit. Regem nanq; & Reginam eorum, à quibus iure belli captus, & summæ libertati restitutus, atq; in numerum amicorum, & primū familiaritatis locum translatus, & sublimatus extitit, admoto furtim incendio, per summam ingrattitudinem occidit: deinde xl. Teutones captos, applicatis totidem lupis laqueo adegit. Nec sic poterat eius sanguinaria mens satiari. Quippe optimates eorum primò tibias loris traiectos, moxq; immanū taurorum unguis alligatos, molossisq; incessantibus raptim in cœnū, uoraginesq; pertractos, lachrymabili spectaculo consumpsit. Demum Comitès, Duces, Principes Teutonice gentis captos, traiectis sine tibijs, equis in diuersa raptantibus præbuit lacerandos.

Sed

Sed nec in ea summa feritate sibi sistendum putauit. Nam propriam Reginam Hunnorum Regis filiam, quamuis innocentissimam, & pudicissimā, humo alligatā equinis obtendam calcibus præbuit: cuius corpus adactus iumentorū grex crebris uestigijs confodit, & lacerauit. Immo etiā suis ex sorore nepotibus insidiosè comprehensis, laqueo spiritum eripuit. Optimates quoq; qui eorum tutores erant, conuiuij simulatione contractos, eodem exemplo consumendos curauit. Deinde eodem libro Haquonis cuiusdam Dani crudelitas adeò infanda conspicitur, ut meritò cunctos mortales terreat, ne pactis, aut uictorijs eius gentis se tutos agnoscant. Nono libro in prin. idem autor notat publicam pietatem priuato furore Regis fuisse laceratam, & post multa Regem Haraldum ex splendido sanctitatis autore infamem factum apostatam, & desertorem. Lib. x. quòd Dani Sembia potiti, necatis maribus, foeminas sibi nubere coegerunt, rescissaq; domesticorum matrimoniorum fide, externis auidius inherentes, suam cum hoste fortunā communi nuptiarū uinculo partiti sunt. Demum quòd Rex Haraldus pecudalibus iugis humanas alligasset ceruices. Dein de quòd diuum Olaum Noruegiæ Regem scarijs pecunia corruptis, & postremò Blacchonis proditoris opera S. Canutū occidissent. xi. quòd Sueno Rex potius sacre religionis, quàm incestæ nuptæ defertor sit inuentus. xii. quòd uiolentiore morte captiuos Teutones Iulinenses Dani consumerent, reuinctis post terga manibus, palis primū affigendos curabant: deinde uentrium caua cultro rimati, nudatis extis, primaq; uiscerum parte protracta, cætera stipitibus explicabant: nec antè supplicium remiserunt, quàm tortos extis funditus aluo egestis, horridæ rapacitatis spiritum profundere coëgissent: quod spectaculum ut specie tristes, ita re nostris per quā utile extitit: nō solum enim reis

A P P E N D I X.

penam infligit, sed etiam ceteros cōsimilem cruciatus can-  
sam vitare permonuit. Itaq; nō minori uisentibus documen-  
to, quā afflictis supplicio fuit. In reliquis uerò libris, quā  
satis multa, & horrenda inter pauca bona commemoran-  
tur, potius iusto lectoris arbitrio, quā huic onerosæ osten-  
sioni mee, quatenus opus fuerit, perscrutanda relinquo, sa-  
tis legitimam existimans causam, cur Sueonum, ac Gotho-  
rum, immò aliarum nationum inficura societas sit cum illo  
populo, cui ob præmissas causas ( ut uerbis Saxonis  
lib. x. utar) quisquis humanitatem, atq;  
obsequium erogat, ingratis  
beneficium præ-

stat.

F I N I S.





